1ª
13233

in ..iale
cticam
Aristoteli

18.

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala 1 Est. 37 Tab. 2 Núm. 17

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

1ª
13233

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

b1606639x

REVERENDI PATRIS DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS THEOLOGI

ordinis Prædicatorum in Dia
lecticam Ariſtotelis
Commentarij,
Cum textu translationis Argiropyli
totius Logicæ.

Salmanticæ Ioannes de Giunta
Excudebat.

num. 37. cax. 6. num. 18.

Anno. M. D. XLVIII.

Sancte mariae a ... ad usum Fr. Melchior moran

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO AC RE- VERENDISSIMO D. D. IOANNI A TO- leto, Cardinali Burgenſi, ex ordine Prædicato- rum aſſumpto ſuus Frater Domi- nicus Soto. S.

INTER ALIA QVAE DE CHRYSIPPO
illo Tharſenſi, Stoicorum ſecundum Zenonem Principe
commemorant præſul ampliſsime, vel id in eius laudibus
ponunt, q dialecticarum conſiderationum uolumen an-
no ætatis quadrageſimo cœptum, non ante octogeſimũ
abſolutum exhibuerit. Nam cum ſeculum illud maiores
non tuliſſet diſciplinas, quibus ſua mortales ſtudia fœli-
cius collocarent, dignam tunc temporis æſtimabant Dia
lecticam, de qua nemo niſi homo & acutiſsimus, & in om
ni prætærea philoſophia verſatus ſcriberet. Ego vero nul-
lam mihi acceſsionem aut dignitatis aut laudis factum iri
ſpero, ꝙ poſt duodecim, theologiã legendo, exactos annos, in tãta bonarum litera
rum fruge, hoc demũ ætatis Dialecticam ſerio reuiſerim, tractauerim æderim. Ve
rũ enimuero cũ annis ſuperioribus, dum ſummularũ ludum dialecticæ tyronibus
dabã, hos ſubinde fuerim Ariſtotelis commentarios pollicitus, non potui promiſsi
non habere rationem: atq; adeo dignum duxi de ſtatis mihi ſtudiis horas aliquot
tãdem ſuccidere, quibus meã aſtrictam fidem liberarem. Nec vero eſt ꝙ me ſuſcepti
conſilij pigeat: ſi id modo præſtitero, quod in animo conſtitui. Etenim cum mag-
na fuerit hiſce retro annis ſcriptorum frequentia, tamen (quod ſalua eorum exiſtima
tione & autoritate dixerim) aliam forte ſcribendi ſtylum pro ſua eruditione tene-
re potuiſſent, quo dialecticæ ſtudioſis multo fuiſſet melius conſultum. Nihil enim
quicq̃ negocij ſuſcepiſſe videtur, q̃. S. Thomæ, Scoti & nominalium placita, &
id quidem abſq; luce, ſine examine, citraq; delectum recenſere. Vt modo illa ſubti-
ceam, quæ. S. Thomæ & Soto falſo frequentiſsima inpingunt. Neq; ad inter
rogata certi quicq̃ reſpondent: ſed tunc præceptoris munere perfunctos ſe eſſe iudi-
cant, cum miſeros diſcipulos in hoc opinionum triuio ambiguos, herenteſq; relin-
quunt. Qua nimirum mentis oculis offuſſa caligine, nihil aliud q̃ veritatis lumen
eripiunt. Adde ꝙ monſtrorum turbam quæſtionis curioſiq; locis agitata mitiora fuiſ-
ſent, in ipſum ſtatim veſtibulum proferunt: quibus qui Dialecticam adire cupiunt,
ingreſſu arceantur. Abſit hæc dixerim patrone reuerendiſsime, vt de cuiuſpiam ho
nore detractum ire velim: ſed quo meum conſilium & inſtitutum exponam. Statui
namq; pro ingenio & exiguitate mea Ariſtotelem cum primis, hac tempeſtate ia-
cẽtem atq; neglectum, ſcholis reſtituere: mox ad quæſita Dialectica certum aliquid,
quanto poſſem lucidius, reſpondere: quod adoleſcentes, dum non meliora probaue
rint, tenere interim poſsint. Et quando integrum non fuit a quæſtionibus illis
quas de mediis metaphiſicis depromunt, penitus abſtinere, quod proximum fuit q̃
licuit rariſsimas, ſubmouimus: atq; adeo, quem rei difficultas ferebat, ſtylo digeſsi-
mus. Præclare mecum actum ducerem Illuſtriſsime Domine, ſi labor hic noſter, cũ
inclytæ, ſuoq; iure & merito toto iam orbe celebratæ, quæ me a puero inſtituit,
Complutenſi academiæ, cum celeberrimæ huic noſtræ, omniq; ſcientiarum gene-
re florentiſsimæ Salmanticenſi, cuius publicum ſtipendium mereo, tum etiam ſa-
cro ordini noſtro probaretur: nam tunc non cenſeretur indignus, qui tuo fuiſſet
nomini dedicatus. Vale.

Commẽtarij Fratris Domi- nici Soto Segobienſis: ordinis Prædicatorum ar- tium ac ſacrae Teologiae Profeſſoris. In Dialecticam Ariſtotelis.

Quæſtio prima prooemialis. Utrũ Logica ſit ſcientia neceſſaria.

Commentarios in Dialecticam Ariſtotelis auſpicantes, nihil aliud, quã opereprecium facturi ſumus, ſi queſtiones illas introductorias, quas prooemiales appellant: in ipſo ſtatim aditu premi ſerimus. At qui ex quatuor illis queſtionibus, quas, autore Ariſtotele ſecũdo Poſte. de vnaquaͣlibet re percontamur, ea videlicet prima eſt, vt inquit ſuper Porphyrium Boetius. An res ſit. Verũ enimuero cum in numero ſciẽtiarum nihil debeat eſſe aut diminutũ aut redundãs, idem eſt querere, an talis ſcientia ſit, qđ querere, an ſit neceſſaria. Atq; adeo prima queſtio que in hoc prooemio ſeſe nobis offert, ea nimirum eſt: vtrũ Dialectica ſit ſcientia neceſſaria. Nẽpe vt intelligamus qua neceſſitate aut commodicate fuerit Dialectica a philoſophis excogitata. Nam ꝙ non fuerit neceſſaria, ſunt argumenta nonnulla. ¶ Primum, aut Dialectica eſt neceſſaria propter ſe: aut propter alias ſcientias? Non propter ſe. Quia Dialectica nõ eſt cognitio rerum diuinarum, aut humanarum/naturaliũ/aut moralium: que ſcientie ſunt neceſſarie propter ſe, aut propter officia vite. Quare Ariſtoteles .1. metaph. tex. 15. (vt exponit commentator) non vocat eam, ſcientiã, ſed modum ſciendi. At ꝙ non ſit neceſſaria propter alias ſcientias, arguitur. Nam id preſertim eſſet: quia docet diffinire, diuidere, et argumentari in aliis ſcientiis, ac deniq; inter verum et falſum diſcernere: ſed hec omnia que vis ſcientia docet in propria materia (tradit enim Theologia. v. g. proprias diffinitiones et rationes de diuinis: ⁊ philoſophia de naturalibus: ⁊ relique ſuo modo) ergo in hunc vſum non eſt neceſſaria alia ſpecialis ſcientia. Et confirmatur hec ratio. Si ad Dialecticam pertineret verum a falſo diſcernere, tũc ad Dialecticos deferendum eſſet, vt de omnibus rebus tum diuinis tũ humanis iudicarent: et non ad Theologos, iuriſconſultos, philoſophos naturales: quod tamen abſurdum eſt dictu. ¶ Secundo arguitur. Experientia compertũ eſt illuſtres viros ſcientiis aliis fuiſſe preditos ſine adminiculo Dialectice: tum iuriſconſultos (qui cum nihili faciant Dialecticam, habent nihilominus peritiam iuris) tum maxime nõ nullos ex doctoribus ſacris, qui non videntur ad modum Dialectice diligentes, cum tamen ſcientias omnes alias redoleant: vt ſunt Ambroſius qui canebat A logica Auguſtini libera nos dominẽ Gregorius, Bernardus, aliiq; id genus. Imo vero ante Platonem et Zenonem qui fuiſſe dicuntur, inuentores Dialectice fuerunt illi ſeptem ſapientes, quos Grecia iactat, ſine dialectica: ergo dialectica non eſt neceſſaria propter alias ſcientias. ¶ Confirmatur. Si logica eſſet neceſſaria ad acquirendas ſcientias, tunc cum ipſa Logica ſit ſcientia, vt queſtione ſequenti conſtabit, fieret vt neq; ipſam poſſemus acquirere ſine alia Logica: atq; adeo procedendum eſſet in infinitum.
¶ Tertio arguitur vna pars Dialectice eſt ſophiſtica et cauillatoria: quam tradit Ariſto. in libro Elencho. Ubi technas per multas docet, modoſq; fallendi in diſputatione: ſed ſophiſte, et diuinis literis damnantur et humanis. Qui enim ſophiſtice loquitur odibilis eſt. Eccleſiaſtici. 37. Et Socrates quem ſapientiſſimum ipſe pronunciauit apollo, Gorgiam ceteroſq; id genus ſophiſtas ludibrio habuit, vt ex Platone colligit Cicero. libro. 2. de finibus: ergo Dialectica pernicioſa eſt: tantũ abeſt vt ſit neceſſaria. ¶ Quarto et poſtremo arguitur ꝙ Logica non ſit ante alias ſcientias neceſſaria. Docet Ariſto. primo phiſi. tex. 2. Hanc nobis natura inſitam eſſe viam, vt a notioribus nobis et facilioribus exordiamur. Et. 5. Metap. tex. 1. In doctrinis (inquit) inchoandum eſt vnde quis facilius diſcat. Dialectica vero difficillima eſt vtpote que circa recondita opera intellectus verſetur: ergo non eſt ab illa inchoandũ: atq; adeo neq; eſt ante alias ſcientias neceſſaria. ¶ At vero in contrarium eſt autoritas Ariſto. 1. topi. cap. 2. vbi docet Dialecticam eſſe vtilem ad tria: nempe ad exercitationes, ad colloquia, et ad eas, que ſecundum Philoſophiam ſunt diſcipline.

¶ Circa quæſtionem hanc: ne ignorantia nominum (quod ait Ariſto. 1. Elencho.) faciat nos allucinari, prenotandum eſt primum omnium iuxta doctrinam ipſius. 1. poſte. tex. 2. Quid nominis logice: atq; dialectice. Logica nom ẽ eſt latine receptũ (quod meminit Iſidorus. 2. lib. Ethimo) a logos grece: quod inter alia multa, et ſermonem ſignificat, et rationem: vnde Logica idem pollet quod ſciẽtia ſermotionalis, ſeu ſciẽtia rationalis. Et differunt huiuſmodi ſcientie ratione obiecti et finis. Nam finis ſcientie ſermocionalis eſt proprietas ſermonis: vt, recte, ornate, aut figurate loqui: qualis eſt finis Grãmatice, Rethorice et Poeſis: que proinde ſunt ſcientie ſermotionales: atq; adeo comprehenduntur nomine logice. Sed finis rationalis ſcientie eſt intelligere: qualis eſt finis Dialectice: que licet tractet de vocibus, id tamen tractat, quatenus ſunt ſigna conceptuũ: vt docet Auicena prima parte logice cap. 3. At vero: quia finis etiam Rethorice ⁊ Poeſis, preter ſermonem, eſt opus rationis, vtpote perſuadere veritatẽ

Logica.

Differt inter ſcientias ratio ⁊ ſermo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

conіecturis ⁊ repreſentationibus, ſit vt vtraq̄ꝫ itidē numeretur inter ſciētias rōnales. Unde in illa antiquiſſima diuiſione philoſophie in phiſicā, ideſt naturalē. Ethicā ideſt moralē. Logicā .i. rationalē, ſub tertio mēbro cōprehēdunt rethorica, poeſis ⁊ Dialectica: vt notat Hieronymus hom̄. prima ſuper cātica. Et ideo. S. Thomas in principio ſtatim poſteriorū diſtinguit poetriā rethoricam et Logicam tanq̄ꝫ tria opera rationis.

Differt in logicā. rethoricā poeſim. ¶Et quanq̄ꝫ poſſet quæſtio præſens tractari de Logica, hoc modo generaliter dicta: tamen ad noſtrū propoſitū ſolū pertinet Logica: vt diſtinguitur contra Rethoricā ⁊ poeſim. Que differūt dupliciter. Primo ratione finis ⁊ materie. Finis.n. logice, vt docet illic. S. Tho. eſt facere vel certā ſcientiā ex neceſſariis ⁊ vniuerſalibus, vt in libro poſte. vel fidem ſaltem humanam ſeu opinionem, vt in libris Topi. Sed rethorica non neceſſe habet generare ſemper, vel opinionem: ſed ſatis eſt ſi ſuſpitionem faciat: et id de rebus particularibus: vt ſi Milo occidit Clodium: que proinde vtitur coniecturis in particulari. Poeſis vero generat ⁊ amorem virtutis et odium vitiorum, per modum repreſentationis: veluti cibus oſtenſus generat vel appetitum ſui vel horrorem. ¶Secundo differunt ex modo procedendi. Nam Dialectica, vt docet. Ariſt. in principio rethorice eſt compendioſior Rethorica vero extenſior. Quod.n. Dialectica breuiſſimo ſyllogiſmo tribus terminis concludit, id Rethorica pluribus verbis explicat ⁊ amplificat. Ob idq̄ꝫ ⁊ Ariſt. illic ⁊ Zeno, quod Cicero ſecundo libro de legibus commemorāt, Dialecticam comparabant pugno conſtricto, rethoricam vero extenſe palme. Atq̄ꝫ adeo Uarro. Eſt (inquit) Dialectica ad diſſerēdas res acutior Rethorica vero ad illa que innititur docēda, facūdior. ¶Scdo notandum eſt ꝙ Dialectica proprie dicta non tantū extenditur quantū Logica: imo eſt pars ipſius. Diuiditur.n. Logica (vt autor eſt Cicero in libro topicorum) in Dialecticam et Topicam: vt Dialectica ſit illa pars logice que eſt iudicatiua. Topica vero, ea, que eſt inuentiua. Prima pars traditur in libris priorum ⁊ poſteriorum: vbi docetur quemadmodum de vna quaq̄ꝫ re iudicandum ſit per ſolutionem in ſua principia neceſſaria: iudicium namq̄ꝫ proprie non ſumitur niſi de neceſſarus: vt docet. S. Tho. in principio poſte. Altera traditur in libris topicorum: vbi docentur loci et ſedes argumentorū: vt vnuſquiſq̄ꝫ abundet mediis ad perſuadendum quaucunq̄ꝫ veritatem: per locum a diffinitione, a diuiſione, a genere ⁊c. Quanq̄ꝫ in alia ſignificatione diſtinguatur ſyllogiſmus Dialecticus a demonſtratiuo: vt demōſtratiuus ſit qui procedit ex neceſſariis, Dialecticus qui procedit ex probabilibus. At vero iam doctores promiſcue vtuntur vtroq̄ꝫ nomine: vt idem ſit Logica ⁊ Dialectica. Et ita nos vtimur in propoſito.

Dialectica ¶Eſt ergo Dialectica ſeu logica vt diffinit Iſidorus ſecundo libro Ethimologiarum: ſcientia diffiniendi inquirendi et diſſerendi: que docet diſputando quemadmodum vera et falſa diiudicentur. Et de hac querimus an ſit neceſſaria? ¶Poſtremo circa eundem titulū queſtionis notandum ꝙ neceſſarium (vt autor eſt Ariſt. 5. Metaphi. tex. 6.) multis modis dicitur ſecundum numerum cauſarum. Dicitur. n. aliquid neceſſarium ab intrinſeco ratione cauſe formalis aut materialis: vt neceſſe eſt hominē eſſe riſibilem ratione forme: ⁊ eſſe mortalem ratione materie ſecundo ab extrinſeco: aut ratione cauſe efficientis, quod alio nomine dicitur violentum: vt neceſſe eſt ſagittam ſurſum proiectam aſcendere: eſt item neceſſariam ratione finis: idq̄ꝫ dupliciter: aut ſimpliciter: puta ſine quo non poteſt quis conſequi finem: vt cibus neceſſarius eſt ad vitam: aut ſolum ad bonum ⁊ commodum eſſe finis: quod alias dicitur vtile: vt equus neceſſarius eſt ad iter.

Neceſſariū

¶Igitur ad quæſtionem reſpondetur quatuor concluſionibus. Prima concluſio. Dialectica eſt quodāmodo hoibus neceſſaria primo modo: quaſi a ꝓpria forma, ⁊ hois natura dimanās. Probaꝭ. Dialectica eſt ars diſſerēdi ac ratiocinandi, vt modo dicebamꝰ: ſed hō inter vniuerſas creaturas proprie eſt rationalis: vt pote cui natiuū ſit: progreſſu quodā ac diſcurſu rerū veritates per veſtigare, ⁊ ex notis ad ignota procedere: vt viſa. v.g. eclipſi cauſam querere: ergo Dialectica eſt hōi naturalis. Unde Albertꝰ in prologo Predica. Logica (inquit) a natura incipit: ſed arte perficitur. Et victorinus. Potentia facit habilem ars vero facilem, Uſuſq̄ꝫ potentē. Et Ariſt. 1. Rethorico. ait: Dialecticā naturalē eſſe, quam omnes etiā illiterati participāt, ſed illa eſt ad artem reducenda. Quo circa angelis qui nō indigēt diſcurſu ad cognoſcendum, ea ſaltem que naturaliter cognoſcunt, non eſt Logica neceſſaria reſpectu illorū. ¶Scda cōcluſio. Dialectica eſt ad alias ſciētias conquirendas neceſſaria: et (vt inquit Albertus ſuper Porphyrium cap. 3.) non ſolum eſt vtilis vt facilius acquirantur: ſed ſimpliciter neceſſaria. Probatur. Modus perquirendi ſcientias eſt per diffinitiones rerum, per diuiſiones ac diſcurſus: ſed Dialectica eſt ars que docet diffinire, diuidere et argumentari: ergo Dialectica eſt neceſſaria ad alias ſcientias: rationem hanc manifeſtat egregie. S. Tho. in principio ſtatin Poſte. Hominum, inquit genus arte et rationibus viuit, vt autor eſt Ariſto. 1. meta. cap. 1. quo differt homo a ceteris animantibus, que cum ratione nō vigeant, nulla ducūtur arte, ſed ſolum naturali inſtinctu aguntur: ob idq̄ꝫ homines ad diuerſa opificia diuerſas artes excogitarunt, vt ſculptoriam, ferrariam ⁊c. At vero intellectus et ratio non ſolum ordinat exteriora opera, verū etiam diſponit ſuos proprios conceptus in formam diffinitionis, ſyllogiſmi ⁊c. ergo ad hoc neceſſaria fuit ars que dicitur Dialectica. ¶Secundo probatur hec concluſio antiquiſſima autoritate philoſophorum qui neceſſitate adducti Dialecticam excogitarunt. Nam, vt notat Ariſto. 1. Poſte. ⁊ refert Cicero. 1. libr. achademicarum queſtionū, fuerunt ante Platonem Democrates, Anaxagoras, Empedocles ⁊ alii in ea opinione, vt nihil poſſit ab hominibus ſciri. Unde illa vox ſocratis. Unum hoc ſcio, me nihil ſcire. Et Archiſilas ⁊ illud quoq̄ꝫ negabat ſe ſcire. In quam certe opinionem inciderant ex incuria ⁊ ignorantia Dialectice, que vis eſt inquirendi ſcientias: cuius vis nondum era tillorum tempore cognita vt meminit Ariſto. 1. Metaphi. textu. 8 ⁊ libro. 13. cap. 4. Quāq̄ꝫ et rerum etiam mutabilitatem in cauſa eſſe putabāt, vt nihil de illis poſſet ſciri. Ob idq̄ꝫ Plato, Ariſto. et poſtea Zeno ſtoicorum princeps Dialecticam vel iauenerūt, vel ſaltem ad perfectū perduxerunt: qua homines poſſent ceteras ſciētias adire. Unde Diogenes laertius, quāuis lib. 1. de vitis philoſophorum diꝗerat a quodam alio antiquiſſimo Zenone Eleate non nullum Dialecticam ſumpſiſſe exordium, tamen lib. 3. de vita Platonis. Ex tribus illis (inquit) partibus philoſophie phiſica antiqua fuit acceſſit. Socrates et adiecit ethicam, tertiam Plato Dialecticam adnt. Et libro. 7. de Uita Zenonis ſtoici. Tanti (inquit) faciebant ſtoici Dialecticam, vt ſolos dialecticos appellarent ſapientes. Et Iſidorus lib. ſecūdo Ethimo. cap. 24. phiſicam (inquit) Tales milleſius vnus ex ſeptem ſapientibus primus apud grecos perſcrutatus eſt Ethicā Socrates inſtituit: ſed Logicam Plato ſubiunxit. Uerum tamen (vt ipſe illic teſtatur cap. 22.) quāq̄ꝫ primi philoſophi in ſuis, dictionibus Dialecticam habuerint, tamen Ariſto. fuit qui illam in artē redegit et ad regulas certas produxit quod. 2. Elencho. capi. 9. inſinuatur. Nempe ante ſuam etatem non fuiſſe artem Dialectice

1. Conclu.

2. cōcluſio

eam

diffinitur etiam dialectica hoc modo. eſt scientia rationalis uera a falso discernens

eam preſertim que verſaꝭ circa ſyllogiſmos, ſed ipſe (inquit) Ariſt. labore multo excogitabit ⁊ Cicero lib. 1. acade. queſtionū dicit tpē ſocratis om̄ia illos phōs dubitare nihil affirmare: ſed tūc facta eſt ars diſſerēdi q̄ꝫ minime ꝓbabat Socrates. Atq̄ꝫ hinc abiit in vſum, vt reor artē ſyllogiſmorum q̄ in libris Priorū poſte. ⁊ Topico.

Ars logica noua ⁊ vetus. Elēchorū tradiꝭ appellari artē nouā, ꝙ eā Ariſ. inuenerit. Artē vero predicamētorū ⁊ perihermenias / vocari veterē vt adnotauimꝰ in principio predicamētorū. Tametſi totiꝰ dialectice in vniuerſum princeps fuerit Ari. vt teſtaꝭ Cicero in lib. Topicorū: q2 oēs eius ptes in lucidā artē reuocauit. ¶Tertio probaꝭ ꝯcluſio. Nā quot quot antiqui philoſophi in errores inciderūt ex ignorātia Dialectice lapſi ſunt. Primo Epicurus: q2 nimirū fuit cōtēptor Dialectice, in errores incidit grauiſſimos vt adnotat Cicero. 2. lib. de finibus ⁊ Boetiꝰ ſup Porphyriū. Enimuero: q2 diffinire neſciebat quid eſſet ſummū bonū: illud in voluptatibus cōſtituebat. Et Ariſt. 1. phiſi. phōs illos antiquos, tā abſurde errātes circa principia rerū naturaliū, cūctos ſubnotat ignorātie logice. Quia.n. (inquit) equiuoca diſtinguere neſciebant, ſepe in equiuocis laborabāt. ¶Et reuera ſi rē ad Hereticos q̄ fuerūt in eccleſia deducere lubet, cōpertū erit ex ignorātia Dialectice paſſim allucinatos fuiſſe. Quare dialectica, vt cetere artes liberales, admodū eſt in eccleſia neceſſaria. Unde. 37. diſt. cap. de quibuſdā ab Eugenio papa in ſynodo cautū eſt, vt epiſcopi curā ⁊ diligētiam habeant vt magři ⁊ doctores cōſtituātur, qui ſtudia litterarū, liberaliūq̄ꝫ artiū dogmata aſſidue doceāt. ¶Ultimo tandē ꝓbaꝭ cōcluſio. Tūc vnā quāq̄ꝫ rē ſcire putamus (vt in quit Ariſt. 1. phiſi. cū cauſam ⁊ ꝓ̄ncipia rei cognoſcimus: ſꝫ cognoſcere rē per cauſam nemo pōt ſine Dialectica: quippe q̄ docet cōcluſiones in ſua principia reſoluere: ergo ſine Dialectica nullus eſt vere ſciēs, neq̄ꝫ eſt aliqua vera ſcientia ¶Quo fit vt q̄ hac tēpeſtate iuri vtriq̄ꝫ ſtudēt, certe (quod ſine cuiuſpiā iniuria dixerim) verā ſciētiā nō habēt: ſed meram fidē quā adhibēt dictis doctorū. Nō.n. res per cauſas ⁊ principia cōprobāt: ſed ſola autoritate tenēt. Unde in longiſſimo tēpore nihil niſi turbā opinionū cōparāt: cū tñ antiqui iuriſcōſulti nō autoritatibꝰ ſolū: ſꝫ rationibꝰ agebāt. Unde elegāter Cicero De claris oratoribus. Seruiū ſulpitiū vniuerſis iuriſcōſultis illius tpis anteponit. Qui tamē (inquit) nūq̄ꝫ ad tantā iuris ſciētiā perueniſſet, niſi dialecticā didiciſſet: q̄ docet rem vniuerſam tribuere in partes, latentē explicare diffiniēdo, obſcurā explanare: interpretādo, ambiguā, primū videre / deinde diſtinguere: poſtremo habere regulā qua vera ⁊ falſa iudicētur: ⁊ q̄: quibus propoſitis, eſſent: queq̄ꝫ non eſſent conſequentia. Et inferius ⁊ alibi ſepe dicit ſine Dialectica iuſtam eloquētiam que iuriſconſultis neceſſaria eſt: neminem cōſequi poſſe. Et Plato. 7. lib. de re. dicit ad omes ſcientias et artes neceſſariam eſſe Dialecticam: atq̄ꝫ adeo ad ipſam diuinam ſummi boni comtemplationem. Et Auguſt. lib. ſecūdo de ordine cap. 13. diſciplina (inquit) diſciplinarum quam Dialecticam vocant: hec docet docere: hec docet diſcere: in hac ſe ipſa ratio demonſtrat, atq̄ꝫ aperit que ſit, quid velit, quid valeat: ſcit ſcire: ſola ſcientes facere poteſt. Unde ſcientia (iquit) argumētandi, diuidendi, diffiniendi, non ab hominibus pro arbitrio inſtituta eſt: ſed in rerum ratione comperta eſt.

¶Eſt ergo Dialectica: vt dictū eſt, ſimpliciter neceſſaria. Sed poſtq̄ꝫ ſtudium litterarum in queſtu eſſe cepit, Dialectica contennitur: que non eſt de pane lucrando. Et illa ſtudia ſequūtur iuuenes: vt inquit Cato, in quibus maiora premia poſita ſunt: non tam veram ſcientiā q̄ꝫ vulgi opinionem aucupantes. ¶Tertia concluſio.

3. cōcluſio Ars ſophiſtica eſt etiam vtilis, dummodo ſit ad mediocritatem. ¶Probatur. Non ſolum opus eſt philoſophum eſſe inſtructum ad docendum veritatem: ſed neceſſe eſt eſſe armatum aduerſus eos qui fallaciis et cauillis veritatem adulterant et impugnant: hoc vero preſtat ars ſophiſtica: ergo eſt vtilis. Quemadmodum. n. Scorpio non cōmiſcetur tyriace propter ſanos: ſed vt illis ſit medicina qui morſu Scorpionis afliguntur: ita ars ſophiſtica eſt nobis aduerſus ſophiſtas et hereticos neceſſaria. Unde Cicero libro. 1. de finibus: bona pars (inquit) Dialectice eſt que captioſa diſſoluere ambiguaq̄ꝫ diſtinguere oſtendit. Et. 2. de diuinatione: pars inquit ſapientis eſt fallax argumentum diſſoluere ⁊ ſoritis reſiſtere. Soritas vocant greci captioſum et multiplex genus argumentandi. ¶Et confirmādi exemplo Auguſt. qui quanto prius gentilis Dialectica ſua plus nocuit eccleſie, quando cantabatur, a Logica Auguſtini libera nos domine, tantum poſtea Chriſtianus eadem arte plus profuit aduerſus hereticos. Unde pro crimine obiiciebant illi ꝙ eſſet Dialecticus. A quo ipſe ſe purgat lib. 1. contra Creſconium grammaticum cap. 3. vbi miris modis extolit Dialecticam: aſſerens apoſtolos etiam fuiſſe Dialecticos, cum ſepe diſputauerint aduerſus gentiles: imo et Chriſtum ipſum ſaluatorem noſtrum qui ſepe diſputauit aduerſus iudeos. ¶Secundo Utilis eſt ars ſophiſtica ad exercendum et exacuendum ingenia iuuenum, vt ſciant in omnium materia prompte diſputare. Sed tamē hoc eſt in perniciem hominum nimium immorari in huiuſmodi. Quemadmodum.n. reubarbum certo pondere vtile eſt ad ſanitatem: ſed ſi multum ſumpſeris, enecat: ita Dialectica eo vſq̄ꝫ vtilis eſt: quantum eſt neceſſaria ad alias ſcientias adeundas. Unde Seneca lib. 13. epiſtola. 89. Artes, inquit, liberales hactenus vtiles ſunt, ſi ingenium preparent, non detineant. Tandiu illis immorandum eſt, quādiu nihil animus agere poteſt maius. Unde quantum proſunt per ipſas tranſeūtibus, nocēt circa ipſas immorantibus. ¶Ultima concluſio. Dialectica eſt primum diſcenda ante alias ſcientias. De hac concluſione fuit cōtrouerſia apud antiquiſſimos philoſophos, vt refert Laertius. lib. 7. Panetius. n. et alii dicebant a Phiſica inchoandum eſſe: Diogenes vero ab Ethica. Sed academici, ſtoici, et Peripathetici conſentiunt a logica eſſe incipiendum: poſt grammaticam. ¶Et probatur concluſio. Modus ſciendi prerequiritur ad acquiſitionem ſcientiarum, ſicut ars requiritur ad conſtructionē domus (abſurdum.n. eſt, vt citatum eſt apud Ariſtote. ſecundo Metaph. Simul querere ſcientim et modum ſciendi) ſed Dialectica tradit modum ſciendi, vt illic dicit Commentator: ergo ipſa prerequiritur ante alias ſcientias. ¶Secundo arguitur ꝙ non ſit incipiendum ab Ethica vel phiſica. Nam prudentia que prerequiritur ad philoſophiam moralem: et pariter principia philoſophie naturalis, non poſſunt haberi niſi per experientiam, vt autor eſt Ariſto. 1. et. 6. Ethi. iuuenes autem in breui tempore non poſſunt experientiam habere rerum. Ex quo illic colligit Ariſtote. iuuenem non eſſe idoneum auditorem philoſophie moralis aut naturalis: ſed poſſunt (inquit) eſſe mathematici. Dialectica cū et mathematice ſcientie non requirunt experientiam: quia abſtrahunt a materia. Et ideo ab his inchoādum eſt ſtudium ſcientiarum. ¶Unde. S. Tho. opus. 70. ſuper Boeciū de trini. q. 5. ar 1. dicit antiquiſſimum ordinem ſcientiarum eum eſſe, vt prius iuuenis diſcat Dialecticam, deinde mathematicas ſciētias: que ſunt additus et via ad philoſophiam moralem et naturalem. Et inde, vt refet Hugo de. S. victo. 3. lib. Didas. ca. 3. ex ſeptem artibus liberalibus. Grammatica, Logica, et Rethorica nomen habent, vt dicantur triuium. Geometria vero Arithmetica, Perſpectiua, ⁊ Muſica dicuntur quadriuium, ideſt, trina et quaterna via ad

4. Cōc.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alias ſciētias. ¶ Boni cōſulite, ſi queſtionē hāc (que facies eſt libri) latius forſam deduxerimus ꝙ̄ pro rōne rudiū iuuenū fuerat neceſſariū. Libuit nāqꝫ iacentem hac etate dialecticā pro ſua dignitate ⁊ antiquitate hiſce rationibus erigere: ⁊ aduerſus contēptores ſuis viribus aſſerere, ſuiſqꝫ dotibus perornare. Quādoquidē antiquitas/philoſophorū Mercurio ſuo, quē deū ſapiētie coluit, vel de Dialectica precipuos honores detulit. Angues manibus apprehēdentē eiuſ effigiē depingebant eiqꝫ drachones ſacrificabant: qđ implexa ꝑ dialecticā extricaret, ⁊ terrificā argumentoꝝ vim facile diſſolueret.

Primū ¶ Ad primū argm̄ reſpondetur ꝙ Dialectica quodāmodo eſt per ſe naturalis: vt diximus. Nam ⁊ ſi nulle eſſent alie ſciētie, poſſet qs formare ſyllogiſmos in modo ⁊ figura ex trīs nō ſignificatiuis, vt facit Ariſt. in libris priorū. Sed tñ neceſſaria nō eſt, niſi ꝓpter alias ſciētias, in quibꝰ tradit̃ cognitio rerū. Et ꝙ̄ꝙ̄ alie ſcientie miniſtrent peculiarē materiā ⁊ peculiares trōs circa ſua cuiuſqꝫ obiectā: dialectica tñ ē q̄ docet inde cōſtituere diffinitiones ⁊ ſyllogiſmos atqꝫ adeo ex notis ad ignota ꝓcedere. Sicut ars ſartoria nō facit pānū aut ſericū: ſed ex illis facit veſtē. ¶ Et per hoc rñdet̃ ad cōfir. ꝙ nō pertinet ad dialecticā iudicare de omnibus rebꝰ. Sed ad alias ſciētias q̄ verſant̃ circa diuerſas materias re-

Cōfir. Scđm. rū. ¶ Ad ſcđm argm̄. negat̃ quē ꝙ̄ acquirere poſſe ſcientiā verā ſine dialectica. Et ſancti doctores oēs fuerunt dialectici. Nec iuriſconſulti, vt dictū eſt, antiquitus ſine dialectica adibāt ſtudiū iuris. Nec q̄ modo ſunt habent ſine illa niſi merā fidē. ¶ Et qđ attinet ad antiquos philoſophos, quāꝙ̄ nō habebāt artē logice perfectā, habebāt tñ naturalr̃ imperfectū modū arguēdi ⁊ diffiniēdi. ¶ Ad cōfir. aūt rñdet̃ ꝙ cū primo inuēta fuit, ꝑ naturalē inſtinctū rōcinādi inuēta fuit ipſamet ars rōcinādi: et maxime: q2 ſemꝑ in gñe humano māſitali qđ ſemē dialectice ⁊ ceterarū ſciētiarū, quecūqꝫ infuſe fuerūt p̄mo parēti: ⁊ modo poſtꝙ̄ inuēta eſt, ipſa ſibi ſeruit: non eñ docet ſolū diſputare in aliis ſcientiis, ſed in ſeipſa. Quare nō eſt ꝓceſſus in infinitū. ¶ Ad tertiū reſpōdet ipſe Auguſtinꝰ. 2. de doctri. xp̄iana cap. 31. ꝙ ſophiſtice loqui intētione decipiēdi, hoc odibile eſt ⁊ dānatū. Eccl̃. 37. Sꝫ callere artē dialecticā ad declarādū ſcripturā ⁊ ad obiādum cauūloſis hereticis: id plurimum valet in ſacris litteris. Uerū eſt tñ ꝙ Socrates vt argutū eſt, poſtꝙ̄ ad philoſophiā moralē ſeſe cōtulit nō tāti faciebat dialecticā. Cuius ſubinde ſtudioſiſſimꝰ diſcipulus Seneca, vt ꝑꝫ lib. 6. epl̃a. 49. ⁊. 50. nō adeo multū fauet dialectice, tametſi negare nō poſſit quominus philophis ꝓſpicienda ſit, ⁊ a limine ſalutāda. ¶ Ultimū argm̄ eſt. S. Thome opꝰ. 70. ſuper Boetiū. q. 6. ar. 1. Ad qđ rñdet ꝙ a facilioribus ſemper inchoandum eſt, niſi neceſſitas nos aliquando compellat a loco difficili exordium ſumere. At dialectica nō eſt initium ſcientiarum, quia facilior, ſed quia tradit modum acquirendi alias ſcientias.

¶ Quæſtio ſecunda prooemialis Vtrum Logica ſit ſcientia.

QVæſtio ſecunda iuxta ordinē citatū Ariſt. pertinet ad quod quid eſt videlꝫ an logica ſit ſciētia. ¶ Et arg̃ pro parte negatiua. Primo ex parte obiecti, vnde habitus ſortiūtur ſuas ſpecies. Logica, vt videbimus. q. 5. eſt de entibus rationis (verſatur enim circa genus ⁊ ſpeciē ⁊ alia huiuſmodi: que ſolum habent eſſe per operationem intellectus.) At ens rationis non eſt ens ſimpliciter: ſed ſcđm quid: ergo Logica nō eſt ſimpliciter ſciētia: ſed ſcđm quid. ¶ Secūdo arguit̃. Sciētia ſcđm Ariſt. 1. poſte. tex. 5. ⁊. 6. ethi. c. 6. Solū eſt de neceſſariis ⁊ perpetuis: Logica eſt de ſyllogiſmo ⁊ de ceteris operibus intellectus factibilibꝰ a nobis: que ſunt entia contingentia ⁊ tēporalia: ergo nō eſt ſciētia. ¶ Et confir. hec ratio. Scientia, vt illic habetur procedit ex neceſſariis per demonſtrationē: ſed logica ſepe procedit ex probabilibus vt in libris topi. multas ꝙ̄ ſubinde habet opiniones: vt vtrū res predicentur, an termini: ergo logica nō eſt ſciētia: ſed opinio. ¶ Tertio arguitur. Omnis ſcientia verſatur circa aliquot ſpeciale ſubiectum: ſed logica eſt ſcientia cōmunis vt Ariſto. docet. 1. poſte. tex. 27. ⁊. 4. meta. tex. 5. vtpote que verſatur circa omnē materiā omniū ſcientiarū: ergo non eſt ſcientia. ¶ Quarto Ariſto. 2. meta. tex. 15. diſtinguit inter ſcientiā ⁊ modū ſciendi: ſed logica eſt modus ſciēdi, vt illic exponit Cōmentator: ergo logica nō eſt ſcientia. ¶ Et confir. Quia ſi logica eſſet ſcientia ſequeretur proceſſus in infinitū. Nam tunc vel requirit̃ alia logica tāꝙ̄ modus ſciēdi ad acquirendū logicē, vel non. Si non: ergo aliqua ſciētia poteſt haberi ſine preuio modo ſciendi. Si ſic, quero de alia logica priori an ſit ſcientia, necne. Si eſt ſcientia: ergo requirit aliam priorem: et ſic eſt proceſſus in infinitum. Si non: ergo deueniendum eſt ad aliquam logicam que non eſt ſciētia: ſed modus ſciēdi. ¶ Quinto logica eſt ars diffiniendi et argumentandi, vt dictum, eſt: ſed ars et ſcientia ſunt habitus ſpecie diuerſi vt autor eſt Ariſto. 6. ethi. lect. 3. ergo logica non eſt ſcientia. ¶ Poſtremo arguitur. Saltim pars logice que ſophiſtica nullo modo eſt ſcientia: vt Ariſto. tradit. 1. Retho. ⁊. 4. Meta. tex. 5. vbi dicit ꝙ ſophiſta apperet philoſophus: ſed non eſt: ergo non tota logica eſt ſcientia. ¶ In contrarium eſt ꝙ vt ſupra dicebamus, cū omnes philoſophi antiqui, tum maxime peripatetici diſtribuūt philoſophiam in phiſicam, Ethicam, ⁊ logicam, velut in tria genera ſcientiarum.

¶ Circa quæſtionem hanc: iuniores Logici ſexcentas fingunt diſtinctiones. Primo dicunt Logicam bifariam accipi: vno modo pro Logica naturali: que eſt habitus anime, ſeu anima ipſa habilis ſuapte natura ad arguendum et ratiocinandū: alio modo pro logica artificiali: que eſt habitus acquiſitus. Et primo modo non eſt ſcientia: ſed ſecundo modo. ¶ At vero hoc eſt prohibito abuti terminis. Nam inclinatio naturalis, ſicut ſimpliciter non eſt ſcientia: ita neqꝫ ſimpliciter eſt logica. Uerū eſt ꝙ ſcđꝫ antiquos, vt autor eſt. S. Tho. 1. 2. q. 15. ar. 1. eſt in intellectu q̄dā habitꝰ naturalis, quo cognoſcimus principia per ſe nota: ſiue diſtinguatur a potētia, ſiue nō: ſed tñ ille nullo modo hꝫ nomē ſciētie: ⁊ per ꝯñs, nec nomē logice aut philoſophie: ſed dr̃ intellectus, qui eſt inchoatio ſcientiarū. Ergo nō accipitur logica proprie niſi pro habitu ſuperaddito potentie, acq̄ſito, vel a Deo infuſo. ¶ Secūdo logicā artificialē dicūt vno modo accipi pro habitu ſimplici vnius cōcluſionis: alio modo pro aggregato ex oibus ſit̃. Et primo mō eſt ſcientia partialis, ⁊ ſcđo modo ſcientia totalis. Sed tamen hec alia queſtio diſtincta eſt: an videlicet logica ſit vnicus habitus omniū cōcluſionum: an collectio pluriū. Modo nō q̄rimꝰ niſi an ſit ſcia: poſtea videbimꝰ an ſit vna vl̃ plres. ¶ Tertio diſtingūt ꝙ logica vno mō accipit̃ ꝓ habitu ꝓpōnū logicaliū acquiſito ꝑ demōſtrationē: ⁊ iſto mō eſt ſcia: alio mō pro habitu tali acq̄ſito ſolū ꝑ rōnē ꝓbabilē: ⁊ ſic nō eſt ſcia: ſꝫ opinio. ¶ At vero iſti adeo ſunt amatores claritatis, vt quo clare loquant̃, nihil reſpōdeant. Tm̄dē. n. dicūt in hac diſtinctione: ac ſi dicerēt ꝙ logica q̄ eſt ſcia eſt ſcia: ⁊ illa q̄ eſt opinio non eſt ſcia. ¶ Aliq̄ diſtingūt ꝙ vno mō accipit̃ logica ꝑ aſſenſu actuali: alio mō ꝑ habituali. ¶ Sed hoc eſt nomina confundere. Nā logica, ſicut ſciētia, ꝓprie nō accipit̃/niſi ꝑ habitu. Aſſenſus. n. nō dr̃ ſciētia: ſed actus, vel conſideratio ſcientie, vt loquitur Ariſt. 1. poſte. ¶ Sed quid? Gualterus quidam accipit logicā pro iſto cōceptu logica: qui vniuerſaliter predicat̃ de omnibꝰ habitibus logicalibꝰ. At quis dixerit illū conceptū eſſe logicā, magis ꝙ̄ hoc nomē/hō/eſſe hominē. ¶ Libuit has omnes diſtinctiones iſtorū in mediū proferre, vt ad monerē acceptiones non eſſe prohibito multiplicandas. Sed ex ꝓpria ſignificātia terminorū, vel ex vſu philoſophorū accipiēdas.

¶ Vnde in titulo quæſtionis accipitur Logica, vt ſuperiore queſtione declarauimus, pro habitu diffiniendi/diuidēdi ⁊ argumētandi/qui verſatur circa opera intellectus: que ſunt propoſitio, ſyllogiſmus ⁊c. Et de hoc querimus an ſimpliciter ſit ſciētia ſicut philoſophia naturalis aut aſtrologia, aut alia id genꝰ ſcientiarū. ¶ Ubi notandū eſt ſcđo ꝙ ſcire eſt rē perfecte cognoſcere: quod autore Ariſt. 1. poſte. tex. 5. eſt rem per demonſtrationē intelligere. Atqꝫ adeo ſciētia eſt habitus generans aſſenſum neceſſariū ⁊ euidentē per demōſtrationē, vt illic amplius explicabimus: nā hic non eſſet locus exacte tractandi quid ſit ſcientia. ¶ Tertio notādū ꝙ preſens hec queſtio. An logica ſit ſciētia, antiqua fuit inter philoſophos: quam tractat Auicena in principio Dialectice ⁊ Boetiꝰ ſuper porphyriū ſub his terminis, ſit ne Logica vere pars philoſophie, an ſolū inſtrumentū ſciētiarū. ¶ Et inter iuniores egidius romanus. q. 1. ſuper librum poſte. Negat logicā eſſe ſcientiā, adductꝰ argumēto noſtro quarto ⁊ eius cōfirmatione. Cui poſt ſubſcripſit Petrꝰ niger vndecima queſtione ſuiclipei, motus argumento noſtro primo. Sed tamen cōmunis opinio Auicene, Boetij, ⁊ omniū vt ipſe Petrus niger confitetur, eſt ꝙ logica eſt ſcientia. ¶ At vero diſtinguitur duplex logica. Nam alia eſt docens ⁊ alia vtens. Logica docens eſt habitus, qui docet naturā. U. g. diffinitionis, demonſtrationis, ſyllogiſmi probabilis atqꝫ ſophiſtici, ceteraſqꝫ id genus veritates. Logica vtens eſt habitus, quo vtitur quicunqꝫ in aliis ſcientiis ad diffiniendū, demonſtrandū, ad arguendū probabiliter atqꝫ ſophiſtice. Diſtinctio eſt antiquorū qua vtit̃. S. tho. 4. meta. lect. 4. ⁊ Scotus. q. 1. ſuper librum Poſte. ⁊. q. 1. Elench. vbi tractat hāc queſtionē. ¶ Et quantū ego coniicio nō ſunt diſtincti habitus: ſed idē habitꝰ ſub diuerſis cōſiderationibus eſt docēs ⁊ vtens: ſicut idē eſt martellus quē docet facere faber ferrarius, ⁊ quo vtit̃ fauer lignarius. Accipit̃. n. hic logica vtēs paſſiue. i. qua vtūtur tractatores aliarum ſcientiarū: vnde ſignificantius forſan diceremus logicā poſſe dupliciter conſiderari. ſ. in quātū eſt docēs: ⁊ in quantū eſt vtens. v. g. ille habitꝰ. ſ. Barbara eſt euidēs ꝯñia: in quātū demōſtratur in logica per illa principia dici de omni eſt logica docens: ſed in quantum illo vtitur Geometra vt formet conſequentiam in Barbara eſt logica vtens.

Scire et ſcientis.

Logica docēs ⁊ vtēs.

1. Cōclu. ¶ His præhabitis. Reſpondetur ad quæſtionem duabus concluſionibus. Prima. Logica in quantum docet eſt vere ⁊ proprie ſcientia: ⁊ vt egregie dicit Scotus. 1. q. Elēch. nō ſolū pars illa demōſtratiua, verū etiā pars topica ⁊ ſophiſtica. ¶ Et quo ambe ſimul per ſpicatiꝰ probent̃. Scđa cōcluſio eſt. Logica in quantū vtēs nō eſt ſciētia: ſed modꝰ ſciēdi ⁊ inſtrumētum ſcientiarū. Ambe ꝯcluſiones ſunt. S. Thome. 4. meta. lec. 4. ¶ Probatur prima cōcuſio. Logica eſt habitꝰ generās aſſenſum neceſſariū ⁊ euidentē per demōſtrationē: ergo (per diffinitionē) eſt ſciētia. Probat̃ añs. Logica (v. g.) demōſtrat euidēter ꝙ ſyllogiſmꝰ demōſtratiuꝰ generat ſciētiā: hoc modo. Ois ſyllogiſmꝰ ꝓcedēs ex neceſſariis generat ſciētiā: ſꝫ ſyllogiſmꝰ demōſtratiuꝰ eſt huiuſmodi: ergo. Eadē rōne demōſtrat ꝙ ſyllogiſmꝰ dialecticus ꝓcedēs ex ꝓbabilibꝰ gñat opinionē: ⁊ ꝙ ſyllogiſmus ſophiſticꝰ procedēs ex apparētibus fallit apparēter. Tā neceſſaria. n. ⁊ euidēs cōcluſio logicalis eſt ꝙ ſyllogiſmꝰ dialecticus facit oppinionē, ⁊ ꝙ ſophiſticus facit apparentiā, ꝙ̄ ꝙ dm̄ōſtratiuꝰ gñat ſciētiā, ⁊ hoc eſt precipue hic addotādū, vt intelligas quomodo logica quo ad oēs ſuas ꝑtes eſt vere ſciētia. Pari arte demōſtrat in libris topi. qñ valeat argumētatio a genere, a diuiſione ⁊ per alios itidē locos ⁊ in libris perihe. demōſtrat contradictionis alterā partē eſſe verā alterā vero falſam, ⁊ quēadmodū valeat argumētatio ꝑ cōuerſionē ⁊c. Itē in predicamētis quēadmodū ſubſtātia nō poſſit ineſſe ſubiecto, ⁊ in aliis itē operibꝰ demōſtrat: quēadmodū teneat aut fallat argumētatio in ampliationibꝰ appellationibꝰ ⁊c. quo fit vt dialectica docēs ſit ſcia. ¶ Mox ꝓbatur Scđa cōcluſio. Uſus dialectice in aliis ſciētiis nō ſemꝑ gñat ſciētiā: ergo vſus nō eſt ſcia ꝓbat̃ añs. Si phūs naturalis aut moralis faciat ſyllogiſmū dialecticū ex ꝓbabilibus, aut ſi ex ſingularibꝰ ſolis que experimur inducat vl̃ez, nō generabit ſciētiam: ſed opinionē: ⁊ ſi faciat ſophiſma, nō generabit opinionē: ſed apparētiā. Qualē facit ſophiſma illud qđ q̄dā obiecit Diogeni ꝙ ego ſū tu nō es: ſed ego ſum hō: ergo tu non es hō. Cui argute Diogenes recte (inquit) colligis: ſed a me incipe. Sēſus ergo illiꝰ ꝙ logica docēs eſt ſciētia: logica ꝟo vtēs nō eſt ſciētia, eſt hic. Habitꝰ Dialectice dm̄ōſtrat naturas argumētationū aliorūqꝫ operū rationis tñ vſus oim argumētationū quarū naturā demonſtratiue tradit logica: nō ſemꝑ generat ſcientiā. ¶ Has cōcluſiones pretēdit Auicena in principio Dialectice, dicēs vanā eſſe q̄ſtionē. An logica ſit pars philoſophie. Nā quatenus cōſiderat de natura conceptuū que eſt quedā natura rerū, eſt vere philoſophia: ſicut philoſophia naturalis aut moralis. Sed q̄tenus vſus eius accōmodat ad oēs ſciētias: eſt inſtrm̄ ſcientiarū. Itē dicit Boetius ſuꝑ prophyriū editione ſcđa: nēpe ꝙ logica eſt ſimul, ⁊ ꝑs philoſophie ⁊ inſtrm̄ eius: ſicut mēbra ſunt ⁊ ꝑtes corporis ⁊ inſtrumēta eius. Et Citero. lib. 5. tuſcu. q. ſequit̃ (inquit) tertia pars philoſophie, q̄ ꝑ oēs ꝑtes ſapiētie manat ⁊ fundit̃: q̄ rē diffinit, ꝯ̃. a diſpertit, ſequētia adiūgit, ꝑfecta concludit, vera ⁊ falſa diiudicat: differendi ratio ⁊ ſcientia: ex qua, cū ſumma vtilitas exiſtit ad res pōderādas, tū maxime ingenua delectatio, ⁊ digna ſapientia.

2. Cō. ¶ Ad primū argm̄ quod eſt Petri nigri negatur ꝯñs. Nā ad hoc ꝙ aliqua ſit ſimplr̃ ſciētia nō requiritur ꝙ obiectū eiꝰ ſit ſimplr̃ ens: ſed ſatis eſt ꝙ ſit de re neceſſaria, ⁊ ſub rōne vl̃i, vt. 1. poſte. videbimꝰ: nō tā neceſſaria eſt q̄cūqꝫ ꝓpō logicalis. v. g. ꝙ demonſtratio generat ſciētia, ꝙ̄ hoiem eſſe riſibilē: ⁊ adeo vl̃is. Uñ ꝙ̄ꝙ̄ ens rōnis nō ſit ſimplr̃ ens, ꝺ illo eſt ſimplr̃ ſciētia (licet cognitio eius ⁊ diffinitio nō ſit ex ꝑte obiecti tā ꝑfecta ꝙ̄ cognitio entis realis). Nā alias eodē argumēto probaret̃, ſciētias mathematicas nō eſſe ſimplr̃ ſciētias: q̄ tractāt ꝺ accidēte, puta de q̄ntitate: q2 accidēs ſcđm Ariſ. nō eſt ens, ſꝫ entis ens: cū tñ illas appellet Ariſt. 1. poſte. certiſſimas ſciētias: ꝙ̄ ꝙ ſi arguas ꝙ cū ens rōnis nō habeat verū eſſe oio pōt mouere intellectum: q2 mouere eſt vere agere ⁊ iō ꝺ illo nō pōt eſſe ſciētia. Rñdet̃ ꝙ cū ens rōnis ſola rōne dr̃ at ab indiuiduis realibꝰ hꝫ in ipſis verū eſſe ⁊ iō indiuidua mouēt intellectū ad faciēdū intentiones rōnis, vt viſo Petro ⁊ Paulo cognoſco aliquā rōnē eſſe illis cōmunē: ⁊ inde conſequit̃ intentio ſpecie. ¶ Ad ſecundū argumentū reſpōdet̃ ꝙ ſciētia eſt de aliquo duplr̃: vno modo ſimplr̃, tāꝙ̄ ꝺ obiecto formali: alio modo ſecūdario de illis rebꝰ in quibꝰ reperitur obiectū formale. U. g. philoſophia naturalis tractat principalr̃ de hoie in cōi, demōſtrādo ꝙ eſt riſibilis, ꝙ eſt mortalis: ⁊ ceteras veritates: que ſunt perpetue, etiā ſi hoies ſint corruptibiles. Sꝫ ſecūdario tractat de Petro ⁊ de Ioāne qui ſunt corruptibiles. Eodem modo logica tractat

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de rationibus communibus: puta ꝙ demonſtratio generat ſcientiam, ꝙ diffinitio conſtat ex genere et dr̃ia: que ſunt perpetue veritates. Sed ſecũdario tractat de hac vel de illa materiali diffinitione, que eſt res corruptibilis: ⁊ hoc non obſtat rationi ſcientie. ¶ Ad confir. nõ negamus eſſe multas veritates dialecticas, de quibus ſolum habetur oppinio. Nam hoc habet quecunq; ſcientia naturalis que tractat de rebus mutabilibus, vt habeat admixtas multas oppiniones. At non propterea eſt diſtinguenda alia Logica que ſit oppinio: et alia que ſit ſcientia: ſicut nõ diſtinguimus aliã philoſophiã naturalem que ſit opinio: et aliam que ſit ſciẽtia. Sed ſatis eſt: vt logica ſit ſcientia, ꝙ quãtum ad partes principales generet aſſenſum euidentem: eo preſertim ꝙ non eſt neceſſarium omnes ſcientias eſſe in eodem gradu certitudinis et euidentie. Ariſtoteles enim Philoſophiam moralem vocat ſcientiam: et tamẽ primo Ethi. dicit non exigendam eſſe rationem in illa, ſicut in mathematicis. Et p̃mo Poſte. vocat Mathematicas, ſciẽtias certiſſimas: inſinuans alias eſſe proprie ſcientias, quamuis non ſint adeo certe. Sed de hoc alias. ¶ Ad tertium iam reſponſum eſt ꝙ Logica docens verſatur circa aliquod ſpetiale obiectum, vt videbimus. q. 5. tractat enim de entibus rationis: ſed vſus eius diffunditur per omnes ſcientias. ¶ Ad quartum quod eſt argumẽtum Egidij itidem reſponſum eſt, ꝙ nihil vetat Logicã ſimul eſſe ſcientiam in quantum docet et modum ſciendi, quantum ad vſum. ¶ Ad formam confirmationis, quam Egidius magnifacit negatur ille proceſſus in infinitum. Nam logica, vt ſuperiori queſtione dicebam⁹, ſimul eſt ſcientia et modus ſciẽdi reſpectu ſui. Docet. n. diffinire, diuidere et argumentari, non ſolum in aliis ſcientiis, ſed in Logica. ¶ Sed ſi queras de prima concluſione logicali quomodo probatur, vtrum per aliam Logicam, reſpondetur ꝙ deueniendum eſt ad aliquod principium per ſe notum in terminis lumine naturali: ⁊ ad aliquam conſequẽtiam per ſe euidentẽ, que non indiget priori ſcientia: vt ſunt forſan quatuor modi euidentes prime figure, quos Ariſto. non probat per conſequentias euidẽtiores: ſed declarat per illos terminos dici de omni ⁊ dici de nullo, vt expoſuimus. lib. 5. ſummularum cap. 1. v. g. ſi queratur quare conſequentia in darij eſt bona. ſ. omnis homo diſputat, Petrus eſt homo ⁊c. probat Ariſt. per dici de omni hoc modo. Si aliquid predicatur de ſubiecto vniuerſaliter ſumpto, illud predicatur de quocunq; ſubſumpto ſub illo: ſed hoc contingit in conſequentia de darij: ergo darij: eſt bona conſequentia. Sed ſi proteruus negaret conſequentiam Aris. que etiam eſt in darij certe Aris. non adduxiſſet aliã probationem: ſed ſicut maior ſupponitur tanq̃ diffinitio propoſitionis vtilis, ita et conſequentia ſupponitur tanq̃ euidens ex terminis. ¶ Ad quintum reſpõdetur ꝙ q̃q̃ logica ſit ars, quia docet conſtruere diffinitiones ſyllogiſmos ⁊c. nihilominus eſt ſcientia. Nam Aris. 6. Ethi. non ſeparat artem a ratione ſcientie, niſi illam que eſt de re factibili: quales ſunt Mechanice/ quia non ſolum ſunt de rebus corruptibilibus: ſed nec procedunt rationibus neceſſariis. Variatur enim ratio domificandi pro loco et tempore: ſicut variantur forme veſtium et aliorum artificiatorum. Sed Logica eſt de rationibus perpetuis et inuariabilibus: et ideo ſimul eſt ars artium et ſcientia ſcientiarum. Nam cum omnes ſcientie et artes ratione procedant et Logica tractet de operibus rationis, fit vt viam aperiat ad omnes ſcientias et artes: ſicut ſcientie Mathematice vere ſcientie ſunt: vt Geometria et Arithmetica: ſed numerantur inter ſeptem artes: quia docent metiri et numerare, vt refert. S. Thomas opus. 70. q. 5. ar. 1. ⁊. 1. 2. q. 57. ar. 3. ad tertium. ¶ Ad vltimum argumentum reſpondetur ꝙ nomen ſophiſte ſecundum vnam acceptionem honorificum eſt. Tantum enim valet, ſicut ſapiẽs vel preceptor: ſed ſecundum aliam: ſcientia ſophiſtica eſt, que apparet ſcientia et nõ eſt ſciẽtia. Et de hac iam diximus ꝙ vſus eius nõ generat ſcientiam: ſed fallit. Sed tamẽ logica, que tradit artem ſophiſticam, eſt vere ſcientia: quia demõſtrat neceſſario ꝙ per illam artẽ quis poſſit facere argumenta apparentia: ſicut ars Alchimie ſi eſſet, eſſet vera ars faciendi aurum apparens, licet non verum.

¶ Quæſtio tertia prooemialis. Vtrum Logica ſit vna ſcientia.

QVæſtioni precedenti de quidditate Logice appendet tertia de eius vnitate. Et arguitur ꝙ non ſit vna ſciẽtia. Primo Logica habet multas partes: vt puta, aliam de predicamẽtis, aliam de propoſitione: et aliam demonſtratis: que omnes ſpetie differunt: ergo ſunt multe Logice. ¶ Secundo arguitur. Non eſt vnicus ſimplex habitus omnium concluſionum Logicaliũ: ergo non eſt vna Logica: cõſequentia eſt nota: quia vt ſupra dictum eſt, ſcientia eſt habitus. Et prouatur antecedens. Primo. Actus aſſentiendi ſunt in Logica ſpetie diuerſi: vt. V. g. ꝙ demonſtratio generat ſcientiam, quod predicamenta ſunt decem: ergo generant diuerſos habitus. Secundo. Experientia conſtat ſucceſſu temporis et longo ſtudio multarum cõcluſionum Logicam acquiri: ergo acquiſito primo habitu circa primam concluſionem reſtat acquirendus alter circa ſecũdã ⁊ alius circa tertiã, vt ſic per accumulationẽ habituũ creſcat ſciẽtia. ¶ Tertio. Ad principale arguitur. Si idem eſſet habitus omniũ concluſionum, ſequeretur ꝙ acquiſito primo habitu circa primam concluſionem, non acquirerentur alij circa alias: ſed ille poſtea extenderetur ad omnes: hoc tamen eſt falſum: ergo oppinio illa eſt falſa. Sequellam autores oppinionis concedunt. Et probatur minor. Tunc ſequeretur ꝙ q̃ primum Petrus. v. g. diſceret primam concluſionem, acquireret totam logicam: quod eſt contra experiẽtiã. Et probatur conſequentia. Sit Petrus. v. g. qui didicit ſolum primam concluſionem logice, et Paulus qui didicit omnes. Et arguitur ſic. Habitus Petri et habitus Pauli ſunt eiuſdẽ ſpetiei ſecundum hanc oppinionem: et habitus Pauli inclinat ad omnes cõcluſiones, et eſt vera logica: ergo ⁊ habitus Petri. ¶ Quarto arguitur. Stat Paulum logicum obliuiſci multarum cõcluſionum, manente habitu circa alias: ergo non eſt idẽ habitus omnium. ¶ Quinto arguitur. Stat Petrum habere verum habitum logice circa aliquas concluſiones, et ſimul habere errorẽ circa alias: ergo non eſt idẽ habitus ſcientie circa omnes: alias ſcientia et error eſſent ſimul circa eandem concluſionem: quod eſt impoſſibile. ¶ Et vltimo arguitur. In logica ſunt alique propoſitiones ſcite per demonſtrationẽ, ⁊ alie quarum ſolum eſt oppinio per rationes probabiles: ergo ſaltẽ circa hec duo genera propoſitionum non eſt idẽ habitus. ¶ In contrarium eſt ꝙ Ariſt. 1. poſte. tex. 43. dicit eam eſſe vnam ſcientiam que eſt vnius generis: et logica, vt videbimus queſtione vltima verſatur circa vnicum obiectum: puta ens rationis ergo.

¶ Quæſtio hæc duplicẽ habet ſenſum Primus (qui pertinet ad Dialecticam ⁊ tangitur in primo argumento) eſt, vtrum Logica que plures continet libros diuerſarum materiarum, ſit vna ſcientia ſpetie, ſicut Geometria: an ſint potius plures logice, ſicut plures Mathematice. Secũd⁹ ſenſus (qui pertinet ad Metaphiſicam et tangitur in reliquis argumẽtis) eſt, vtrũ habitus

habitus omnium cõcluſionum logicaliũ ſit vna ſimplex qualitas, inclinans cõmuniter ad aſſenſum omnium: an potius ſingularum concluſionum ſint ſinguli habitus, ita vt logica ſit collectio multorum habituũ. ¶ Et quãtum ad primum articulum de primo ſenſu nulla certe deberet eſſe inter doctores controuerſia. Omnes enim fateri tenentur eſſe vnam ſcientiã. ¶ Vbi non fuerit abre partitionem ſcientiarum obiter ⁊ perſumptorie adnotare. Habitus intellectuales, quantum ego ex Ariſ. colligere poſſum (preter alias diuiſiones) quadrupliciter ſecari poſſunt. Primo differunt genere, ratione medij quo procedunt. Quemadmodum. 1. Poſte. text. 44. diſtinguit Ariſto. inter ſcientiam et opinionem, ꝙ illa ſit habitus certus et clarus procedens per demonſtrationem: ⁊ hec ſit habitus formidoloſus et obſcurus, procedens per rationem probabilem. Et medio modo ſe habet fides: que generat aſſenſum certum, ſed obſcurum. ¶ Secundo diſtinguntur habitus ex parte ſubiecti inquantum ſunt virtutes intellectus: perficientes ipſum ſecundum diuerſos gradus. Quemadmodũ diſtinguntur. 6. Ethi. cap. 3. quinq; virtutes intellectus. ſ. ars, ſciẽtia, prudentia, ſapientia, ⁊ intellectus. ¶ Tertio diſtinguntur ſcientie etiam genere ex parte finis. Quemadmodum. 2. metaph. tet. 3. diſtinguit Ariſtote. inter ſcientiam practicam, cuius finis eſt opus ⁊ ſpeculatiuam cuius finis eſt veritas. ¶ Quarto quod ad rem pertinet diſtinguntur ſcientie tã ſpeculatiue q̃ practice ex parte obiecti (ſecantur enĩ ſciẽtie ſicut res: vt habeť. 3. de anima tex. 38.) ⁊ inde ſortiuntur ſpecies. Vnde generali diuiſione antiqui philoſophi et Stoici: vt ſupra diximus, partiebantur Philoſophiam in Phiſicam, Ethicam, ⁊ Logicam. At ſingula membra, vt notat Albertus ſuper Porphyriũ, ſubſequanť in plures ſpecies. Et ideo Ariſto. 6. Metaph. tex. 2. ſubſecat Phiſicam generaliter dictam in Phiſicam ſpecialiter dictam, et Mathematicam, ⁊ Theologiam, ſeu Metaphſicam. Quam diuiſionem ſequitur Boetius. 2. cap. de trinitate. ¶ Sed eſt notandum in preſentiarũ (vt docet. S. Thom. opuſculo. 70. queſtione de diuiſione ſcientie. art. 1.) ꝙ hec diſtinctio ſcientiarum ſumitur ſicut diſtinctio potentiarũ Enimuero non queuis diſtinctio obiectorum requirit diſtinctas potentias. Omnes. n. ſpecies coloris eadem potentia viſiua percipiuntur: ſicut omnes ſpecies ſoni eodem auditu. Sed diſtinguntur potentie ſenſitiue penes diuerſas rationes formales ſenſibiles, inquantum eſt ſenſibile. Vt color qui multiplicat ſpecies per lumen requirit vnam potentiam: et ſonus qui multiplicat ſpecies per motum, aliam potentiam: et ſic de ſingulis obiectis. Eodem modo in ſcientiis: quia ratio ſcibilis eſt vt ſciať in vl̃i per abſtrationem a materia ſenſibili, diſtinguntur ſcientie penes maiorem aut minorem abſtractionem a materia. Nam Phiſica tractat de his que dependent a materia ſecundum eſſe ⁊ ſecundũ conſiderationem. Tractat. n. de animalibus et de plantis, quatenus ſunt in tali materia. ſ. in carnibus et ligno. Mathematice vero tractant de his que depẽdent a materia ſecundum eſſe: ſed ſecundum conſiderationem abſtrahuntur a materia ſenſibili. Tractant. n. de angulis et figuris, non inquantum ſunt in ligno vel in ere: ſed abſolute. Metaphiſica demum tractat de his, que non dependent a materia nec ſecundum eſſe, nec ſecundum conſiderationem: puta de ente, cuius ratio ſaluatur extra materiam in Deo ⁊ in angelis. ¶ Atqui, ſunt quatuor ſcientie Mathematice. Geometria de quantitate continua. Arithmetica de quantitate diſcreta (que ſunt ſpecies mẽſure diuerſe) Aſtrologia, q̃ eſt mixta ex Geometria et phiſica. Muſica, que eſt mixta ex Arithmetica ⁊ Phiſica. ¶ Item Ethica generaliter dicta diuiditur in Monaſticam, que eſt de moribus vnius hominis economicam, de regimine vnius domus: et Politicam, de regimine ciuitatis aut regni: ⁊ ad hanc reducitur ius ciuile: nam leges per Philoſophiam moralem ſtatute ſunt. ¶ Ac demum logica generaliter dicta diuiditur in Grammaticam, Logicam, ⁊ Rhetoricam: quarum diuerſitantẽ explicuimus queſtione prima. Et hec eſt diuiſio ſcientiarum ſpeculatiuarũ. ¶ Eodem modo ſcientie practice, que dicuntur artes mechanice/ diuidũtur in ſeptem. Que ſunt, lanificium, armatura, nauigatio (que pertinent extrinſecus ad corpus) Agricultura, venatio, medicina, Theatrica que pertinent intriſecus ad nutritionem et valitudinem corporis. Vnde verſus: Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, Medicina: His teatrum ſocia: ſunt hec Mechanica dicta. ¶ Atq; adeo, quatuor Mathematice cum tribus rationalibus/ vocantur artes liberales: quia verſanť circa opera anime et rationis. Quales ſunt numerari, metiri, ratiocinari. Sed ſeptem mechanice dicũtur ſeruiles, quia pertinẽt ad corpus quod reſpectu anime eſt ſeruus: anima vero reſpectu corporis eſt domina et libera, vt meminit S. Thomas. 1. 2. q. 57. arti. 3. ad tertium. Et hec eſt partitio ſcientiarum naturalium. Supra iſtas eſt Theologia noſtra Chriſtianorum: ſcientia ſupernaturalis ⁊ reuelata. Vnde deductum eſt ius canonicũ: quemadmodum ex philoſophia morali ius ciuile.

Sept artes [...]rales.

¶ Ad rem igitur huius primi articuli vt reddeamus: nominales ad primum ſenſum queſtionis reſpondent eſſe plures logicas, plures philoſophias naturales, plures ſcientias Geometrie. In ſumma quot ſunt obiecta materialia ⁊ particularia in logica, tot multiplicant actus, totq; aſſerunt eſſe logices. Et eadẽ ratione in virtutibus moralibus, aliam dicunt eſſe abſtinentiam circa carnes, et aliam circa piſces, et aliam circa vinum: ſed iſti ſermones profecto indigni ſunt qui in ſcholis doceantur: vtpote quos extra ſcholas non auderemus proferre: ⁊ maxime ꝙ Ariſtote. docet quomodo euitentur, etiam ſi cõcedamus ꝙ circa quãlibet concluſionem generetur habitus diſtinctus ab habitu alterius. ¶ Et ideo reſpondetur ad primum ſenſum queſtionis hac concluſione. Quantũcunq; admittantur in eadem ſciẽtia plures eſſe habitus partiales, nihilominus ſimpliciter abſolute eſt vna logica, patet apud Ariſt. 5. Meta. tex. 7. vbi docet ꝙ vnum dicitur multipliciter, atq; adeo poteſt aliqua res eſſe vna ſimpliciter in vno genere ⁊ plures in alio. Quemadmodum exercitus eſt plura in predicamento ſubſtantie: puta plures homines, ⁊ tamen in predicamento quãtitatis eſt ſimpliciter vnus numerus. Et domus eſt plura in predicamẽto ſubſtãtie puta plura ligna plures lapides: ⁊ tamẽ eſt vna domus in predicamento qualitatis, ⁊ ita viſus quãuis conſtaret ex partibus differẽtibus, nihilominus eſſet vna potentia. Eadem ratione quamuis logica eſſet plures entitates, eſt nihilominus ſimpliciter vna ſcientia propter vnicam rationem obiecti: imo profecto eadem ratione dicendus eſt vnus habitus: nam habitus eſt genus ad ſcientiam. ¶ Et ſecundo probatur: quia quemadmodum domus ex genere ſuo non habet ꝙ conſtet ex pluribus rebus: ſed licet eſſet vnum ens ſimplex eſſet domus: ita logica non habet ex ſe ꝙ conſtet ex pluribus rebus/ et ideo eſt vna ſcientia. Et hoc modo ſatis eſt dialectico ſcire ꝙ logica eſt vna ſcientia. ¶ Vnde ad primum argumentum queſtionis reſpondetur, ꝙ q̃q̃ logica habeat diuerſas partes nihilominus tractat de illis ſub eadem ratione formali obiecti: quemadmodũ ſcientia vnica de homine, tractat de capite ⁊ ceteris eius membris ac proprietatibus.

¶ In ſecundo articulo. Circa ſecundum ſenſum Metaphiſicum queſtionis, an videlicet dialectica ſit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſit vna ſimplex qualitas non ſolum inter. S. Thomam ⁊ alios: verum ⁊ inter thomiſtas ipſos eſt diſſenſio opinionum. Sed vt manifeſtum ſit in quo ſtat dĩa, notandum eſt primo ꝙ ad ſcientiam duo requiruntur: vnum ex parte obiecti: vt puta ſpecies intelligibiles in memoria: que ſunt ſimilitudines obiectorum: atqꝫ adeo ſunt cauſa notitiarum apprehenſiuarum. Alterum requirit ex parte potentie: quod eſt virtus ⁊ habilitas illius, inclinans ad aſſenſus iudicatiuos. Et inter thomiſtas aliqui putant ſcientiam eſſe collectionẽ illarum ſpecierum: alij vero ſcientiam eſſe habitum qui ſe tenet ex parte potentie: propterea ꝙ. S. Thomas varie videtur loqui de hoc in diuerſis locis. Adeo vt Capreolus in prologo ſententiarũ. q. 3. ſub dubio reliquerit quid ſenſerit. S. Th. Nam in queſtionibus de veritate. q. 10. arg. 2. ⁊ in aliis locis, quos poteris illic videre apud Capre. dicit ꝙ ordinatio ſpecierũ in intellectu poſſibili eſt habitus ſcientie. Sed. 1. 2. q. 54. ar. 4. ad tertium argumẽtum: dicit ꝙ qui primo acquiſiuit habitũ imperfectum circa primaꝫ concluſionẽ vnius ſcientie poſtea per demonſtrationes aliarum concluſionum non acquirit nouum habitum: ſed primus efficitur perfectior. Ubi intendit, habitum ſcientie eſſe ſimplicem qualitatẽ. ¶ Unde Capr. ad queſtionem preſentem reſpondet, ſub diſtinctione, ꝙ ſi habitus ſcientie accipiatur pro ſpeciebus, tũc non eſt ſimplex qualitas: ſed collectio plurium: nam ſingulorũ obiectorũ ſunt ſingule ſpecies. Si vero accipiatur pro habilitate potentie ⁊ virtute ad iudicandum, tunc logica et queuis alia ſcientia eſt vña ſimplex qualitas.

[1.] Cõcluſ. ¶ Sed tamen, vt exiſtimo, ſententia. S. Th. clara eſt. Et ideo ad queſtionem reſpondetur tribus concluſionibus. ¶ Prima ad intelligendum opinionem. S. Thome, ⁊ aliorum. Scientia proprie ſolum accipitur pro habitu qui ſe tenet ex parte potentie ad iudicandum. Et ita loquuntur omnes doctores cuiuſcunqꝫ vie, nec ſanctꝰ Thomas potuit ſentire oppoſitũ. Nam ſcire idem eſt quod iudicare, ⁊ per ſpecies non iudicamꝰ: ſed per aſſenſum vel diſſenſum. Unde. S. Thomas nuſquam collectionem ſpecierum vocat ſciẽtiam: ſed vocat eas, habitum ſcientie: hoc eſt habitum qui eſt inchoatio ſcientie: inquantum notitie apprehenſiue prerequiruntur ante productionem aſſenſus. Et ita exponit Caie. 1. 2. loco citato. Et hoc videt mihi ſentire. S. Thomas. 3. ſen. diſt. 14. q. 1. arg. 1. q. 2. Ubi dicit ꝙ habitus intellectiue partis perficitur ex lumine ⁊ ſpecie intelligibili illorum que ꝑ ſpeciem cognoſcuntur. Ubi lumen vocat habitum illum et virtutem intellectus. Ita vt nomen ſciẽtia ſupponat pro habitu et habilitate potentie, connotãdo collectionem ſpecierum obiectorum.

2. Cõclu. ¶ Secunda concluſio. Logica & quæcunqꝫ ſcientia ſpecialis eſt in vis. S. Thome vnica ſimplex qualitas. Nec hoc poteſt cadere in dubium conſideranti dicta. S. Thom. 1. 2. loco citato, ⁊. q. 54. artic. 4. vbi expreſſe dicit ꝙ habitus ſciẽtie eſt ſimplex qualitas, ⁊ alia multa que illic citat Caie. Et hec concluſio fuit Henrici: quol. 9. ⁊ omnium anticorum ante tempus Scoti. Et in hoc eſt differẽtia inter antiquos ⁊ modernos. Nã quantum ad ſpecies intelligibiles, omnes conueniunt ꝙ ſingularũ concluſionum et obiectorum ſunt ſingule ſpecies. Et ſunt ꝗ̃plurima argumenta pro hac ſententia antiquorum. ¶ Primum. Ex cõmuni modo loquendi. Logica eſt vna ſciẽtia: ergo eſt vnus habitus (ab ſpecie ad genus) et per conſequens eſt vna qualitas: quia ſicut ſcientia eſt ſpecies habitus: ita habitus eſt ſpecies qualitatis. ¶ Et confir. Quia alias concedendum eſſet ꝙ ego habeo plures logicas: puta vnam de predicamentis, aliam de ſyllogiſmis: et eadem ratione plures phiſicas: vnam de homine, ⁊ aliam de equo: quod abſurdum eſt dictu. ¶ Secundo eſt argumentum. S. Thome loco citato. Habitus eſt perfectio potẽtie ⁊ eius virtus: ergo eſt proportionabilis potentie: ſed eſt vna potẽtia reſpectu omnium obiectorum, que conueniunt in vna ratione: vt vnus viſus reſpectu omnium ſpecierum coloris: ergo eſt vnicus ſimplex habitus reſpectu omnium concluſionum, que conueniunt in vna ratione ſcibilis. Et hec eſt ſententia Ariſto. 2. de anima text. 33. diſtinguentis eodem modo potentias ⁊ habitus per obiecta. ¶ Tertio arguitur. Poſtꝗ̃ ignis productum habet vnum gradum caloris, non producit alium diſtinctum in eodem ſubiecto qꝛ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed intendit priorẽ. At omnes concluſiones eiuſdẽ ſciẽtie, ſunt eiuſdem ſpeciei: quia conueniunt eadem ratione ſcibilis: ergo acquiſitio habitu circa primam concluſionem, non acquiruntur alij circa alias. Sed ille poſtea intenditur: atqꝫ adeo extẽditur ad omnes. ¶ Quarto. Habitus infuſi ſunt ſimplices qualitates reſpectu omnium obiectorum eiuſdem rationis: vt vnica fides, vnica iuſtitia: quod autores etiam alterius opinionis cõcedunt: ergo et habitus acquiſiti. Nam dĩa quam illi conantur aſſignare: vt puta ꝙ aliud eſt de habitu infuſo a Deo, ⁊ aliud de illo qui acquiritur a nobis, certe mere gratis aſſignatur. Nam Deus confert perfectionem ſupernaturaliter, ſecundum modum naturalem. Unde ſi non acquireremus vnicum habitum omnium articulorum, re vera nec Deus infunderet vnicũ habitum: ſed plures. Quemadmodum Ade tales ſcientias infudit Deus, quales ipſe acquiſiuiſſet. ¶ Et cõfir. Quia virtutes acquiſite morales ſunt ſimplices habitꝰ. Quis .n. dixerit plures eſſe habitus iuſtitie cõmutatiue in me alium ad emendum frumentum, ⁊ alium ad vendendũ oleum, ⁊ aliam eſſe temperantiam ad commedendum lenticulam, ⁊ aliam ad bibendum aquam? Certe eſt ridiculum: ergo eadem ratione, eſt vnicus habitus ſcientie. ¶ Tertia concluſio. Quanqꝫ hec opinio antiquorũ ſit veriſimilior, vt argumenta probãt, nihilominus opinio Scoti ⁊ nominalium eſt vtcunqꝫ probabilis. Scotus enim ⁊ Gregorius. q. 3. prolo. ſen. ⁊ fere moderni tenent ꝙ ſingularum concluſionum, ſunt ſinguli habitus, ⁊ collectio omnium que conueniunt in vna ratione ſcibilis eſt vna ſcientia, ⁊ poteſt hoc concedi, vt ſicut nos concedimus ꝙ collectio plurium ſpecierum eſt vnicus habitus qui eſt inchoatio ſcientie, dummodo concedatur ꝙ licet ſint plures qualitates eſt ſimpliciter vna ſciẽtia, ⁊ vnus habitus. Itaqꝫ ſicut ſcientia eſt nomen collectiuũ, ita ⁊ habitus poſtꝗ̃ eſt genus ſcientie ſit vnus, licet conſtet ex pluribus qualitatibus. Argumenta huius opinionis ſunt illa que ſupra fecimus. Ad que tamen antiqui probe reſpondent. 3. Cõcluſ.

¶ Ad primum argumentum reſponſum eſt in priori articulo. ¶ Ad ſecundum negatur antecedẽs. Et ad primam probationem negatur conſequentia. Non enim ſequitur ſi ſunt diuerſi aſſenſus actuales, ꝙ generent diuerſos habitus. Eodem modo probares ꝙ diuerſi aſſenſus numero eiuſdem cõcluſionis generent diuerſos habitus. Hec eſt enim natura habitus et potentie, ꝙ vnicus habitus producat multos actus circa idem obiectum formale: ſicut vnus viſus producit plures viſiones colorum. ¶ Et ad ſecundam probationem negatur ꝙ ſucceſſu temporis generentur noui habitus. Sed eſt notandum pro hoc ⁊ ſequentibus argumentis ꝙ acquiſito primo habitu circa primam concluſionem non acquiruntur noui per ſtudium aliarum concluſionum eiuſdẽ ſcientie: ſed tñ acquirũtur noue ſpecies circa obiecta aliarum concluſionum. Et primus habitus perficitur, non ſolum quia intenditur: ſed quia extenditur ad alias concluſiones. Per hoc enim ꝙ exit in actus

actus circa nouas concluſiones, acquirit nouos reſpectus. Non dico nouas entitates diſtinctas. Sed ꝑ hoc ꝙ actuatur per ſpecies nouarum concluſionum, perficitur vt inclinet in potẽtia propinqua ad aſſenſus illarũ: quos non poterat antea producere, in potentia propinqua. Et hoc ſẽtit. S. Tho. 1. 2. q. 52. ar. 2. quãdo dicit ꝙ ſcientia augetur per additionem. Intelligitur .n. per additionem ſpecierum, ⁊ per extenſionem ⁊ perfectionem habitus. ¶ Unde ad tertium argumentũ. Conceditur ꝙ poſtꝗ̃ Petrus acquiſiuit habitum circa primã concluſionem: non acquirit poſtea alios circa alias. Sed negatur inde ſequi, eſſe iam tunc logicum. Et cum arguitur. Habitus Pauli qui ſcit omẽs cõcluſiones eſt eiuſdem ſpeciei cum habitu Petri. Sed habitus Pauli inclinat ad omnes: ergo et habitus Petri: negatur conſequentia: ſi loquaris de inclinatione in potentia propinqua. Nam licet ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen ſunt eq̃ perfecti, nec Petrus habet tot ſpecies quot Paulus. Quemadmodum Petrus puer eiuſdem ſpeciei eſt cuꝫ Petro viro, tamen non poteſt in potentia propinqua generare quouſqꝫ ſit perfectus vir. Solum .n. ſequitur ꝙ ſi habitus Petri eſt eiuſdẽ ſpeciei cum habitu Pauli, poteſt in aſſenſum eiuſdem ſpeciei. Nam aſſenſus prime concluſionis eſt eiuſdem rationis ſcibilis cum aſſenſibus omnium aliarum: ⁊ poterit in omnes, quando fuerit perfectus. ¶ Et per hoc ſoluuntur quartum ⁊ quintum argumentum. Nam licet idem habitus Pauli inclinet ad omnes concluſiones, poſſunt tamen perdi ſpecies aliquarum, manẽtibus ſpeciebus reſpectu aliarũ. Et iam ille habitus non inclinabis in potentia propinqua ad illas cõcluſiones: ⁊ per conſequens erit obliuio illarũ. Et eadem ratione poteſt eſſe error circa aliquas concluſiones, manente ſcientia circa alias. ¶ Ad ſextũ argumentum concedimus ꝙ non eſt idem habitus qui inclinat ad aſſenſum ſcientificum ⁊ ad aſſenſum opinatiuum: ſed ſunt diſtincti habitus. ¶ Sunt qui multiplicant hic omẽs difficultates de habitibus: puta quomodo generentur ⁊ corrumpantur, quomodo inclinent. Sed nunc non erat his locus.

¶ Quæſtio quarta prooemialis.

Vtrum Logica ſit ſcientia ſpeculatiua.

POſtꝗ̃ circa ſubſtantiam Dialectice conſtituimus eſſe ſcientiam, atqꝫ adeo vnam ſcientiã, videre ſequitur qualis ſit: practica ne aut ſpeculatiua. Et arguitur: ꝙ non ſit ſpeculatiua: ſed practica. Dialectica eſt ars que refertur inter artes liberales: imo dicitur ars artium: vt meminit Petrus Hiſpanus. Sed ars omnis eſt practica: nam practica ſcientia eſt que habet opus pro fine, ⁊ ars idem eſt ꝙ ſcientia operatiua, vt diffinit Ariſtote. 6. Ethic. cap. 4. ergo Dialectica eſt ſcientia practica. ¶ Secundo arguitur. Finis Dialectice vt ſupra diximus eſt conſtituere ſyllogiſmos, ⁊ alias argumẽtationes ⁊ ideo dicitur Dialectica .i. diſputatiua ſcientia: ⁊ ab Ariſtot. vocatur modus ſciendi. Sed argumẽtationes ſunt opera quedam perinde ac cetera artificialia (ars .n. eſt conſtruere ſyllogiſmum in Barbara ſicuti conſtruere domum) ergo logica eſt ſcientia practica. ¶ Et confir. ex. S. Tho. in prologo poſte. Quemadmodum (inquit) neceſſaria fuit ars edificatoria aut fabrilis circa ea que ratio de operibus manuum ratiocinatur, ita neceſſaria fuit ars que ſit directiua actuum rationis: vt in illis homo facile, ⁊ ſine errore procedat, qualis eſt ars logica: vbi inſinuat logicam eſſe artem pari ratione, qua ars edificatoria et fabrilis. ¶ Tertio arguitur. Medicina dicitur practica quatenus moderatur humores ⁊ actiones corporis, ⁊ ſcientie morales dicuntur practice ⁊ actiue: quia ordinant opera noſtra que procedunt a voluntate: vt videlicet ſtudioſe fiant: ergo eadem ratione Logica erit practica, quandoquidem ordinat opera intellectus. ¶ In contrarium eſt ſententia Ariſ. 3. de Anima tex. 49. vbi ait: Intellectus practicus differt ab ſpeculatiuo fine: nam practicus eſt qui propter aliquid ratiocinatur .i. propter opus: logica vero non ratiocinat propter aliquod opus diſtinctum a ratiocinatione. Sed propter ipſum ratiocinari: ergo eſt ſpeculatiua. Quod teſtatur etiam Aug. 8. de ciui. Dei, cap. 4.

¶ Diſtinctio inter ſcientiã practicam: & ſpeculatiuam a fine ſumenda eſt, ꝙ ſpeculatiua ſit ſolum propter veritatem cognoſcẽdum: practica vero ſit propter opus: vt modo citauimus ex Ariſtot, quod expreſſius repetit. 2. Meta. tex. 3. vbi ait: ꝙ finis contemplatiue ſciẽtie eſt veritas, actiue aũt opus: idem .n. ſonat ſciẽtia practica, quod ſciẽtia actiua: a Prato verbo Græco quod eſt facio. ¶ Sed varie loquuntur doctores in hac parte, de ſcientiis practicis ⁊ ſpeculatiuis. Nam tamen veritas facile conſtet, ſi res oculatius inſpiciatur. Unde cum ſcientia ab obiecto ⁊ fine habeat vt ſit practica: duo ſunt neceſſaria vt ſcientia ſit practica. Primum: ꝙ ſit de obiecto operabili a nobis: nam cum ſcientia practica ſit operatiua ſui obiecti, fit vt de rebus naturalibus nõ poſſumus nos habere ſcientiã practicã. Ut ſciẽtia de celis, de plantis, animalibus ⁊c̃. Non poteſt eſſe practica ſciẽtia vero Dei eminẽter cõtinet ſpeculatiuã: ⁊ practicã, vnica .n. ſimpliciſſima ſciẽtia infinita res naturales ⁊ cognoſcit ⁊ facit. ¶ Secundo requirit ꝙ finis eius ſit operari .i. ꝙ ſit proxima regula ipſius operis, et tractet de re operabili, mõ operabili: vt docet. S. Tho. de veritate. q. 14. ar. 4. ¶ Ubi notandum ꝙ in ſcientiis duplex eſt finis, alius eſt finis ſcientis: et alius eſt finis ſcientie. Finis ſcientis eſt quem homo conſtituit ſibi, quando addiſcit ſcientiam: ⁊ iſte non ſufficit, vt ſcientia dicatur practica aut ſpeculatiua: quia extrinſecus ſe habet ad ſcientiam. Sed finis ſcientie eſt ille quẽ habet ſciẽtia ex ſua ratione intrinſeca, a quo ſubinde ſciẽtia habet, vt ſit practica vel ſpeculatiua. Exempli gratia: poteſt quis ſtudere ſcientiam de anima: vt intelligat quomodo eſt perpetua ⁊ capax beatitudinis ⁊c̃. vt inde alliciatur ad bene viuendum. Scientia illa certe eſt mere ſpeculatiua, tametſi finis ſcientis ſit opus: quia ſcientia hec non docet operari: ſed eſt mera ſpeculatio. Item poteſt quis de domo ſtudere ſcientiam ſpeculatiuam, puta que procedit per demonſtrationẽ et reſolutionem in prima principia: vt puta quid ſit domus, quibꝰ partibus conſtet, quis finis eius ⁊c̃. et illa certe eſt ſpeculatiua: quãuis ſit de re operabili a nobis: quia nõ tractat de illa re modo operabili: ſed ſpeculatiuo. Attamẽ ſcientia que tractat de domo, quomodo fiat domus .i. quomodo ſint dolãda ligna, parãdi lapides, conſtruẽdi parietes eſt practica: quia tractat de re operabili, modo operabili, vnde licet quis diſcat hanc ſcientiam non intentione operandi, eſt practica: quia finis ſcientie eſt cõſiderandus ⁊ non finis ſcientis. ¶ At contra hanc doctrinam videtur eſſe ſanctus Thomas prima. p. q. 14. ar. 16. vbi ponit tripliciter contingere ſcientiam eſſe ſpeculatiuam. Primo ex parte rei ſcite: puta quando eſt de re non operabili, ⁊ hanc dicit ſimpliciter eſſe ſpeculatiuam. Secundo ex parte modi: vt puta ſi edificator cõſideret domum, diffiniendo, ⁊ diuidendo: quia illa licet ſit de re operabili, non procedit modo operabili. Et tertio ex parte finis, vt ſi edificator conſideret domum modo operabili: puta qualiter ſit domus conſtruenda, non tamen intentione operandi. Et ſubiungit ꝙ ſcientia ſpeculatiua ex parte modi, eſt partim practica. ſ. ex parte

Duplex finis in ſcientiis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

parte obiecti: ⁊ illa que eſt ſpeculatiua ex parte finis, eſt practica ex parte obiecti, ⁊ ex pte modi vbi expreſſe. S. Thom. in tertio mō dicit, ꝙ finis ſciētis facit quodāmodo ſcientiam ſpeculatiuam. Et in ſecundo modo dicit, ꝙ obiectum operabile facit ſcientiam quodammodo practicā, quanq̄ ex parte modi ſit ſpeculatiua. ¶ Quā ſententiā Gregorius in prologo. q. 4. multis redarguit nempe ꝙ finis ſcientis variet qualitatem ſcientie. Et quāuis multi ex noſtris verba hec. S. Thome vt iacent tueantur, ſunt tamen cum grano ſalis intelligēda. Primum. S. Thomas non intendit ſcientiam ex fine ſcientis eſſe per ſe aut practicam aut ſpeculatiuam: ſed quodammodo per accidens. Et preterea id ſolum concedit peculiariter ſcientie Dei: hac ratione: quia Deus nō habet duas ſcientias de rebus aliam practicam aliam ſpeculatiuam, ſicut nos habemus: ſed per ſcientiam infinitam ⁊ ſpeculatiuam eminēter cognoſcit res ⁊ creat. Atq; adeo ibi nō poteſt diſtingui inter ſcientiam practicam, ⁊ ſpeculatiuam ex natura intrinſeca ipſius ſcientie: ſed per diuerſos reſpectus Dei ad res. Ita vt inquātum ſe ipſum cognoſcit ſciētia ſua eſt ſpeculatiua: quia ipſe non eſt factibilis: inquantum vero cognoſcit res extra, quas nunq̄ eſt facturus, eſt practica ſcientia ex parte ſubiecti cum ſit factibile: ⁊ ſpeculatiua ex parte finis. Sed reſpectu illarum quas facturus eſt, eſt practica ex parte finis: quāuis etiam eminenter ſit ſpeculatiua. At vero in ſcientiis creatis noſtris vbi ex intrinſeca ratione ſcientia ſuapte natura eſt practica aut ſpeculatiua, nunq̄ reor. S. Thomas hanc diſtinctionē admitteret: ſed vt citatū eſt de veritate. q. 14. ſciētia ex intrinſeca eiꝰ ratione habet qđ ſit aut practica aut ſpeculatiua. ¶ Et primo: ꝙ ſcientia quāuis habeat obiectum operabile, ſi modo procedit ſpeculatiuo, ſit ſimpliciter ſpeculatiua, ſic ego probo. Illa ſcientia eſt ſolum ſpeculationis gratia / nec docet operari: ergo nullo modo eſt operatiua et per conſequens nec practica quod idem eſt. ¶ Secundo arguitur. Per accidens eſt illi ꝙ obiectum ſit operabile aut naturale: ergo inde non habet ꝙ ſit practica. v. g. ſi ſcientia roſe qua cognoſcimus naturam roſe eſt modo ſpeculatiua: eadem ratione quāuis roſa eſſet factibilis nobis, eſſet ſpeculatiua. Et ſi Deus impertiret nobis facultatē faciendi roſam aut res alias naturales, alias ſcientias deberet nobis infundere quibus ſciremus facere: nā q̄s mō habemꝰ nō ſufficerēt: ergo eadē rōne ſcientia ſimilis de domo qua ſolum cognoſcimus naturā domus eſt prorſus ſpeculatiua. Accidit. n. huiuſmodi ſcientiis obiectum eſſe operabile, necne. ¶ Et cōfirmat̃ Geometria quam ego habeo de triangulis ⁊ aliis figuris eſt ſpeculatiua: vt ab omnibus eſt receptiſſimum, tamē eſt de re operabili a nobis, poteſt enim homo figuras lineare: ergo eadem ratione ſcientia de domo poteſt eſſe ſpeculatiua. ¶ Mox probatur ꝙ a ſolo fine ſcientis ſcientia non dicitur abſolute ſpeculatiua aut practica. Huiuſmodi. n. conditiones conueniunt ſcientie ſuapte natura: ſed tamen fines iſti ſcientis de per accidens contingunt illis ex conditione ſubiecti: ⁊ dato oppoſito concedendum eſſet ꝙ ſcientia in diuite, qui nō intēdit operari, eſſet ſpeculatiua, ⁊ in paupere, qui intenderet operari, eſſet practica: imo in eodem modo eſſet ſpeculatiua modo practica, inde ſolum quod mutaret propoſitum. ¶ Colligamus ergo differentiam inter ſpeculatiuam ⁊ practicam quam conſtituit. S. Thomas. 1. Ethi. q. 3. ſ. ꝙ ſpeculatiua procedit modo reſolutiuo, tractat enim de naturis rerum, reſoluendo vſq; ad prima principia: practica vero procedit modo cōpoſitiuo, docet. n. inducere formam in materiam. Ut edificatoria docet dolare ligna, quadrare lapides, cōſtruere parietes ⁊c̄. Quare practica operando potiſſimum acquiritur. ¶ Ex quo tandem ſequitur contra Scotum quarta. q. prologi, ꝙ Theologia non eſt practica, nam ſpeculatiue conſiderat naturā Dei, licet eiuſmodi cognitio alliciat ad operandum.

¶ Sedcūdo (quia lubet omnes practicas ſcientias in ſumma attingere) notandum eſt ꝙ cum actio alia ſit immanēs: que proprie ſortitur nomen actionis, vt intelligere, amare, loqui, comedere ⁊c̄. alia vero ſit tranſiens in exteram materiam, vt ſcribere, edificare: que proprie dicitur factio (diuiſio eſt Ariſtote. 6. Meta. tex. 16.) fit ſubinde, vt ſcientia practica diuidatur in actiuam: que actiones noſtras dirigit, vt ſtudioſe fiant / et meritorie, vt dicunt, et in factiuam: que verſatur circa extera opificia, vt habetur apud Ariſtote. 6. Meta. tex. 1. Et eadem prorſus diuiſio eſt qua. 6. Ethic. diſtinguit habitum practicum in artem et prudentiam: dicens, ꝙ ars eſt habitus verus cum ratione factiuus: prudentia vero habitus verus cum ratione actiuus.

Facultas opis ⁊ vſꝰ eius.

¶ Ubi adnotandum eſt, ꝙ ſcientia aliqua vel virtus practica: bifariam poteſt opus dirigere: videlicet, aut quantum ad facultatē operis, aut quantū ad vſum. Ut docet. S. Thomas. 1. 2. q. 56. ar. 1. Ars eſt que facit facultatem operis prudentia vero que facit bonū vſum. Exempli gratia. Ars pictoris facit facultatem: vt quando pictor voluerit, imaginem exhibeat perfectam: an vero ſtudenda ſit illa ars, ⁊ pingendum modo ſit, necne, hoc facit prudētia. Eadem ratione virtus moralis, vt docet Ariſtote. 6. Ethic. cap. 12. facit rectam intentionem finis vt abſtinendum eſſe, pugnandum eſſe ⁊c̄. Sed quando et quomodo, hoc facit prudentia. Quare prudentia proxime verſatur circa electionem volūtatis. ¶ Hinc patet ſcientias morales vt ethica, ⁊ politica, non eſſe adeo practicas, vt ſunt ars et prudentia, quia obiectum philoſophie moralis, quod eſt ſtudioſe agere, non fit potiſſimum ab ipſa ſcientia: ſed a virtutibus moralibus: vt tēperātia facit tēperate cōmedere ⁊ fortitudo ſtrenue pugnare: et ideo poteſt philoſophꝰ eſſe malus homo. Sed ſunt ſcientie quodammodo practice: quia oſtendentes naturam virtutum, quodammodo nos docent operari, ⁊ habent idem obiectum quod eſt obiectum virtutis. Ob idq; eiuſmodi ſcientias morales, autore Ariſtot. 2. Ethi. conſideramus, non cōtemplationis tantum gratia: ſed vt boni efficiamur.

¶ Tertio tandem notandum eſt: vt nihil huius queſtionis pretereamus, ꝙ actio illa que per ſcientiam quamuis practicam dirigitur Greca voce appellatur a doctoribus praxis. Eſt. n. praxis idem quod actꝰ, ⁊ proprius conuenit actioni manenti: ſed accipitur iam pro quocunq; obiecto ſcientie practice, ſiue actio fuerit immanēs, ſiue factio trāſiens. Atqui iudicio meo plus opere cōſumūt doctores in inquiſitione praxis q̄ opus eſſet. Scotus in prologo ſenten. q. vlti. Praxis inquit eſt actus alterius potentie quam intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi recte, vt ſit rectus: vbi anſam dedit huic diſputationi. Nam Ochan ⁊ Gregor. et reliqui in vltima queſtione prologi arguunt primo ꝙ operatio etiam intellectus poteſt eſſe praxis: nam praxis eſt operatio que eſt obiectum ſcientie practice: ſed ⁊ pōt homo per prudentiam dirigere vſum contemplationis, puta quando ſtudendum eſt: ⁊ quas ſcientias expedit diſcere: ergo non eſt neceſſe: vt praxis ſemper ſit operatio alterius potentie q̄ intellectus. ¶ Item arguunt ꝙ non requiratur, talem operationem eſſe conformem rationi recte. Nam praxis eque dicitur de operatione mala atq; bona. Sed miſſa diſputatione theologorum, hoc ſatis eſt in preſentiarū adnotare primū ꝙ quantum elicitur ex Ariſt. praxis, quāuis generali nomine poſſet dici de quacūq; operatione, tamen proprie ſolum dicitur operatio libera, quam

quā in noſtra poteſtate eſt, bene aut male fieri / ſiue quātum ad vſum, ſiue quantum ad facultatē operis, ꝙ autem ſola operatio alterius potentie q̄ intellectus, puta voluntatis, aut potentie executiue debeat dici praxis, hoc Scotus ſolum probat illo cōmuni dicto, intellectꝰ extenſione fit practicus. Sed intellectꝰ, inquit Scotus non extēditur niſi in ordine ad alias potētias: ergo praxis primo eſt operatio voluntatis: quam dirigit intellectus, ⁊ deinde operatio exterior que procedit a voluntate. Sed contra Scotum eſt in primis ꝙ illa autoritas nō eſt Ariſt. quare male citatur in margine. 3. de anima tex. 49. quia ibi non habetur: niſi ꝙ intellectus practicus differt ab ſpeculatiuo fine: ſed (vt ait Gregorius) eſt dictum cōmune. Et. S. Tho. 2. q. de veri. ar. 8. non citat illo modo illud verbum: ſed dicit ꝙ ſcientia ſpeculatiua, per extenſionem ad opus fit practica ponit exemplum ſicut ſi quis ſtuderet medicinam non vt vteret̃ illa eſſet ſpeculatiua de per accidens ex parte finis ſcientis: ſed ſi poſtea mutaret intentionem ⁊ practicaret illam, fieret practica. Sed tamen alia ratione, magis certe apparenti, poteſt probari ꝙ operatio intellectus proprie non eſt praxis. Nam praxis diſtinguitur contra ſpeculationem / ⁊ quecūq; operatio intellectus eſt ſpeculatio: quare licet reguletur a prudentia, ⁊ propterea dicatur quodāmodo praxis: tamen propriſſime non eſt praxis: ſed ſpeculatio, ⁊ ſi hac ratione vſus eſſet Scotus, feciſſet forte credibilē ſuam opinionem. ¶ Et quantum ad ſecundum vt aliqua operatio ſit praxis, non requiritur ꝙ ſit bona operatio ⁊ conformis rationi recte: nam etiā mala operatio eſt praxis mala. Sed ad hoc ꝙ ſit praxis recta requiritur ꝙ ſit cōformis ratione recte. Et hec eſt doctrina Ariſt. 6. Ethi. c. 2. Unde operatio que non poteſt eſſe recta, vt odium Dei, eſt nihilominus praxis. Ob idq; in diffinitione praxis non debet poni rectum, nec vitioſum.

¶ Ad quæſtionem: ergo fere nominales moderni reſpondent: ꝙ Logica eſt ſcientia practica: quia docet conſtruere ſyllogiſmos ⁊ alias ratiocinationes. Quam putant eſſe opinionem commētatoris. 2. Met. quia vocat illam modum ſciendi. Nihilominus reſpondetur tribus concluſionibus:

1. Cōcluſ.

Prima. Logica ſimpliciter et abſolute eſt ſcientia ſpeculatiua. Probatur primo quia licet tractet de ſyllogiſmis ⁊ aliis ratiocinationibus, que ſunt res operabiles a nobis: tamen non tractat de illis modo operabili: quod vt dictum eſt: requiritur ad ſcientiam practicam: ſed tractat de illis ſpeculatiuo ⁊ reſolutorio modo, puta contemplando naturam predicamētorum, propoſitionum, ſyllogiſmorum ⁊ cuiuſuis / alius entis rationis ⁊ hoc contemplatur per reſolutionem in ſua prima principia. Itaq; proprie tractat de illis ac ſi eſſent quedam res naturales, nec a nobis factibiles: ergo eſt ſcientia ſpeculatiua. Sed quia illa ſunt opera facillima, fit, vt cognita eius natura facile fabricentur a nobis. ¶ Secundo probatur concluſio. Eſto Dialectica tractaret de iſtis operibus, modo operabili, ita ꝙ finis eius eſſet operari, nihilominus eſſet ſpeculatiua: quia ipſamet opera que dirigit ſunt ſpeculationes. Sciētia. n. dicitur ſpeculatiua vel practica ab obiecto: ſed obiectū Dialectice eſt ſpeculari: ergo ipſa eſt ſpeculatiua. Itaq; latet fallacia, ſi quis inferat aliquam ſcientiam eſſe practicam, propterea ꝙ dirigit ad opus: quando opus ipſum eſt ſpeculatio. Enimuero licet ars edificandi ſit practica: tamen ars ⁊ modus ſciendi ⁊ ſpeculandi certe non eſt niſi ſpeculatiua. Quam rationem exiſtimo commēdanda. ¶ Quod ſi quis arguat contra hanc concluſionem. Poteſt quis ratiocinationes ⁊ alia opera intellectus mala cōſtruere: primo quātum ad vſum poteſt illa fabricari tempore indebito, et deficientibus aliis circunſtantiis, vt opus ſit malū moraliter: ⁊ ſecundo quantum ad facultatem operis: quia neſcit illa fabricari: ergo aliqua ars requiritur ad hoc. ¶ Ad primum reſpondetur ꝙ prudentia eſt que facit rectum vſum moraliter Dialectice, ⁊ omnium ſciētiarum ⁊ omnium artium vt ſupra diximus.

2. Cōclu.

¶ Sed pro ſecunda parte argumenti: eſt ſecunda concluſio. Dialectica ⁊ omnes artes liberales dicuntur quodammodo artes per quandam ſimilitudinem ad artes mecanicas. Concluſio eſt. S. Thom. 1. 2. q. 57. arg. 3. Habent enim ſimilitudinem artium in hoc ꝙ ordinant ad recte intelligendum, aut recte operandum. Sed deficiunt a vera ratione artis: quia verſantur circa opera ipſius anime: ideo dicuntur artes liberales: ad differentiam artium mecanicarum: que dicuntur ſeruiles: nam mecanice ſunt propter neceſſitatem corporis: liberales vero propter delectationem anime: et corpus ſubditur anime vt ſeruus domino: ſed deficere a vera ratione artis, non eſt ſimpliciter defectus: ſed potius perfectio, quia artes liberales ſunt quodammodo medie inter ſcientias pure ſpeculatiuas ⁊ artes: nam ſcientia ſpeculatiua eſt, que eſt ſpeculationis gratia: ars cuius finis eſt exterius operari: ars vero liberalis, que eſt propter opus anime.

3. Cōcluſ.

¶ At vero non omnes artes liberales ſunt in eodem gradu, quare ſit tertia concluſio. Dialectica inter artes liberales vicinius accedit ad ſcientiam ſpeculatiuam: quia finis eius eſt ſpeculatio: puta ratiocinari: mox Rethorica: cuius finis eſt perſuadere et ornate proferre argumenta / deinde Grāmatica. Alie vero quatuor Mathematice proprius inclinant ad artes mecanicas: nā verſantur circa opera exteriora: ſed nihilominus ſunt opera que pertinent ad delectationem anime, ⁊ non ad neceſſitatem corporis: quare intra lineam ſunt artium liberalium. Uerum eſt tamen ꝙ ſolent diſtingui in ſpeculatiuas, ⁊ practicas, qualiter non diſtinguntur artes rationales. Ut ſit Arithmetica ſpeculatiua: que conſiderat naturas numerorū. Practica vero que docet numeros multiplicare / partiri ⁊c̄. Et eadem ratione muſica ⁊ perſpectiua ⁊ geometria. Tametſi hec quatenus docet in materia exteriori formam inducere, mecanica eſt. Ars. n. edium ſtruendarum geometria quedam eſt.

¶ Ad primum ergo argumentum principale ſatis reſponſum eſt, ſolum enim probat Dialecticam eſſe quodammodo artem: non tamen proinde cadit a ratione ſpeculatiue ſciētie: Et pari modo reſpondetur ad ſecundum, nempe non ſubſequi ſi ars conſtruēdi domos ſit practica. Dialecticam ſubinde eſſe practicam. Ars. n. que tradit modum ſciendi, ſpeculatiua eſt ſicut ſcientia ipſa. ¶ Quod ſi quis arguat, tunc conſequi habitum practicum itidem eſſe ſpeculatiuum; nam aſſenſus ⁊ iudicium, quod elicitur ab habitu practico, eſt vere actus ⁊ conſideratio ſcientie. Reſpondetur, ꝙ ratio ſcientie practice non ſumitur ex actu intellectus quem proxime ellicit: ſed ex opificio exteriori quod dirigit. Et hoc in dialectica non eſt niſi ſcire: ⁊ ideo dicitur modus ſciendi: ⁊ non modus pingendi aut edificandi ⁊c̄. ¶ Et ad confirmationem reſpondetur ꝙ. S. Tho. vocat Dialecticam, artem eo modo quem ipſe docuit. 1. 2. vt dictum eſt in ſecunda concluſione. ¶ Ad tertium. Quantum ad medicinam reſpondetur: ꝙ aliqua eſt Theorica: que tractat naturas herbarum et complexionis humane. Alia vero practica: q̄ applicat medicinas. Et merito dicitur practica, ſiquidem verſatur circa vtilitatem corporis. Sed, quod ad morales ſcientias attinet iam dictum eſt eſſe quodāmodo practicas: non quidē adeo vt artes: q2 nō verſant̃ circa extera opificia: ſed circa actiones morales: nec in hac ratione ſunt practice ſicut prudentia, vt expoſitum eſt ſcđo notabili.

¶ Queſtio

UNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Queſtio quinta prooemialis.

Vtrum ſubiectũ dialecticæ ſit ens rõnis.

POſt quatuor ſuperiores queſtiones de neceſſitate, quidditate, vnitate, ⁊ qualitate Dialectice ſupereſt poſtremo ſubiectum eius inueſtigare. Et arguitur ꝙ ſubiectum Dialectice non ſit ens rationis. Primo. Dialectica, vt autor eſt Ariſtoteles. 1. Poſte. tex. 27. non eſt circa determinatum ſubiectum: ſed circa omnes ſcientias diffunditur: ergo queſtio ſupponit falſum. ¶ Secundo. Nulla ſcientia querit de ſuo ſubiecto an ſit, ⁊ quid ſit: ſed id ſupponit vt docet Ariſtote. 1. Poſte. tex. 2. Sed in logica diſputatur an ſit ⁊ quid ſit ens rationis: ergo illud non eſt ſubiectum logice. ¶ Tertio. Subiectum ſcientie perinde atq; obiectum potentie debet eſſe illi adequatum, ita vt nec obiectum excedat ſcientiam, neq; excedatur ab ea: vt color a ſolo viſu percipitur ⁊ viſus ad ſolum colorem termitatur: ſed ens rationis non eſt hoc modo adequatum logice: ergo neceſt eius ſubiectum. Probatur minor. Grammatica ⁊ Rhetorica tractant de ente ratiõis: puta de genere ⁊ ſpecie: ⁊ per conſequens, ens rationis extra limites logice diffunditur. Et rurſus logica tractat de conceptibus formalibus: puta de propoſitione de ſyllogiſmo: que quamuis ſint opera fabricata a ratiõe / nihilominus ſunt realia entia de predicamento qualitatiſt perinde vt domus, ⁊ reliqua opificia: ergo ⁊ Logica non ſolum tractat de ente rationis: ⁊ per conſequens non eſt eius ſubiectum.

¶ Quarto arguitur. Subiectum ſcientie continet eminenter omnes veritates illius ſcientie: vtpote cum ſitillarum cauſa: ſicuti homo, quod eſt ſubiectum ſcientie hominis, continet riſibilitatem, ceteraſq; paſſiones que de illo demonſtrantur: ſed ens rationis, cum non ſit verum ens, nullius poteſt eſſe cauſa, ⁊ per conſequẽs nec continere veritates ſcientie: ergo nullius ſcientie poteſt eſſe ſubiectum. ¶ Quinto ⁊ poſtremo arguitur. Logica ⁊ Dialectica, vt dictum eſt pro eodem accipiuntur: ſed obiectum Dialectice eſt argumentatio: vnde Dialectica idem ſonat, quod diſputatoria ſcientia: ⁊ propter argumentationem / tractat de predicamẽtis et de enuntiatione, quibus conſtat argumentatio: ergo argumentatio eſt ſubiectum logice, ⁊ non / ens rationis.

¶ In contrarium eſt Ariſto. 4. Metap. tex. 5. vbi dicit logicam tractare de omni re in vniuerſum, quemadmodum metaphiſica: quod verum non eſſet, vt illic. San. Thom. adnotauit: niſi quia tractat de ente rationis, quod rebus vniuerſis poteſt conuenire.

Subiectũ obiectum materia.

¶ Subiectum ſcientiæ duplex eſt, puta ſubiectum in heſionis: quod eſt intellectus: de quo nihil ad rem preſentem. Et ſubiectum attributionis: quod modo veſtigare pergimus. Vbi primo notandum hos tres terminos, ſubiectum, obiectum, ⁊ materia ſcientie eandẽ rem ſignificare diuerſis rationibus. Vt quantitas continua eſt ſubiectum, obiectum, ⁊ materia geometrie. Atqui vt comenta que hic finguntur miſſa faciamus, ſubiectum dicitur reſpectu paſſionum que demonſtrantur in ſcientia: demonſtrat enim Geometria de quantitate continua ſuas proprias paſſiones. Atq; adeo quantitas continua cuius proprie paſſiones inſunt, ſubiicitur omnibus in predicatione. Obietum vero dicitur per ordinem ad habitum ſcientie: quia id qḋ ſcimus per Geometriam eſt quantitas continua, eiuſq; paſſiones atq; figure. Sicut. n. per viſum videmus colorem, ita per hoc iudicium / triangulus habet tres angulos equales duobus rectis / intelligimus naturam trianguli. Quare ſignificantius dicitur / obiectum / quã / ſubiectum. Sed materia appellatur, vt nonnulli volũt: quia eſt primum fundamentũ quod ſupponitur in ſcientia: quippe cum omnis ſcientia ſupponat ſuum ſubiectum eſſe. Aut forte materia nuncupatur eadem ratione qua eſt obiectum: nam obiectum ⁊ materia virtutis idem ſunt: vt autor eſt. S. Tho. 1. 2. q. 55. ar. 4. Delectabilia. n. tactus ⁊ obiectum ſunt ⁊ materia temperantie. Verum eſt tamen diuerſas eſſe opiniones in hac parte nominalium atq; realium: ⁊ quantum ad ſubiectum ⁊ quantum ad obiectum. Nominales. n. opinantur ſubiectum ſcientie eſſe terminum ipſum qui eſt ſubiectum propoſitionis, vt ſubiectum Geometrie eſſe illum terminum quãtitas continua. Reales vero aſſerunt eſſe rem ſignificatam. Enimuero quamuis cõſentiãt omnes cũ Ariſto. 1. Elen. ꝙ terminis vtimur vice rex. Diſſentiunt tamen quidnã precipue ſubiiciatur aut predicetur, res ne, an terminus. De quo ſtatim ſuper prologum Porphyrij diſputabimus. ¶ Secunda inter eos controuerſia eſt de obiecto, nominales. n. preter Gregorium affirmant obiectum ſcientie eſſe propoſitionem ipſam. Reales vero dicunt potiſſimum eſſe rem ſignificatum. Nam iudicium huius, homo eſt riſibilis non ſiſtit in propoſitione: ſed per ipſam fertur in rem, que eſt, hominem eſſe riſibilem: quibus conſentit Gregorius differt tamẽ ꝙ putat ſignificatum propoſitionis, puta hominem eſſe riſibilem, diſtingui a ſignifictis extremorum, ⁊ eſſe prope nihil: cum tamẽ in rei veritate ſola ratione diſtinguatur. Sed quia diſputatio hec proprium locum habet in. 1. Poſte. vbi Ariſto. meminit de obiecto ſcientie, ſuper ſedendum nobis eſt vſq; ad illũ locum. ¶ Atqui in preſentia ſatis eſt ſi ſupponamus, rem extra ſignificatam, eſſe obiectum principale ſcientie: nam finis principaliter intentus in ſcientia eſt notitia rei: et propoſitio accipitur loco rei: et eſt medium ad cognoſcendum rem. Nec obſtat propoſitionem eſſe obiectũ proximum ⁊ in mediatum, rem vero remotum, ſicut obiectum proximum infirmi eſt medicina / principale vero eſt ſanitas. Querimus ergo hic ſubiectum: puta rem cuius cognitio principaliter intenditur in Logica. ¶ Pro cuius notitia ſecundo notandum eſt tres eſſe conditiones requiſitas vt quidpiam ſit obiectum ſcientie: quarum meminit. S. Thom. in prologo ſenten. arg. 4. que inſinuate ſunt inter arguendum. ¶ Prima. Quecunq; ſunt in ſcientia continentur ſub eius ſubiecto, atq; adeo ſubiectum debet omnia comprehendere, tanq̃ predicatum vniuerſale reſpectu omnium. Quidquid. n. tractatur in Geometria, aut eſt quantitas continua: aut pertinens ad quantitatem. Et inde dicitur ſubiectum attributionis: quippe cui omnia attribuuntur. ¶ Secunda conditio. Cognitio ſubiecti principaliter intenditur in ſcientia, vniuerſa. n. que tractantur in Geometria eo tendũt vt habeatur perfecta cognitio quantitatis continue et ſpecierum eius. ¶ Tertia conditio. Per ſubiectum diſtinguitur ſcientia ab aliis ſcientiis: ⁊ inde ſumit ſpeciem. Per hoc enim Geometria differt ab Arithmetica: quia prima tractat de quantitate continua: ſecunda vero de diſcreta. Addit Scotus quartam in prologo queſtione. 3. videlicet ꝙ ſubiectum debet continere omnes veritates ſcientie. Quam nos in calce queſtionis explicabimus.

Ens rationis.

¶ Quantum ad ſecundum terminum quæſtionis attinet quia ſtatim ſuper prologum Porphyrij expreſſius explicaturi ſumus huiuſmodi entia rationis, ſupponatur modo ꝙ non loquimur nunc de ente rationis vt genitiuus accipiat̃ effectiue ⁊ ſubiectiue. quales ſunt conceptus formales quos intellectus in ſe ipſo efficit, et producit. Illa enim ſimpliciter non dicuntur entia rationis: q꞉ ſunt vere qualitates realiter inherentes ſubiecto. Sed accipitur ens rationis, vt eſt cõditio in rebus: que conuenit illis ſolum ex operatione intellectus. Enimuero quãuis omnes res ſint ſingulares, tamen ex hoc ꝙ intellectus cognoſcit hominem conceptu communi: abſtrahendo a conditionibus ſingularibus, res ipſa ſic concepta fit ſpecies, ⁊ ſi cõcipiatur cõceptu magis vniuerſali / animal / fit genus: ⁊ illa natura ſic abſtracta, vel reſpectus potius, quem habet ad conceptũ abſtrahentẽ, dicitur conceptus obiectiualis, ⁊ ens rationis: quia non habet eſſe diſtinctum a ſingularibus niſi per operationem intellectus, ⁊ ſi concipiatur ea ratione qua eſt commune pluribus differentibus numero eſt ſpecies, ⁊ ſi vt commune pluribus differentibus ſpecie eſt genus. Quamuis ſunt alia entia rationis in ipſis vocibus inquantum ſunt ſigna ad placitum ſignificantia: nam ly / homo ex natura rei non habet, vt ſit nomen: ſed ex operatione intellectꝰ imponentis: ⁊ ſic reſultant intentiones, propoſitionis, ſylogiſmi ⁊c̃. que ſunt entia rationis. Et in hoc ſenſu querimus vtrum ens rationis. i. aliquid commune ⁊ vniuerſale ad omnia entia rationis, ſit ſubiectum in logica.

Subiectũ logice duplex.

¶ His pſtactis de hac q̃ſtione tot ſunt opiniones quot capita. Nominales partim opinantur ſubiectum logice eſſe terminum partim eſſe ly / terminus, partim illum terminus argumentatio. Albertus dicit eſſe argumentationem, puta rem ipſam que eſt argumentatio, quem multi ſequuntur. Alij vero eſſe ſyllogiſmũ. ¶ Sed vt hec perſpicua fiant, adhuc notato cum. S. Thoma. 5. metha. lectione. 6. ꝙ ſubiectum ſcientie vno modo accipitur pro illo, quod adequate cõtinet vniuerſitatem omnium que tractantur in ſcientia: quod ab aliquibus dicitur ſubiectũ adequationis: ſicut ens eſt ſubiectum Metaphiſice. Alio modo accipitur pro illo de quo eſt principalis intentio: quod poteſt vocari obiectũ precipuum ⁊ quodãmodo finale, veluti / ſubſtantia / eſt principale obiectum Metaphiſice. ¶ Unde ſecundum hoc reſpondetur ad queſtionẽ duabus concluſionibus.

Prima cõcluſio.

Prima. Subiectũ attributiõis adequatũ logice eſt ens rationis. Cõcluſio eſt. S Tho. 4. Meta. lec. 4. ⁊ opuſ. 42. qḋ eſt de natura gñeris cap. 4. ⁊ alibi ſepe Imo cõcluſio eſt Ariſto. ibidẽ text. 5 Vbi ait ꝙ Metaphiſicus ⁊ Dialecticus tractant de omni ente. ſ. Metaphiſicus de ente reali, ⁊ dialecticus de ente rõnis / qḋ põt cõuenire omni enti reali. oẽ. n. ens cognoſci põt, ſub ratione gñeris ſpẽi ⁊c̃ Et hoc eſt qḋ dicit Auicena. 1. meth. ꝙ logica eſt de ſecũdis intentionibus, adiũctis primis Sed probatur ratione ſumpta ex prima cõditione. Illud eſt ſubiectum logice, ſub quo cõtinent̃ omnia que tractant̃ in logica, ⁊ ſub cuius ratione conſiderantur: ſed ens rationis eſt huiuſmodi: ergo ⁊c̃. Maior ab omnibus eſt receptiſſima: nã ſubiectum ſe habet ad ſcientiam, ſicut obiectum ad potentiam vt autor eſt. S. Thomas in. 1. p. q. 1. arti. 7. v. g. quemadmodum quidquid videmus, vt puta Roſa, Nix, Coruus ⁊c̃. eſt coloratum, nec videtur, niſi ſub ratione colorati, ⁊ ideo color eſt obiectũ viſus, ita in ſciẽtia. v. g. Theologie, Deus eſt ſubiectum: quia quidquid ibi tractatur, conſyderat̃, vt Deus aut in ordine ad Deũ: ſed ꝙ ens ratiõis ſit huiuſmodi in logica, probatur: quia Dialecticꝰ nihil tractat niſi de genere ⁊ ſpecie, de propõne ſyllogiſmo ⁊c̃. que omnia ſunt entia rationis: vt expoſitum eſt. Quo fit vt nominales, quamuis daremus illis, vt terminus eſſet ſubiectum, ⁊ nõ res ſignificata, nullo modo debẽt dicere ꝙ / terminꝰ / ſit ſubiectum logice: ſed terminis ſecunde intentionis. Tractat. n. dialecticus, de illis terminis genus ⁊ ſpecies ⁊c̃. ea ratione qua ſunt termini ſecunde intẽtionis. Sed revera dicere ꝙ terminus eſt ſubiectum, ⁊ non res ſignificata per terminum eſt contra Ariſto. dicentem, ꝙ Dialecticus tractat de omni ente ſicut Metaphiſicus. Secundo probat̃ ratione ſumpta ex tertia cõditione. Subiectum ſcientie eſt illud a quo ſcientia ſortitur ſpeciem, ⁊ per quod diſtinguitur ab aliis: ſed ens rationis / in logica eſt huiuſmodi: ergo Minor probat. Per hoc. n. logica differt ab aliis ſcientiis: quia tractat de ente rationis de quo nulla alia tractat, ⁊ inde ſortitur ſpeciem. inde. n. dicitur ⁊ eſt ſcientia rationalis. Actus. n. ſortiuntur ſpeciem ⁊ ab obiecto ⁊ a fine. Et hinc ſumũt aliqui ex noſtris argumentum contra nominales ꝙ ſecundum illos non diceretur hec ſcientia rationalis: nam terminꝰ qui ſecundum illos eſt ſubiectũ, aut ly / argumẽtatio nõ eſt ens rationis: ſed certe ens reale. Reſpondere tamen poſſunt ꝙ eſt rationalis a fine. ſ. ab operibꝰ intellectus, qui dirigit ⁊ docet, deffinire, diuidere, ⁊ argumentari, ⁊ hic eſt ſenſus verborum. S. Thom. in prologo primi Poſte. vbi dicit ꝙ logica non eſt ſcientia rationalis, eo ſolum ꝙ ſit ſecundum rationem: nam iſto modo ars fabrilis, ⁊ domificatoria eſſent rationales. Sed quia dirigit opera que ratio in ſeipſa fabricatur. ¶ Tertio arguitur aduerſus nominales ex communi animi conceptione. Nam certe nullus libere mentis concipit ſubiectum. v. g. Thelogie eſſe illum terminum Deus, aut ſubiectũ Phiſice illum terminum ens naturale aut ens mobile: ſed certe ſubiectum eſt Deus, ⁊ ipſum ens naturale / cuius cognitio in tali ſcientia intenditur. Et ita loquũtur homines. Hec ſcientia eſt de celo, hec de plãtis, hec de quantitate ⁊c̃. ⁊ eadem ratione logica non eſt de illo termino argumentatio, aut ſyllogiſmus, aut terminus ſecunde intentionis: ſed de ſpecie ſyllogiſmi ⁊c̃. Atq; adeo de ente rationis in communi: vt ſit ſuppoſitio ſimplex.

¶ Secunda concluſio. Subiectum principale logice. i. quod inter entia rationis principaliter intenditur in logica, eſt argumentatio: ſeu ratiocinatio, vt inquit Alfraganus: ⁊ forſan in hoc ſenſu Albertus dicit in prologo Predicabilium argumentationem eſſe ſubiectum in Logica: probatur ex ſecũnda conditione ſubiecti. Nam q̃q̃ intentio dialectici ſit cognoſcere entia rationis, puta genus ⁊ ſpecies ⁊c̃. non tamẽ cõſiſtit illic: ſed illa tractat, vt inde conficiat argumẽtationem. Eſt enim Dialectica modus procedẽdi ex notis ad ignota, qḋ fit per argumentationẽ. De aliis vero, vt de nomine ꝓpoſitione ⁊c̃. tractat tanq̃ de partibus argumentationis: ⁊ de genere ⁊ differentia, vt ſunt partes diffinitionis, que eſt medium in demonſtratione: quemadmodum ſcientia de homine tractat de eius partibus. ¶ Sed hinc multi argumentũ ſumũt, ꝙ non / argumẽtatio: ſed ſyllogiſmus / qui eſt in genere argumẽtationis p̃cipuus ſit ſubiectũ logice. ¶ His tñ reſpõdemus ꝙ intẽtio per ſe logice nõ eſt niſi verum inquirere, ſiue id ſit per ſyllogiſmum, ſiue per quodcunq; aliud genus argumentatianis: nam tam propriũ eſt logice ex probabilibus probabilem facere concluſionem: q̃ ex neceſſariis oſtendere neceſſariam. Sed accidit ꝙ inter argumẽtationes preemineat ſyllogiſmus / ⁊ inter ſyllogiſmos potiſſima ſit demõſtratio. Et ſi ratio illorum valeret / non ſyllogiſmus: ſed certe / demonſtratio / deberet eſſe ſubiectum logice. Eſt ergo ſubiectum logice precipuum argumẽtatio. Sed in libris Priorum, ſubiectũ eſt ſyllogiſmus / ⁊ in libris Poſteriorum / ſcire / aut demonſtratio.

2. Cõclu.

¶ Supereſt paucis expedire. An ſubiectum ſcientie debeat continere veritates illius ſcientie, vt opinio fert Scoti loco citato: quam Ocham ⁊ nominales multis impugnant in prologo ſententiarum. Primo. Veritates, que demonſtrantur in ſcientia de ſubiecto, ſunt paſſiones eius, vt riſibile de homine, at huiuſmodi paſſiones: inquiunt, non diſtinguntur a ſubiecto nihil

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nihil enim aliud eſt hominem eſſe riſibilem ꝙ̃ homo: qđ ſi non diſtinguuntur ab illo non continentur in illo/ nam inter continens ⁊ contentum debet eſſe diſtinctio. Alia huiuſmodi faciunt argumenta, ⁊ certe nullius momenti. Sententiam ergo Scoti ſic intelligito: ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci: ex natura autẽ ſpeciei dimanant propria accidẽtia ipſius. Conſequitur enim ad naturam hominis, ꝙ ſit riſibilis, admiratiuus ⁊c. ſiue ſit diſtinctio realis, ſiue non: ſicut in Deo, vbi nulla eſt diſtinctio: niſi rationis, eſſentiam diuinam conſequitur, ꝙ ſit, miſericors omnipotẽs ⁊c. quo fit vt qui haberet notitiam hominis perfectam, qualis exprimitur per diffinitionẽ, inde facile cognoſceret propria accidẽtia ipſi⁹. Nam in notitia ſubiecti virtualiter continetur notitia paſſionum eius, ſicut effectus virtualiter continetur in cauſa, nec opus eſt expreſſius iſta iniũgere. ¶ Eſt tamẽ vnum argumentum ad rem contra Scotum. Nam ex eius opinione ſequeretur, ꝙ nulla poſſet eſſe ſcientia de ſubiecto generico: ſed quotquot ſunt ſpecies ſpecialiſſime: tot deberent eſſe ſcientie. Probaẜ ſequella. Scientia. v. g. de animali debet tractare de omnib⁹ ſpeciebus ⁊ de paſſionibus earum, alias ſciẽtia imperfecte tractaret de illo genere: ſed tamen veritates ſpecierũ, non continentur actu in genere: ſed potẽtia, vt videbimus apđ Porphyrium. Non enim ad naturã animalis cõſequitur riſibilitas, cum genus ſit indifferens ad plures ſpecies, alias natura animalis contineret actu rationale ⁊ irrationale: que ſunt oppoſita. Quod ſi cõcedatur hoc corrolarium, tunc non eſſet vna Geometria de quantitate: ſed alia de linea, ⁊ alia de ſuperficie, ⁊ alia de triangulo: ⁊ alia de exagono: quod dictum eſſet abſurdum. Dicendum ergo vt anotat Caie. in prima par. q. 1. art. 7. ꝙ ſatis eſt ſubiecto alicuius ſcientie quod ipſum vel eius ſpecies contineant actu veritates illius ſcientie, dummodo ſcientia omnia tractet ſub vna ratione, ſiue illa ſit ſpecifica, ſiue ſit generica.

Sentẽtia Scoti.

¶ Ad primũ argumentũ reſpondetur ex ipſis verbis Ariſto. citatis. 4. metha. Ait enim ꝙ Dialectica non eſt de aliquo determinato ſubiecto. i. particulari: ſicut Geometria, ita eſt de quantitate ꝙ non tractat de ſubſtantia: quia Dialectica tractat de entibus rationis, que omnibus rebus in vniuerſum cõtingunt. Et idem repetit. 1. Elencho. cap. 11. non tamen negat, quin omnia entia rationis conueniant in vnica ratione formali obiecti, quod ſit ſubiectum Dialectice: quemadmodum ens eſt obiectum Metha. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur ꝙ Dialectica, inquantum Dialectica, non querit an ſit ens rationis, ⁊ an diſtinguatur a rebus. Imo queſtiones iſte ſunt Metaphiſice, licet inſerantur in logicam. Sed logica recipit a Meth. ens rationis eſſe, ⁊ tractat quomodo huiuſmodi entia rationis ſubiiciantur, ⁊ predicentur. Et hoc eſt demonſtrare paſſiones de ſuo proprio ſubiecto: quod eſt munus cuiuſqꝫ ſcientie. ¶ Ad tertium reſpondetur, ꝙ ſi Logica acciperetur ſecundum totam latitudinem, vt nomen ſonat, tunc comprehenderet etiam grãmaticam, ⁊ rethoritam, vt diximus queſtione prima, ⁊ ſic non plus ſe extenderet ens ratiõis in ſua vniuerſitate ꝙ̃ Logica: ſi tamẽ Logica accipiatur, vt diſtinguitur contra grammaticam ⁊ rethoricã, tunc diſtinguendum eſt ens rationis. Aliud enim eſt, quod habet fundamentum in re: puta quando ex natura ſua cõuenit rebus id vnde intellectus abſtrahit tales intentiones, ſcilicet eſſe hominis, eſſe animalis ⁊c. vnde abſtrahitur ratio generis ⁊ ſpeciei. Et de iſtis tractat Logica, tanꝙ̃ de ſubiecto adequato illius. Aliud eſt ens rationis qđ cõuenit vocibus, non ex natura rei: ſed ex impoſitione: vt nomen, participium ⁊c. ⁊ de iſtis tractat Grãmatica. Quod ſi Dialectica tractat de cõceptibus formalibus: puta de propoſitione ⁊ ſyllogiſmo, id tractat inquantum ſunt ſigna rerum: in quibus ſunt fundamentaliter ſimiles proprietates. Nam in rebus ipſis, eſt animal rationale eſſe riſibile, ⁊ hominem eſſe animal rationale, ⁊ inde ſubſequiẜ hominem eſſe riſibilem, ⁊ ſic quodammodo propoſitiones ⁊ ſyllogiſmi ſunt in rebus. ſ. obiectiue: quare oĩa tractat Logica in ordine ad ens rationis. Et per hoc differt a Philoſophia naturali: que tractat de conceptibus ⁊ vocibus, quatenus ſunt entia naturalia: puta, an ſint ſubſtãtie, vel qualitates: an ſint ſpirituales, an vero corporales: permanentes, an ſucceſſiue ⁊c. ¶ Ad quartum reſpondetur, ꝙ quãuis entia rationis non habeant eſſe reale (quatenus ſunt rationis) nihilominus habent ſuas proprietates: que ſuo modo conſequuntur naturas illorum. Vt ex hoc ꝙ animal eſt genus, conſequitur, vt ſit predicabile de pluribus differentibus ſpecie, atqꝫ adeo vt cum differentia cõſtituat ſpeciem. ¶ Ad poſtremum argumentum reſponſum eſt per ſecundam concluſionem. Et hec de procemialibus queſtionibus, quas diſputauimus, non ſolum pro tyrunculis: ſed reſpectum etiam prouectiorum nonnullum habuimus.

COMMENTARII FRATRIS DOMINICI SOTO, SEGOVIENSIS ORdinis Prædicatorum, Artium, ac Sacræ Theologiæ profeſſoris: In Librum Prædicabilium Porphyrij.

TItulus Libelli huius i codice Greco duo hec tm̃ hꝫ verba Porphyrij iſagoge. i. Porphyrij introductio. Nõnulli vero Latini addunt. Introductio ad cathegorias. i. ad predicamenta Ariſt. Sed nihil fortaſſe eſt addendum titulo Greco, nã vt pꝫ in Prologo ipſi⁹ Porphyr. opuſculum iſtud non ſolum ad predicamẽta: ſed ad totã Logicã: imo ad omnem Philoſophiã eſt introductorius: cõducit. n. ⁊ ad diffinitiões ⁊ ad diuiſiões ⁊ ad demõſtratiões: q̃ ſunt in oĩ ſciẽtia modi ſciẽdi. Vñ vt Ammoni⁹ adnotauit, anthonomatice, ⁊ ſine aliqua additiõe introductio inſcribiẜ: vel (qđ ex verbis Porph. colligiẜ) Introductio ad Dialecticã. ¶ Porphyri⁹ (vt refert Suidas) philoſoph⁹ fuit platonic⁹, natiõe tyri⁹ (vñ dict⁹ eſt ſenex tyri⁹) tꝑib⁹ Aureliani ⁊ diocleciani Imꝑatorum, nẽpe ſub añoDñi. 280. Hic cũ eſſet Chrĩanus, irã aduerſus quoſdã Chrĩanos nõ ferẽs, a quib⁹ in Ceſarea paleſtine ceſ⁹ fuerat, chrĩaniſmũ deſeruit ꝑ furorem, vt habetur lib. 7. Hiſtorie tripartite. Vñ inter alia plurima opa, quindecim libros aduerſus chriſtianã religionẽ euomuit. Atqui, cũ ſtipẽdia faceret Philoſophie in Sicilia, libellũ hunc de quinqꝫ vocibus Chryſaorio nũcupauit: quẽ nobilẽ tunc tꝑis: (inter alios) diſcipulũ inſtituebat. ¶ Chryſaori⁹: ſi Grecũ nomẽ eſt, idẽ pollet qđ latine auratũ gerẽs enſẽ. Attamẽ vt cõiicio, nõ eſt id nomẽ grecũ: ſꝫ certe latinũ cognomẽ: a Chryſa fluuio apđ Siracuſas: fuit. n. Chryſaori⁹ iuuenis ſiculus. Qđ ſi phrix forte fuerit: dictus eſt a Chryſa ciuitate phrygie. ¶ Inter latinos interpretes Joannẽ Argiropylũ dignũ eſtimauim⁹ quẽ eligerem⁹: nã ꝙ̃uis Boetius autor re vera ſit non contempnẽdus, tñ traductio eius vulgata ſubobſcurior eſt ⁊ forſan que phraſim Grecã nõ tã ad verũ latine reddat, ꝙ̃ Argiropyli. Qui vt natiõe Grec⁹, ⁊ latine egregie doct⁹, Grecã ꝓprietatẽ latiniſſime exhibuit. Adnotauimus vero vbicunqꝫ inter ambas traſlationes differre cõperimus.

Porphyrius.

Chryſaorius.

¶ Traslatio Ioannis Argiropyli.

¶ Prologus.

CVm neceſſarium ſit, Chryſaori, & ad Ariſtotelis Prędicamentorum doctrinam, quidnam genus, quid differentia, quid ſpecies, quid propriũ, & quid accidens ſit cognoſcere: cumqꝫ & ad diffinitiones etiam aſsignandas, ac omnino ad diuiſiones demonſtrationeſqꝫ conficiendas, vtilis horum ſit contẽplatio: breui⁹ enitar tibi ea, quæ apud maiores noſtros de his ipſis ſunt, tradere: quaſi ingreſſum quendã tibi ad hæc omnia demõſtrãdo. Atqꝫ ab altioribus quidem quæſtionib⁹ abſtinebo: faciliores autẽ ſic afferã qualiter nunc quidẽ tibi accommodatas eſſe cõiecto. Protin⁹ igitur genera quidẽ, & ſpecies in rerũ natura ſint necne, an in ſolis, nudiſqꝫ cõceptibus collocẽtur: & ſi corporea ſint, an experiẽtia corporis: & vtrũ ſeparabilia ſint, an in ipſis ſenſibilibus rebus & circa eas ſubſiſtant: dicere nunc omittam: quippe cum altiſsima ſit talis tractatio, & alia maiore indigeat perſcrutatione. Vt de ipſis vero, cæteriſqꝫ propoſitis magis diſſerendi modo veteres, horumqꝫ maxime Peripatetici tractauere, recenſere nunc, atqꝫ oſtendere tibi conabor.

CApitulum hoc primũ procemium eſt lib. quo Porphyrius idoneũ preparat auditorẽ: dũ attentũ eũ reddit ⁊ docilem atqꝫ beneuolũ. Atq in duos textus ſeccaẜ. Hũc. n. in modũ in aĩo nobis eſt cap. ſingula/ ⁊ Porphyrij ⁊ Ariſ. ꝑtiri. In priori autor captat attentionẽ, ⁊ in altero, docilitatẽ: atqꝫ adeo in vtroqꝫ beneuolẽtiã. ¶ Attentũ facit porphyrius diſcipulũ ꝓponẽdo intẽtionẽ ⁊ vtilitatẽ opis: ait. n. ſe dicturũ de qnqꝫ vlib⁹ quorũ cognitio apprime eſt ad phĩam neceſſaria. Vbi notato ꝙ quẽadmodũ illi nõ poſſunt recta re, q̃ quo neſciũt ꝓficiſcũtur: ita nec põt diſcipul⁹ attẽte audire, niſi intẽtionẽ dicẽtis ꝓcognouerit: nec rurſus animũ ad audiendũ adhibebit, niſi aliqđ emolumẽti inde ſperauerit: alias. n. pigreſcit, medioqꝫ icurſu ſuccũbit. Quo circa Ariſt. lib. 3. ⁊ Cicero. li. 1. Rethorice inde(aiũt (maxime attẽtionẽ captari audiẽtis, ſi qs đ reb⁹ magnis aut nouis, aut inuſitatis ſe dicturũ pollicetur. Et ideo Porphyri⁹ ad quatuor inqt neceſſaria eſt vlium cognitio. Vꝫ ad notitiã predicamẽtorũ, ad diffinitionũ aſſignationẽ, ad vſũ đniqꝫ diuidẽdi ⁊ demõſtrãdi. In qb⁹ ſũma Dialectice cõſiſtit. ¶ Ad ꝑdicamẽta qdẽ neceſſaria eſt iſta cognitio: qꝛ ꝑdicamentũ nil aliud eſt ꝙ̃ ꝑdicabiliũ ordinatio: vbi ſupiora gña ꝑ ſuas cuiuſqꝫ dĩas diſtribuunẜ ad diuerſas ſpẽs: ⁊ cuicũqꝫ ſpẽi inſũt ꝓp̃a accidẽtia ⁊ ꝑterea alia accidẽtia cõia. ¶ Sꝫ ad aſſignationẽ diffinitionũ neceſſaria eſt eadẽ cognitio: nã diffinitio ſpẽi q̃ditatiua cõſtat ex gñe ⁊ dĩa, in diffinitione ṽo đſcriptiua ponit ꝓp̃a paſſio, accidẽtia ṽo cõia nõ intrãt diffinitionẽ. ¶ Ad vſum item diuidẽdi conducit hmõi cognitio: nã refert quomõ gen⁹ diuidas: ſane qđ nõ eſt diuidẽdũ niſi ꝑ dĩas q̃ finite ſunt: vt aialium aliud rationale aliud irratiõale. At ꝑ ſpẽs, vtpote q̃ certo nũero nõ cõprehẽdanẜ, nõ põt gen⁹ diuidi: vt inqt Plato: nunꝙ̃. n. abſolueret diuiſio. ¶ At deniqꝫ vtilis eſt dicta cognitio ad demõſtrationẽ: vbi mediũ eſt diffinitio cõſtãs ex gñe.

Attenti

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝛ dr̃ia: ꝛ propꝛia paſſio de ſpē demõſtratur. ¶ At vero
Neceſſarium. in dubiū reuocāt expoſitoꝛes quō accipiatur hic neceſſa
riū: nā quadrupliciter accipi põt, vt docet Ari. 5. Met.
t. 6. iuxta q̄tuoꝛ gn̄a cauſarū. Et hic non accipiꝭ neceſſa
rium niſi in oꝛdine ad finē: vt ſermo ipſe Poꝛphyrij ma
nifeſtat: ait. n. Cū ſit neceſſariū ad p̄dicamētoꝛū doctri
nā ꝛc̄. Sed dubium eſt an ſit ſimpl'r neceſſaria cognitio
vl'ium, ita vt ſine illa haberi nõ poſſit notitia p̄dicamen
toꝛū. Nā Albertus dicit eſſe ſimpl'r neceſſariā: Boetius
vr̄ negare: ſꝫ ſolū ait eſſe vtilē, qꝛ ante editionē pꝛedica
biliū erāt hoc̄s philoſophi ꝛ dialectici. ¶ Eſt tn̄ facilis
reſpõſio duab9 cõcluſionibus. Aut. n. eſt q̄ſtio de neceſſi
tate cognitionis vl'ium: ꝛ hmõi cognitio eſt ſimpl'r neceſ
ſaria. Impoſſibile. n. eſſet oꝛdinare p̄dicamētū, niſi cog
noſceremꝰ q̄d, cui ſubiiciatur, ꝛ de quo p̄dicetur: ꝛ quo
mõ genus deſcēdat per dr̃ias in ſuas ſpēs. Aut eſt q̄ſtio
de neceſſitate huius opuſculi poꝛphyrij: ꝛ in hoc ſenſu
rn̄detur nõ eſſe ſimpl'r neceſſariū hoc opuſculū: q̄ꝫ ſit
vtile, vt faciliꝰ ſit aditus ad p̄dicamēta: ꝛ ad totā logi
cā. Qđ pꝛobaꝭ: qꝛ poſſet quis facile ſine iſto opuſculo in
ipſo libꝛo p̄dicamentoꝛū intelligere naturā gn̄is ꝛ alio
rū vl'ium: vt erat vſus logicoꝛū ante poꝛphyrium. Et re
vera ſi fuiſſet ſimpl'r neceſſarius hic liber, non fuiſſet ab
Ariſt. ſub ſilētio neglectus. Imo vero potuiſſemus ſine
opa perfidi iſtius hoſtis Chꝛiſti ph̄iam adire. ¶ Hinc
colligitur / ly / neceſſarium / in textu accipi pꝛo neceſſario
ſimpliciter: vt docte notauit Ammonius. Nõ. n. ait: Cū
ſit neceſſarius hic liber: ſed Cū ſit neceſſariū noſſe ꝛc̄.

¶ Mox de generib9 &c. Hic eſt textus ſecū
Docilitas dus: vbi Poꝛphyrius reddit diſcipulū docilē: dū expli
cat quēadmodū de vl'ibus ſit in logica diſputandū. Ait
. n. abſtinendū eſſe a q̄onibus Met aphiſicis ꝛ diſputan
das eſſe q̄ones logicas. ¶ Ubi notato p̄mo tria eſſe que
diſcipulos deterrent ꝛ pigros efficiūt. Que ſunt pꝛolixi
tas: aduerſus quā dixerat Poꝛphyrius cõpēdioſam et
bꝛeuē facturū eſſe traditionē. Itē obſcuritas: cõtra quā
pꝛomiſerat ꝓcedēdū eſſe velut introductiōis mõ: vꝫ ſim
pl'r: ꝑcipiēdo ꝛ nõ diſputādo. Itē ꝓfunditas ſententia
rū ꝛ ideo dixerat ab altioꝛib9 q̄onib9 ſeſe abſtinere, ſim
plicioꝛa vero mediocriter cõiectare. Explicat ḡ mõ que
ſunt ille altioꝛes q̄ones. ¶ Ubi. 2. notato q̄ diſputatio ð
natura vl'ium, vbinā ſint, ꝛ q̄ res ſint: an vꝫ ſint a ſingl'i
bus ſepata, eſt diſputatio phiſica ꝛ metaphiſica, cuius
eſt abditiſſimas rerū cauſas ꝑſcrutari: ob idq̄ꝫ dicuntur
q̄ones altiſſime, qꝛ ſūt ꝓfundiſſime. Sꝫ ꝯſideratio vl'iū
q̄tenus ſunt ſibi inuicē p̄dicabilia ꝛ ſubiicibilia, ea perti
net ad logicū. Un̄ Aui. in ꝓlogo logice: Quēadmodū,
inq̄t, artifex domꝰ nõ hēt cõſiderare naturā partiū, nē
pe an calida ſint ligna, an ꝟo frigida, fructifera, an ſte
rilia (qđ ꝑtinet ad ph̄um) ſed tm̄, ſint ne mollia an dura,
recta an curua: qđ ad artē ſuā refert: ita logicꝰ ð vl'ibus
tātummõ hēt tractare quatenꝰ p̄dicanꝭ aut ſubiiciunꝭ:
ꝛ hoc eſt qđ ait Poꝛphyriꝰ. Quēadmodū antiq̄ magis
diſſerēdi mõ tractauere. Ubi aiaduertendū eſt in greco
haberi / logicoteron / qđ ſonat ꝛ magis ꝓbabiliter (vt ver
tit Boetiꝰ) ꝛ magis logice: qđ Argiropylꝰ vertit / magis
diſſerēdi mõ. Qđ ſignificātius explicat intētionē Poꝛ
phyrij: cuiꝰ ſenſus eſt, q̄ non vult tractare de vl'ibus me
taphiſice: ſꝫ logice. ¶ At dū pollicetur imitaturū ſe Pe
Peripatetici. ripatheticos, dubiū eſt, an intelligat Ariſtotelicos: an
ꝟo Platonicos? Uꝭ. n. intelligere Ariſtotelicos. Pꝛi
mo qꝛ vulgus ſolos Ariſtotelicos vocat iam Peripate
ticos: a peripatim / q̄ð eſt a mbulare. Item qꝛ hūc libellū
potiſſimum ad introductionē p̄dicamētoꝛū Ariſt. cõpo
ſuit. Sꝫ ex alia parte cēſet Ammoniꝰ q̄ intelligat Pla
tonicos: nā Plato fuit p̄mus q̄ deambulās cepit doce
re. Un̄ oēs Platonici dicebanꝭ pꝛimo peripatetici. Sꝫ
defuncto Platone Xenocrati contigit academia q̄ erat
gymnaſiū Platonis. Ariſt. vero docebat in Lyceo: q̄re
illi dicebātur peripatetici ex academia, hi vero peripa
tetici ex lyceo. Sed poſtea diſcipuli Xenocratis pꝛopter
nobilitatē academie Platonis tenuerūt nomen a loco:
ꝛ dicti ſunt academici: diſcipuli vero Ariſ. ꝓpter ignobi
litatē loci ſolū nomē actiōis ſeruauerūt: vt dicti ſunt pe
ripatetici. Et q̄ Poꝛphyrius ſequaꝭ Platonicos: patꝫ
nā fuit ipſe Platonicꝰ: atq̄ꝫ adeo i hoc opuſculo in mul
Beneuolentia. tis ſeq̄tur ꝟba Platonis. ¶ In vtroq̄ꝫ textu pꝛooemij
captat bn̄uolētiam auditoꝛis: in p̄oꝛi quidē cõpolliceꝭ
vtile foꝛe opuſculū hoc: in ſcđo vero, cõ polliceꝭ non foꝛe
difficile. Ex vtroq̄ꝫ. n. diſcipl'i efficiūt bn̄uoli magiſtro.

¶ Quæſtio prima ſuper Prologum Porphyrij.

¶ Vtrum vniuerſalia in ſolo ſint intellectu: an vero ſint in rebus.

SI integrum nobis fuiſſet) quē
admodum nos admonet Poꝛphyrius,
de vl'ibus in dialectica q̄ones tm̄ diale
cticas diſputare, nihil hic de vl'ium exi
ſtentia, meminiſſe fuiſſet opus. At vero
qꝛ res dialectica eo hac tēpeſtate pꝛo
Diſſidium Nomi. et Real. ceſſit, vt dialecticis ſatis iam nequaq̄ꝫ facere poſſimus
niſi metaphiſicarum queſtionū a quibus Poꝛphyrius
abſtinet, nonnihil atingamus, operepꝛecium duximus
inde rem exoꝛdiri. Eſt autē biuiū materia hec, vnde no
minales atq̄ꝫ reales in diuerſas ſectas abierunt. Cuius
diſſidij id in cauſa fuit, q̄ cum vl'ia vt 1. Met. c. 2. autoꝛ
eſt Ariſtote. eo q̄ remotiſſima ſint a ſenſibus, cognitu
ſint difficillima, Reales naturas eoꝛum plus nimioper
ſcrutantes, rem fecerunt obſcuram. Nominales vero,
quo realiū anfractus fugerent, oīa ad nomina reuoca
runt. Unde cū due ſint partes ſcientie, altera / vt rem in
telligas, altera vt credas, rem vtriq̄ꝫ fecerūt difficilem:
illi quidem ad intelligendū, hi vero ad credēdum. Quo
circa qui inter nominales nati ſumus, interq̄ꝫ reales nu
triti, tentabimus pꝛo captu noſtro materiam tractare,
vt neq̄ꝫ in re difficili adeo multa cõmoueamus, que ca
liginem augeant, nec rurſus, quo perſpicatius loqua
mur: veritatem deſeramus. Ueritas. n. quocunq̄ꝫ fuerit
abſcõdita, perſequēda eſt: nec pꝛopter difficultatem ab
neganda. Neq̄ꝫ adeo neceſſarium exiſtimo tres vias hic
diſtinguere quod quidam ex nominalibus, ciuis noſter,
his tēpoꝛibus introduxit: tum inter. S. Tho. ꝛ Sco. vt
videbimus vno et foꝛte altero loco, et quidē parum ad
modum differat. ¶ Tres q̄ones metaphiſicas inſinuat
poꝛphy. quas Ariſto. 7. Metap. tex. 45. ꝛ infra diſputat
aduerſus platonē, vꝫ an vl'a ſint in rebus extra intel
lectū, an ſint incoꝛpoꝛea, an ſint a ſingularibus ſepara
Ule quadruplicꝭ. ta. Quāuis in verſione Boetij videātur eſſe quatuoꝛ,
vt ſcđa ſit, an ſubſiſtant. i. an ſint ſubſtantie. Quarum
ſenſum pꝛime vt exponamus, notandū eſt, q̄ quadru
plex eſt vl'e puta / in eſſendo / in cauſando / in pꝛedicando /
ꝛ in repꝛeſentando. Ule in eſſendo, eſt qđ per ſe realiter
ſubſiſtit ſeparatum a ſingularibus: vl'e in cauſando, eſt
id quod eſt cauſa vl'is a materia ſeparatū. vt ſunt intel
ligentie, de quibus Ariſto. 1. et. 12. Metaph. tractat: vl'e
in pꝛedicādo, eſt id quod foꝛmaliter pꝛedicatur de indi
uiduis: vniuerſale in repꝛeſentando, eſt ſpecies intelli
gibilis aut conceptus intellectus. Unde queſtio p̄ſens
nec eſt de vniuerſali in cauſando nec de vniuerſali in re
pꝛeſentando: quia certiſſimum eſt, ꝛ illud eſſe in rebus,
ꝛ hoc foꝛmaliter in intellectu: ſed eſt queſtio, vtrum vni
uerſale in pꝛedicādo, ſit vl'e ſeparatum in eſſendo, vt di
cebat plato, vl'e ſolū ſit obiectiue in intellectu. Et qꝛ in
intellectu obiectiue ſunt, tā entia realia: vt Deus, ꝛ crea
tura, q̄ꝫ fictitia. vt chimera, queriꝭ an vniuerſalia ſint en

vniu(er)sale in d(iu) / presentando / [illegible] / [illegible] forma / [illegible] / furas.

tia pꝛimi generis: puta exiſtentia in rerum natura: an
vero ſint ſolum obiectiue in intellectu exiſtentia: vt chi
mera. ¶ Sed ſciendum eſt hic q̄ in Gꝛeco pꝛoponitur
queſtio ſub his verbis. An vniuerſalia ſint in rerum na
tura, an vero in ſolis nudis intellectibus / aut concepti
bus (vt vertit Argiropylus) Sed Boetius addit in ſo
lis, nudis / puriſq̄ꝫ. Sub quibus verbis Albertus, quem
fere commentatoꝛes neotherici ſequuntur, putat latere
miſterium: vt Solus dicatur intellectus noſter, qui in
pꝛincipio ſue creationis eſt tanquam tabula raſa: nu
dus vero, appelatur intellectus angelicus, qui eſt ſepa
ratus a materia: ſed purus, ſit intellectus diuinus, qui
eſt purus actus: vbi nihil eſt admixtum potētie. Et foꝛ
ſan hoc addidit Boetius alludendo ad opinionē Pla
tonis: qui dicebat vniuerſalia ſeparata eſſe obiectiue in
intellectu diuino. Tametſi ego nullum ſuſpicoꝛ hic la
tere miſterium: quia puris / nõ eſt Gꝛece / ꝛ nudis / ſolum
eſt exageratio pꝛioꝛis particule / ſolis / vt ſenſus ſit huiuſ
modi. An vl'ia nullo modo ſint in rerū natura: ſed ſint in
ſolo meroq̄ꝫ intellectu: nec aliud eſſe habeāt q̄ꝫ cognoſci.
¶ Hinc lucide cõſtat ſenſus huius q̄onis apđ noiales lõ
ge eſſe ab intētione Poꝛphyrij. Putāt enim hāc q̄onē
eſſe, vtrū vl'ia ſint in rebus, an potius ſint cõceptus illi
foꝛmales / hõ / aial / q̄ ſunt ſubiectiue in intellectu: cum tn̄
Poꝛphyrius nihil meminerit cõceptuū: ſed q̄rit an ha
beāt eſſe reale, an vero eſſe cognitū: nā apud antiquos
eſſe in intellectu: idē eſt quod eſſe obiectum intellectus.

¶ Quæſtio ergo eſt. Vtrum his conceptib9
homo / animal / reſpondeat in rebus aliquod obiectum
vniuerſale. Et arguitur q̄ non. Pꝛimo Ariſto. 1. Po
ſteri. tex. 35. valeant inquit ſpecies quia cantilene ſunt.
Et textu. 35. vniuerſale (ait) nihil eſt pꝛeter ſingularia:
quod ex pꝛofeſſo pꝛobat. 7. Metaphiſi. textu. 57. aduer
ſus Platonem: ergo vniuerſale nullum eſſe habet extra
intellectum. ¶ Secūdo arguitur ratione. Quidquid eſt
in mundo eſt ſingulare: ergo nihil eſt vniuerſale. Pꝛoba
tur antecedens pꝛimo inductione. Deus angeli et hec
omnia ſenſibilia aut ſunt ſingulares ſubſtantie: aut ac
cidentia ſingularia. Item ratione quia quidquid eſt pꝛe
ter Deū aut a Deo creatū eſt, aut a cauſis naturalibus
genitum: ſed generatio (et pari ratione creatio) ſunt cir
ca ſingularia: vt. 1. Metap. c. 1. ꝛ. lib. 7. tex. 27. ꝛ alibi ſe
pe docet Ariſtote. ergo nihil eſt in rebus pꝛeter ſingula
ria. ¶ Tertio et pꝛincipaliter arguitur, Argumento
Ariſt. contra Platonem. 7. Metap. tex. 45. Uniuerſa
le eſt illud quod natum eſt eſſe in multis: ſed vna res nõ
poteſt eſſe in multis vt idē coloꝛ non põt ineſſe pl'ib9 ſub
iectis diſtinctis: ꝛ multominus vna ſubſtātialis natura
pluribꝰ ſuppoſitis: ḡ vl'e nõ eſt in reb9. ¶ Poſtremo ar
guiꝭ ſi vniuerſalia ſolū ponātur ſubiectiue in itellectu,
vt ſint ipſi cõceptꝰ vl'es, quēadmodū opinio fert nomi
naliū, tūc logica lucide et perſpicue pꝛocedit: ſi vero po
nanꭍ in reb9 ad modū realiū, tūc caliginē multā offen
dūt miſeris dialecticis: ḡ nõ ſunt poꝛtēta illa (vt aiunt)
vllo mõ admittēda. ¶ In cõtrariū eſt, q̄ ſcientie reales
ſunt de reb9: ꝛ ideo dicunꭍ reales: vt Phiſica, ð reb9 na
turalib9, Mathematice, de quantitate ꝛc̄. Sꝫ ſciētia nõ
eſt niſi de vl'ibus vt docet Ariſt. 1. poſte. text. 11. ꝛ ſecun
do de anima. tex. 60. ergo vniuerſalia ſunt in rebus.

¶ Quæſtio hæc ab antiq̄ſſimis philoſophis
Quatuoꝛ opiniones de vniuerſalibus. oꝛiginem trahit. Tres fuerunt de vniuerſalibus anti
que opiniones: due per extremum oppoſite, et media
Ariſtote. Quibus quarta addenda eſt nunc nomina
lium: tametſi parum differat a pꝛima. Heraclitus et
Cratellus (vt refert) Ariſto. quarto Metaph. tex. 22. nil
putabant eſſe in rerum natura, pꝛeter ſenſibilia que vi
debant: que cum experirentur eſſe in continuo motu et
fluxu, nullamq̄ꝫ ſubinde habere certitudinem, collige
bant nullam poſſe haberi ſcientiam de rebus: nam ſcien
tia debet eſſe certiſſima atq̄ꝫ adeo de rebus perpetuis.
In qua opinione fertur ꝛ Epicurus fuiſſe. Hec opinio
manifeſte falſa eſt. Pꝛimo quia ſenſualium eſt homi
num: nihil percipere: niſi quod eſt ante oculos: nec quid
quam intellectu ſupꝛa ſenſibilia perſcruſtari. Secundo
quia negare ſcientias rerum, eſt hominum pꝛoꝛſus ir
rationalium: nam cum apetitus hominis naturalis, vt
habetur in pꝛologo Metaphiſ. ſit ad ſcientias pꝛopen
ſiſſimus, non eſt dicendum illum eſſe fruſtra: Deus enim
et natura nihil agunt fruſtra. ¶ Hoꝛum occaſione Pla
to (vt pꝛimo Metaphi textu. 5. refert Ariſto.) in aliud ex
tremum inclinauit: aſſerens. n. ſcientias eſſe rerum ad
uerſus Heraclitum, concedenſq̄ꝫ ſcientiam eſſe non poſ
ſe de indiuiduis, que coꝛruptibilia ſunt, cepit inueſtiga
re vniuerſalia, que eſſent perpetua. Qua ratione duc
tus, poſuit ideas ſpecierum realiter ſeparatas a ſingu
laribus: vt Ariſto. frequentiſſime ipſum impugnat.
¶ At opinio Platonis, ſi ita cenſebat, vt Ariſto refert,
multo minus habebat pꝛobabilitatis, q̄ꝫ opinio Hera
cliti. Ponebat enim hominem vniuerſalem realiter ſe
paratum a ſingularibus hominib9: quem dicebat non
dependere a loco: nec a tempoꝛe, nec a materia: per cu
ius participationem homines fiebant particulares: ſi
cuti per impꝛeſſionem vnius ſigilli in multis ceris effici
untur ſigillationes multe. Itaq̄ꝫ putabat Plato q̄ quē
admodum intellectus concipit, ita ſe habent ꝛ res ip
ſe. Ut ſicuti conceptus ſingularis Petri alius eſt a cõ
ceptu communi hominis, ita humanitas eſſet res ſepa
rata a petro. Sed reuera hoc intellectus capere non po
teſt, vt. 7. Metap. id late pꝛobat Ariſto. Pꝛimo non eſt
intelligibile quin homo ille eſſet vna res ſingularis in eſ
ſendo quemadmodum alie creature: ꝛ per conſequens
homo ille communis deberet eſſe materialis, in loco, et
tempoꝛe ꝛc̄. ¶ Item intelligibile non eſt quomodo ille
vnus homo eſſet in pluribus ſimul: ita vt ſinguli eſſent
ille vniuerſalis (erat enim ſentētia platonis q̄ in his pꝛe
dicationibus / petrus eſt homo / paulus eſt homo / ille
idem homo pꝛedicatur eſſentialiter de ſuis indiuiduis)
Sed arguitur ſic. Nihil pꝛedicatur eſſentialiter de ali
quo, niſi ei realiter inſit: vt ſi petrus eſt homo / res ſigni
ficata per pꝛedicatum ineſt realiter rei ſignificate per
ſubiectum: ſi ergo illa humanitas ſeparata eſt a petro /
ꝛ a paulo, eſſe non poteſt, vt realiter pꝛedicetur de illis.
Argumentum eſt Ariſtotel. 10. Metaphiſi. textu. 46. et
Auice. 5. Metaphiſ. Adeo opinio platonis apparet im
poſſibilis, vt fuerint nonnulli ſuſpicati Ariſto. id impo
ſuiſſe platoni. Et certe Auguſt. qui fuit platonicus, lib.
83. queſtio. 46. dicit, quaſi interpretans platonem, ide
as non eſſe niſi rationes in mente creatoꝛis: neceſſe di
ſtinctas ab eſſentia diuina: ſed eſſentiam Dei eſſe ideam
omnium rerum: quia eſt quodammodo oīa atq̄ꝫ adeo
Deus ſe intuens vt exemplar, res extra pꝛoducit. Que
eſt concoꝛs ſn̄ia theologoꝛum. Nec ſolus Chꝛiſtianus
Aug. ſed Seneca vbiq̄ꝫ platonicus li. 8. epl'a. 66. dicit q̄
Deus exēplaria rerū intra ſe hēt q̄s plato ideas vocat.
Atqui. S. Th. li. 4. ð reg. p̄nci. c. 4. ait Ariſ. multa impo
ſuiſſe ph̄is. At ꝟo creditu eſt difficillimū, Ariſt. tempoꝛe
ipſo platonis eiuſq̄ꝫ diſcipulis viuētibus rē tam abſur
dam impoſuiſſe platoni, niſi plato dixiſſet. ¶ Tertia eſt
opinio nominaliū Ochā in ſua logica. c. 14: ꝛ infra, quē
inceptoꝛē hui9 vie noiales venerānꭍ negat vl'e ꝛ in reb9.
Cuius ſn̄ia explicaꭍ hoc mõ ſingl'e dupl'r accipꭍ: vno mõ
pꝛo ſingl'ri in eſſendo: ꝛ eſt illud qđ in ſe eſt indiuiſuꝫ, ab
aliiſq̄ꝫ diſtinctū: vt petrus ꝛ q̄cūq̄ꝫ res mūdi: alio mõ pꝛo
ſingulari in ſignificādo: ꝛ eſt tꭍus vnū ſignificās: vt no
mē petrus. Et cõtrario mõ vl'e / accipꭍ: vno mõ ꝓ vl'i in
re, ꝛ eſt natura quā reales autumāt cõem eſſe pl'ibus: et
alio mõ ꝓ vl'i in ſignificādo: ꝛ eſt nomē ſignificās plura
diuiſim. Tūc ad q̄onē rn̄deꭍ duab9 conclu. Pꝛima, nul
lū eſt vl'e a ꝑte rei: imo oīs res mūdi ē ſingl'is. 2. Multa

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſunt vlia in repreſentando: vt iſti cōceptus hō/aial/ſubſtantia. Unde Buridanus in principio predicabilium. vle (inquit) eſt terminus qui ex modo ſue ſignificatiōis natus eſt ſupponere pro pluribus vniuoce et diuiſim.

¶Sententia Ariſ. (vt ex locis doctrinæ ſuæ q̄plurimis manifeſte colligitur) in medio poſita eſt inter opinionem Heracliti, ⁊ Epicurei, ⁊ opinionem platonis. Cuius ſentētia cōſiſtit in tribus cōcluſionibus: ex quibus elicitur. 4. qua reſpōdebimus ad queſtionē preſentē.

Cōcluſ.

¶Prima cōcluſio. Quidquid eſt in mūdo eſt realiter indiuiduū ⁊ ſingulare. Cōcluſio hec probata eſt ſecūdo argumēto principali, ⁊ hiis q̄ adiecta ſunt aduerſus Platonē: quā idētidē Ariſt. 7. Metap. ⁊ aliis multis locis aduerſus eū ſtabiliuit.

Cōclu. cept⁹ ⁊ obie ius.

¶Scda vniuerſalia nihilominus ſunt in rebus de quibus predicantur. Atqui cū hic ſit introitus ad vlia notandū eſt duplicē eſſe conceptū: alius eſt formalis: qui eſt qualitas potētie cognoſcitiue qua res formaliter cognoſcimus: ⁊ alius eſt cōceptus obiectiuus: qui eſt formale obiectum immediate ſignificatum per conceptū formalem. puta per notitiā. Punctus/ ergo controuerſie inter nominales et reales eſt: q̄ ſecundum nominales huic conceptui mentali/ homo/ nullus cōceptus obiectiuus reſpondet in rebus preter ſingulares homines quos (vt aiunt) immediate ſignificat. Reales vero dicunt illam notitiam non ſignificare homines ſingulares: ſed rationem cōem hominis. ⁊ illa eſt conceptus obiectiuus: quem conceptus formalis immediate ſignificat. At ſingulares homines ſunt ſignificata mediata et materialia: quia conueniunt in illa ratione que eſt formale ſignificatū. Et in fine queſtionis videbim⁹, q̄ ſit inter eos minima differētia. ¶Probaī cōcluſio ⁊ eſſe vera ⁊ eſſe ex mēte Ariſ. Primo Satis debet eſſe communis animus cōcipiendi hominum, qui maximum pondus habet in Dialectica. Quando .n. enunciamus aut audimus: omnes homines eſſe eiuſdem ſpeciei, cunctaq; animalia eſſe eiuſdem generis: q̄d aliud ſignificamus, aut concipimus, q̄ q̄ omnes homines cōueniunt in vna rōne ſpecifica hois, ⁊ oia aialia in vna ratione generica animalis? Quam re vera intelligim⁹ eſſe in reb⁹. Atq; qn̄ dicim⁹ hoc aial eſſe in inſula frequentiſſimū (indicato elephante) hec herba naſcitur in horto meo, certe non loquimur de ſingulari indiuiduo: ſed de ſpecie in cōi. Et eadē rōne concedimus naturam non intendere conſeruare ſingularia, ſ; ſpēm. ¶At arguitur ſecundo. In hiis predicationib⁹/ Petrus eſt homo/ Paulus eſt homo/ termini accipiuntur pro rebus: ⁊ vt autor eſt Ariſto. 1. Elench. cap. 1. vbi ait: q̄ termini accipiuntur pro rebus, ⁊ quod accidit in nominibus, id in rebus quoq; arbitramur accidere: ergo ſicut ſubiectū ſingulare accipiī pro re ſingulari: ita predicatū vniuerſale accipiī pro ratiōe aliqua vli, que cōmunis eſt Petro ⁊ Paulo. Reſpondēt negando p̄ñam: ſed dicunt terminum qui eſt predicatum predicari de termino qui eſt ſubiectum tamen in reb⁹ nullam rationem communem predicari de Petro. Sed profecto hoc probat argumētum q̄ ſicut ſubiectum accipitur pro Petro: ita predicatum quod eſt nomen vniuerſale accipitur pro aliqua ratione vniuerſali que eſt in Petro ⁊ Paulo. At vero de hoc. 4. c. predicamētorum. Ubi manifeſtabimus nomina predicari inſtrumentaliter tanq̄ ſigna, ⁊ res principaliter. ¶Tertio arguitur. Diffinitio, puta/ animal rationale/ explicat quiditatem hominis: non Petri ſolius aut Pauli: ſed rationis et nature communis hominis: ergo in rebus eſt vniuerſale. Reſpondent nominales diffinitum illius diffinitionis eſſe illum terminum homo: qui accipitur immediate pro rebus ſingularib⁹. Hoc tamen nullatenus ſatiſfacit, nam non negamus diffinitum propinquum eſſe illud nomen: ſed querimus diffinitum principale. Puta rem pro qua diffinitur illud nomen. Et arguitur ſic. Diffinitio nō eſt indiuidui: ſed ſpeciei: et vniuerſalis: vt expreſſe ait Ariſtot. 7. Meta. tex. 37. ⁊. 53 ergo animal rationale non diffinit homines ſingulares: ſed hominem in communi, pro quo accipitur illud nomen/homo. ¶Et confirmatur. Quando audimus reubarbum eſſe purgatiuum colere: certe non concipimus illud nomen eſſe purgatiuum: ſed herbam, non hanc aut illam: ſed genus quoddam herbe: et cum enuntiamus, hominem eſſe ſpeciem preſtantiſſimā animalium, profecto non ſignificamus hominem ſingularem: ſed naturam hominis in communi. ¶Quarto arguitur, ſcientia eſt de rebus, et non eſt de ſingularibus: ergo eſt de vniuerſalib⁹, que ſunt a parte rei. Maior de ſe eſt manifeſta: nec nominales ipſi negare poſſūt/ habemus. n. ſcientiā de celis, de plātis, de elementis ⁊c̄. Unde fides ⁊ ſciētia diuina eſt de Deo: nam de eo habemus nunc ſcientiam obſcuram, cuius viſionem habebimus in patria: ⁊ breuiter ſcientie ideo dicuntur naturales, quia ſunt de rebus naturalibus. Sed negant nominales minorem imo dicunt q̄ obiectum proximum ſcientiarum eſt propoſitio: obiectum vero remotum ſunt res ſingulares. In contrarium tamen eſt Porphyrius. c. 1. de ſpecie vbi ait: q̄ d̄ ſingularibus non eſt ſciētia: et Ariſt. 1. poſt. tex. 11. ⁊. 2. de anima. tex. 60. vbi ait: q̄ non eſt ſcientia niſi de vniuerſalibus. Nec valz gloſſa q̄ ſit de propoſitionibus vniuerſalibus: nam propoſitio/ de non deſignat propoſitiones quibus mediantibus cognoſcimus res: ſed potius deſignat res de quibus habemus ſcientiam. Querenti namq; de quo eſt geometria, non reſpondebis/ de propoſitionibus: ſed de aſtris: neq; reſpondebis q̄ eſt de hoc aut illo aſtro: ſed de aſtris in vniuerſali. ¶Et confir. 1. Obiectum potentie eſt vniuerſale in re vt obiectum viſus eſt color: non hic aut ille: ſed in vniuerſali: ergo vniuerſale eſt in rebus: nam hic non poſſunt dicere q̄ vniuerſalis propoſitio eſt obiectum viſus. ¶Et cōfirmatur. 2. quia hac ratiōe vt inquit Paulus Uenetus opinio nominaliū incidit in opinionē Heracliti ⁊ Epicurei: nam eo q̄ illi negabāt vniuerſalia in rebus negabant ſubinde aliquam eſſe ſcientiā: quia videbant q̄ ſcientia deberet eſſe de rebus incorruptibilibus. ¶Quinto cōprobatur ꝯcluſio autoritatibus Ariſ. q̄plurimis, que niſi de vniuerſalibus que ſunt in reb⁹, gloſſari nō poſſūt. Ait. n. 1. poſt. t. 5. vniuerſalia eſſe a ſenſu remotiſſima ⁊ notiora eſſe q̄ particularia: quod explicans. t. 39. ait: vle ratione cognoſci, ſicut ſingulare cognoſcitur ſenſu. Ubi manifeſte loquitur de reb⁹ vlibus ⁊ non de propoſitionibus: comparat enim vniuerſalia, ad ſingularia, q̄ illa ſint abſtracta a materia atq; adeo ſolo intellectu cognita hec vero cognoſcūtur ſenſibus, ⁊ tex. 11. ait vniuerſalia eſſe neceſſaria. Quod non poteſt tantum intelligi ſecunde intentionaliter de propoſitionibus, quippe cum ait eſſe neceſſaria: quia ex neceſſitate inſunt rebus. Et tex. 35. ait vniuerſalia eſſe magis entia, q̄ particularia ⁊. t. 43. vniuerſalia non ſunt (inquit) hic ⁊ nunc: ſed ſemper ⁊ vbiq;. Ubi manifeſte comparat res vls ad res ſingulares: q; hō aut aial in vli abſtrahit ab hic ⁊ nūc. Et. 2. de aia. t. 68. eadē inq̄t natura diaphaneitatis eſt in aere ⁊ in aqua. Et. 7. Meta. t. 51. expreſſe ait: q̄ ratio cōis aialis eadē eſt in omnibus ſpecieb⁹ (Et q̄ in ſumma dicam) t. 57. cōcludit aduerſus Platonem q̄ vlia nō ſunt a reb⁹ ſepata: ſ; ſunt i ſinglib⁹: ⁊. 10. Met. t. 6. ꝑpterea dicit hoiem vlem non eſſe ſeparatū, vt dicebat Plato: q; vle d; eſſe in ipſis ſinglib⁹ de q̄b⁹ p̄dicaī. Egregie facit ad rē illd̄. 10. Met. t. 2. q̄ p̄ma ſpēs in vno q̄q; gñe eſt aliaꝝ mēſura vt hō in gñe aialiū qd̄ non pōt itelligi de idiuiduis q̄ ſūt eq̄lr pferta. Et illd̄. 1. Met. c. 1. medic⁹ nō curat hoiem i vli: ſ; Calliā, ⁊ Socra. Reuera nemo q̄ fuerit in Ari. v̄ſat⁹, negare pōt vlia in reb⁹. Uñ Burle⁹ q̄ i ſīmulis fuit noialis: ⁊ paul⁹ venet⁹ egregius Gregorij Arimineñſis diſcipulus, poſtq̄ Ariſ. legerunt. non

nō potuerūt nō aſſerere vlia ad modū realiū. Et Paulus cōtrariā opinionē, nō vocat nominaliū: ſ; Ochaniſtarū: quā dicit eſſe Heracliti ⁊ Epicurei. ¶Poſtremū tandē argm̄ eſt aduerſus nominales, q̄ nihil ad mētem Porphyrij rñdēt in hac q̄ſtione: nō. n. Porphyri⁹ reuocauit in dubiū an vniuerſalia in ſignificādo eſſent in intellectu ſubiectiue (quod nemo negare potuit) ſ; an vniuerſalia in predicādo eſſent obiectiue ſolū in intellectu, an vero aliquo mō haberēt eſſe in rebus. Et ideo ſubiūxit an ſubſiſtant eſſentq; corporea, an vero incorporea.

3. Cōcluſ.

¶Tertia cōcluſio: vlia nō diſtingunī a ſuis ſinglaribus realr: ſed ſolū rōne. Hec cōcluſio ⁊ ex ſuperioribus palā ſequiī. Et adhuc confirmatur rōne, q̄ ex Ariſ. aduerſus Platonē colligiī. Ule eſt vnū in multis ⁊ de multis. 1. poſt. t. 25. ⁊ lib. 2. t. 27. ⁊. 7. met. t. 45. puta in multis ſinglarib⁹. S; ſi vle eſſet realr ſepatū a ſingularib⁹ (vt dicebat Plato) nō poſſet p̄dicari de illis: vt inquit illic Ariſt. ſic̄. n. Petr⁹ nō eſt alb⁹ niſi p albedinē q̄ eſt in illo: ita nō eſt hō: niſi p naturā hōis q̄ eſt in illo: ergo vle eſt in ſinglib⁹. Rurſus rō hois ſm̄ eſſe materiale qd̄ hābet in Petro nō pōt eſſe in Paulo: q; i Petro eſt facta hec p ꝯditiōes ſingulares, q̄ repugnāt Paulo: ergo nō habet q̄ ſit vlis vel cōis niſi p abſtractionē intellectus a cōditionib⁹ ſinglib⁹ cuiuſcūq; indiuidui: abſtrahi vero p intellectū, nihil aliud eſt, pro nūc, q̄ cōcipi cōceptu cōi. Itaq; hō ipſe ſingularis q̄tenus eſt obm̄ hui⁹ cōceptus vlis/ hō/ dr̄ vle: Et dr̄ rō cōis, ⁊ natura hois, et hoc eſt/ vle diſtingui rōne a ſinglibus. Hoc ſignificat Ariſt. 1. de aia. t. 8. vbi ait vle aial aut nihil eſt, aut poſterius eſt. Enimuero cū Plato dixiſſet vlia eſſe perpetua ante productionē ſingulariū. Ariſt. cōtradicēs, ait: vlia in actu eſſe poſteriora ſingularibus a q̄bus abſtrahitur intētio vlis. Qd̄ exponēs Cōmētator, itellect⁹ (inquit) eſt q̄ facit vlitatem in rebus. Dixit q̄ intellect⁹ facit vlitatem, nō in ſe: ſed in rebus. Atqui ſentētia hec eſt quā Ariſt. plurimis in locis cōcludit aduerſus Platonē; vt 1. poſte. tex. 35. ⁊ tex. 38. ⁊. 3. Meta. t. 10. ⁊ lib. 7. text. 51. et t. 57. vbi ait vle nihil eſt preter ſingularia. Qd̄ eſt dicere. Nō realiter: ſ; ſola rōne diſtinguiī a ſinglib⁹.

Dfia Nomi, ⁊ rea.

¶Animaduertite q̄ ſit minima dr̄ia inter reales ⁊ nominales. Enimuero qd̄ Nominales dicūt cōceptū illū/ hō/ ⁊ quēcūq; vle; abſtrahi a cōuenientia eſſentiali repta in reb⁹. Reales dicūt conceptū illū formalē ſignificare rōnē illā cōem a qua formatur talis cōceptus, neq; aliā cōfingūt naturā cōe;. Illi inq̄ q̄ Ariſtotelē ⁊ veritatē penetrant. Quā ob rem nō deberēt negare ⁊ Ariſt. ⁊ vle; modū loquēdi philoſophorū. ¶Eſt q̄. 4. concluſio q̄ rñdetur ad q̄ſtionē.

4. Cōclu.

Ulia ſunt in reb⁹: ſed vlitas eſt obiectiue in intellectu: Cōcluſio eſt. S. Th. 1. p. q. 85. ar. 2. ⁊ alibi freq̄nter: vbi diſtinguit q̄ vle duo dicit. ſ. naturā ipſam ſeu rōnem cōem ⁊ preterea intētionē intellectus: a qua denominaī vle. Primū vocaī ſubſtractū ſeu materiale ſignificatū: ⁊ ſcdm vocatur formale ſeu p ſe ſignificatū. Primū eſt in rebus, ſcdm eſt obiectiue in intellectu. Qd̄ eſt dicere res ipſe ſingulares in eſſendo, quatenus ſunt obiecta hoꝝ cōceptuū/ hō/ aial/ ⁊ ſimiliū, ſunt vlia. Quare vle nūq̄ eſt a rebus ſepatū: ſ; ſolū p intellectū. Exemplū eſt illic accōmodatiſſimū. S. Th. de viſu q̄ videt colorē pomi ſine eius odore. Et ſi q̄raī, vbi ſit color qui vī ſine odore, manifeſtū eſt (inq̄t) q̄ color qui vī nō eſt niſi i pomo, ſ; tñ q̄ ſit ſine odore pcept⁹, hoc accidit ei ex pte viſus, inq̄tu; in viſu eſt ſimilitudo coloris ⁊ nō odoris.

¶Per hæc quæ dicta ſunt facilis eſt rñſio ad alias queſtiones Porphyrij. Eſt nāq; ſcda q̄ſtio in verſione Boetij: an vlia ſint ſubſtātie. Quā Ariſ. 7. Meta. tex. 45. negatiue determinat aduerſus Platonē: vnde Ochā in ſua Logica. c. 17. ſuā munit opinionē: vbi ex eo q̄ vlia nō ſunt ſubſtantie ſcdm Ariſto. infert q̄ ſunt accidētia ⁊ p ꝯñs q̄ ſoli tī ſunt vlia. ¶Nihilomin⁹ rñdetur q̄ ſenſus q̄ōnis eſt vtrū vlia, ea rōne q̄ vlia. i. inq̄tum a ſinlaribus ſepata, ſint ſubſtātie. In quo ſenſu determinat Ariſ. ptē negatiuā. Enimuero, ſi hō vlis eſſet realr ſepatus, vt dicebat Plato, tūc neq; eſſet p̄ma ſubſtātia (alias nō eſſet vle) neq; eſſet ſcda ſubſtātia: q; cū nō eſſet realr in indiuiduis, nō p̄dicareī de illis q̄ditatiue. Si vo vlia ſola rōne ſeparētur a ſingularib⁹ (vt eſt rei veritas) tūc fundamētalr vlia primi predicamēti ſunt ſubſtātie: ſed vlia accidētiū nō ſunt ſubſtātie. At vero rō vlitatis in oibus p̄dicamētis eſt ens rōnis, qd̄ accidit rebus per opationē intellectus: vt cōcluſione. 4. expoſitū eſt. Quare de cauſa vlia primi p̄dicamēti nō dicūtur ſimplr ſubſtātie: ſed ſcd; q̄d/ ſcde ſubſtātie: vt aſſerit illic ſtatim Ariſ. tex. 46. ⁊ in predicamētis. c. 5. perſpicati⁹ mōſtrabitur.

Ule q̄ſti eſt ſubſtātia.

¶Tertia quæſtio: apud Porphyrium eſt, an vlia ſint corporea. Ad quā noiales rñdēt, q̄ ſicuti aliq̄ vlia ſunt accidētia: vt tī mentales, alia vo ſubſtantie: vt tī vocales ⁊ ſcripti (q̄ ſunt aer vel atramentū) ita illi ſunt vlia incorporea, iſti vero ſunt corporea. At profecto nihil rñſio hec ad mentē attinet Porphyrij: quippe qui nunq̄ de tīs dubitaſſet an eſſent corporei, necne. Sed neq; reales videnī mihi rē oē; pūctim attingere. Multiplicat. n. Albert⁹ ⁊ q̄ eū ſequunī diſtinctiōes plurimas corporū nihil ad rem conducētes.

Corpus tiplr.

¶Triplr ergo apud Ariſt. accipiī corp⁹, vno mō, tāq; gen⁹ ſubalternū p̄dicamēti ſubſtātie: ⁊ alio mō, tanq̄ gen⁹ p̄dicamēti q̄ntitatis. S; tertio mō accipiī a phis ꝓ eo qd̄ pēdet a materia ſenſibili ⁊ tēpore ⁊ loco: vt ſunt indiuidua corruptibilia. Uñ ſi vlia accipianī materialr ꝓ ſubſtracto/ ſeu ſignificato materiali: tūc aliq̄ vlia ſunt corporea, vt hō: ⁊ reliq̄ corruptibiles ſubſtātie: alia vero ſunt incorporea vt intelligētie: atq; alia ſunt accidētia corporea, vt/ color/ ſapor ⁊c̄. aliaq; incorporea vt ſcia/ habitus/ ⁊ ſimilia. Si vero vlia accipianī formalr: puta ſm̄ rōnē q̄ ſunt a ſinglib⁹ abſtracta, oia in vniuerſū ſūt incorporea. Probaī: q; hac rōne abſtrahūt a materia ⁊ conditionib⁹ ſinglibus. Hō nāq;, nō diciī niſi aial rōnale, abſtrahēdo, ab hoc ⁊ ab illo corpore.

Ulia incorrup.

¶Quā ob rē enunciat Ariſt. 1. poſt. tex. 25. q̄ vlia non ſunt corruptibilia de per ſe: ſed incorruptibilia ⁊ tex. 43. dicit q̄ vle nō eſt hic aut nūc: ſed ſemp. Qua de cauſa ſcia ſolū eſt de vlib⁹, tāq; de rebus ppetuis: qd̄ repetit. 2. de aia. tex. 60. Sunt verū tñ corruptibilia de paccidēs rōne indiuiduorū in quib⁹ ſunt. Et enim aliq̄d p̄duci, eſt incipere eē, ⁊ corrūpi, eſt deſinere eſſe. Idcirco ſpēs hūa q̄uis ſit ppetua q̄tū ad cōnexionē p̄dicatoꝝ eſſentialiū (qd̄ eſt dicere ab eterno eſt neceſſariū hoiem eſſe aial rōnale) nihilominus natura hūa nō habuit eſſe actuale niſi in creatione rerū: puta in Adā: ⁊ eodē mō, nūc corruptis hoib⁹: corrūperenī ſpēs: q; p̄derēt eſſe: l; ſemp maneret verū/ hominē eſſe aial. Nā vt 2. lib. ſummulariū expoſitū eſt: illa ꝓpō nō dicit exiſtētiā rerū: ſ; neceſſariā cōnexionē extremorū. Atq; adeo hec eſt doctrina Ariſ. 1. me. c. 1. vbi ait: q̄ vlia p ſe nō gñranī: ſ; indiuidua: hō. n. nō gñrat hoie;, ſed Calliā ⁊ ſocratē. Que doctrina maxime eſt memorie cōmendanda ad intelligentiā: cum aliorum pluriū apud Ariſto. tum preſertim doctrine poſteriorū. ¶Ultima queſtio. Porphyrij ordine optimo ſubſequitur hanc tertiā. Dato. n. vniuerſalia eſſe incorporea, merito dubitatur, ſint ne adeo incorporea vt intelligentie: vel tanquā idee Platonis. Ad quod ex dictis facile reſpondetur non eſſe eo modo incorporea: tanq̄ ſubſiſtentia extra corporea: ſed ſunt ſola ratione abſtracta ab indiuiduis.

Ule triplex.

¶Ex his tandem colligiī ſenſus illi⁹ diſtinctiōis vlis, in vle ante rē: in re, et poſt rem. Ule ante rem eſt vle exiſtens ante ſinglaria: qd̄ nullū eſt tale niſi ſcdm Platonē aduerſus quē Ariſt. protulit illa vba. 1. anima. t. 8. vle aut nihil eſt aut poſterius eſt (inde. n. ſumpta eſt hec diſtinctio) vñ. S. Tho. 2. ſent. q. 2. ar. 2. alia rōne appellauit ſpēs angelorū vle ante rem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rem: vcꝫ qꝛ non ſumũtur a reb⁹. Ule in re eſt natura fun damentalr̃ exiſtẽs in reb⁹: ſed vl̃e poſt rem ſunt ſpẽs in telligibiles a ſinglr̃ibus abſtracte, aut (qḋ cõformius eſt Ariſtoteli) nã vt actu abſtracta. Poſſunt vl̃ia vt abſtra hibilia ſũt, q̇dãmõ appellari vl̃ia añ rẽ: nõ ꝙ exiſtant añ ſinglr̃ia: ſꝫ qꝛ ſũt ꝑpetue ꝟitatis ad modũ iã nũc expoſitũ

¶ Ad primũ igitur argumentũ principale ante oppoſitũ q̃õnis rñdetur, ꝙ Ari. illic loquiᷓ de ideis Platonis. Ubi obiter adnotaueriꝫ / nõ eſſe legẽdũ / gau deãt ſpẽs (qḋ multos alias graues expoſitores fefellit) exiſtimãtes ꝟbũ eſſe dictũ ꝑpter excellẽtiã idearũ, ꝙ de bẽt gaudere cũ ſint ſepate, nõ. n. laudat illic Ari. ſꝫ cõdẽ nat ideas. Et cã deceptiõis fuit, ꝙ ꝟbũ Grecũ / χαίρετο / vtrũqꝫ ſignificat. ſ. gaudeãt / ⁊ valeãt: ſed tñ illic legendũ eſt valeãt / vt eſt illḋ Comici / valeant q̇ inter nos diſidiũ curãt / qꝛ mõſtra (inquit) aut cãtilene. i. figmẽta ſunt: etſi ſunt nõ ꝑtinẽt ad ꝓpoſitũ vl̃iũ: qꝛ cũ nõ ſint in reb⁹, nõ ꝑdicanᷓ de illis. Idcirco nõ negat Ariſ. vl̃ia q̃ ſola rõne diſtinguntᷓ ab indiuiduis: ſed illa platonis. ¶ Ad ſcḋm. Rñdetur ꝙ q̃uis oẽs res mũdi ſint ſingulares, nihilo min⁹ per oꝑationẽ intellect⁹ fiũt vl̃es. ¶ Ad tertiũ. Rñ detur ꝙ q̃q̃ res que ſit realiter vnã / non ſit in pluribus, tñ ratio hoĩs q̃ ſit vna ꝑ abſtractionẽ intellectus eſt rea liter in pluribus. Militat tñ argũ cõtra Scotũ ponentẽ vnitatẽ ſpecificã realẽ ſine oꝑatione intellectus vt. q. 2. ſtatim videbimus. ¶ Ad poſtremũ rñdetur, ꝙ q̃uis opi nio nominaliũ eſſet lucida ⁊ clara, ipſi iudicẽt an ſit tam cõformis ⁊ Ariſt. ⁊ mõ loquẽdi ꝑhõrũ ⁊ cõi animo conci piẽdi. Quãq̃ ſi vera nõ eſt, ꝑfecto nec clara cẽſeri ḋbet.

Margin: aereto.

¶ Quæſtio ſecunda.

¶ Vtrum in rebus ante operationem intellectus ſit vniuerſale / vnum in pluribus.

Arguitᷓ a parte affirmatiua. Vniuerſale eſt id qḋ natũ eſt eſſe in plr̃ibus. 7. Met. text. 45. ⁊ 1. Perihermeni. c. 5. ſed circũſcripto oĩ actu intellectus, res de ſe eſt apta nata eſſe in plurib⁹: ergo vl̃e abſqꝫ operatione intellectus habet vnitatẽ in rebus. Probatᷓ minor: qꝛ naturã habere aptitudinẽ ad plura, nihil aliud eſt, q̃ ꝙ ſibi non repugnet ſuapte natura eſſe in pluribus: ſed talis eſt natura humana et quecunqꝫ alia ſpecifica / ante operationẽ intellect⁹: quia natura eſt id qḋ exprimit diffinitio, diffinitioni vero nõ repugnat eſſe in plurib⁹: cũ nõ ḋterminetᷓ magis ad hoc q̃ ad illud indiuiduum: ergo. ¶ Scḋo vl̃e ſm̃ eſſe qḋ hẽt reale añ oꝑationẽ intellectus ꝑdicatᷓ de plurib⁹: nã ſeclu ſa oꝑatiõe intellect⁹, Petrus eſt hõ, ⁊ Paul⁹ eſt hõ: vñ Porphyri⁹. c. de ſpẽ, participatiõe (inquit) ſpẽi, plures hoĩes ſunt vnus hõ: ḡ in rebus eſt vnitas ſpecifica rerũ, añ oꝑationẽ intellect⁹. ¶ Tertio argᷓ: vl̃e ſub rõne vl̃is eſt obm̃ intellectus. 3. de aĩa. tex. 10. et. 11. ſed obm̃ preces dit actũ potẽtie: cũ intellect⁹ ab obiecto moueatᷓ ad in telligendũ: ergo añ oẽm actũ intellectus eſt vniuerſale.

¶ In ſuperiori quæſtione diſputauimus con trouerſiam inter nominales atqꝫ reales, in hac exami nabim⁹, ſi qua eſt ḋfia inter ſcholã Scoti ⁊. S. Th. Et ſolet ḋfia cõſtitui in duobus pũctis. Alterũ videbimus q̃õne ſequẽti: ꝑmũ interim eſt ꝙ Sco. 7. Met. lect. 16. ⁊. 2. ſentẽ. diſ. 3. q. 1. cenſet eſſe vnitatẽ ſpecificã minorem vnitate nũerali ex natura rerũ ꝑter oꝑationẽ intellect⁹. Sed. S. Th. de ente ⁊ eſſentia. c. 4. opuſ. 55. et. 1 part. q. 85. et vbiqꝫ negat eſſe aliquã vnitatẽ ſpecificã niſi ſolũ ꝑ oꝑationẽ itellect⁹. Ad cui⁹ intelligẽtiã memẽto vl̃e idẽ eſſe qḋ vnum in plurib⁹. ¶ Eſt ḡ cõcluſio Scoti. Natura hũana ex natura ſua abſqꝫ oꝑatione intellect⁹ hẽt ꝙ ſit vna in plr̃ib⁹: qꝛ eſſe vnã eſt eſſe de ſe indifferentẽ ad plr̃a: ⁊ hoc hẽt ex ſe. Qḋ ꝓbat argumẽtis q̃ ſupra ꝓpoſuim⁹ aliiſqꝫ plurib⁹ eodẽ pede currẽtib⁹. ¶ Concluſio vero. S. Th. eſt hec. Nature ⁊ eſſentie ſpẽi (⁊ a fortiori nature ge neris) ſm̃ ſuã ꝓpriã rõem abſolute cõſiderate: neqꝫ cõ uenit eſſe vl̃em / nec eſſe ꝑticularẽ: ſed vtrũqꝫ cõuenit ei de peraccidens. ſ. primũ ꝑ abſtractionẽ intellect⁹: ⁊ ſcḋm ꝑ indiuiduationẽ in ſinglr̃i. Probatᷓ. 1. Si nature ꝑ ſe cõ ueniret eſſe vl̃em, tũc vbicũqꝫ eſſet: eſſet vl̃is: nã autore Ariſt. 1. poſte. qḋ ꝑ ſe cuipiã cõuenit, ſemꝑ conuenit: ⁊ ꝑ cõns cuicũqꝫ cõueniret ꝑ ſe natura, cõueniret pariter eẽ vl̃e. Atqꝫ adeo Petr⁹, cui ꝑ ſe cõuenit natura hũana eſ ſet vl̃is ⁊ eſſet ſpẽs (ſicut rõale eo ꝙ ꝑ ſe cõuenit hũmani tati, ꝑ ſe cõuenit Petro) cõñs tñ eſt falſuꝫ vt ſtatim q̃õne ꝑrima mõſtrabim⁹: ḡ ⁊c. ¶ Et. 2. ar. Si ꝑ ſe hũanitati ⁊ ſm̃ ꝓpriã rõem cõueniret vl̃itas, tũc repugnaret illi eſſe ſingulare, ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ accidẽs: ſicut repugnat ei eſſe. irratiõale, eo ꝙ ꝑ ſe cõuenit ei rõnalitas: cõñs eſt falſuꝫ: qꝛ i Petro cõtracta, eſt ſingularis: ḡ intẽtũ. Similib⁹ rõ nibus ꝓbatᷓ ꝙ nature ſm̃ ꝓpriã rõnem nõ cõuenit eſſe in diuiduã: qꝛ tũc vbicũqꝫ eſſet, eſſet indiuidua, qḋ eſt fal ſum: qꝛ abſtracta ꝑ intellectũ nõ eſt indiuidua. Item: qꝛ tũc repugnaret illi eſſe vl̃em etiã de paccidẽs: qḋ eſt fal ſum: quia qñ abſtrahiᷓ, eſt vl̃is. Hoc ḡ eſt aiaduertendũ ad intelligẽtiã ꝑdicabiliũ ⁊ ꝑdicamentorũ, ꝙ nature, ſi ue ſpecifica ſit, ſiue gñerica / de ꝑ ſe ſolũ cõueniũt ſua pre dicata eſſentialia aut ꝓpria: vt hõi eſſe aial, eſſe ſubſtã tiã, eſſe riſibilẽ ⁊c. At reſpectus ad plura (qḋ eſt eſſe vl̃e) cõuenit de paccidens ꝑ abſtractionẽ intellect⁹, ⁊ eſſe in diuidua, de paccidẽs, rõne materie ſignate, aut ſi aliud eſt ꝑncipiũ indiuiduatiõis. Atqꝫ adeo rõne vtriuſqꝫ cõue niũt ei accidẽtalia ꝑdicata: vt puta rõne ꝑoris (eſſe ſpe ciẽ aut gen⁹: ⁊ rõne poſterioris eſſe calidũ, eſſe coloratũ ⁊c. q̃ accidẽtia nõ cõueniũt hõi, niſi rõne indiuidui, cui primo inſunt: ob idqꝫ dᷓ prima ſubſtantia. i. primũ ſbm̃.

Margin: S. Tho.

Margin: Scotus.

Predicatio triplex ¶Ad numerum venandum prędicabilium neceſſaria eſt predicationum notitia. At qui predicatio apud dialecticos idem generaliter ſignificat quod enũtiatio: vt idem ſit predicatio, quod oratio verũ vel falſum ſignificans. Et eſt triplex predicatio puta idemptica, diſparata, ⁊ medio modo ſe habens. ſ. nec idemptica nec diſparata: ſed extremorum differentiũ, q̃ ſibi tñ mutuo conuenire poſſunt. ¶Predicatio idemtica eſt predicatio in qua predicatur idem de eodẽ: vt homo eſt hõ. Indem inq̃ aut ſynonimum: nam vt in primo lib. ſumu. dictum eſt. Synonima ſunt nomina diuerſe vocis ⁊ eiuſdem ſignificationis: vt gladius / enſis. Sed in preſentiarum idem eſt iudiciũ de predicatiõe vbi predicatur ſynonimũ ḋ ſynonimo ⁊ ḋ p̃dicatiõe idẽptica. ¶Predicatio diſparata eſt illa in qua p̃dicat̃ diſparatũ ḋ diſparato: vt homo eſt lapis. Exemplũ affirmatiuarũ intellige in negatiuis. Eſt. n. idemptica / homo nõ eſt homo: et diſparata / ſubſtantia nõ eſt qualitas / q̃uis illa ſit falſa ⁊ hec vera. ¶Predicatio nec idẽptica nec diſparata, alia eſt directa alia indirecta. Predicatio directa (aiunt dialectici huius tẽporis) eſt illa in qua predicatur ſuperius de inferiori: vt / homo eſt animal / vel cõnotatiuũ de abſoluto, vt homo eſt albus, vel eque cõnotatiuũ de eque connotatiuo: vt albũ eſt muſicũ / niſi ſubm̃ ſit ſuperius predicato: nam coloratũ eſt album / eſt indirecta. Et neſcio quas alias particulas pro libitu accumulant: certe preter artem diffinitẽdi. Nam profecto oratio hec potius eſt diuiſio ſpecierũ directe p̃dicatiõis q̃ diffinitio explicãs eius naturã. Non. n. docet propter quid / homo eſt aĩal / eſt directa: et / animal eſt homo / eſt indirecta. ¶Notandum eſt ergo: ꝙ predicatũ eſt illud quod ſe habet vt forma: et ſubm̃ id quod ſe habet vt materia. Et hoc ſonant illa nomina / ſubm̃ / predicatũ / vt album eſt predicatum petri: quia albedo eſt forma petri, Petrus autẽ non eſt predicatũ albi: ſed potius ſubm̃ quod recepit illã formã. Et. n. ex modo eſſendi rerum / ſequitur modus predicandi. 5. Metha. t. 14. Eadem rõne: qꝛ ſuperius eſt forma inferioris. 2. phi. t. 28. et. 5. metha. t. 2. fit vt homo / ſit predicatũ petri: qꝛ dicit rationẽ hominis que eſt in petro / petrus vero eſt ſubiectũ reſpectu hoīs: et q̃uis petr⁹ ⁊ homo, vt ſupra dictũ eſt, ſola ratiõe diſtinguãtur, nihilominus ita nos docet Ariſto. 2. phi. loqui. ¶Eſt ergo predicatio directa illa in qua id quod ſe habet vt forma enũtiatur de ſuo ſubiecto: et indirecta eſt illa in qua illud qḋ ſuapte natura ſe hẽt vt ſubm̃ enũtiat̃ de ſua forma. Qḋ eſt dicere. Id quod ſua natura eſt predicatũ ſeruat ſitũ predicati: et id quod eſt ſubm̃ ſeruat ſitum ſubiecti: ſitus enim predicati eſt poſt copulã / et ſitus ſubiecti, ante copulam. Exempli gratia. Petrus eſt albus / eſt predicatio directa: qꝛ albũ, cum ſignificet formam petri, et per ꝯñs ſuapte natura ſit predicatũ eius, enuntiatur de illo: ſed album eſt Petrus / eſt indirecta: qꝛ id quod ex natura ſua eſt ſubm̃ enuntiatur de predicato. Eadem ratiõe vbi predicatur ſuperius de inferiori eſt directa predicatio: vt / petrus eſt homo / homo eſt animal, et conuertentes earum ſunt indirecte: qꝛ ſuperius ſemper eſt vt forma que recipitur in inferiori tanq̃ in ſubiecto. Recipitur inq̃, Metaphiſice: qꝛ ſuperius contrahitur ad eſſe inferioris: vt dicemus in ſubſequentibus.

Predicatio directa ¶Sed nunquid hęc eſt prędicatio directa, hoc animal eſt homo? videntur enim quod nõ: nam cum hec indefinita puta / animal eſt homo / ſit indirecta, videtur ꝙ etiam ſingularis eius ſit indirecta. Ex alia vero parte videtur ꝙ ſit directa: qꝛ q̃uis homo non ſe habet vt forma reſpectu animalis: tñ habet ſe vt forma reſpectu / huius indiuidui demonſtrati. Reſpondetur ꝙ propoſitiones ſubiectorũ ſingulariũ debent regulari eſſe directas, aut indirectas ex parte ſuppoſiti, et nõ ex parte ſignificati formalis nominis modificati ſigno ſingulari. Et ideo illa eſt indirecta ſi demonſtretur homo, ſiue dicas, hoc animal, ſiue hec ſubſtãtia: ſi vero demonſtretur equ⁹, eſt diſparata. Quare eadem indefinita, cum ſit indirecta, habet alias ſingulares directas, et alias diſparatas. ¶At vero ꝓpõnũ eorũdẽ extremorũ cõiuꝫ ſi affirmatiua eſt directa, et negatiua erit directa: et ſi indefinita eſt directa vl̃is et exponibilis erit directa. Ut omnes iſte ſunt directe, homo eſt animal, nullus hõ eſt animal / tantũ hõ eſt aĩal. Atqꝫ adeo conuertentes earum directe ſunt. Si vero ſit predicatio directa vbi vnũ accidẽs predicatur de alio, tunc conuertẽs eius eſt pariter directa. Utraqꝫ. n. eſt directa, album eſt dulce, dulce eſt album. Nec poſſumus certam dare regulã ad cognoſcendum / que ꝓpõ ſit directa ꝑter diffinitiõeꝫ datã: puta ſi res ſignificata per predicatũ ſe habeat vt forma ſubſtantialis vel accidẽtalis reſpectu ſubiecti. Quare hec animal eſt rationale eſt indirecta: qꝛ predicatũ eſt inferius ſubiecto: ſed ſi dicas animal eſt rõnale vel irrationale eſt directa. ¶Ex dictis ſequitur ꝙ ſola p̃dicatio directa eſt ſimpliciter et abſolute p̃dicatio. Alie vero ſunt ſꝫ quid predicationes: nã idem reſpectu ſui, ſicut nõ eſt forma: ita nec predicatũ. Et multo minus nominũ diſparatorum vnũ eſt predicatũ alterius. Nec predicatio indirecta, vt animal eſt hõ, eſt ſimpliciter predicatio: ſed indirecta p̃dicatio. Unde Porphyr. cap. de ſpecie. Equa inquit de equis predicari oportet, aut maiora de minorib⁹: vt hinnibile de equo: aut animal de homine: minora vero ḋ maioribus minime. Nec. n. dices aĩal eſſe hoiem. ¶Predicatio directa diuiditur in eſſentialẽ (que in quiditatiuã rurſus, et nõ quiditatiuã ſubſequatur) et accidentalem que in predicationẽ ꝓprii ſubdiuiditur / ⁊ predicationẽ accidentis. De quibus ſuo cuiuſqꝫ loco dicturi ſumus.

¶His annotatis, reſpõdet̃ ad queſtioné vnica ꝯcluſione. Tantũ ſunt quinqꝫ p̃dicabilia: puta gen⁹, ſpẽs dr̃ia, ꝓpriũ ⁊ accidẽs. Sufficientiã hãc duab⁹ rõib⁹ venamur. Primo proportione ſumpta a cõpoſito naturali. Quinqꝫ. n. ſunt in cõpoſito naturali. ſ. compoſitum materiã, forma, propriũ quod cõpetit rõne forme / ⁊ accidentia que accidũt rõne materie indiuidui homini ratione forme cõpetit eſſe riſibilẽ: ſed rõne materialiũ conditionũ accidit eſſe albũ aut nigrũ ⁊c. Ad hunc modũ in cõpoſitione met. eſt compoſitũ: puta ſpecies, materia. ſ. genus, et forma, q̃ eſt differentia ⁊ propriũ et accidens: conſtat. n. ſpecies ex genere et dr̃ia, tanq̃ ex materia et forma. In qua intentione fundatur verſaturqꝫ ars tota predicabiliũ. ¶Secũdo ſumitur hic numerus predicabilium per diuerſos modos predicandi: qui nõ poſſunt eſſe, niſi tm̃ quinqꝫ. Predicatũ. n. quodcunqꝫ aut predicat̃ de aliquo eſſentialiter / aut accidentaliter. Si eſſentialiter, aut quiditatiue, aut non quiditatiue. Si quiditatiue, aut de pluribus differentibus numero, et illud eſt ſpẽs: aut de pluribus differentibus ſpecie, ⁊ illud eſt genus: ſi non quiditatiue, illud eſt dr̃ia. Si vero accidentaliter, aut eſt accidẽs propriũ, aut eſt accidens cõmune. Ex his tandem ſequitur ꝙ propõ directa pluribus modis cõtingit, q̃ his quinqꝫ numerus. n. predicabiliũ non eſt ſcḋm numerũ directarum predicationũ: ſed ſcḋm reſpectũ predicatorũ ſimplicium ad primam ſubſtãtiam. Quare iſte ſunt predicationes directe, hõ eſt animal rõnale ſubſtantia eſt ens. Chriſtus eſt deus, et multe alie q̃ nõ ſunt p̃dicatiões alicui⁹ p̃dicabilis: vt infra videbim⁹.

¶Ad tertium argumentum, reſpondetur ꝙ alia eſt predicatorũ ratio primo Topicorũ ⁊ alia predicabilium

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cabilium nam predicata ſumũtur reſpectu ſpeciei cuiuſ
cunqꝫ predicamenti:eo ꝙ predicata ſunt que conſtituũt
ꝓpoſitiões determinabiles per artẽ dialecticã:q̄ propte
rea debẽt eſſe de ſubiecto cõi. Quare nõ ponitur ſpecieſ
inter predicata:ſed diffinitio q̄uis nõ ſit ſimplex:ſed cõ
plexũ predicatũ:qꝛ diffinitio eſt predicatũ ſpeciei, nõ tñ
ipſa ſpẽs eſt predicatũ ſui. Et ideo ponit quatuoꝛ predi
cata:q̄ ſunt diffinitio(quã vocat terminũ)genus, ꝓpꝛiũ
et accidẽs hec.n. ſunt q̄ directe predicãtur de ſpecie. Nõ
connumerat illic dfiam:vel qꝛ intelligitur noie ꝓpꝛij:
vel qꝛ eadẽ eſt fere predicatio dfie ⁊ diffinitiõis. Predi
camẽta vero diſtinguũtur penes diuerſaſ habitudineſ ac
cidentiũ ad ſubſtantiã q̄ ſunt nouẽ habitudines q̄ cum
ſubſtantia faciũt decẽ predicamẽta. Sꝫ tñ predicabilia
ſummitur ꝑ diuerſos modos predicatoꝛũ ſimpliciũ re
ſpectu indiuidui qui ſunt quinqꝫ:⁊ ideo inter predicabi
lia cõputatur ſpẽs/⁊ excluditur diffinitio et dfia diſtin
guitur a proprio. Et ꝑ hoc rñdetur ad tertiũ principale
et ad primã confirmationẽ. ¶ Ad ſcõm rñdetur ꝙ nunq̄
idẽ eſt genus ⁊ ſpẽs reſpectu eiuſdem, nihil tñ obſtat ꝙ
idẽ ſit genꝰ reſpectu vnius et ſpecies reſpectu alterius.
Ut aial eſt genus reſpectu hois et ſpecies reſpectu coꝛ
poꝛis. Et ideo nihil vetat ꝙ genus ſit ſpecies illius gene
ris/vniuerſale. ¶ Ad ſcdam confir. tertij argumẽti con
ceditur ꝙ ens non eſt aliquod hoꝛum quinqꝫ predicabi
lium:quia non eſt genus vt videbimus in predicamẽtiſ:
ſed diſputatio eſt de nomine, an ſit dicẽdum vniuerſale:
et foꝛſan melius appellabitur predicatũ tranſcendens:
ſed de hoc in predicamentis cap. 4.

¶ De genere. Cap. I.

Gen⁹ trifariam accipi.

Idetur itaqꝫ neqꝫ genus, neqꝫ ſpe
cies dici ſimpliciter. Dicitur enim
genus, & aliquorum hominum ag
gregatio, qui quidẽ ad vnum quip
piam & inter ſe habẽt reſpectum.
Qua ſignificatione Heraclidarum dicitur genꝰ:
quod quidem ex reſpectu, qui eſt ab vno, ideſt
Hercule, & multitudine eorum qui inter ſe eam
habent coniunctionem, quæ ab illo profluxit, ſic
eſt nuncupatũ, vt ab aliis generibus ſit ſeiunctũ.
¶ Dicitur & alio modo genus vniuſcuiuſqꝫ prin
cipiũ ortꝰ, tã ab eo qui genuit q̄ a loco in quo eſt
quiſpiam ortus. Sic enim Oreſtem quidem a Tan
talo, Hylum autem ab Hercule dicimꝰ genus ha
bere: & rurſus Pindarum quidem Thebanum ge
nere. Platonem autem Atheniẽſem dicimus eſſe:
patria namqꝫ principiũ eſt generationis cuiuſqꝫ:
perinde ac pater. Hoc autem ſignificatum vſur
patius eſſe videtur. Heraclide nãqꝫ dicuntur, qui
genere deſcendunt ab Hercule. Et Cecropide,
quia a Cecrope: & horum quoqꝫ propinqui. Atqꝫ
prius ſane genus, generis cuiuſqꝫ principium di
citur. Poſtea vero multitudo eorum qui ab vno
principio, ceu Hercule, profluxerunt. Quod qui
dem a cęteris ſeiungentes ac ſeparantes, totum
aggregatũ Heraclidarum diximꝰ genus. ¶ Alio
modo dicitur genꝰ, id ſub quo ſpecies collocãtur:
accepta fortaſſe ſimilitudine a prioribus vocabu
li eius ſignificatis. Nam & principium quoddam
eorum, quę ſub ſe habet genꝰ tale eſt, & pręterea
videtur multitudinem omnem amplecti, quam
ſcilicet infra ſeſe continet.

T. 2. His igitur tribus modis dicitur genꝰ. De ter
tio vero genere Philoſophorum eſt ſermo: quod
etiam deſcribentes ſic aſſignarunt: Genus id eſſe
dicentes, quod de pluribus ſpecie differentibus
hoc ipſo quid eſt pręedicatur, vt animal. Eorum
enim quæ de pluribus pręedicantur, alia de vno ſo
lo dicuntur: vt indiuidua veluti Socrates, & iſtę,
& iſtud, alia de pluribus pręedicantur vt genera,
ſpẽs, differentiæ, propria & accidentia communi
ter, ſed non cuiquã proprie. Atqꝫ genus eſt (exẽ
pli cauſa) animal: ſpecies, homo differẽtia rationa
le proprium riſibile, accidens, album, nigrum, ſe
dere. Genus igitur ab hiſce quidem, quæ de vno
ſolo dicuntur hoc ſane differt, quod ipſum de plu
ribus pręedicatur. Ab his autem quæ de pluribus
pręedicãtur, hiſce differre videtur. A ſpẽ quidem
quod ſpecies & ſi de pluribus pręedicatur, non tñ
de pluribus ſpecie, ſed de pluribus differenti
bus numero pręedicatur: homo namqꝫ qui quidem
eſt ſpecies, de Socrate & Platone dicitur: qui non
ſpecie: ſed numero differunt. At animal quod eſt
genꝰ, de boue, equo, atqꝫ hõine pręedicatur: quæ
& ſpecie, non autẽ numero ſolo differunt. A pro
prio vero, quod proprium quidem de vna ſpecie
cuius eſt propriũ & de indiuiduis hiſce quæ ſunt
ſub illa ſpecie prædicatur: vt riſibile, de homine
ſolo, & de ſingulis hominibus dicitur: genus autẽ
non de vna ſpecie, ſed de pluribus differentibuſ
qꝫ pręedicatur. A differentia quoqꝫ communibuſqꝫ
accidentibus genus differt: etenim differẽtiæ cõ
muni acqꝫ accidentia, quanquam de pluribus ac
differentibus ſpecie dicuntur: non tamen ita vt
quid ſit quidqꝫ: ſed vt quale quidqꝫ ſit innuant,
dicuntur. Rogitantibus enim quid nam illud ſit,
de quo hæc dicũtur genꝰ, reſpõdemus, differẽtias
& accidentia non reſpondemus: non enim de ſub
iectis illa in quid, ſed magis in quale quid dicun
tur. Interroganti namqꝫ, quale quid eſt homo, ra
tionale dicimus: & quale quid eſt coruus, nigrum
dicimus. Quorum rationale quidẽ eſt differẽtia,
nigrum autem accidens. Sed cum quid eſt homo
interrogamur, animal reſpondemus, quod quidẽ
hominis genus eſt. Genus igitur, quod de pluribꝰ
quidẽ pręedicatur, ab indiuiduis, quæ de vno ſolo
dicuntur, differt, quod vero de pluribus prædica
tur ſpecie differẽtibus, ab iis quæ vt ſpecies pro
priaue dicuntur differt deniqꝫ: quod quid quid
qꝫ ſit dicit, a differẽtiis, vulgoqꝫ accidentibus dif
fert: quorum vnum quodqꝫ non quid ſit, ſed
quale ſit quomodo ve id quod dicitur habeat,
dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu plus
minusue memorata generis deſcriptio habet.

Genus de quo hic.

Genus a ceteris quo differunt.

In ſũma: quid genꝰ ab aliis differat.

Remiſſo prologo, ſubſequitur
iam nunc tractatus. Qui varie a docto
ribus diuiditur. Alij enim partiũtur tra
ctatum hunc in libꝛos duos: vt vnꝰ ſit de
ſingulis predicabilibus: alter vero de cõ
paratione

paratione qua omnia inuicem conferuntur. Alij ex ge
nere ⁊ ſpecie, que coꝛrelatiue dicũtur, conſtituunt vnũ
capitulum. Nos, vero quibus trãſlatio Ioãnis Argiro
pyli ſemel placuit, eius ſubinde partitionem ſequimur:
apud quẽ liber hic vnicus eſt, ꝑ ſex capitula diſtributuſ.
In quinqꝫ pꝛioꝛibus explorãtur ſingula vlia: ⁊ in poſtre
mo cõferũtur ad ſe inuicẽ oia. ¶ Oꝛdo ꝓcedẽdi, is eſt vt
pꝛedicata eſſentialia pꝛecedant, ⁊ inter eſſentialia, pꝛefe
rãtur quiditatiua, ⁊ inter quiditatiua anteponaẽ genꝰ:
ſicut inter accidẽtalia añcedit ꝓpꝛiũ. ¶ Qð ſi quis exi
ſtimet exoꝛdiũ potiꝰ ſumendũ fuiſſe ab ſpẽ, vtpote q̄ eſt
ꝑfectioꝛ: tũ qꝛ addit ſupꝛa genus perfectionẽ dfie, tũ qꝛ
pꝛincipaliter intenditur a natura: rñdetur ꝙ melius in
choatũ eſt a gñe: tũ qꝛ eſt pars ſpẽi, tũ qꝛ eſt vlius ac ꝓ
inde notiꝰ nobis: quos oꝛdines docuit Ariſto. 1. phi. tex.
1. in ꝓgreſſu ſciẽtiarũ obſeruari. ¶ Et capitulũ hoc cõti
net duas partes in pꝛioꝛi explicatur q̄d nominis: puta
quid nomẽ, genꝰ in pꝛeſentia ſignificat. Et in poſterioꝛi
diffinitur quid rei: puta q̄d ſit res ipſa ſignificata: neqꝫ
partes ſinglas ꝓpter facilitatẽ in plcs ſecuimus textũ.
Et Poꝛphyꝛiꝰ in hoc ca. fere imitaẽ Ariſt. 5. met. tex. 33.
vbi tractat de gñe: ⁊ ideo explicat q̄d nois veluti Ariſt.
per analogiã inter genus dialecticũ ⁊ genus in genealo
giis ſecundum vſum vulgatũ inter homines. ¶ Ait ergo
neqꝫ genus neqꝫ ſpecies ſimpliciter dici. Cõiungit genuſ
cũ ſpecie: quia ſunt coꝛrelatiua. Sed genꝰ tripliciter di
citur. Pꝛimo genuſ accipitur pꝛo collectione multoꝛum
habitudinem habẽtium ⁊ inter ſe ⁊ ad vnum pꝛimũ: vt
Heraclidarũ collectio dicitur genꝰ pꝛopter policiã ⁊ le
ges eaſdẽ quibus omnes tenentur: ⁊ qꝛ ab vno Hercule
deſcẽdunt Boetiꝰ tamẽ exẽplum quod in greco eſt, He
raclidarũ, trãſtulit romanoꝛũ: et quia ille romanꝰ erat:
⁊ quia exẽplũ notius eſt nobis. Hac ſignificatiõe Eneaſ
apud Uergiliũ in. 1. Italus vocauit genus Iouis. Ita
liam quero patriã ⁊ genꝰ ab Ioue ſummo. Quo fit vt ſi
qua eſſet multitudo ſiue oꝛdine cõfuſa nõ diceretur hoc
modo genꝰ. Quinimo addit Poꝛphyꝛius non eſſe genꝰ
niſi collectionẽ que ab aliis generationibꝰ diſtinguitur,
vt ſi quis hominũ collectionẽ appellaret genus adami
tarũ ideſt ab adã deſcendẽtiũ, nõ loqueretur ad mente
Poꝛphyꝛij: qꝛ genꝰ hoc oĩbus eſt generaliſſimũ. Quo
verbo inſinuauit decẽ genera pꝛedicamẽtalia eſſe diſtin
ta ⁊ pꝛimo diuerſa: atqꝫ adeo ens quod eſt generale omĩ
bus pꝛedicamentis, non eſſe genus ad illa: vt videbimuſ
in pꝛedicomentis cap. 4. Tametſi Ariſt. poſuit exemplũ
de genere humano: quod eo ſolũ vocauit genus: quia cõ
tinua generatione ſuccedit in eadẽ ſpecie.

Oꝛdo.

¶ Dicitur & alio modo genꝰ principiũ gene
rationis cuiuſqꝫ q̄d habet a patre vel a patria vt Oꝛe
ſtes habent genus ideſt generationẽ a Tãtalo: qui fuit
Attauus eius: et Hylus ab Hercule: qui fuit eiꝰ pater,
⁊ Plato ab Athenis, ⁊ Pindarus a Thebis. Et vergi
liana Dido in. 4. Eneã inquit genus eſſe deoꝛũ. Ubi ani
maduertẽdũ ꝙ nõ accipitur hic pꝛincipiũ pꝛo patre aut
patria: ſed pꝛo initio natiuitatis, ſeu pꝛima gñratione,
quã quis trahit a patre vel patria: nõ enim inquit Poꝛ
phyꝛius ꝙ Tantalus ſit genus Oꝛeſtis: ſed quia genus
eſt initiũ quod Oꝛeſtes trahit a Tantalo. Ari. 5. met. vn
de hec deſumpſit Poꝛphyꝛius, dicit ꝙ ⁊ a matre nõnun
quam dicitur genꝰ: vt Pleiades que (vt eſt in fabulis)
Atlãtis fuere filie: dicuntur pleiades a Pleione matre.
¶ Nec fuit mens Poꝛphy. omẽs hic cõgerere acceptio
nes generis: nã genus aliter pꝛepterea accipitur apud
grãmaticos: vt accidit nomini ⁊ verbo, ⁊ aliter apud re
thoꝛes quibus ſunt tria genera cauſarũ. ſ. demonſtrati
uum/deliberatiuũ ⁊ iudiciale: ſed de illiſ tantũ acceptio
nibus meminit, cũ quibus genus dialecticum habent
ſimilitudinẽ. Eſt enim obſeruandũ in huiuſmodi accep
tionibus ne plures multiplicentur, q̄ꝫ que ad rem perti
nent. Cõparat tamẽ has duas inuicẽ acceptiones: nam
dicit hãc ſecũdam eſſe ⁊ magis vſitatã ⁊ oꝛdine pꝛioꝛẽ,
q̄ꝫ ſit pꝛimã. Magis, inq̄ꝫ, eſt vſitata: quia pꝛopꝛiꝰ acce
dit ad ſignificationẽ nominis: genus enim idẽ ſonat q̄d
generatio: quare vſitatius accipitur pꝛo innitio ipſo na
tiuitatis multoꝛũ, q̄ꝫ pꝛo eoꝛũ collectiõe collectio eñ ſig
nificãtius appellatur cognatio. Et inde ſequitur ſcðꝫ:
puta ꝙ nomẽ generis a ſignificatione, qua ſignificat ini
tiũ natiuitatis, deriuatũ eſt ad ſignificandũ collectionẽ
⁊ cognationẽ inde deſcendentiũ. Et ideo tã Ari. q̄ꝫ poꝛ
phy. illã ponũt in pꝛimo loco, nõ ꝙ ſit in rei veritate pꝛi
ma: ſed qꝛ minus pꝛopꝛia debet pꝛioꝛi loco collocari, vt
inde deſcẽdatur ad pꝛopꝛiã, que intẽditur, acceptionẽ.
¶ Subiungit tandem poꝛphy. tertiã acceptionem. ſ. ꝙ
genuſ eſt cui ſupponitur ſpecies: vt animal cui ſupponiẽ
homo ad ſimilitudinẽ duarũ pꝛimarũ acceptionũ: nam
ſicut genꝰ ſecundo modo eſt initiũ multoꝛũ: ita genꝰ hoc
modo, puta/animal/eſt initiũ multarũ ſpẽrum: continet
enim in potentia differentias plurimas per quarum ſin
gulas contrahitur ad conſtitutionem ſingularum ſpe
cierum. Et inde ſequitur, quod cõtineat ſub ſe collectio
nẽ multarũ ſpẽrum ad ſimilitudinẽ pꝛime acceptionis:
in confuſo. n. animal ſignificat hominẽ, leonẽ ⁊c. Et ideo
annotauit Poꝛphy. ꝙ pꝛima acceptio deriuatur a ſcða:
vt oſtenderet quomodo genus ex hoc ꝙ eſt initiũ conſti
tutiuum ſpẽrum habet vt complectatur in ſua ſignifica
tione ſpecies plures.

Nota.

T. 2. ¶ His igiẽ tribus modis. Hæc eſt ſcđa
pars pꝛincipalis tex. in q̄ poꝛphy. explicat diffinitionẽ
quid rei: puta q̄d eſt genus. Ait. n. ꝙ ſola tertia accep
tio eſt qua phi vtũtur: nã alie acceptiones ad hiſtoꝛicos
potius ꝑtinent. Unde genus (inquit) eſt quod pluribus
ſpecie differentibus hoc ipſo quid eſt pꝛedicatur, vt ani
mal. Exponit rationẽ huius diffinitionis cõferendo ge
nus ad reliqua pꝛedicabilia. In quo plura verba foꝛte
pꝛodixit, q̄ꝫ pꝛo re clariſſima fuiſſent neceſſaria. Sũma
eſt hec. Eoꝛum que pꝛedicantur, alia de vno ſolo pꝛedi
cantur: vt indiuidua, veluti/Socrates: ⁊ alia pꝛedican
tur de pluribus. Differt ergo genus ab indiuiduis, in
hoc quod pꝛedicatur de pluribus: in quo tñ conuenit cũ
ceteris omnibus pꝛedicabilibus. Sed tamen eoꝛum que
de pluribus pꝛedicantur, alia pꝛedicantur ſolum de plu
ribus differentibus numero: alia de pluribus differenti
bus ſpecie. Idcirco in hoc quod eſt pꝛedicari de pluribꝰ
differentibus ſpecie, differt genus ab ſpecie ⁊ pꝛopꝛio,
que ſolum pꝛedicantur de pluribus differentibus nu
mero: vt tam, homo, quam, riſibile: conuenit tamen in
hoc cum differentia et accidẽti. Hoꝛum autem que pꝛe
dicatur de pluribus differentibus ſpecie, genus ſolum
pꝛedicatur in eo ꝙ quid, reliqua vero in eo ꝙ quale: pu
ta differentia in eo ꝙ quale eſſentiale, et accidens in eo
ꝙ quale accidentale. Unde in finem colligit ꝙ cum illa ſit
bona diffinitio que explicat naturam diffiniti, illudqꝫ ſe
parat et diſtinguit a quocumqꝫ alio, diffinitio illa ſigna
ta ſit bona. Habet enim tres particulas ſcilicet pꝛedica
ri de pluribus/per quod differt a ſingularibus: differen
tibus ſpecie / per quod differt ab ſpecie et pꝛopꝛio: in eo
ꝙ quid/per quod differt a differentiis ⁊ accidenti. Qua
re nihil continet ſuperfluum aut diminutum. ¶ Circa li
teram hanc ſolum poteſt quis dubitare, quomodo in
diuiduũ cõnumeretur inter pꝛedicabilia ſeu pꝛedicata:
quia non pꝛedicatur niſi de ſe ſolo: ⁊ tamen idem reſpe
ctu ſui (vt ſupꝛa adnotauimus) non eſt pꝛopꝛie pꝛedica
tum: quia nihil ſe habet vt foꝛma reſpectu ſui: hoc tamẽ
in cap. de ſpecie, vbi conſtituitur diffinitio indiuidui ex
plicabitur.

Queſtio

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

❡Quæſtio vnica.

❡Vtrum diffinitio generis ſit bona.

A Parte negatiua arguitur primo diffinitio illa non conuenit diffinito: ergo non eſt bona. Probatur antecedens Diffinitum eſt ſecũda intentio generis: nam libellus iſte, vt dictum eſt. q. 4. prologi: eſt de ſecundis intentionibus vniuerſalium: ⁊ tamen diffinitio Porphyrij non conuenit ſecũde intentioni: ſed nature ſubſtracte tali intentioni: non enim genereitas aut ly/genus predicatur de ſpeciebus, vt dicamus/homo eſt genereitas/aut equus eſt genus: ſed animal predicatur de illis hiſce predicationibus, hõ eſt animal/equus eſt animal: ergo diffinitio nõ conuenit diffinito. ❡Scd̃o arguitur. Genus non predicatur quiditatiue de ſpecieb⁹: ergo diffinitio nõ eſt bona. Probatur antecedẽs: primo: q2 genus eſt pars diffinitiõis ſpeciei: pars vero nõ predicatur de toto, nõ. n. homo eſt ſua materia. Preterea q2 ſi p̃dicaret̃ q̃ditatiue, id maxime eſſet: quia eſt pars quiditatiue diffinitiõis: ſed hoc non ſufficit/q2 ⁊ dr̃ia eſt itidem pars eius, et principalior q2 ſe habet vt forma, ⁊ tñ non predicatur q̃ditatiue. ❡Et confir. Ens predicatur in quid de omni re: et tñ non eſt genus, vt ait Porphy. c. 2. ❡Tertio arguitur. Non omne genus predicatur de pluribus differẽtibus ſpẽ: ergo diffinitio nõ conuertitur cum diffinito. Probatur antecedens. Senſibile/eſt genus ad rõnale ⁊ irrationale: apparet nãq; inter dr̃ias poſſe etiam conſtitui predicationes generis, puta rationale eſt ſenſibile, inhibile eſt ſenſibile ⁊c. tamẽ differẽtie vltime nõ differunt ſpecie: q2 differre ſpecie ſecũdum Ariſt. 5. Meta. tex. 12. eſt differre diffinitione: ⁊ tñ vltime differentie non habent diffinitionẽ: quia ſunt conceptus ſimplices: ⁊ non compoſiti Methaphiſice: ergo. ❡Quarto ⁊ poſtremo arg̃. Si diffinitio eſſet bona/ ſequeretur ꝙ vniuerſale eſſet gen⁹ ad quinq; predicabilia: q2 eſt ſuperius quiditatiue ad omnia, conſequẽs tamen eſt falſum: quia alias ſequeretur confuſio horũ vniuerſalium, puta ꝙ genus, ⁊ pariter dr̃ia ⁊ propriũ eſſent ſpecies: nã ſunt omnia ſpecies vniuerſales.

❡Duo ſunt huius quæſtionis articuli. Primus circa primum argumentũ eſt, de diffinito huius diffinitionis: alter: circa alia tria de diffinitionis expoſitione. A primo nominales facile ſe expediunt dicentes diffinitum propinquum illius diffinitionis eſſe illud nomen genus quod eſt cõmune ad hec nomina, puta / animal/ color/ figura ⁊c. que apud ipſos ſunt genera atq; adeo ſunt diffinita remota Horum quidem primũ nos etiam concedimus, puta diffinitũ propinquũ eſſe illud nomen genus: quia eſt nomen ⁊ ſignum quo mediante res diffinitur: ſecũdum tñ negatur apud reales: q2 vt ſupra viſum eſt illi termini nõ ſunt genera: ſed nomina generica. Querimus ergo hic diffinitũ principale pro quo ſupponat illud nomen/ genus/ quod ſupra diximus eſſe in rebus. Et manifeſtũ eſt illud eſſe conceptum obiectiualẽ, puta ſignificatũ formale illius nominis/gen⁹: ſicut diffinitũ principale huius diffinitionis/ animal rationale eſt ſignificatũ formale hui⁹ nominis/homo/ puta homo in communi. Sed ſecũdo meminiſſe opus eſt ex ſuperioribus ꝙ hoc nomẽ/genus/de materiali ⁊ de ſubſtracto ſignificat naturã illã ſeu rationẽ cõmunẽ animalis aut coloris ⁊c. de formali vero cõnotat ſecũdam intentionem/ qua res illa denominatur genus: que habet eſſe per operationẽ intellectus. ❡Eſt ergo dubiũ, nunq̃d diffiniat̃ natura pro ſubſtracto, an vero ſecunda intentio: nã de aggregato ex vtroq; dubitari nõ põt, cum non ſit vnum ens: magis q̃ aggregatum ex corpore ⁊ albedine. ❡At qui doctores quidã huius tẽporis, qui negociũ ſuſceperunt recitãdi potius, q̃ aut exponẽdi aut examinandi opiniones, putant diuerſas eſſe hic opiniones realium. Unde dicũt ſcd̃m Sco. hiſce diffinitionibus vniuerſaliũ diffiniri ſecũdas intẽtiones: ſed ſcd̃m. S. Tho. diffiniri cõceptũ obiectiuũ pro ſubſtracto. Ex quo inferũt ꝙ ſecũdũ Scotũ gen⁹ ⁊ eius diffinitio accipiũtur ⁊ ſupponũt pro ſcd̃a intẽtione: vt ſit ſenſus / ſecũda intẽtio eſt gen⁹ ⁊ predicatur de pluribus ⁊c. ❡Nihilominus reſpondetur duabus concluſionibus. Prima diffinitũ formale et principale huius diffinitiõis eſt ſecũda intentio: nec de hoc inter reales eſt aliqua differẽtia. Probatur. Diffinitio, ſicuti ſciẽtia, non eſt de particularibus: ergo nõ diffinitur hic, hoc aut illud genus, puta/animal/ aut color ſed genus in cõmuni: ſed nihil eſt cõmune oĩbus generibus diuerſorũ predicamentorũ, niſi ſecũda intentio generis: ergo illa diffinitur. ❡Et cõfirmatur ex ipſa forma diffinitionis que datur per nomina ſecunde intẽtionis. puta predicari de pluribus, qua oſtenditur ꝙ ſicut diffinitũ propinquũ eſt illud nomẽ genus, ita diffinitũ principale ⁊ formale eſt ſecunda intentio que eſt ſignificatũ formale huius nominis: ⁊ diffinita remotiſſima ⁊ materialia ſunt/animal/color ⁊c. que ſubſtant illi ſecunde intentioni. ❡Secundo Declaratur ⁊ manifeſte probat̃ cõcluſio. Quãdo nomen accidentis in concreto diffinitur ſignificatum formale eſt quod illic diffinitur, ratione cuius diffinitio cõuenit ſignificato materiali. v. g. qñ enunciamus, albũ eſſe diſgregatiuũ viſus, diffinitur illic albedo rõne cuius cõuenit niui diſgregare viſum: ſed genus eſt nomen connotatiuũ: ergo illa diffinitione diffinitur ſecũda intẽtio que eſt eius ſignificatum formale, ratione cuius cõuenit naturis predicari de pluribus: aĩal enim predicatur de pluribus inquãtum abſtrahitur per intellectum a rationibus ſpecierũ que eſt intentio generis. ❡Secunda concluſio. Neq; genus neq; eius diffinitio vllo modo accipiũtur aut ſupponũt pro ſecũda intẽtione. Probatur manifeſte. Nam qñ diffinitur, album eſſe diſgregatiuũ viſus, licet diffiniatur illic albedo, nõ tñ diffinitur tanq̃ id quod diſgregat: ſed tanq̃ ratio diſgregandi: et ideo neq; album neq; eius diffinitio in concreto ſupponit pro albedine: ſed vtrunq; denominatiue ſupponit pro niue, que rõne albedinis diſgregat viſum: ergo eadẽ rõne q̃uis diffinitiõe generis diffinitur ſcd̃a intẽtio, nõ tñ/ tanq̃ id qd̃ predicatur: ſed tanq̃ rõ qua genera predicãtur: et ideo non ſupponit pro illa: ſed denominatiue ſupponit pro re ipſa pro qua ſupponit genus: puta, pro/aĩali/ pro colore ⁊c. Atqui hoc profecto (vt bona venia dixerim) opinionẽ realiũ fecit odioſam ⁊ inintelligibilẽ cum iſti ceperũt dicere ꝙ genus ſupponit pro ſecũda intẽtione: ⁊ ꝙ ſcd̃a intẽtio predicatur de pluribus differẽtibus ſpẽ: quod luce clarius falſum eſt. Nec Scotus vnq̃ hoc ſomniauit: vt patet in ſuis vnĩbus. q. 14. Sed q2 Scotus illic dicit diffinitione gñis diffiniri ſcd̃am intentionẽ, male intulerũt iſti ꝙ genus ⁊ eius diffinitio ſupponit pro ſcd̃a intentione. ❡Uñ ad primũ argumentũ principale cõceditur diffinitũ formale diffinitiõis eſſe ſcd̃am intentionẽ: ⁊ qñ aſſumitur ꝙ diffinitio nõ conuenit ſecũde intentioni, diſtinguitur, aut per cõuenire intelligitur explicare eius naturã, negatur: ſed ſi per cõuenire intelligatur ꝙ diffinitio predicetur de ſecũda intẽtione, cõceditur: volo dicere, ꝙ id quod predicatur de pluribus differẽtibus ſpẽ: eſt/aĩal/aut color ⁊c. ſ3 hoc habent inquantũ ſubſtãt ſcd̃e intentioni generis cuius natura explicatur in illa diffinitiõe. Itaq; vt in ſumma dicam: diffiniri ſcd̃am intentionẽ, eſt diffiniri res in quãtum ſubſtãt ſcd̃e intẽtioni. Et hec eſt doctrina Scoti loco citato ⁊. S. T. de ente ⁊ eſſentia. ca. 4. ⁊ quicunq; aliud dixerit non eſt audiendus in ſcola Ariſto. Hec autem in diffinitionibus ceterorum vniuerſalium eodem modo eſt intelligendum.

Diffinitur ſcd̃a intentio.

1. genereitas

Diffinitio nõ ſupponit p ſcd̃a intẽtione.

❡Articul⁹ ſecundus verſabitur in expoſitione diffinitionis, que duas cõtinet particulas. 2. et. 3. argumento impugnatas. Prima eſt Predicari in quid: ſcd̃a eſt, de differẽtibus ſpecie. Ad primi articuli euidẽtiam exponendũ eſt hic quid ſit predicatio quiditatiua. Ubi Buridanus (cui nominales ſubſcribũt vniuerſi) ait ꝙ predicatio directa eſſentialis eſt predicatio duorum terminorum, quorum neuter connotat extrinſece ſuper reliquum: niſi connotatio predicati fuerit ſuperior ad connotationem ſubiecti. Predicatio vero quiditatiua eſt predicatio directa duorũ terminorum de ſe inuicem, quorum neuter connotat extrinſece vel intrinſice: niſi cõnotatio predicati fuerit ſuperior ad connotationem ſubiecti. Predicatio aũt accidentalis eſt predicatio directa duorũ terminorũ, quorũ vnus cõnotat extrinſece ſupra reliquum, ⁊ cõnotatio predicati non eſt ſuperior ad cõnotationem ſubiecti. Exempli gratia/homo eſt rationalis: eſt eſſentialis quia predicatum non cõnotat extrinſice: ſed tamẽ non eſt quiditatiua: quia predicatum cõnotat intrinſice: hec vero/homo eſt animal, eſt quiditatiua: q2 nullũ extremorũ cõnotat neq; intrinſice neq; extrinſice: ſed iſta homo eſt albus/eſt accidentalis: quia predicatum cõnotat extrinſice. Additur ſecunda particula in oĩbus diffinitionibus: q2 hec predicatio/ albũ eſt coloratũ/non eſt accidentalis q̃uis extrema cõnotẽt accidens extrinſecũ ſubiecto: puta ſorti: ſed eſt eſſentialis ⁊ quiditatiua: q2 cõnotatio predicati eſt ſuperior ad cõnotationẽ ſubiecti: nã color eſt genus albedinis. ❡At vero diffinitiões iſte profecto manifeſtãt, q̃ ſit cõtra naturã rerũ negare vniuerſale in rebus: nam re vera predicari eſſentialiter ⁊ predicari quiditatiue, vt nomẽ palã clamat, nihil aliud eſt q̃ predicatũ/ſignificare eſſentiã et quiditatem ſubiecti: quare non poteſt conuenire terminis, niſi in ordine ad res. ❡Igitur ex illa ſuperiori diuiſiõe predicatiõis, in directã et indirectã, pretermiſſa predicatiõe indirecta quam diximus nõ eſſe predicationẽ niſi ſecũdum quid predicatio directa diuiditur in predicationẽ eſſentialẽ ⁊ accidentalem. ❡Predicatio eſſentialis eſt predicatio cuius predicatũ eſt de eſſentia ſubiecti: vt Petrus eſt homo, petrus eſt rationalis: accidẽtalis vero eſt predicatio cuius predicatũ eſt accidẽs ſubiecti: vt Petrus eſt albus, Petrus eſt niger. ❡Predicatio vero eſſentialis, alia eſt quiditatiua alia nõ quiditatiua. Predicatio quiditatiua eſt predicatio cuius predicatũ dicit quid eſt ſubiectũ: ⁊ aliquod predicatũ predicari in quid eſt predicari in predicatiõe que dicit quid eſt ſubiectũ: ⁊ ita intelligũtur illa verba ſecũdũ trãſlationẽ Boetũ. Genus predicat⁹ in eo quod quid. i. in ea oratione ſeu ratione, que dicit quid eſt ſubiectũ: quod Argiropilus vertit, hoc ipſo quid eſt predicatur. i. genus predicatur hac ipſa ratione, qua ſubiectũ eſt quid. Explicat hoc Porphy. ab effectu: id. n. predicatur in quid per quod cõgrue reſpõdetur ad queſtionẽ, quid eſt ſubiectũ, vt querẽti quid eſt hõ, rñdetur ꝙ eſt aĩal non aũt ꝙ eſt albus. Eadẽ ſunt verba Ariſt. 1. topicorũ. c. 4. vnde ⁊ diffinitionẽ, ⁊ exemplũ ad litterã de ſumpſit Porphy. ⁊. 1. poſt. tex. 9. dicit: ꝙ ea predicata inſunt per ſe que inſunt eo ipſo quid eſt ſubm̃. vt animal ineſt homini. Penſato quẽadmodũ apud Ariſt. qualitas predicatiõis nõ d̃bet explicari per cõnotatiões terminorũ: ſed per res ſignificatas, illud. n. nomẽ/ animal/ nec eſt de quiditate/ neq; de eſſentia hui⁹ nominis/hõ: ſed ratio ſignificata p ly/animal/eſt de eſſentia hominis: vnde (vt in prologo predicamẽtorũ videbimus) in hac orõne/hõ eſt aĩal/nõ ſolũ nomẽ, de noĩe: ſed illa ratio ſignificata per predicatum/ predicat̃ principaliter de homine: ⁊ de illo predicato, loquimur quando dicim⁹ predicatũ eſſe de eſſentia ſubiecti: imo propterea termini predicãtur eſſentialiter tanq̃ ſigna: qua ſignificãt illa predicata eſſentialia. Eadẽ ratione, albũ eſt coloratũ, eſt predicatio eſſentialis ⁊ quiditaua: q2 predicatum eſt de quiditate ſubiecti perinde atq; in hac/albedo eſt color, nam predicatio concretorũ eſtimanda eſt penes ſignificata formalia. Quare non opus eſt alia particula pro predicatione quiditatiua predicamenti ſubſtantie: ⁊ alia pro predicatione quiditatiua predicamenti accidentis. ❡Predicatio accidẽtalis eſt cuius predicatum eſt accidens ſubiecti: vt corpus eſt coloratum: nam quamuis coloratum ſit de quiditate albi tamen vtrunq; eſt accidens corporis.

Predicatio eſſentialis.

Quiditatius.

❡At ſecundo notandũ eſt pro materia eiuſdẽ ſecundi argumenti: ꝙ abſtractio eſt duplex alia qua vniuerſale abſtrahitur a ſuis inferioribus: vt ratio hoïs abſtrahitur a cõditionibus ſingulariũ et ratio animalis a rationib⁹ ſpẽrũ. Alia eſt abſtractio quia forma abſtrahit a ſubiecto: vt albedo abſtrahitur ab albo: ⁊ hũanitas ab homine. Prima põt vocari abſtractio vniuerſalis: ⁊ ſcd̃a formalis. Et ideo natura generis aut ſpeciei põt accipi vt ſignificatur in abſtracto vel vt ſignificatur in cõcreto. Et primo modo nec eſt gen⁹, nec ſpecies: illa rõne quã queſtione tertia prologi adduximus vz: quia non predicatur de ſuppoſito: iſte. n. ſunt falſe/homo eſt hũanitas/homo eſt animalitas. Dotrina eſt. S. Tho. de ente ⁊ eſſentia. c. 4. ⁊ Aui. 5. met. c. 6. dicentis ꝙ rõnalitas nõ eſt differentia: ſed differentie principium. Et eadem ratione humanitas nõ eſt ſpecies, nec animalitas eſt gen⁹: ſed eſt principiũ ideſt forma: qua animal eſt animal. Nec intelligas aliud miſteriũ niſi ꝙ propter modũ ſignificandi, animal nõ eſt animalitas. Quo circa nature in abſtracto dicuntur quidẽ natura generis, ⁊ natura ſpeciei: nõ tamen ſunt genera, nec ſpecies. ❡Atqui tertio notandũ ꝙ animal vt intelligatur in cõcreto accipitur vno modo cũ preciſione oĩum aliorũ. Ideſt vt ſignificat naturã ſenſitiuã quatenus abſtractã a rationalitate, ſicut ſi abſtraheres albedinẽ a dulcedine lactis: ⁊ tũc nõ eſt de eſſentia rationalitatis: ſed rõnalitas addit ſupra illã nouũ gradũ. Et iſto modo accipitur qñ dicimus ꝙ gen⁹ nec eſt de eſſentia differentie, nec differentia de eſſentia, generis: ⁊ Ariſt. 4. to. c. 2. dicit: ꝙ differẽtia non participat genus. Sed hoc modo nõ predicatur de homine: q2 habet ſe quodãmodo ſicut pars illius. Alio modo accipit̃ (vt eadẽ queſtiõe dixim⁹) vt ſignificat formaliter naturã ſenſitiuã nihil preſcindẽdo: ſed in cõfuſo ſignificando, abſtrahẽdo abſtractione vniuerſali omnẽ naturã ſenſitiuam, que in hoïs eſt humanitas: ⁊ in equo equinitas ⁊c. ⁊ iſto mõ eſt gen⁹. ❡Per hec palã ſit ſenſus verborũ Ari. 8. met. tex. 9. ⁊ tex. 15. que. c. de differẽtia refert porphy. ſ. genus ſumitur a materia: differẽtia vero a forme: non. n. eſt ſenſus ꝙ genus ſignificet ſolam materiã compoſiti, et differentia ſolam formam, vt loco citato ⁊ alibi ſepe exponit. S. Th. Sed intelligitur: ꝙ id a quo ſummitur ratio generis habet ſe vt materia reſpectu illius a quo ſummitur ratio forme: vt natura ſenſitiua habet ſe vt materia reſpectu nature rationalis: determinatur. n. eſſe ſenſitiuũ per rationale ad eſſe hoïs. Et eodẽm mõ natura viuentis per ſenſitiuã determinatur ad eſſe animalis, ⁊ natura corporis determinatur per animatũ ad eſſe viuẽtis: ad modum quo in cõpoſito naturali materia determinatur per formã, ad eſſe huius aut illius ſpeciei. ❡Ex his patet ſolutio ſecũdi argumenti. Negatur enim ꝙ genus ſit pars ſpeciei omnino ſicut materia eſt pars compoſiti: ſed dicitur pars: quia natura quam ſignificat contrahitur per differentiã: nihilominus in cõfuſo genus ſignificat totũ quod eſt in ſpecie ⁊ indiuiduo: ⁊ ideo formaliter predicatur de oĩb⁹ inferiorib⁹ vſq; ad indiuiduum

Abſtractio duplex.

Genus ſumit̃ a materia.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

indiuiduũ. Et pariter differentia: puta rationale, in cõfuſo ſignificat ⁊ genus et totum compoſitum ex genere et differentia: ⁊ ideo rationale itidem predicatur de animali, et de homine. ¶ Sed reſtat tunc ſecunda pars argumenti, cur differentia nõ predicatur quiditatiue poſt ꝙ eſt pars eſſentialis diffinitionis quiditatiue. Arguit .n. ſic. Diffinitio predicatur quiditatiue de ſpecie: vt hõ eſt animal rationale: ergo vtraqꝫ pars predicatur quiditatiue de eadem ſpecie. ¶ Reſpondetur: ꝙ propter hoc argumentũ Ariſt. concedit. 7. topicorũ. c. 4. ꝙ differẽtia predicatur etiã quiditatiue. Nihilominus. 4. topicorũ cap. 6. ⁊. 5. Metaph. tex. 19. dicit: ꝙ differentia ſignificat qualitatem ⁊ predicatur in eo quod quale. Et ratio eſt: quia differentia eſt actus ⁊ forma, generis: ⁊ quidquid ſe habet vt forma, quodammodo dicitur qualitas, ⁊ id quod ſe habet vt materia, habet ſe vt quid reſpectu ſubiecti: ſed differẽtia eſt qualitas ſubſtãtialis. Et ſumitur hoc ex ſimilitudine ex artificialibus: ſi enim queratur quid eſt ſcanũ: reſpondetur ꝙ eſt lignum: ſed ſi queratur quale lignum, reſpondetur: ꝙ eſt lignum ſic figuratũ. Eadem proportione ſi queratur quid eſt homo, reſpondetur ꝙ eſt animal ſi queratur quale animal, reſpondetur ꝙ eſt rationale. ¶ Ad confirmationem ampla eſt reſponſio in predicamentis cap. 4. vbi demonſtratur quibus rationibus ens non eſt genus, nec proprie predicatur in quid de creaturis. ¶ Circa materiam tertij argumenti notandum eſt ex Ariſto. 5. me. tex. 12. ꝙ aliqua differre ſpecie nihil aliud eſt ꝙ̃ differre diffinitione. Cuius ratio eſt (vt ait illic. S. Tho. lectione. 6.) q2 nihil diffinitur niſi ſpecies: indiuiduũ enim vt cap. ſequẽti videbitur non habet propriam diffinitionem quiditatiuam. Nec genus generaliſſimum diffinitur tali diffinitione vt in predicamẽtis cap. 4. videbimus. Et genera ſubalterna non diffiniuntur inquantum genera: ſed inquantum ſunt ſpecies; nam viuens ſenſibile, non eſt diffinitio animalis inquantum eſt genus hominis: ſed inquãtum eſt ſpecies viuentis: quod per ſenſibile contrahitur ad eſſe animalis. ¶ Ex quo ſequitur. Quod in diffinitione generis non accipitur ſpecies pro ſpecie ſpecialiſſima: ſed indifferenter pro ſpecialiſſima et pro ſubalterna: corpus enim eſt genus: quia predicatur de corpore animato et inanimato inquantum differunt ſpecie: nam quamuis predicetur etiam de homine et equo, illud eſt mediate. ¶ Sequitur ſecundo (in quo multi decipiuntur) ꝙ nullum genus predicatur de pluribus differẽtibus genere: quia illa genera que continentur ſub eodem predicamento non differunt genere: ſed ſpecie ideſt diffinione vnde illa ſolum differunt genere (vt illic inquit Ariſto.) que differunt predicamenti figura. i. quibus nullum genus eſt commune: vt ſunt decem generaliſſima. ¶ Secũdo notandum eſt: ꝙ ſecundum nominales diffinientes predicationes eſſentiales per connotationes terminorũ ſubſequenter concedunt: ꝙ differentia ſuperior eſt genus differentie inferioris: ⁊ ita conſtituunt rectã lineam/ rationale/ ſenſibile/ animatum ⁊c. Imo Albertus quodammodo etiam cõcedit ꝙ ſenſibile predicatur quiditatiue de rationali, ⁊ Boetius concedit ꝙ animal predicatur de rationali ſicut de homine. ¶ Nihilominus exiſtimo ꝙ nulla differentia predicatur de alia quiditatiue: ſed quodãmodo eſſentialiter mediate. Probatur. Nam rationale (vt videbimꝰ in predicamentis. c. 4.) nõ cõſtat ex genere ⁊ differentia: ſed eſt ſimplex conceptus obiectiuus contrahens animal ad eſſe hominis. Alias ſi rationale conſtaret ex genere ⁊ differentia: rurſus illa ſecunda differentia conſtaret ex alio genere ⁊ alia differẽtia: et ſic eſſet proceſſus in infinitum. Et ideo differentia non habet diffinitionem quiditatiuam: ⁊ per conſequẽs proprie non differt ſpecie ab alia differentia: ſed eſt id quo ſpecies differt ab alia ſpecie. Attamen differentia ſuperior: puta ſenſibile, eſt de eſſentia animalis: et animal de eſſentia hominis, de cuius eſſentia eſt etiam rationale. Et ideo ſenſibile quodãmodo mediate predicatur eſſentialiter de ratiõali: ſed improprie diceretur predicatio alicuius predicabilis. Unde ad tertium argumentum negatur: ꝙ ſenſibile predicetur quiditatiue de rationali. Quinimo ſola illa predicata que conſtituuntur in recta linea predicantur quiditatiue: differentie vero que ponũtur ad latus predicãtur ſolum eſſentialiter, non de ſe inuicem: ſed de predicatis que ponuntur in recta linea. Quare hec nomina/ materia/ forma/ punctũ/ vnitas/ angulus/ nõ ſunt ſpecies de quibus aliquod genus predicetur quiditatiue: quia materia non eſt ſubſtãtia: ſed pars ſubſtantie: et cetera non ſunt quantitates: ſed punctum eſt principium quantitatis continue: ⁊ vnitas, quantitatis diſcrete: ⁊ angulus, figure.

¶ Ad quartũ demũ argu. Conceditur: ꝙ vniuerſale eſt genus ad quinqꝫ predicabilia quẽadmodũ. n. aial/ dicit vnam cõmunem rationẽ ad om̃ia animalia: et genus dicit vnã rationẽ cõmunẽ ad omnia genera: ⁊ genus dicit vnã rationem cõmunẽ ad om̃ia genera ita vniuerſale dicit vnam rationẽ cõmunẽ ad quinqꝫ predicabilia que eſt eſſe in pluribus ac proinde predicari de pluribus abſtrahendo ab hoc quod eſt predicari eſſentialiter vel accidẽtaliter, in quid, vel in quale, de differentibus ſpecie: aut de differẽtibus numero. Sed eſt differẽtia ꝙ ratio animalis eſt prima intentio ⁊ conueniẽs primis intentionibus ideſt eſt proprietas cõueniens rebus ex natura rei: ſed ratio generis eſt ſecũda intẽtio accidẽtaliter atributa primis intẽtionibꝰ. Intẽtio vero vniuerſalitatis, eſt ſecũda intẽtio cõueniẽs itidẽ ſecũdis intẽtionibꝰ tanꝙ̃ genus ſuis ſpẽbus. Unde ſicut/ hõ eſt ſpecies/ animalis: ita ⁊ genꝰ, ⁊ quodcũqꝫ predicabile, eſt ſpecies vl̃is. Et ſicut in hac/ hõ eſt ſpecies/ ſubm̃ ſupponit ſimpliciter ita ⁊ in hac/ genus eſt ſpecies/ ſubm̃ nõ ſupponit pro hoc vel illo genere: ſꝫ pro gñe in cõi. ¶ Haud neſcio eſſe, qui credãt vniuerſale nõ eſſe genꝰ: quia equiuoce dicitur de vl̃ibus predicamẽti ſubſtãtie, de vl̃ibꝰ predicamẽti accidẽtis, ſic ens dr̃ de illis p̃dicamẽtis equoce, nihilominꝰ exiſtimo in contrariũ ꝙ hec noĩa/ vl̃e genus/ ſpẽs ⁊c. vniuoce predicãtur de om̃ibus vl̃ibus. Nã ꝙ̃uis accidentia nõ ſint per ſe, ſicut ſubſtãtia nihilominꝰ gñ̃a accidentiũ eodẽ mõ predicãtur de ſuis inferioribus: quo gñ̃a ſubſtãtie, d̃ ſuis. ¶ Uñ ad argum̃ quod ſeſe ſtatim offert. Genꝰ ⁊ ſpẽs ſunt diſtincta predicabilia: ergo genus nõ eſt ſpecies, ⁊ per cons̃ illa eſt falſa: genus eſt ſpecies vniuerſalis. R̃ñtur: ꝙ amphibologia inde exoritur ꝙ hec nomina ſcđe intentionis, nõ ſolũ atribuũtur rebꝰ prime intẽtionis: ſed etiam ipſis ſecundis intentionibus, vt modo dicebamus. Enimuero ſicuti/ homo/ aut leo/ eſt ſpecies animalis: ita genus et alia predicabilia ſunt ſpecies vniuerſales. Et ideo in hac predicatione, genus eſt ſpecies poteſt vtrunqꝫ extremum accipi ſimpliciter, et tunc illa eſt falſa: quia non eſt eadem intentio generis et ſpeciei et ideo nihil inquãtũ genꝰ eſt ſpecies. Et in hoc ſenſu genus ⁊ ſpecies ſunt diſtincta predicabilia. Poteſt ſcđo accipi propoſitio: vt ſubm̃ ſupponat ſimpliciter, ⁊ predicatum perſonaliter: et hic ſenſus eſt verus. Eſt enim id dicere, ꝙ genus eſt quedam ſpecies contenta ſub vniuerſali. Nominales aiunt ꝙ ſi vtrunqꝫ extremum ſupponat materialiter illa eſt falſa ſi vero ſubiectũ ſupponat materialiter et predicatum perſonaliter eſt vera. ¶ Poſtremo poſſet hic quiſpiam interrogare an diffinitio generis ſit proprie quiditatiua. Sco. q. 15. de vniuerſalibus putat eſſe quiditatiuam diffinitionem: nẽpe in qua/ predicari de pluribus, eſt genus quod contrahitur per alias duas particulas, ſcilicet de pluribus differentibus ſpecie/ in eo quod quid/ tanꝙ̃ per proprias differẽtias.

¶ Et parum profecto refert an dicatur quiditatiua diffinitio nec ne: tametſi ſignificantius loqueretur, qui diceret hanc diffinitionem explicare proprietatem et paſſionem generis, ꝙ̃ quiditatem. Et enim natura vniuerſalis eſt eſſe in pluribus, ideſt, habere vniformẽ rationẽ ad plura: quod habet per abſtrationẽ intellectus: ⁊ inde fluit tanꝙ̃ paſſio, predicari de pluribus: ſicut ex natura hominis fluit riſibile. Quare potius eſt deſcriptiua diffinitio, ſicut ſi homo diffiniretur per riſibile. Uoluit enim diffinire genus Porphyrius per proprietatem nobis notam: diffinitio tamẽ quiditatiua eſſet. Genus eſt vniuerſale quod eſt in pluribus differentibus ſpecie per vniformẽ rationem ad eorum quiditatem. Cetera que de genere poſſunt hic in dubium venire in predicamẽtis, ⁊ maxime in cap. 4. et. 5. aptius diſputabuntur.

¶ De Specie Cap. 2.

Species aũt dicitur quidem, & de vniuſcuiuſqꝫ forma: qua ſignificatione dici ſolet, præſtantiſsimam formam dignã eſſe Imperio. Dicitur autem & de eo, quod ſub aſſignato genere collocatur: qua ſignificatione hominẽ qidem ſpeciem animalis dicere conſueuimus, quod quidem eſt genus: album autem ſpeciem coloris, & triangulũ figuræ ſpeciẽ ſimili modo ſignificat. Tex. 2. ¶ Quod ſi genus aſſignantes, mentionem fecimꝰ ſpeciei, genus id eſſe dicentes, quod de pluribus differentibus ſpecie, hoc ipſo quid eſt prædicatur: & nunc id eſſe dicimus ſpeciem, quod ſub aſſignato genere collocatur: ſciendum eſt, cum & genus alicuiꝰ ſit genꝰ, & ſpecies alicuius ſit ſpecies, alterum alterius, vtrũqꝫ vni triuſqꝫ definitionibꝰ adhibere neceſſe eſſe.

T. 3. ¶ Aſſignant igitur ſpeciẽ & hoc modo. Species eſt id quod ſubiicitur generi, & de quo genꝰ hoc ipſo quid eſt prædicatur. Inſuper hoc etiam pacto ſpecies eſt id: quod de pluribus differentibus numero, hoc ipſo quid eſt prædicatur. Verũ hæc quidem aſſignatio ipſius, erit infimę ſpeciei, & quæ tantũmodo ſpecies eſt: cæteræ vero & hiſce competent, quæ non infimæ ſunt. T. 4. ¶ Atqꝫ id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifeſtum. In vnoquoqꝫ prædicamẽto ſunt quædam ſumma genera & quædam infimæ ſpecies: & inter hæc, media quædam ſunt, quę genera eadẽ ſpecieſqꝫ dicuntur. Eſt autem id quidem ſummum genus, ſupra quod nullum omnino genus traſcendit, infima vero ſpecies ea, ſub qua nulla prorſꝰ alia ſpecies collocatur. At inter hæc, ſummum inquã genus, ſpeciẽqꝫ infimam, ſunt alia, quę genera ſunt eadem ſpecieſqꝫ: non eiuſdem tamen: ſed diuerſorum reſpectu. Explicetur autem id quod diximꝰ vno in p̃dicamẽto dilucidũqꝫ fiat hoc pacto. Subſtantia eſt quoddam & ipſa genus, vt patet: atqꝫ ſub ipſa quidem eſt corpus, ſub corpore vero eſt animatum corpus, ſub quo animal cadit. Sub quo rurſus animal particeps rationis eſt, ſub quo homo cadit: ſub hunc Socrates, Plato ſinguliqꝫ homines collocantur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arbor vniuerſalium.



Horum igitur ſubſtantia quidem genus ſummū, maximeq; patens eſt, ſolumq; genus: homo vero ſpecies ima, & ſpecies ſolum: at corpus ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus autem corporis animati. Animatum vero corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus autem animalis rurſus Animal, ſpecies quidem eſt animati, genus autē animalis participis rationis. Homo vero ſpecies quidem

quidem eſt animalis participis rationis, genus autem hominum ſingulorum non eſt: ſed ſpecies ſolum. Atq; omnino id omne quod eſt ante indiuidua, & de ipſis ſine vllo medio prædicatur, ſpecies erit dūtaxat, & nullo modo generis rationē ſubibit. Vt igitur ſubſtantia, quia ſupremum eſt, propterea quod nihil eſt ante ipſam, gen9 eſt ſummum, vt diximus: ſic & Homo, quia ſpecies eſt, ſub qua nulla ſpecies prorſus, neq; quicquam eorum quæ diuidi in ſpecies poſſunt: ſed indiuiduorum (indiuiduum enim Socrates, & Plato, atq; hoc album eſt) ſpecies erit profecto ſolum, ac vltima ſpecies, ſpecialiſſimaq; ſpecies, vt diximus. Media vero ſpecies eorum quidem erunt, quæ ſunt ante ipſa: genera autem eorum, quæ ſub ipſa ſunt collocata. T.5. ¶ Quare hæc quidē duos habent reſpectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo ſpecies: alterum ad ſequentia quo genera illorum eſſe dicuntur. Extrema vero vnum habent dūtaxat: ſummum enim gen9 ad ea quidem, quæ ſunt ſub ſe collocata, reſpectum, habet: eſt enim genus, vt patet: ad ſuperiora vero nullum profecto habet: cum ſuppremum ſit genus, & vt principium primum, atq; (vt diximus) id, ſupra quod nullum inueniri genus omnino poteſt. Ima quoq; ſpecies vnū habet reſpectum. Habet enim ad ſupera, quorum ſpecies dicitur: ad infera vero non diuerſum habet: ſed indiuiduorum ſpecies dicitur. Atq; indiuiduorum quidem ſpecies dicitur, vt continens ipſa: ſuperiorum autem rurſus ſpecies appellatur, vt continetur ab illis. T.6. ¶ Definiunt igitur genus ſummum ſic, quod genus cū ſit, non eſt ſpecies. Et rurſus, ſupra quod nullum aliud omnino genus traſcendit. Speciem vero imā hoc pacto: quæ ſpecies cum ſit, nō eſt genus: & rurſus, quæ ſpecies cum ſit alias in ſpecies diuidi nequit: & inſuper, quæ de pluribus differentibus numero, ipſo quid eſt prædicatur. Media vero, quæ his interiacēt, alia aliorum alternis genera ſpeciesq; vocant: atq; vnumquodq; ipſorū ſpeciem eſſe genusq; ſtatuunt, nō reſpectu tamē eiuſdem: ſed diuerſorum. Ea enim quæ ante ſpeciem imam vſq; ad ſummum genus aſcendunt, & ſpecies & genera alternis dicuntur: vt Agamemnō, Attrides, & Pelopides, & Tantalides, ac tandē Iouis filius. Verum in familiis quidem ad vnum, velut Iouem, plerūq; principium ipſum reducitur. In generib9 autem nō ita res ſeſe habet. Nō enim ipſum ens / vnum omnium genus cōe eſt / nec vniuerſa generis eiuſdē, ſupremo, ſcilicet in genere, vt Ariſtoteles inquit, euadunt: ſed vt in prædicamētis prima genera decē, quaſi principia decem prima ponātur, Et ſi enim oīa quis entia vocauerit, æquiuoce (inquit) & nō vniuocem vocabit. Nā ſi ipſum ens cōe omnium genus eſſe / vniuoce vniuerſa profecto entia dicerētur: Cum autē ſint decē prima cōicatio nomine tantū, haud vero & ratione, ad id nomē accomodata eſt. T.7. Genera igitur ſunt ſumma quidem decem: ſpecies autem imæ numero quidē ſunt aliquo, at nō infinito. Indiuidua vero, quæ ſub imis collocantur, ſunt infinita. ¶ Quapropter deſcendere a ſummis vſq; ad ima Plato iubebat, ibiq; ſtare. Deſcēdere vero per media, differentiis ſpecificis diuidentes: infinita aūt omittere: neq; enim cadere ſub ſciētiā poſſe. Cum igitur ad imas deſcēdimus ſpecies, tranſire per multitudinē diuidēdo neceſſe eſt: at cū ad ſumma aſcēdimus genera, in vnū multitudinē ipſam colligamus oportet. Species enim in vnā naturā multa cōgregat: & magis id etiā genus. Particularia vero ac ſingularia vnū ecōtra in multa ſemper diuidere vidētur Spēi quippe cōmunicatiōe, homines cōplures homo vnus ſunt: at vnus atq; cōmunis: ipſis particularib9 plures. Singulare nāq; diuiſiuū ſemper eſt: ipſum vero cōe, collectiuum, vni9 ſuapte natura efficax. Aſſignato vero genere, ſpecieq;, quid nā vtrumq; ipſorum ſit, cū gen9 ſit vnū / ſpecies vero plures (diuiſio nāq; generis in ſpecies plures ſemper eſt) genus quidē ſemper de ſpecie prędicatur oīaq; omnino ſupera de inferis ſemper dicūtur: ſpecies vero neq; de pr; pinquo ſibi genere, neq; de vllo ſupero prędicaī: non enim cōuertitur. Nā aut paria de plurib9, vt hinnibile de equo: aut maiora de minorib9, vt animal de hoie, prædicetur oportet: minora vero de maioribus nō oportet. Nō enim aīal hominē eſſe dixeris, qualiter hominē aīal eſſe dicas. Atq; de quib9 ſpecies prędicaī, de his & ſpeciei gen9, & gen9 etiā generis, vſq; ad ſummū gen9 neceſſario prædicaī. Nā ſi verū eſt dicere, Platonē hominē, & hominē animal, & aīal ſubſtantiā eſſe: verē & Platonē, animal dicere, & ſubſtantiā. Cum enim ſupera ſemper de inferis prædicentur, ſpecies quidē de indiuiduo, genus autem de ſpecie ac indiuiduo: ſummū vero genus & de geñe, vel de generibus, ſi plura media ſubalternaq; ſint, & de ſpecie atq; indiuiduo prædicabitur. Summū enim de generibus, & ſpeciebus, ac indiuiduis omnibus prædicatur: illud aūt q̄d eſt ante imā ſpeciē genus, de vniuerſis imis ac indiuiduis dicitur. Ea vero quę eſt ſolū ſpecies, de oībus indiuiduis prædicatur: indiuiduum autem de vno ſolo particulari.

T.8. ¶ Indiuiduū aūt diciī Socrates, & hoc albū: atq; hic accedēs Sophronici filius, ſi ſolus Socrates illi filius eſt. Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidq; cōſtat, quarū idē aggregatū nunquā in alio fiet. Socratis nāq; proprietates nullo in alio particulari eędē fient. Hominis aūt, cōmunis dico, proprietates eędem in pluribus, imo vero in omnibus particularibus hominibus, quaten9 homines ſunt: fiunt atq; inueniuntur. Indiuiduū igitur ſpecies, & ſpecies a genere cōtinetur. Gen9, n. eſt quodam totū, indiuiduum autē pars. At ſpecies & totū ac etiā pars eſt: ſed vt pars quidem ad aliud, vt totum autem non ad aliud dicitur: ſed in aliis. Totum enim in

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ipſis partibus eſt, De genere igitur atq; ſpecie, & quidnam ſit ſummum genus, & quid ima ſpecies & quæ ſint eadē genera ſpecieſue, quæ præterea ſint indiuidua, & quot modis gen⁹ ſpecieſq; dicā tur, ſatis iam explicabimus.

ALio ordine enumerauit in prologo Porphyrius vniuerſalia aliumq; ſeruat in eorum tractatu: dum illic differentiam collocauit ante ſpeciem, hic vero ſpeciem anteponit differentie. Quod non caſu: ſed conſulto fecit. Ordo enim naturalis erat, vt de differentia priuſq̄ de ſpecie diceretur: conſtat enim ſpecies ex genere ⁊ differentia, tanquā materia et forma ⁊ rectus ordo ſcientiarum eſt: vt cognitio totius a cognitionibus partium proficiſcatur. Quemadmodum Ariſtote. primo Phiſicorum cognitionem rei naturalis ab his (quibus res naturalis conſtat) principiis exorditur. At vero quia ſpecies et genus relatiue inuicem dicuntur, et relatiua ſimul ſunt cognitione, neceſſarium duxit Porphy. poſt genus proxime de ſpecie dicere: vtpote ꝙ alterum per alterum mutuo diffiniatur. Quāuis ⁊ aliā rōnem adiiciat Auic. puta ꝙ ſpēs actu cōtineat intra ſe genus: dr̄ia vero ſit extra eſſentiam gn̄is: ſicut materia eſt de eſſentia compoſiti: non tamen de eſſentia forme: et ideo ſpecies eſt propinquior generi, q̄ differentia. Et poteſt tertia ratio accumulari: quia predicatio ſpeciei cum ſit quiditatiua, nobilior eſt, q̄ predicatio differentie: que predicatur in eo quod quale. ¶Tria ſunt membra huius capitis. In primo ſtatuūtur ⁊ acceptiones et diffinitiones ſpeciei: in altero diſponitur ſeries et arbor predicabilium: in qua vnum eſt ſupremū genus: aliud infima ſpecies, atq; alia in medio genera ſubalterna. In tertio deniq; ⁊ poſtremo mēbro diffinitur indiuiduum: quod eſt ſubiectum predicatorum omnium. Prima pars continet tres textus: ſecūda quatuor vltima vero: vnicum atq; adeo in toto capite ſunt textus octo.

T. I. ¶Species autem dicitur &c. Quemadmodum fecit Porphyrius ſuperiori capite: ita hic non connumerat omnes acceptiones ſpeciei (accipitur enim ⁊ apud grāmaticos/ pro/ ſpē primitiua et deriuatiua: et apud dialecticos pro ſpeciebus cognoſcitiuis, aut ſenſuum, aut intellectus) ſed eius tantū acceptionis realis ⁊ vulgaris meminit, cuius ſimilitudine accipitur ſpecies ſecundū dialecticos. Species ergo accipitur dupliciter vno modo vt ſignificat intentionem primam: alio modo vt eſt nomen ſecunde intētionis. Quod dicunt/ prime intentionaliter ⁊ ſecūde intentionaliter. Primo modo accipitur pro vnius cuiuſq; rei forma: ideſt, pro forma a qua res dicitur formoſa ⁊ ſpetioſa: vt eſt illud ſpecioſus forma pre filiis hominum, ⁊ illud, formoſum paſtor ⁊c. Sz circa exēplū tex. littere adnotādum eſt ꝙ littera greca ſic habet/ protoneidos, aſſion tyeranydos: ideſt prima ſpecies digna eſt imperio. [illegible] vero quē Albertus ⁊ fere doctores ſeq[illegible], non dixit [illegible]: ſed prima/ vel q² in aliquo [illegible] greco ita repe[illegible] vt ad infelicitatem pria[illegible]deret qui cū eſſet [illegible] preſtantiſſimus, atq; adeo dignus cenſeretur imperio, [illegible] tamen fortuna regno cecidit troianorum. Cōmentat[illegible] vero legit, vt litera greca iacet/ prima ſpecies/ q̄uis [illegible] doſi codices habeant/ primi ſpecies. At vero Argirop[illegible] ſignificantius forte tranſtulit preſtātiſſima ſpecies: [illegible] proton, id etiam ſignificat, quod preſtantiſſimum. D[illegible] tur autē preſtantiſſima hominis ſpecies imperio digna: tum quia vt ex Ariſt. 2. de anima ⁊ primo rethoricorū colligitur, lineamenta corporis interne virtutis animi inditia ſunt: tum etiam: quia et corporis preſtantia per multum cōmendat virtutem principis, et cuiuſuis magiſtratus: eſt enim (vt ait Poeta) gratior ⁊ pulchro veniens in corpore virtus. ¶Secūdo modo accipitur ſpecies vt eſt nomen ſecunde intentionis. Et eſt illud quod ponitur ſub aſſignato genere. Sub aſſignato genere/ ideſt ſub genere quod ſuperiori capite diffinitum eſt. Aut ſub aſſignato, ideſt ſub certo et determinato genere, ad denotandum ꝙ non ſub ſingulis generibus ſunt ſpecies ſingule: ſed ſub vno certo genere cōtinētur multe ſpecies: ſunt enim homo ⁊ equus ⁊c. ſpecies animalis. t. 2. ¶In ſecundo textu excuſat ſe ſtatim Porphyrius, ꝙ nō debeat ſibi vitio dari, ſi cum genus diffinierit per ſpeciem, iam modo ſpeciem viciſſim diffiniat per genus: vbi videtur circulo vti contra artem diffiniendi: reſpondet enim ꝙ cum genera et ſpecies dicantur correlatiue, animal enim eſt genus hominis: atq; homo ſpecies animalis neceſſarium eſt naturam generis exponi per ordinem ad ſpeciem, et naturam ſpeciei explicari per ordinem ad genus. Vbi queſtio diſputanda forte, vtrum vnum relatiuū debeat diffiniri ꝑ reliquū: ſed q̄ſtio hec reponenda eſt vſq; ad predicamentum relationis: vbi ait Ariſto. ꝙ ſi quis vnum correlatiuorum diffinite ſcit ſimul ſcit et alterum. Nunc autem ſupponēdum interim eſt ꝙ cum res ſicut ſe habent ad eſſe: ita ſe habeant vt cognoſcantur. 2. Meta. tex. 4. et eſſe relatiui ſit eſſe ad aliud (eſſe enim patrem nihil aliud eſt q̄ habere habitudinem ad filium) vt conditio et proprietas vnius relatiui, non explicetur niſi per ſuum correlatiuum: pater enim eſt ille qui habet filium et filius ille, qui habet patrem: ſicuti eadem eſt via a Thebis ad Athenas, et ab Athenis ad Thebas. An vero illa ſit propria diffinitio, illic diſputabitur. Hoc tamen hic admōuerim, quod forſan correlatiuum poſſet perſpicatius exponi non per aliud formaliter: ſed per fundamentum alterius. Vt ſi dicas pater eſt animal quod genuit ſibi ſimile in ſubſtantia, ⁊ filius eſt animal quod a ſibi ſimili genitū eſt. Atq; adeo genus eſt vniuerſale, quod alteri vniuerſali ſuperpoſitum eſt: ſpecies vero/ vniuerſale quod ſub alio poſitum eſt. ¶Et dicitur eſpecis hoc ſecūdo modo ad ſimilitudinem ſpeciei realiter: nam quemadmodum forma ⁊ pulchritudo rei eſt eius perfectio: et per illam perficitur informitas materie: ita cum genus dicat quid confuſum, et in potentia ad plures ſpecies, per differentiam actuatur ad perficiendam ſpeciem. Sicut enim ars (inquit Boetius) accepta forma tranſit in ſtatuam: ita genus accepta differentia tranſit in ſpeciem ⁊c. Vnde vulgares latini prius impoſuerunt nomen ad ſignificandū formam ⁊ pulchritudinē cuiuſq; rei: et inde philoſophi/ ⁊ Dialectici tranſtulerunt nomen ad ſignificandum ſpeciem que eſt ſub genere. t. 3. ¶Aſſignant igitur ſpeciem. Subſequenter in tertio textu Porphyrius aſſignat duas diffinitiones ſpeciei: non enim ſunt tres: vt expoſitores plurimi cenſent: ſed certe, vt inquit Auicena, tantum ſunt due. Vna que diffinit ſpeciem per reſpectū ad ſuperius genus: et alia que diffinit ſpeciem per habitudinem ad inferiora indiuidua. Prima diffinitio eſt ſpecies eſt id quod ſubiicitur generi, et de quo genus hoc ipſo quid eſt predicatur: ſecunda namq; particula eſt prioris expoſitio. ¶Altera diffinitio eſt ſpecies eſt quod de pluribus differentibus numero hoc ipſo quid eſt predicatur. Vbi notandum eſt primo ꝙ genus, inq̄tum genus non dicit niſi vnicam habitudinem, puta ad inferiora de quibus predicatur, ſicut neq; indiuiduum dicit, niſi vnicam habitudinem ad ſuperiora, quibus ſubiicitur. Species vero, inquantum ſpecies, dicit duas habitudines: ſcilicet ſubiici generi ⁊ predicari de indiuiduo. Eſt enim homo / ſpecies animalis, ⁊ ſpecies Petri: et ideo vtroq; modo diffinitur. Sed tamen ſpecies non habet, vt ſit vnum quinq; vniuerſalium per reſpectū ad genus:

ſed

ſed per reſpectum ad indiuidua: eſſe enim vniuerſale non eſt ſubiici: ſed predicari. Ob idq; dignior acceptio ſpeciei eſt qua comparatur ad indiuidua, et ſecundum hanc acceptionem impoſitū eſt et primo nomen ſpeciei. Et ideo acceptio ſpeciei reſpectu generis precedit in textu tanq̄ imperfectior ⁊ minus propria. ¶Vnde ſubiungit Porphy. qđ diffinitio prior conuenit ſpecie in vniuerſum, ſiue ſit ſpecialiſſima, ſiue ſubalterna: poſterior vero tantum conuenit ſpeciei ſpecialiſſime, que ſimpliciter dr̄ ſpecies nam ſpecies que ſunt genera, non dicuntur ſimpliciter ſpecies: ſed ſpecies ſubalterne.

T. 4. ¶Atq; id quod dicimus. Hæc eſt ſecūda pars tex. in qua diffuſe admodum diſponitur ſeries et arbor predicabilium: que generaliter in tria diſtinguntur: puta ſuppremum genus quod dicunt generaliſſimum/ infimam ſpeciem, quam dicunt ſpecialiſſimā: ⁊ media, que ſunt ſpecies ⁊ genera ſubalterna. Atq; lz arbor hec quocunq; in predicamēto ordinari poſſet, explicatur tn̄ in predicamēto ſubſtantie quod eſt omnium digniſſimum. ¶Vbi adnotandum eſt primo ꝙ apud Porphyri. ſex ſunt vniuerſalia in recta linea diſpoſita puta/ ſubſtantia/ corpus/ corpus/ animatū/ animal/ animal rōnale/ homo/ ſub quo ponūtur indiuidua. Petrus Paulus ⁊c. ⁊ quidem/ corpus animatū, ⁊ animal rationale/ potius habent formā diffinitionū q̄ ſpecierum aut generū: verūtamē nominum inopia in cauſa eſt, vt/ corpus animatū/ accipiatur vice nominis ſimplicis ⁊ abſoluti, quod ſit genus oium viuentiū: puta animaliū ⁊ plātarum: loco cuius nos ſubſtituimus viuēs, vt gerat vicem nominis abſoluti. Itidem/ aial rationale/ poſitū eſt a Porphy. loco nominis ſimplicis ⁊ abſoluti, qđ ſit genus hominū corporūq; celeſtiū ⁊ ſupra celeſtiū ſubſtantiarum. Fuit. n. Porphy. (vt in prologo adnotauimus) ſtoicus magis ⁊ platonicus, q̄ Ariſtotelicus: atq; adeo in illo fuit errore Stoicorū, vt credere celos eſſe animalia, eo quod ſe ipſis videntur moueri, quod propriū eſt aialium: idq; anſam dedit poetis, vt aſtra confingerent eſſe viuentes deos. Fuit itidem in alio errore puta deos ⁊ ſubſtātias ſupra celeſtes eſſe aialia ratiōalia: vt refert Apule. li. de deo ſocratis vbi demones (inquit) ſunt animalia corpore aerea, mente rōnalia. Et ideo opinatus eſt/ animal rōnale/ eſſe genus: quod contractū per mortale, cōſtituit diffinitionem hois: contractū vero per inmortale, conſtituit diffinitionē ſupra celeſtiū ſubſtantiarum. Illos tn̄ errores non ſolū chriſtiana fides: ſed Ari. 12. meta. elidit aſſerens celos non habere aias informantes: ſed aſſiſtrices intelligentias, a quibus mouētur. Itē ſubſtantias ſupra celeſtes non eſſe corpores animalia ⁊ ſenſualia: ſed ſubſtantias pure intellectuales: quas ſubinde intelligentias nūcupauit. Ob idq; nos nullū poſuim⁹ mediū genus inter animal ⁊ hoiem ſed/ animal rationale/ eſt diffinitio hominis: atq; adeo tantū ſunt quinq; vl̄ia in linea recta: Ea vero q̄ hincinde circūſtant ſunt differētie. ¶Igitur ſubſtantia eſt genus corporis nulli⁹ tn̄ eſt ſpecies: corpus vero, ſpecies ſubſtantie: ſed genus viuētis: et ita deinceps vnunquodq; mediū eſt genus inferioris ⁊ ſpēs ſuperioris: vſq; ad hō, quod tam reſpectu ſuperioris animalis, q̄ reſpectu inferiorū indiuiduorū eſt ſpecies: et nullo mō genus. Differētie vero que ad latera ad ſcribuntur ſunt diuiſiue generis ſuperioris ⁊ cōſtitutiue ſpecierū inferiorū: vt/ corporeū/ diuidens ſubſtātiam, diffinit corpus: eſt. n. corpus ſubſtātia corporea: ⁊ ita dinceps: vt patet in figura. Homo vero (neq; aliqua ſpecialiſſima ſpēs) non diuiditur formaliter per inferiores dr̄ias: ſed materialiter per principia indiuiduationis: vt in predicamētis manifeſtabitur. ¶Eſt propterea
Arbor vniuerſalium notandū ꝙ cathena hec ⁊ arbor predicabiliū non ſolum in minoribus conſiſtit (vt nominalium fert opinio) nec in ſolis rebus: vt quidam realiſſimi opinantur: ſed eſt in rebus principaliter fundamentaliter et in nominibus tanquam in ſignis: quemadmodum enim ſe habent vniuerſalia obiectiua ita ⁊ vniuerſalia in repreſentando: vt admonere ſepe ſolemus. ¶Sumitur ratio huius arboris hoc modo. Cum homines conueniant eſſentialiter inter ſe ⁊ differant a ceteris animalibus conſideratur in homine ratio communis ſolis hominibus que dicitur humanitas: ⁊ cum animalia omnia conueniant eſſentialiter inter ſe ⁊ differant a plantis conſideratur vna ratio generica cōmunis omnibus animalibus que dicitur animalitas et ſuper illam conſideratur ratio viuentiū que eſt communis animalib⁹ ⁊ plantis: et ſuperior ratio corporis et ſuprema ratio ſubſtantie. Atq; adeo totidem correſpondent in intellectu conceptus formales abſoluti. ¶Id preterea hic adnotauerim ꝙ hec vniuerſalia, quorum fundamenta ſunt in rebus, non ſunt nuncupanda vniuerſalia in eſſendo (vt quidam appellāt nā vniuerſale in eſſendo deſignat, id quod ſecundū eſſe reale eſt ſeparatū, vt erat in opinione platonis. Vniuerſalia autē Ariſto. ſolum ſunt vniuerſalia, per abſtractionem intellectus. Quare non ſunt nuncupanda, niſi vniuerſalia obiectiua, aut vniuerſalia abſtracta, ad differentiā vniuerſaliū, que ſunt in voce, aut ſcripto: que dicuntur vniuerſalia in repreſentando. t. 5. ¶Quare hec quidem ⁊c. Infert corolariū porphy. ꝙ ſingula inter mediorū duos habēt reſpectus dū ſunt ſpecies ſuperiorū, inferiorum vero genera: ſed extrema nō habent niſi vnū dumtaxat reſpectum: ſubſtantia. n. ita eſt genus, vt ſit nullo modo ſpecies: hō vero ita eſt ſpecies, vt neutiq̄ ſit genus: eſt enim homo ⁊ ſpēs animalis, et ſpecies Petri ⁊ Pauli. Adde ſi libet, ꝙ quēadmodū ſubſtantia eſt ſupremū genus ⁊ homo infima ſpecies: ita corpus eſt ſuprema ſpecies: puta ſupra qđ nulla eſt ſpecies: atq; animal infimū genus: vtpote ſub quo nullū eſt genus. Quare licet tria ſint quodāmodo media, tn̄ viuēs eſt ſimpliciter mediū: nempe ꝙ habet ſupra ſe nō ſolū genus: ſed ſpēm, quale eſt corpus, ⁊ ſub ſe nō ſolum ſpeciē: ſed etiā genus, quale eſt animal. ¶Hinc innoteſcit quare illa intremedia dicantur ſpēs aut genera ſubalterna non. n. dr̄ animal ſpecies ſubalterna: q² ponitur ſub alia ſpecie ſicut propoſitio particularis dr̄ ſubalternari vniuerſali: ſed dicūtur ſubaterna: q² ſubalternatim ⁊ viciſſim modo ſunt genera modo ſpecies: vt animal eſt ſpecies quaten⁹ ſubiicitur viuenti ⁊ genus quatenus predicatur de homine.
T. 6. ¶In tex. 6. qui incipit/ diffiniunt igitur ⁊c. colligit ſubinde Porphy. duas diffinitiōes generaliſſimi ⁊ tres diffinitiones ſpecialiſſimi: q̄ ex dictis eluceſcūt. Comparat tn̄ filium hoc ⁊ ſeriem generū et ſpecierum dialecticorum ad progeniem in familiis. Vt Agamenō ſic loco hominis: et eius pater Atreus, loco animalis: deinde auus eius pelops loco viuentis: prepterea proauus Tantalus, loco corporis: ac deniq; attau⁹ Iupiter, loco ſubſtātie. Et q̄uis Iupiter nō fuit primum genus Agamenonis fuit. n. Iupiter filius Saturni nepoſq; Celi Ophionisq; pnepos: tn̄ aut: q² Iupiter de⁹ fuit ꝓpter ei⁹ reuerētiā ponit̄ tanq̄ primū gen⁹: aut: q² Saturnū regno deturbauit ⁊ pepulit, nō ſit mētio Saturni. ¶Subiungit tn̄ ꝙ nō quēadmodū in familiis, ita eſt in generib⁹ apud phōs: nā in familiis oia reducuntur ad vnū primū Iouē in generib⁹ aūt non oia reducunt̄ ad vnū: q² maxime reducerētur ad ens: qđ tn̄ eſt falſum: imo/ ens/ nō eſt vniuocum genus ad oia predicamenta: ſed ſunt decem prima genera atq; adeo primo diuerſa, vt in predicamentis. c. 4. videbimus. t. 7. ¶In tex. 7. qui incipit genera igitur ſunt ſumma. Subnectit continuo porphy. tria dicta notanda. Primū. genera ſunt decē (ſcilicet generaliſſima) ſpecies vero plures ſunt, q̄ ſub numero comprehēdi poſſunt: ſunt tamen numero finito: ſed indiuidua ſunt infinita:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ta: qua propter diuidere genera licet vſqꝫ ad infimas ſpecies: ſpeciem tñ per indiuidua diuidere (autore Platone) nec eſt ſcientie, nec artis. Quare ſciẽtie non ſunt niſi de vlibus: que ſunt perpetua ⁊ eiuſdẽ rõnis in omnibus indiuiduis. De indiuiduis aũt non eſt ſcientia: tum qꝛ corruptibilia: tum qꝛ ratio propria vnius indiuidui non eſt eadẽ in alio: ⁊ ideo per ſciẽtias abſtractiuas non poſſumus percipere qualis ſit ⁊ indiuiduorũ qualitas ⁊ diſpoſitio: ſed id percipimus experiẽtia. ¶ Scðm dictum cũ deſcendimus a generibus, ad ſpecies id facimus per diuiſiões multiplicãdo ſpẽs vt ſubſtantiã diuidimus in corporeũ ⁊ incorporeũ ⁊ corpus in aiatũ ⁊ inaiatũ ⁊ ita deinceps. Et quodlibet illorũ eadem rõne ſubſecatur: ſed cũ a ſpeciebus ad genera aſcẽdimus colligimus multitudinem: homo. n. vnã pluriũ indiuiduorum eſſentiam cõtinet: genus vero vnã plurium ſpecierũ colligit rationem. Quare plures homines participatiõe ſpeciei ſunt vnus homo. i. vnicam rõnem ⁊ eſſentiã habent inquantũ ſunt hoies. Et eadẽ ratiõe participatiõe generis plures ſpecies ſunt vnum aial: ideſt inq̃ꝫtum homo ⁊ equus ſunt animalia, eandẽ rõnem participant. Quare ſingulare ſemper eſt diuiſiuũ, vniuerſale vero collectiuũ. Conſiderandum eſt hic tñ ꝙ non affirmatur hic plures homines eſſe ſimpliciter vnum hoiem: nam ſimpliciter vnꝰ homo intelligitur vnus numero: ſed plures hoies ſunt vnus homo cũ addito ideſt vnus homo in ſpecie. ¶ Tertium dictũ eſt, ꝙ cũ diuiſio generis ſit ſemper in plures ſpecies, fit vt ſuperiora de oibus inferioribus predicentur aut equalia de equalibus: inferiora vero de ſuperioribus minime predicãtur: ſi. n. Petrus eſt homo ⁊ homo eſt animal ⁊ animal viuens ⁊c. fit vt ⁊ petrus ſit homo, ⁊ ſit animal, ⁊ ſit viuẽs: vſqꝫ ad ſubſtantiã: et ſi homo ⁊ ratiõale / et riſibile / cõuertuntur: tunc omĩs homo eſt rationalis ⁊ ois homo eſt riſibilis ⁊ econuerſo preterq̃ꝫ, ꝙ iſte ſunt predicatiões directe: conuertẽtes vero, indirecte: ſed tñ Petrus non predicatur de homine nec homo / de aiali / et ſic aſcendẽdo: nõ ſolum qꝛ inferiora non predicantur de ſuperioribus directe nec vlr̃ (eſt. n. indirecta hec / animal eſt homo / et falſa hec / omne aial eſt hõ) ſed certe mens Porphyrij eſt, ꝙ ſimpliciter inferius nõ predicatur de ſuperiori: nam q̃ꝫq̃ꝫ ſit vera propopoſitio / aial eſt homo: tamẽ homo ſimpliciter nõ cenſetur predicatũ animalis: qꝛ non eſt forma eius. Quare predicari indirecte eſt predicari ſcðm quid: vt ſupra dictũ eſt. Concludit tñ Porphy. ꝙ indiuiduum de vno ſolo puta de ſe ipſo predicatur.

¶ Indiuiduum autem dicitur. Hec eſt tertia ⁊ poſtrema pars textus qua cõtinetur diffinitio indiuidui. Ubi primo Porphyrius tria commemorat indiuiduorũ genera: puta indiuiduum determinatũ ſeu nominatum: qð eſt nomen propriũ: vt Socrates alterum indiuiduũ vagum ſeu confuſum: quod circũſcribitur communi nomine cũ pronomine demõſtratiuo: vt / hoc albũ / hoc veniens, quod ſparſim vagatur per oia ſingularia, dum nõ hoc determinate ſignificat: ſed cõfuſe vniuerſa: quare nũc accipitur pro vno nunc pro alio, ſcðm ꝙ hoc, aut illud demõſtratur: et tertiũ eſt indiuiduũ ex ſuppoſitiõe ſeu circũlocutum: vt Sophronici filius: ſuppoſito Socratẽ fuiſſe vnicum Sophronici filium. Quare hec

Indiuiduum.

non ſunt tria indiuidua re diſtincta: ſed ſunt tria nomina que eidem Socrati cõuenire poſſunt. ¶ Scðo ſubiũgit Porphy. diffinitionem indiuidui quod eſt illud cuiꝰ aggregatũ ſeu collectio proprietatũ nõ põt in alio fieri: vt collectio propietatũ q̃ ſunt in Socrate, nunq̃ꝫ erunt in platone: ad differentiã ſpeciei puta cõis hominis, cuius eſſentia et diffinitio eadem conuenit omĩbus indiuiduis. Ubi conſiderandũ eſt quẽadmodum Porphyrius in rebus ipſis ponit ſpeciem, ⁊ non tñ in noibus. Proprietates aũt indiuidui ſunt numero ſeptem quas his verſibus explicant. Forma figura tempus cum nõe ſanguis. Patria ſunt ſeptem que non habent vnus ⁊ alter. Forma, ideſt qualitas / vt color ⁊ cõplexio: nam forma ſubſtantialis potius pertinet ad ſpeciem: figura, vt lineamẽta ⁊ corporis habitudo: locus ⁊ tempus: puta hic et nunc: q̃ potiſſima ſunt accidentia indiuiduationis: vt eſſe natũ ſub tali climate taliqꝫ reſpectu celi / atqꝫ tali tẽpore anni. Nomen et ſanguis: puta eſſe genitum his aut illis parẽtibus ⁊ oriundũ eſſe ex tali patria. Hec autem accidentia preſertim conueniunt indiuiduo ſubſtantie: nam indiuidua accidentiũ non indiuiduantur niſi rõne ſingularis ſubſtantie in qua recipiuntur: vt videbimus in predicamento ſubſtantie. ¶ Tertio Porphyrius colligit ꝙ indiuiduũ continetur a ſpecie, ⁊ ſpecies a genere: nã genus eſt quoddam totum, indiuiduũ aũt eſt pars: ſpecies vero eſt totũ ⁊ pars: pars quidem quatenus cõtinetur ſub genere: et totũ, quatẽꝰ cõtinet indiuidua. ¶ Qð ſi quis arguat ſpeciem potius eſſe totũ reſpectu generis q̃ꝫ genus reſpectu ſpeciei, quãdoquidẽ ſpecies cõſtat ex genere ⁊ dr̃ia tanq̃ꝫ ex materia ⁊ forma. Rñdetur duplex eſſe totum apud dialecticos. ſ. totũ actuale: ⁊

Totum duplex.

totum potẽtiale: totũ actuale eſt quod actu in ſua quiditate plures continet partes eſſentiales: totum potentiale eſt quod ſub ſe plures continet partes ſubiectiuas: primũ dicitur totũ diffinibile quod reſoluitur in partes cõpoſitiuas: alterum dicitur totũ vle quod diuiditur in partes ſubiectiuas. Primo modo ſpẽs eſt totũ reſpectu generis, ⁊ ſcðo modo genus eſt totum reſpectu ſpeciei: ⁊ quia opuſculũ hoc eſt de vniuerſalibus ſimpliciter Porphyrius enunciauit genus eſſe totum: quia videlicet eſt totum in predicando.

¶ Quæſtio vnica

¶ Vtrum textus Porphyrii de ſpecie ſit in vniuerſum verus.

A Parte negatiua arguitur. Primo ꝙ genus, et ſpecies non dicantur relatiue. Relatiua autore Ariſto. in predicamento relationis ſunt ſimul natura: ſed genus prius eſt quam ſpecies: nam vt Ariſt. docet in poſt predicamentis, priꝰ eſſe quod non cõuertitur ſuſiſtendi cõſequentia: ⁊ tamẽ nõ ſequitur ſi animal eſt, hõ eſt: ergo genus ⁊ ſpecies nõ ſe habẽt relatiue. ¶ Et confirmatur. Si genus ⁊ ſpecies eſſent relatiua ponerẽtur in ſolo predicamẽto ad aliq̃d quod eſt falſum, cũ in vno quoqꝫ predicamẽto gñra ſint ⁊ ſpecies. ¶ Secũdo arguitur cõtra diffinitionẽ. Numerus eſt ſpecies ſolũ quantitatis: ⁊ in ſolo predicamento quãtitatis reperiũtur aliqua differentia numero: ſꝫ ſpecies in quocunqꝫ inuenitur predicamento: ergo ſpecies nõ debet diffiniri per predicari de pluribus differẽtibus numero. ¶ Et cõfirmatur primo. Diffinitio Porphyrij neqꝫ omni conuenit neqꝫ ſoli ſpeciei: nam ſol / luna / ⁊ ſimilia ſunt ſpecies que tñ non predicũtur de pluribus differentibus numero: et Deus econuerſo videtur predicari de pluribus differentibus numero: puta de tribus perſonis: et tñ non eſt ſpecies: ſed res ſingulariſſima: ergo. ¶ Et ſecũdo id confirmatur. Genus predicatur de pluribus differentibus numero: puta de Petro et paulo, imo cum predicatur de homine ⁊ equo, predicatur dꝫ pluribus differentibus numero: nam ſcðm Ariſto. 5. meta. tex. 12. ea que ſpecie differunt a fortiori differunt numero ergo falſum dicit porphy. illam diffinitionem ſoli ſpeciei ſpecialiſſime cõuenire. ¶ Mox cõtra ſcðam partem textus, arguitur tertio, ꝙ genera ſubalterna inepte dicãtur media. Mediũ eſt quod participat vtrumqꝫ extremũ: et per cõſequẽs de neutro predicatur: vt medius color nec de albo nec de nigro predicatur: ſed tñ genus totũ predicatur de inferioribus, et de illo predicãtur ſuperiora: ergo gñra illa non dicuntur media. ¶ Quarto arguitur. Arbor predicabiliũ ſupponit gñra illa et ſpecies vt iacent ſibi eſſe immediata: ſed hoc eſt falſum: ergo arbor ſupponit falſum. Probatur minor. A quacũqꝫ eſſentiali cõuenientia abſtrahibilis eſt cõceptus cõmunis qui ſit, aut ſpecies aut genus propriũ eorum q̃ ſic cõueniunt: ſed inter hoiem. v. g. et elephantẽ, ⁊ equum, videtur quedã eſſe conuenientia eſſentialis, qualis non eſt inter hominẽ ⁊ leporẽ: ergo aliquod genus propriũ eſt harũ trium ſpecierũ: puta / a / quod eſt ſuperius ad hominem et inferius ad animal: eadem ratione inter hominẽ ⁊ elephantem, eſt aliqua conuenientia, que non eſt inter hominem ⁊ equum: ⁊ ſic dabitur genus / b / inferius ad / a / ⁊ ſuperius ad hominem: atqꝫ ſimili arte excogitari poteſt media ſpecies inter hominẽ et elephantẽ: ⁊ ita in infinitum: quo fit vt nullum ſit genus inmediatum hominis. ¶ Et cõfirmatur. Genus non predicatur de indiuiduo: ergo male dicitur in calce ſeptimi textꝰ, ꝙ genus predicatur de quibus predicatur ſpecies. Probatur antecedens. Si predicaretur de illis maxime predicaretur predicatione generis: ſed iſte predicationes: Petrus eſt aial / Paulus eſt animal non apparẽt predicatiões generis cũ in his non predicetur genꝰ de pluribus differẽtibus ſpecie. ¶ Quinto aduerſus tertiã partẽ textus arguitur. Indiuidua ſingularium non cadunt ſub ſciẽtia qꝛ ſunt infinita vt ex mente Platonis dixerat ſupra Porphyrius: ergo nec pñt diffiniri: eiuſdẽ. n. obiecti eſt diffinitio atqꝫ ſcientia. ¶ Sexto ⁊ poſtremo argr̃. Diffinitio indiuidui nec cõuenit idiuiduo vago, nec indiuiduo ex ſuppoſitione, neqꝫ indiuiduo determinato: ergo non eſt bona. Probatur añs ſingulari vago vt / hic hõ / hoc albũ / non repugnat predicari de pluribus, ſi plura ſucceſiue demonſtrentur: ⁊ multo minus repugnat ſingulari ex ſuppoſitione: vt ſi plures eſſent Sophronici filij: ⁊ hec non ſunt ſimplr̃ indiuidua. Scða pars probatur. Indiuiduum determinatũ de nullo prorſus predicatur: ergo per contrarium extremũ diffinitio nõ cõuenit ei: que in vltimis verbis ſuperioris textus / indiuiduũ dicitur eſſe id qð de vno ſolo particulari predicatur. Probatur añs / nã ſi predicaretur maxime de ſe ipſo: ſed vt ſupra diximus, nihil predicatur de ſe ipſo: qꝛ predicatũ eſt velut forma ſubiecti ⁊ nihil eſt forma ſui. Quod confirmatur autoritate Ariſto. cap. de ſubſtantia dicentis ꝙ a prima ſubſtantia nulla eſt predicatio.

¶ Hic non opus eſt alia cõcluſione præterq̃ꝫ ꝙ dicta porphyrij ſane intellecta recte habẽt. Unde ad primũ argm̃ reſpõdetur ꝙ genus ⁊ ſpecies ſi accipiantur perſonaliter pro ſubſtractis ſecundum ſe intellectis, non ſunt relatiua: ⁊ hoc probat argumẽtũ. Ratio enim animalis eſt prior ratione hois: qꝛ põt eſſe animal ſine hoie ⁊ non econuerſo: imo in eodem ſuppoſito embrio prius viuit vita aialis q̃ꝫ vita hois. Nec hoc modo genꝰ ⁊ ſpecies ſunt in vno certo p̃dicamẽto: ſꝫ in ſingulis ſunt genera ꝓpria ⁊ ſpẽs. Alio mõ accipiuntur genꝰ ⁊ ſpẽs / formalr̃: vt ſupponũt ſimplr̃ ꝓ natura in cõi ſubſtracta intẽtioni gñis: ⁊ hoc mõ genꝰ ⁊ ſpecies relatiue ſe habẽt: eſt. n. animal genus hois: ⁊ hõ ſpecies aialis. Caue nunq̃ꝫ cõcedas genus aut ſpeciẽ accipi pro intentionibus: qð iam mõ tanq̃ꝫ falſiſſimum condẽnatũ eſt. ¶ Ad cõfirmationẽ rñdebitur in predicamentis. cap. 4. vbi videbimus an ponãtur in vno certo predicamento. ¶ Secundum argumentum / petit expoſitionẽ diffinitionis: que partim ex diffinitiõe generis innoteſcit: diffinitur. n. hic ſcða intentio ſpeciei, ſicut illic ſcða intẽtio generis: non ꝙ ſpecies aut eius diffinitio accipiatur pro ſcða intentione: ſed vtrũqꝫ denominatiue ſupponit ꝓ hoie ⁊ ceteris ſpeciebus, quibus cõuenit predicari de pluribus rãtione ſcðe intentionis. i. inquantũ abſtrahuntur a contradictionibus ſinglr̃ibus. Itẽ illic expoſitũ eſt quid eſt predicari in quid. Eſt tñ dr̃ia: ꝙ genꝰ p̃dicatur i q̃d: qꝛ eſt ps quidditatiui diffinitionis ſpeciei: ſpecies vero: qꝛ dicit totam quiditatẽ indiuiduorum de quibus predicatur. ¶ At circa materiã argumenti notandũ eſt ꝙ Ariſto. 5. Metap. tex. 12. vbi dicit ea differre ſpecie q̃ differunt diffinitione, ſubiungit, ea differre numero que differũt ex parte materie. i. quibus non eſt vna materia. Unde differentia ſpecifica ⁊ numerica differunt ꝙ illa eſt formalis: hec vero materialis: hõ. n. ⁊ equus per formã differunt ſpecie: ſed forme pluriũ equorũ ſolum differunt numero: qꝛ ſunt in diuerſis materijs. Atqui diuiſio materialis dicitur numerica: quia vt. 4. Topi. c. 6. Et. 3. phiſico. tex. 68. docet Ariſto. numerus augetur ex diuiſione continui. Que diuiſio eſt materialis: qꝛ fit ratione quãtitatis ⁊ materie: ⁊ ideo quecũqꝫ differunt tantũmodo ratione materie, dicuntur differre numero. Et preterea qꝛ per ſolã numerationẽ indiuiduorũ augetur numerꝰ: duo. n. hois, q̃ꝫuis non ſunt niſi vna ſpecies, ſunt duo: ⁊ duo hoies ⁊ tres equi, q̃ꝫuis non ſint niſi due ſpecies, ſunt ſimpliciter quinqꝫ: ⁊ vnus hõ, q̃ꝫuis habeat plures partes ⁊ plura accidentia, non eſt niſi vnum. ¶ Unde ad argumentũ reſpõdetur ꝙ q̃ꝫuis numerus formaliter acceptus. i. inquantum abſtraitur a rebus numeratis puta hominibus, lapidibus ⁊c. ſit ſpecies predicamenti quantitatis, vt illic videbimus, nihilominus numerꝰ materialiter acceptus pro rebus numeratis, reperitur in quocũqꝫ predicamẽto: ⁊ ideo in quocunqꝫ eſt ſpecies, que predicatur de pluribus differẽtibus numero.

Dr̃ia ſpẽ. et nũ.

¶ Cõfirmatio prima inſinuat vnum adnotatione dignum: videlicet ꝙ genus ſuapte natura plures poſtulat ſpecies: ſpecies vero poteſt in vno indiuiduo conſeruari. Que ſententia eſt Ariſ. 4. Topi. cap. 3. ⁊ Boetij lib. de diuiſionibus ⁊ S. Thome. 1. ſentẽ. d. 19. q. 4. ar. 2. Et ratio eſt qꝛ genus non dicit totã eſſentiã ſpeciei: ſed contrahitur per duas oppoſitas differentias: nihil. n. contrahitur niſi qð de ſe eſt indeterminatũ ad plura: ſpecies vero: qꝛ dicit totã eſſentiã indiuidui, nõ cõtrahitur per oppoſitas dr̃ias: ſed multiplicatur ad multiplicationẽ indiuiduorum ratione huius aut illius materie: quapropter Auicenna ſpecies inquit potius dr̃ multiplicari q̃ꝫ diuidi. Idcirco de peraccidens eſt ꝙ ſpecies ſit in vno vel pluribus indiuiduis: qñ enim indiuidua ſunt corruptibilia, tũc eſt in pluribus: qꝛ ſpecies nõ poteſt cõſeruari in vno: ſed quãdo ſunt incorruptibilia, vt / ſol / naturaliter conſeruatur in vno: Dixerim naturaliter: qꝛ ſupranaturaliter poteſt aial cõſeruari in vna ſpecie ſi Deus corrumperet alias. ¶ Ad aliã partẽ de Deo / reſpõdetur ꝙ Deus non eſt ſpecies, vt latius videbimus in predicamẽto ſubſtãtie: ſed interim rñdetur ꝙ in diffinitione ſpeciei intelligitur genus diffiniti. ſ. ſpecies eſt vle qð predicatur ⁊c. Eſſentia diuina nõ eſt vle, qð ſit cõmunicabile per diffinitionẽ ⁊ diuiſionẽ: non. n. eſt alia numero eſſentia deitatis in patre ⁊ alia in filio: ſicut in hoibus multiplicatur eſſentia hominis: ſed eadẽ ſingulariſſima eſt in omnibus. Et preterea perſone diuine non proprie differunt numero: vt docet. S. Tho. 1. pte. q. 30. qꝛ idẽ nũero Deꝰ eſt pater filius ⁊ ſpiritus ſanctus: ſed hoc altioris eſt negotij. ¶ Ad ſecundã confirmationẽ rñdetur: ꝙ diffinitio ſpeciei dꝫ intelligi cũ duplici preciſſione hoc mõ ſpecies eſt vle quod tm̃ predicatur de pluribus ſolo numero differentibus: ⁊ genus q̃ꝫuis predicatur de petro ⁊ paulo ſolo numero differentibus: non tm̃ predicatur de illis: ſed de homĩe ⁊ de equo que nõ differunt ſolo numero. Ponitur vle tanq̃ꝫ genus ad excludendũ diffinitionẽ que non eſt ſpecies quia nõ eſt ſimplex vle. Et eadẽ ratiõe, excluditur indiuiduum qð q̃ꝫuis ponitur ſub aſſignato gñe: non eſt ſpecies.

¶ Ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Ad tertium argumentum. Reſpondetur ꝙ medium multis modis accipitur: ſcḋm mathematice pro eo qḋ equaliter diſtat ab extremis: ⁊ phiſice, pro eo qḋ virtualiter participat vtrūqꝫ extremū, vt eſt medius color: ⁊ moraliter, pro eo in quo cōſiſtit virtus: ⁊ quarto modo logice qḋ Ariſt. vocat poſitione medium .i. predicatione: ⁊ iſto mō accipitur in propoſito: qḋ eſt medium in recta linea inter ſuperius ⁊ inferius. Quo circa non participat vtrūqꝫ extremum: ſed participat ſuperius ⁊ participatur ab inferiori: vt aīal participat corpus: qḋ ponitur in eius diffinitione: ⁊ participat ab hoīe, cuius diffinitionē ingreditur. Quo fit vt hmōi mediū, ſit mediū in demōſtratione: demōſtratur .n. corpus de hoīe per mediū aīal. Velꝫ omne aīal eſt corp⁹, oīs hō eſt animal: ergo oīs hō eſt corpus. ¶Quarto argumēto cōuincuntur fere nominales cōcedere eius cōcluſionē: nempe ꝙ nullū ſit genus immediatū ad hoiem: ſed ꝙ inter quaſcunqꝫ duas ſpecies pōt ſignari ſpecies media: atqꝫ adeo genus, qḋ tantū cōueniat perfectiori, ⁊ illi medie. ¶Cōtra hoc tñ eſt imprimis autoritas Ariſto. 8. Meta. text. 10. vbi ait ꝙ reſolutio diffinitionis ſpeciei nō procedit in infinitū: ſed reſoluitur in genus ⁊ dr̃iam: ⁊ rurſus (inqt) genus diuiditur in aliud genus, ⁊ ita aſcēdēdo vſqꝫ ad generaliſſimū ⁊ .6. Top. c. 3. dicit vitioſam eſſe diffinitionē que non datur per genus proximū. ¶Et ſecundo ratione arguitur. Non eſt neceſſarium ꝙ inter quaſcunqꝫ duas aut tres ſpecies, ſit eſſentialis conuenientia q̃ non ſit inter alias: ergo ratio illorum ſupponit falſum. Volo in antecedēti dicere ꝙ forte inter oīa animalia: ſaltē perfecta, nulla eſt eſſentialis cōuenientia q̃ eſſe ſenſitiuum: qḋ eſt conuenire in genere aīalis. Itaqꝫ q̃uis ſpecies elephātis proxime accedat ad ſpeciē hoīs: non eſt propterea ꝙ aliqua ſit cōuenientia eſſentialis inter hominem ⁊ elephantē, que non ſit inter oīa aīalia: ſed quia ſpecies, vt inquit Ariſto. 8. Metap. tex. 10. ſunt ſicut numeri inequaliter perfecte: at q̃uis quaternarius propius accedat ad quinariū q̃ ternari⁹: tñ quaternarius ⁊ quinarius nō conueniūt niſi in ratione numeri in quā oēs numeri conueniūt: ⁊ ita hō ⁊ elephas nō conueniūt niſi in ratione aīalis: preterq̃, ꝙ ratio aīalis eſt perfectior in elephante q̃ in cane. Quinimo q̃uis De⁹ poſſet creare ſpeciē mediā inter hoīez ⁊ elephantē, forſan non poſſet facere ꝙ conueniret cum hoīe in alia conueniētia eſſentiali, q̃ in ratione aīalis: ⁊ ſic nō poſſet facere ꝙ cōueniret cum hoīe eſſentialiter ⁊ non cum aliis aīalibus. ¶Et preterea argr̄. Eadē ratione qua inter hoīem et equū fingitur conueniētia aſſentialis, que non cōplectitur oīa animalia, admittenda eſt cōueniētia eſſentialis inter oīa aīalia ⁊ perfectiſſimā plantā, que non comprehenderet oēs plantas: qḋ ꝑfecto admittere nō eſſet philoſophicum. Unde ad argumentū conceſſo, a quacunqꝫ conuenientia eſſentiali poſſe abſtrahi conceptum abſolutum, negatur minor vꝫ inter quaſcunqꝫ ſpēs poſſe dari conuenientiā eſſentialem, que non extendatur ad oēs ſpecies illius generis: imo animal eſt genus proximum ⁊ immediatum hoīs ⁊ omniū animaliū: qḋ ꝑ ſuas cuiuſqꝫ dr̃ias immediate cōtrahit ad cōſtitutionē omniū ſpērum. De differentiis que in arboris lateribus collocantur ſequenti capite dicturi ſumus. ¶Sed ſubiecimus quarto argumento, confirmationē illā: eo qḋ nōnulli ex nominalibus gratis torquentur, metuentes concedere animal ⁊ quodcūqꝫ ſuperius genus predicari de indiuiduo predicatione generis: cum id expreſſe aſſerat Porphyrius: vꝫ ꝙ id quod eſt genus ſpeciei eſt genus indiuiduorum. Unde ad confirmationē reſpōdetur ꝙ q̃uis ad hoc vt vl̃e ſit genus requirat ꝙ ſit predicabile de pluribus differentibus ſpecie: tamen ad hoc quod predicetur predicatione generis nō requiritur ꝙ in illa predicetur de pluribus differentibus ſpecie (imo in vna predicatione non pōt predicari de pluribus) ſed ſatis eſt ꝙ predicatum ſit genus ad ſubiectum.

¶Ad quintum argumentum euidentius reſpondebitur in cap. de ſubſtantia: inter exponendum diffinitionem prime ſubſtantie. Interim tñ reſpondetur, ꝙ ſi indiuiduū accipiatur prime intentionaliter pro re ipſa, puta pro Socrate ſcḋm eſſe reale ⁊ abſolutū quod hꝫ, tunc nō ē diffinibile: vt argum̄ probat: ſi vero nomē indiuidui accipiatur ſcḋe intentionaliter: tunc eſt diffinibile ⁊ diffinitur hic a porphyrio. ¶Ubi notandū ꝙ ſecundū nominales diffinitū proximū eſt ille tr̄us indiuiduū: ſed diffinita principalia ſunt nomina ſingularia / Petrus / Paulus ⁊c̃. Nā ſicut ſoli termini apud nominales ſunt vl̃ia: ita ſecunde intentionaliter (vt loquitur Porph.) ſoli termini ſunt indiuidua. At re vera diffinitio Porphy. manifeſte intelligitur de rebus cū ait: indiuiduū eſſe cuius collectio proprietatū nunq̃ eadem in alio erit que quidē diffinitio nullatenus pōt atribui terminis: quis .n. dicat: indiuiduū eſt tr̄us cuius collectio proprietatū nūq̃ eadē in alio erit? Et ideo attēdendū eſt quēadmodū nomen generis aut ſpeciei ſupponit pro re in quantū ſubijcitur ſcḋe intentioni, q̄ eſt eſſe in pluribus ⁊ predicari de pluribus: ita hoc nomen / indiuiduū ſupponit pro re ſingulari cōnotando ꝙ non eſt amplius diuiſibilis in inferiora quiditatiue: ⁊ ſub hac ratiōe diffinitur in propoſito. Unde ad formā argumentādi reſpondetur, ꝙ diffinitū eſt hic ſcḋa intentio, que eſt cōis omnibus indiuiduis: vt ait. S. Th. q. 9. de poten. ar. 1. 2. Non ꝙ ſcḋa intentio ſit indiuiduū: ſed ad ſenſum ſupra expoſitū / puta / ꝙ res ſingulares quatenus ſubſtant ſecunde intentioni que eſt carere inferioribus de quibus predicentur, diffiniuntur. ¶Sed reſtat hic dubitatio duplex. Prima: quia diffinitio Porphy. non datur per tr̄os ſecunde intentionis: ſed per tr̄os prime intentiōis que conueniūt rei ex natura ſua / puta hēre collectionē accidentiū. Et .2. qꝛ diffinitio ſolum vr̄ conuenire indiuiduo predicamenti ſubſtantie: cū tñ in aliis predicamētis ſint indiuidua ſicut vl̃ia: vt / hoc album / hec albedo. ¶Ad primā reſpōdet, ꝙ proxime ante diffinitionē predixerat indiuiduū eſſe, qḋ de vno ſolo predicatur .i. non de pluribus inferioribus, quo expreſſerat: nā indiuidui, quatenus ſubſtat ſcḋe intentioni: ⁊ ideo ſubiūgit ſecūdā diffinitionē indiuidui ſcḋm eſſe reale: nā ex hoc ꝙ res eſt realiter indiuidua ratione conditionū materialium / hꝫ vt non predicetur de pluribus: qꝛ ſcḋm modū eſſendi eſt modus predicandi. ¶Ad ſcḋam. Conceditur, ꝙ etiā in accidētibus ſunt indiuidua: nihilominus accidētia non indiuiduant niſi rōne prime ſubſtantie in qua recipiuntur: vt in c. de ſubſtantia videbimus. Et ideo aſignauit ſolū diffinitionē indiuidui predicamēti ſubſtātie. Quo modo aūt differat inter / ſingulare indiuiduū / ⁊ ſuppoſitū / ſeu prima ſubſtātia: que oīa ſunt noīa ſecūde intentionis / loco citato videbimus. ¶Ad ſextū: tandē argm̄ reſpondetur: concedendo, ꝙ ſingulare ex ſuppoſitione, non eſt ſimpliciter ſingulare: Ut probat argum̄. nā huic nomini Sophronici filius / ex modo ſue ſignificatiōis nō repugnat ſupponere pro pluribus. Imo filius Dei non eſt nomen ſingulare: qꝛ repugnantiā ſupponēdi pro pluribus, nō hꝫ ex ſignificationis forma: ſed ex natura rei (ſicut ſol / eſt nomē cōe ſpecificū) q̃uis ex accōmodatiōe vſus accipitur loco noīs ꝓprij Chriſti ſeruatoris noſtri Atqꝫ hac ratione mētio facta eſt hic hmōi ſingularium. ex ſuppoſitione: qꝛ frequenter accipiantur loco nominis proprij. Eadē ratione concedimus, ꝙ ſingulare vagū, hoc albū: non eſt tam proprie ſingulare, q̃ ſingulare determinatū: qꝛ pōt accipi pro pluribus demōſtratis: ſed nihilominus apud philoſophos accipitur pro ſingulari deſignato.

Dubitatio duplex

deſignato. Imo (quod memoria reſeruandum eſt) apud Ariſto. (vt eſt videre de ſubſtantia ⁊ vbiqꝫ) ſingulare vagum non exprimitur per nomē demōſtratiuū: ſed per ſignū particulare: vt quidā hō / quodā albū / accipiēdo ꝓ vno quolibet hoīe. ¶At vero de ſingulari determinato: vt / Socrates / controuerſia eſt an proprie dicatur predicari de ſe ipſo. Boetius .n. ſuſtinet partē affirmatiuam. Cōmētator vero, negatiuā rō Boetij eſt: qꝛ Petrus eſt Petrus / eſt non ſolum vera: ſed naturaliſſima predicatio. Nihil .n. Petro tam naturaliter cōuenire pōt q̃ eſſe Petrū: ſed ratio Cōmentatoris eſt quā ſupra diximus qꝛ predicatum ſe habet vt forma reſpectu ſubiecti: ⁊ vbi nō eſt aliq̄ diſtinctio ſaltim in modo ſignificādi, non pōt idē eſſe predicatū ſui. ¶Hanc controuerſiā dirimit hic Caietanus diſtinguens, ꝙ alia eſt predicatio naturalis: puta cuius predicatum naturaliter conuenit ſubiecto: ⁊ tali predicatiōe idē predicat̄ de ſe ipſo. Alia eſt predicatio artificialis: nēpe q̄ inuēta eſt ꝓpter artē rōcinandi .ſ. ad manifeſtādū aliqḋ ignotū: ⁊ ī hac neceſſe ē p̄dicatū aliq̄ mō differre a ſubiecto, vt hēat formā ꝓpoſitionis dubitabilis: ⁊ tali predicatione nō predicatur idem de ſe ipſo. ¶At vero, q̃uis forſan de noīe ſit diſputatio, certe p̄dicatio idētica non eſt ſimpliciter predicatio propter rationē dictā: qua de cauſa Ariſ. c. de ſubſtātia vniuerſaliter dicit ꝙ a prima ſubſtātia nulla eſt predicatio. Unde Porphy. qñ dixit, ꝙ indiuiduū de vno ſolo predicatur aut accepit improprie, aut illud intellexit (vt dicit Commentator) de ſingulari accidentis: vt ſi dicas: Petrus eſt hoc album. Et hec videtur intentio Ariſto. qui .1. periar. ca. 5. dixit: ꝙ ſingulare non predicatur de multis (ideſt permittitur ꝙ aliquod ſingulare: puta accidentis, predicatur de vno ſolo .ſ. de prima ſubſtantia) ſed in predicamētis indiuiduum ſubſtantie, ſimpliciter negauit poſſe de aliquo predicari.

De differentia. Cap. III.

Differentia vero, & communiter, & proprie, & propriſsime dicantur. Differre namqꝫ quippiam cōmuniter dicitur, cum diuerſitate aliqua quouis modo, aut a ſe ipſo, aut ab alio differt. A Platone namqꝫ Socrates diuerſitate aliqua, atqꝫ a ſe ipſo puero vir factus, & agēte non agens differt. Et ſemper hæc differētia in iis eſt ſane diuerſitatibus, quæ conſiſtunt in hiſce, quæ cum interrogamus quo modo res ſeſe habet, aſsignari, reddiqꝫ ſolent. Proprie vero aliqua differre dicūtur, cum inſeparabili differunt accidenti. Et inſeparabile quidē accidens eſt, vt cæruleus oculorum color, vt ſimitas, vt cicatrix callo ex vulnere inducto. At propiſsime quippiā a quopiam differre dicitur, cum ſpecifica differentia differt: qualiter equis homines ſpecifica rationalis differētia differunt.| T. 2. ¶Omnis igitur in vniuerſum differentia, diuerſum alicui adiuncta facit: ſed communiter quidem & proprię differentię, diuerſum per accidēs faciunt: propriſsime vero, diuerſum per ſe, quod quidem & aliud dicitur. Differētiæ igitur, quæ diuerſum per accidens faciunt, tantū differentiæ: quæ vero aliud, ac diuerſum per ſe, differentiæ ſpecifice nuncupantur. Animal namqꝫ differentia rationalis adiuncta, aliud ſane ac animalis ſpeciem facit: motus autē additus, diuerſum a quieſcente tantūmodo fecit, hæc igitur aliud illa diuerſum tantum fecit. Differentiis igitur hiſce, quæ faciunt aliud, diuiſiones generum in ſpecies fiunt, & definitiones etiam aſsignantur, quæ quidem ex genere, talibuſue differētiis conſtant. Cæteræ vero diuerſitates per accidēs tantum emergūt, eius, de quo qualiter ſeſe habet interrogat. T. 3. ¶Rurſus igitur a principio dr̃iam diuidētes, dr̃iarum alias ſeparabiles alias inſeparabiles dicimus eſſe. Moueri namqꝫ, atqꝫ quieſcere, & valere, ac ęgrotare, & quæ ſunt ſimilis generis, ſeparabilia ſunt: aquilinum autem eſſe, vel ſimum, & rationale, & irrationale, inſeparabilia ſunt. Tex. 4. ¶Inſeparabilium rurſus alias per ſe, alias per accidens eſſe. Rationale namqꝫ, & mortale, & ſuſceptiuum eſſe ſciētiæ, per ſe homini competunt: at aquilinum eſſe, vel ſimum: per accidens, & non per ſe competit. Quæ igitur per ſe competunt, in ſubſtantiæ ratione ſumuntur, & aliud faciunt. Quæ vero per accidens cōpetunt, nec in ſubſtantiæ ratione ſumuntur, nec aliud faciunt: ſed per accidens diuerſum. Et hæ quidem quæ per ſe cōpetunt, nec intendi, nec remitti volunt. Quæ vero per accidens, & ſi inſeparabiles ſunt, intenſionem, remiſsionemue ſuſcipiunt.

Neqꝫ enim genus magis, minuſue de eo, cuius eſt genus dicitur: neqꝫ generis differentiæ, quibus in ſpecies genera diuiduntur. Hæ namqꝫ ſunt, quę cuiuſqꝫ rationem conficiunt. At vnius cuiuſqꝫ ratio vna eſt eademqꝫ, nec intenſionē, nec remiſſionem vllam ſuſcipiens. Simmum enim eſſe, aut coloratum, intenditur, atqꝫ remittitur. Tex. 5. ¶Cum igitur ſpecies differentiarum tres ita appareant, & earū aliæ ſint inſeparabiles, aliæ ſeparabiles. Et inſeparabilium quidem alię per ſe, aliæ per accidens: ſint differētiarum per ſe rurſus aliæ ſunt, per quas in ſpecies diuidimus genera: aliæ, per quas ea, quæ ſunt diuiſa conſtituuntur. Veluti differentiæ per ſe animalis hæ ſunt omnes, animatum, ſenſitiuū, rationale, ac irrationale, & mortale, ac immortale. Atqꝫ animati quidem, & ſenſitiui differentiæ, conſtitutiuæ ſunt, ſubſtantiæ animalis. Eſt enim animal, ſubſtantia animata ſenſitiua. Mortale vero, ac immortale, rationale ac irrationale, animalis ſunt differentiæ diuiſiuæ. Per has enim in ſpecies genera diuiduntur. Verum hæ, quæ ſunt generum diuiſiuæ: conſtitutiuæ ſunt ſpecierum: nam animal per rationale, ac irrationale, & per mortale rurſus, ac immortale diuiditur: ſed mortalis quidem rationaliſue differentiæ, conſtitutiuæ ſunt hominis: rationalis vero, ac immortalis, deorum: irrationalis autē, atqꝫ mortalis, animalium expertium rationis. Sic & ſubſtantiæ ſupremæ animatū, atqꝫ inanimatum, ſenſitiuum, atqꝫ inſenſitiuū differentiæ cum ſint animatum, & ſenſitiuum vna cum ſubſtantia ſumptæ aminal conferre: animatū, atqꝫ inſenſitiuum, plantam. Cum igitur eædem differentiæ partim conſtitutiuæ ſint, partim diuiſiuæ, vniuerſæ ſpecifice

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Propriũ vero generis eſt, de pluribꝰ quã dñia, ſpecies, propriũ, atqꝫ accidens, prædicari. Nam animal quidẽ de hoie diciꝶ, equo, aui, atqꝫ ſerpente: quadrupes autẽ, de hiſce tantũmodo dicitur, quę quatuor pedes habẽt: hõ vero de indiuiduis ſolũ humanis: & hinnibile de ſolo equo, ac ſingulis equis: & accidẽs de paucioribus ſimili modo. Atqꝫ ſumẽdæ ſunt hę dñiæ, quibus diuidiꝶ genꝰ: non hæ, ex quibus generis ſubſtantia conſtat. Præterea genus quidẽ potentia dñiam continet. Animal enim partim particeps, partim expers eſt rationis. At dñiæ non continent genera. Præterea genus prius eſt hiſce differentiis, quibus diuidi ſolet: idcirco ſecũ ipſas tollit: ſed ab ipſis nõ tollitur. Nam ſi animal tollatur, rõnale ſimul irrationale ue cõtinuo tolliꝶ. Differẽtiæ vero genus non tollũt. Nam ſi vniuerſæ quoqꝫ tollãtur, ſubſtantia animata, ſenſitiua, mẽte, cognitioneqꝫ concipiꝶ: quę quidẽ animal eſt, vt patet. Præterea genus quidẽ hoc ipſo, quid eſt: differentia vero hoc ipſo, quale quid eſt, vt dictũ eſt, prædicatur. Præterea genus quidẽ vnũ in vnaquaqꝫ ſpecie eſt, vt eſt in hoie animal. Dñię vero plures, vt rationale, mortale, mẽtis, atqꝫ ſcientiæ ſuſceptiuũ, quibꝰ ab expertibus rõnis animalibus differt. Genus præterea ſimile materiæ eſt, dñia formæ. Sunt & alia cõia, ꝓpriaqꝫ generis, & dñiæ, heæ tñ, q̃ ſunt enumerata: ſufficiãt. T. 3. ¶ Genus & ſpecies hoc habẽt cõe, de pluribꝰ, inquam, vti diximus, prædicari. Spẽs autẽ, vt ſpẽs ſolũ non vt genus quoqꝫ

cõmunia generis ⁊ ſpeciei.

ſumatur

Propria generis ⁊ ſpeciei.

ſumatur. Siquidem ſi ſit idem ſpecies atqꝫ genus, cõmune eſt etiã ipſis, & iis eſſe priora de quibus dicuntur, & inſuper vtrunqꝫ totum quid eſſe. Differunt autem, quod genus quidem, ſpecies contiet, ſpecies autem continentur, & non continẽt genera. Genus enim ad plura, quam ſpecies pertinet. Præterea genera præſtrata oportet, vt quæ quidẽ & differentiis ſpecificis informata ſpecies nimirũ efficiant. Quapropter & priora genera ſunt natura, & ſecũ ſpecies tollunt, & ab illis non tolluntur. Nam ſi ſpecies quidẽ ſit, erit & genus omnino: ſin vero ſit genus, non protinus & ſpecies eſt. Et genera quidẽ de quaqꝫ ſpecie ſua vniuoce prædicãtur: ſpecies autem de generibus nõ dicuntur. Præterea genera quidẽ ambitu ſpecierũ, quæ ſunt ſub ipſis, ſpeciẽ quãqꝫ. Species autẽ genera differentiis ſuis exuperant. Præterea neqꝫ ſpecies ſummũ genus, neqꝫ genꝰ infima ſpecies vnquã fieri poteſt. T. 4. ¶ Generi cõmune cũ proprio eſt, ſpecies ſequi. Nã ſi homo eſt animal eſt: & ſi homo eſt, riſibile eſt. Cõmune etiam eſt prædicatio æqua, æque nãqꝫ genus de ſpeciebus, & propriũ de indiuiduis, quorũ eſt propriũ, prædicatur. Etenim æque bos & homo eſt animal, & Socrates atqꝫ Plato riſibile. Cõmune inſuper eſt & vniuoca prædicatio. Et genus enim de ſpeciebus ſuis, & propriũ de hiſce quorũ eſt proprium vniuoce prædicatur. Differunt autem. Genus enim eſt prius: proprium vero poſteriꝰ. Eſſe enim animal, deinde diuidi differẽtiis, propriiſqꝫ oportet. Et genus quidẽ de pluribus ſpeciebus, quarũ eſt genus. Propriũ autẽ de vna ſpecie tantũ cuius eſt proprium, prædicatur. Præterea proprij quidem fit mutua prædicatio, generis autem no fit. Neqꝫ enim ſi animal eſt, homo eſt: neqꝫ ſi animal eſt riſibile eſt, ſin vero homo eſt, riſibile eſt, & ecõtra. Præterea propiũ quidem omni ſpeciei ineſt, cuius eſt propriũ, & ſoli ac ſemper. Genus autem omni quidẽ ſpeciei, cuius eſt genꝰ, & ſemper ineſt, non tamẽ ſoli. Præterea ſi propria tollantur: genera nõ tollũtur: ſin vero genera tollantur: ſpecies continuo ſimul tolluntur: quibus peremptis, & propria ſimul pereunt.

Cõmunia generi cũ proprio.

Dñia gñeris atqꝫ ꝓprij.

Cõmunia generi cũ accidente.

T. 5. ¶ Generi aũt et accidẽti cõmune eſt, de pluribus, vti dictũ eſt, prædicari: ſiue accidẽs ſit ſeparabile, ſiue inſeparabile. Moueri nãqꝫ de pluribꝰ, & nigrũ de coruis, æthiopibus ve, & quibuſdam etiã expertibus anima, prædicatur. Pluribus aũt genus atqꝫ accidẽs differre vidẽtur. Genus enim ſpecies vt patet, pręcedit accidẽs autẽ poſterius ipſis eſt etiã ſi accidẽs inſeparabile ſumatur. Priꝰ enim natura id cui accidit, accidente eſt. Et hiſce quidem, quibus genus cõmunicatur, æque generis cõmunicatio cõpetit: hiſce vero, quibus accidẽs cõicatur, nõ æque cõmunicatio cõpetit. Intẽſionẽ enim remiſſionẽ ve, cõmunicatio accidẽtiũ ſuſcipit: generũ vero nõ ſuſcipit. Et accidẽtia quidem in indiuiduis primo ſunt: genera vero ac ſpecies indiuiduis ſubſtantiis natura priora ſunt. Et genera quidem de hiſce, quæ ſunt ipſis, hoc ipſo quid eſt prædicãtur: accidẽtia autẽ hoc ipſo quale quid eſt, aut quomõ ſeſe habet res, prędicãtur. Qualis enim eſt æthiops, ſi interrogatus fueris, niger dixeris: & quomodo ſeſe habet Socrates? ambulat reſponderes, aut ſedet.

Propria generis ⁊ accidẽtis.

¶ Genus igitur quonã pacto a cæteris differret, iam diximꝰ. Fit autẽ, vt vnunquodqꝫ etiã cæterorũ a cæteris quatuor differat. Quare cũ hęc quinqꝫ quidẽ ſint, vnũquodqꝫ vero a cæteris quatuor differat, fit vt viginti omes ipſorũ differẽtiæ ſint. Quater. n. quinqꝫ numerũ dictũ conficiũt. At nõ ita eſt. ſed cũ, ſi ordine numeres, quod ſecũdo quidẽ loco numeras, vna deficiat differẽtia, propterea quod eſt ea iã ſumpta: quod tertio vero, duabus: & quod quarto, tribus: & quod quinto, quatuor: decẽ iſtorũ vniuerſæ, ꝑfecto differẽtiæ fiunt quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quonã pacto a differẽtia, ſpecie, proprio, accidẽteqꝫ differt, iam dictũ eſt. Sũt igitur hæ quatuor differentiæ. Differẽtia vero quo pacto quidẽ differt a genere, dictũ eſt, cũ dicebatur quonã modo genus ab ipſa differret. Reſtat aũt, vt quonã modo differt a ſpecie, proprio, accidẽteqꝫ, dicatur. Atqꝫ tres hinc differẽtiæ emergũt, vt patet. Species rurſus quo quidẽ modo a differentia differt, dictũ eſt, cũ quonã pacto differret a ſpecie dñia dicebatur: quo vero modo a genere differt, dictũ eſt etiã, cũ quonã pacto genus differt ab ipſa ſpecie, dicebatur. Reſtat igitur, vt quonã modo differt a proprio atqꝫ accidẽte, dicatur. Atqꝫ duę iam & hæ differẽtię hinc oriũtur. Propriũ igitur reſtabit, vt quonã pacto differt ab accidẽte, dicatur. Nã quo pacto a ſpecie, differẽtia genereqꝫ differt, dictum eſt antea, cũ illa differre ab hoc dicebãtur. Cũ igitur generis ad cætera quatuor differẽtiæ ſumãtur, vt diximꝰ, differẽtiæ tres ſpecie, duæ proprij, vna quę eſt accidẽtis, decẽ omes iſtorũ profecto differẽtię erũt. Quarũ quatuor, q̃ ſunt generis ad cętera, diximꝰ: nũc deinceps cæteras afferamꝰ oportet.

Hactenus quid genꝰ a ceteris differat, nũc quid inter ſe reliqua.

COmmune id itaqꝫ differẽtiæ, eſt cum ſpecie, æquę eſſe communicata. Singuli enim homines æque ſunt homines, atqꝫ ratiõis participes. Eſt etiã & hoc cõmune, ſemper iis adeſſe quibus cõmunicatur. Semper enim Socrates rationalis eſt, ſemperqꝫ homo. Propriũ differẽtię quidẽ eſt, ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædicari: ſpeciei aũt, hoc ipſo quid eſt prædicari: nam ſi homo vt quale quid ſumiꝶ, non tamẽ eſt ſimpliciter quale: ſed ea ratione, qua differẽtiæ generi cõiunctæ ipſum cõſtituerũt. Præterea differẽtia quidẽ in pluribꝰ ſæpe ſpeciebus videꝶ eſſe: vt quadrupes pluribus animalibꝰ ſpecie diuerſis ineſt. Spẽs autem indiuiduis ſolis ineſt, quæ ſub ipſa ſunt collocata. Præterea differẽtia prior eſt ſpecie, quæ ex ipſa cõſtat: tollit. n. rationale hominẽ, ſi ipſum tollatur: at homo ſi tollaꝶ, rationale nõ tollit: eſt enim & angelus. Præterea differẽtia quidẽ cum alia cõponitur differẽtia: rationale namqꝫ atqꝫ mortale,

Cõmunia dñe cũ ſpẽ

Propria dñe ⁊ ſpẽi

ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad cōſtituendū hominē cōponuntur. Species aūt ſpecie non cōponitur, vt alia quedā ſpecies oriatur: quidā enim equus cum quodā aſino ad muli generationē concurrit: equus autē ſimpliciter cū aſino compoſitus non effecerit mulum.

Cōmunia differentie et proprio.

¶Differentia & propriū cōmūne quidē habent æque, vt cōicent his quibus cōmunicātur, æque .n. rationalia ſunt rationalia, & ęque riſibilia riſibilia. Et ſemper ac omni ſpeciei adeſſe: nā ſi dimi nutus etiam fuit bipes, ratione tamē aptitudinis ſemper dicitur bipes: quoniā & riſibile per aptitudinē ſemper dicitur tale, nō quia ſemper ridet.

Propria differētie ⁊ proprij.

Propia aūt hæc: nā differentia quidē perſæpe de ſpeciebꝰ pluribꝰ dicitur: rationale enim de angelo dicitur: & de homine. Propriū autē de vna tantūmodo ſpecie cuius eſt propriū, prædicatur. Et differētia quidē ſequitur ea, quorū eſt differētia: non tamē cōuertitur. In propriis vero fit mutua prædicatio, propterea quod conuertuntur.

Cōia differentie ⁊ accidētis.

¶Differētiæ cum accidente cōmune eſt, de pluribus prædicari: & itē ſemper ac omni adeſſe, id modo inſeparabile ſit accidēs. Nam bipes cum omni ſemper homini cōpetit, coruis idē, & nigrū eſſe, omnibus ſimiliter competit.

Propria differētie ⁊ accidentis.

Differre autem hiſce videntur. Differentia namq; continet ſpecies, & non continetur: etenim rationale cōtinet hominem & angelum. At accidentia tum continent ex eo ſcilicet, quia in pluribus ſunt: tum continētur, propterea quod ſubiecta non vnius accidentis ſunt, ſed ſuſceptiua plurium. Et differentia quidē expers eſt intenſionis atq; remiſsionis: accidētia autē gradus ſuſcipiunt, ac magis talia minus ve dicūtur. Præterea contrariæ quidē differētiæ miſceri non poſſunt: accidētia vero contraria nōnunquā miſcētur. Et hæc quidē cōmunia propriaq; differētiæ cū cæteris ſunt: ſpecies aūt quo pacto a genere differētiaq; differt quidē, dictū eſt tum, cū quo pacto genus & differentia a cæteris differrēt diceretur.

Cōia ſpēi cū ꝓprio.

Reliquū, vt a proprio accidēte q; differat, cōſideremus. Speciei itaq; cū proprio, eſt cōmune, mutua prædicatio. Nam ſi homo eſt, riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, homo eſt, atq; riſibile, vt aptū eſt ad ridendū, ſumere, vt ſæpe numero, diximus, oportet: æque præterea ſpecies aſſunt hiſce, quibus cōicātur: & ꝓpria hiſce, quorū propria eſſe dicūtur.

Propria ſpeciei ac proprij.

Differre autē hiſce vidētur. Species enim & aliorū genus eſſe poteſt. Propriū vero aliorū propriū eſſe nō poteſt. Et ſpecies quidē propriū antecedit: propriū autē aduenit ſpeciei. Sit enim homo oportet, vt & riſibile ſit. Præterea ſpecies quidē ſemper actu ſubiecto adeſt, propriū autem interdū & potētia ineſt. Socrates enim actu quidē ſemper eſt homo: nō autē ſemper ridet, quanquā ſemper ad ridendū eſt aptus. Præterea quorū diffinitiones ſunt diuerſæ, ea etiā ſunt diuerſa. Deniq; ſpeciei quidē diffinitio eſt, ſub genere eſſe, & de pluribus differētibus numero: hoc ipſo quid eſt prædicari, & quæ ſunt ſimilia: proprij vero, ſoli & ſemper atq; omni ineſſe.

Cōia ſpeciei ⁊ accidentis.

T. 10. ¶Speciei vero & accidenti cōmune eſt, de pluribus prædicari.

Propria ſpeciei et accidētis.

Perpauca autē ſunt reliqua, quibus conueniunt, præpterea quod plurimū inter ſeſe accidēs, & id cui acidit, diſtant. Propria autē vtriuſq; ſūt hęc. Speciei quidē, de hiſce quorū eſt ſpecies, hoc ipſo quid eſt prædicari. Accidētis aūt, hoc ipſo quale eſt, aut quomodo ſeſe habet. Et quæque ſubſtantia vnius quidem ſpeciei, plurium autē accidentium, tam inſeparabilium quā ſeparabilium particeps eſt. Deinde ſpecies quidem ante accidentia mente concipitur, etiam ſi inſeparabilia ſunt: (ſit enim ſubiectum oportet, vt illi quippiam accidat) accidentia autem poſteriora ſunt, & aduentitia natura. Præterea ſpeciei quidē communicatio æqua eſt: accidentiū autē, & ſi inſeparabilia ſunt, æqua nō eſt. Aethiops .n. magis aut minus niger Aethiope eſſe poteſt. At enim reſtat, vt de proprio & accidēte dicamꝰ, quo enim modo proprium a genere & ſpecie & differentia differt, antea diximus.

Cōia propria cū accidente.

T. 11. ¶Cōmune itaq; proprio cū accidente inſeparabili eſt, ſine ipſis non eſſe ea, in quibus inſunt. Vt enim ſine riſibili non eſt homo, ſic & ſine nigro Aethiops eſſe nō poteſt. Et quēadmodum omni ſemperq; propriū adeſt, ſic & ipſum inſeparabile accidēs adeſt.

Propria proprij et accidētis.

Differunt autē hiſce. Propriū enim vni ſoli ſpeciei ineſt, vt riſibile homini: inſeparabile autem accidens, ceu nigrū, non Aethiopi ſolum: ſed coruo etiam, & pici, & hebeno, cæteriſq; compluribus ineſt.

Pici, aui, carboni.

Quapropter proprium quidē conuertitur cum eo, cuius eſt proprium, & eſt ipſi æquale: inſeparabile autem accidens non cōuertitur. Ac proprio quidē cōmunicatio æqua eſt, accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia communia hiſce quę dicta ſunt, atq; propria: verū & hæc ad ipſorum diſtinctionē communicationēq; demonſtrandam ſufficiunt.

CApitulū hoc ſextum prolixius eſt forte, ꝗ neceſſarium: tametſi non nihil vtilitatis habeat, vt conuenientias omnium vniuerſaliū, ſingulorumq; proprietates quiuis poſſit ſimul comprehendere. Intentio enim Porphyrij in hoc capite eſt et ſimul prius omnia predicabilia, et quodcunq; ſubinde ad aliud quodlibet conferre. Atqui, vt autor ipſe Textu. 5. hic adnotauit, cum quinq; ſint predicabilia, ſi quoduis illorum ad ſingula quatuor aliorū conferas, viginti colliges cōbinationes: nā quater quinq; viginti ſunt numero, verūtamē quia idem eſt cōferre genus. v. g. ad differentiā: ⁊ econuerſo differentiā ad genus, fit vt genus ad quatuor alia ſit cōparandū: differētia vero, non niſi ad alia tria: ⁊ ſpecies non niſi ad alia duo: et proprium tantūmodo ad accidēs. Et per conſequēs decem tantum reſtāt comparationes. Quibus ſi vnā premiſſeris generalē cōparationē omniū, vndecim colligūtur. ¶Diuidi ergo: caput hoc in quinq; partes. In prima que vnicū habet textum cōparantur omnia ſimul vniuerſalia in his quibus omnia conueniūt. In ſecūda: que cōtinet quatuor textus, cōparatur genus ad alia quatuor vniuerſalia. In tertia: que tres habet textus, cōparatur differētia ad alia tria. Et in quarta que duos textus habet, comparatur ſpecies ad alia duo: et in quinta que vnicus eſt textus cōparatur propriū ad accidens. Quo fit vt ſecundū numerum comparationum totū capitulū per vndecim textus diſtribuatur.

¶Confert igitur primo Porphyrius generaliter inuicem omnia vniuerſalia: conueniunt enim omnia vna tantum conuenientia, que eſt, predicari de pluribus: inequaliter tamen: nam genus predicatur de pluribus ꝗ differentia: ⁊ differentia de pluribus ꝗ ſpecies ⁊c. Cōueniētia hec et differētia manifeſta eſt ex deffinitionibus vniuerſalium: eſt .n. vniuerſale vnū in multis et de multis: et ideo omne vniuerſale predicatur de pluribus: ſed tamen de pluribus predicatur genus ꝗ differentia, ⁊ differētia ꝗ ſpecies vt ex eorum diffinitionibus patet. ¶Quod ſi quis forſan incōtrariū arguat ꝙ ſpecies predicetur de pluribus ꝗ genus: nam ſpecies predicatur de pluribus differentibus numero: et per conſequens predicatur de indiuiduis: genus vero predicatur de pluribus differentibus ſpecie: et per conſequēs de ſolis ſpeciebus: ſed indiuidua ſpeciei plura ſunt quantum ſpecies generis: nam vt capite de ſpecie dixit Porphyri. ſpecies ſunt in numero finito, indiuidua vero in numero infinito. Reſpondetur: ꝙ genus non ſolū predicatur de ſpeciebus: ſed etiā de indiuiduis ſpecierū. Exempla manifeſta ſunt in textu. ¶Ad notato in vltimis verbis huius textus quomodo accidentia prius natura cōueniant indiuiduo, et ratione illius conueniant ſpeciei: quod proximo capite expoſitū eſt. ¶In ſecundo textu qui incipit/ Cōmune eſt ⁊c. Sequitur ſecūda pars in qua genus cōfertur cū aliis quatuor vniuerſalibus. Et quāuis prius tractauerit de ſpecie ꝗ de differentia propter relationē inter genus ⁊ ſpeciem, nihilominus: quia differētia eſt magis vniuerſale ꝗ ſpecies, vt ex eiꝰ diffinitione conſtat, in his comparationibus prefertur differentia ſpeciei. Et ſunt due particule huius textus. In prima ponūtur conuenientie inter genus ⁊ ſpeciem: et in ſecūda ponuntur differentie. Conueniunt .n. genꝰ et differentia in tribus: quia tā genus quam differētia continet ſub ſe ſpeciem: licet differētia non cōtineat tot ſpecies quot genus: vt animal continet plurimas ſpecies: ſed rationale continet ſub ſe nos et deū. Vnde ſecūdum Porphyriū qui non ponit differentiā conuertibilē cum ſpecie, omnis differentia tā conſtitutiua generis ꝗ diuiſiua cōtinet ſub ſe ſpecies. Sed tamen in rei veritate hec cōuenientia inter genus ⁊ ſpeciē ſolum poteſt ſaluari in differentia cōſtitutiua generis. Enimuero quot ſpecies cōtinet ſub ſe animal, tot cōtinet ſenſibile. Non intelligo ꝙ ſenſibile ſit genus: ſicut animal: ſed ꝙ eſſentialiter non quiditatiue predicatur de omnibus ſpeciebus animalis. Rationale vero nullā ſub ſe continet ſpeciē: ſed conuertitur cū homine. Secundo conueniūt genus et differētia, quod ſicut quidquid predicatur de genere, predicatur de ſpecie: ita quidquid predicatur de differentia, predicatur etiā de ſpecie. ¶Tertio conueniūt ꝙ ſicut a negatione generis ad negationē ſpeciei: valet argumentū: ita valet a negatione differētie ad negationē ſpeciei. ¶In ſecunda particula textus ponūtur ſex differentie inter genus ⁊ differentiā: prima eſt ꝙ genus predicatur de pluribus ꝗ differētia ⁊ ꝗ ſpecies et quodcunq; aliud predicabile. Sed intelligitur (inquit Porphyrius) de differentia diuiſiua generis que eſt in ferior genere: nam differentia conſtitutiua generis de tot predicatur quot genus. ¶Eſt tamen hic dubitatio parua de eo quod ait Porphyrius genus predicari de pluribus ꝗ accidens: nam videtur ꝙ accidens puta album de tot predicetur: imo de pluribus: quia predicatur, etiam de genere ipſo generaliſſimo, ſubſtantie, quia omnes iſte ſunt directe predicationes Petrus eſt albus, homo eſt albus/ animal eſt album/ ſubſtantia eſt alba. ¶Reſpondetur, ꝙ genus nō proprie poteſt comparari ad accidens in quantum accidens in ſuperioritate: quia nec genus eſt ſuperius ad accidens: nec accidens ad genus. Sed quia in vnoquoq; predicamento etiam accidentis, genus eſt ſupremū predicatum, propterea dicit Porphyrius ꝙ genus predicatur de pluribus ꝗ accidens. ¶Secundo differunt genus et differentia: quia genus continet poteſtate differentias: differentia vero non continet genus. Semper loquitur de differētiis diuiſiuis. ¶Tertio differunt, quia genus eſt prius differentiis. Et ideo a negatione generis ad negationem differentie valet conſequētia, et non econuerſo. ¶Quarto differunt, ꝙ genus predicatur in quid, differētia vero in quale. Et quinto differunt, quia indiffinitione ſpeciei non eſt, niſi vnicū genus, ſunt tamē plures differentie. Sed hoc intelligitur quando nō eſt cognita vltima differentia cōuertibilis/ cum ſpecie. ¶Sexto differunt: quia genus ſe habet vt materia: differētia vero, vt forma. ¶In tertio textu qui incipit. Genꝰ ⁊ ſpecies. comparatur genus ad ſpeciē: in cuius prima particula ponuntur tres conuenientie. ſ. ꝙ tam genus ꝗ ſpecies predicātur de pluribꝰ. Et dicit ꝙ loquitur de genere et ſpecie/ vt ſunt diſtincta vniuerſalia: puta ſpecies ſpecialiſſima que nō eſt genus: nā inter genus ſubalternū et ſpeciem ſubalternā nō opus eſt ponere differentiā et cōuenientiā: quia ſunt idē. In ſecunda particula ponuntur octo differentie: que in textu ſunt manifeſte. ¶In textu quarto qui incipit. Generi commune ⁊c. comparatur genus ad proprium: et in prima particula ponūtur tres conuenientie: et in ſecūda ponuntur quinq; differentie. Exempla ſunt lucida in textu. ¶In textu quinto qui incipit. Generi autē. comparatur genus ad accidēs: ⁊ cōtinet duas particulas. In prima ponitur vna differentia, et quatuor cōuenientie. Et ſecūda eſt epilogus omniū et conuenientiarum, et differentiarū inter vniuerſalia. ¶Tertia pars capituli eſt in textu ſexto qui incipit. Cōmune id itaq;. in qua comparatur differētia ad alia tria vniuerſalia. Vnde in textu ſexto comparatur primo ad ſpeciem: et in prima particula ponuntur cōueniētie, ⁊ in altera ſubduntur quatuor differentie. ¶In textu ſeptimo qui incipit. Differentia ⁊ proprium. comparatur differētia ad proprium: inter que vniuerſalia due ſunt conuenientie et totidem differentie. ¶In textu octauo, qui incipit. Differenrentia cum accidenti. ſubiunguntur due conuenientie, ⁊ tres differentie inter differentiam et accidens. ¶Quarta pars huius capituli complectitur textum nonum adq; decimum. In nono comparatur ſpecies ad proprium. Et inter hec duo vniuerſalia ſunt due conuenientie et quatuor differentie. Et in decimo textu comparatur ſpecies ad accidēs. Et eſt inter ſpeciem et accidens vnica conuenientia puta de pluribus predicari: differentie vero ſunt quatuor. ¶Poſtrema deniq; pars vltimuſque textus continet duas conuenientias, totidemq; differentias inter proprium et accidens.

¶Finis Libri Predicabilium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

COMMENTARII FRATRIS DOMINICI SOTO, SEGOVIENSIS ORdininis Prædicatorum, Artium, ac Sacræ Theologiæ profeſſoris; In Librum Prædicamentorum Ariſtotelis.

Ariſtotelis vita.

Titulus huius libri in codice greco ſic hẽt/ Ariſtotelis cotegorie, Qđ latine eſt/ predicamẽta. Ariſtotelis philoſophus fuit celebratiſſimus: ab Stagira Macedonie vrbe oriũdus, pře Nicomacho Medico ortus, anno primo (ſi modo Apollodoro creditur) nonageſime none olimpiadis: nempe ante aduẽtum Chriſti ſeruatoris noſtri annis circiter octuaginta ſupra trecentos. Corporis forma non adeo conſpicua. Voce enim gracili, exilibuſqꝫ cruribus, atqꝫ oculis puſillis fuit. Ingenio tñ preclariſſimo natus, anno etatis .17. academiã Platonis, philoſophi Athenis tunc celeberrimi, adiuit. A quo, poſtq̃ annos viginti ſub eius diſciplina exegiſſet, diſſentire in multis cepit: atqꝫ in his preſertim vlibus: vt in prologo ſuper Porphy. adnotauimus. Vñ Plato dicere ſolitus. In me Ariſtotelis recalcitrat, non ſecus atqꝫ in matrem pulli geniti: et Ariſtoteles. Amicus Plato: ſed magis amica veritas: vt primo ethicorum inſinuauit. In lycio gimnaſio annos tredecim publice docuit.

Peripateticus.

Peripateticorũ princeps dictꝰ eſt: a peripatim/ quod eſt/ de ambulare/ in more enim habuit de ambulãdo docere. Quamuis Ammonius a Platone affirmet morem illũ emanaſſe. Alij tradũt locũ in quo Ariſto. docebat/ peripatũ/ ideſt/ de ambulatoriũ/ nuncupari: ⁊ inde nomen traxiſſe. Anno etatis ſue. 63. dum in Euboea exularet, vita defunctus eſt. Opera adeo ſcripſit multa, vt que modo extãt, minima ſit eorũ pars, quorũ copiã nõ habemus. De vniuerſis enim rebus diſſeruit: ⁊ ita diſſeruit, vt cunctas antea ſciẽtias diffuſas atqꝫ cõfuſas ad perfectũ excoluerit, vt iã modo vni Ariſtote. ſciẽtias omnes naturales debeamus.

Obſcure ſcripſit.

Tametſi cũ fuerit alias diſertiſſimus, ⁊ eloquẽtiſſimus (vt ex eius libris Rethoricorũ conijcitur) tamẽ tum in alijs multis, tũ maxime in Metaphiſica, obſcuritatem (vt ait Ammonius) affectauit: vt legẽtes ingenioſiores: magiſqꝫ idoneos redderet: ⁊ ignauos auerteret. Nam res quãto ſunt obſcuriores: tãto preſſius, dum intelligũtur, herẽt memorie. Vnde (vt in Alexandro refert Plutarchus) cũ Ariſtotelẽ Alexander ſub accuſaret, ꝙ metaphiſicã ſcripſiſſet, atqꝫ vulgaſſet: in qua ipſe ceteris precellebat, reſpõdiſſe fertur, illos libros perinde eſſe editos: ac ſi editi nõ fuiſſent. Inſinuans rariſſimos fore, qui eos poſſent intelligere.

Operũ genera quatuor.

¶ Scripta eius ad gña quatuor reducũtur. Prima. n. pars ad eloquentiã pertinet ⁊ rethoricam. Altera ad ciuilem ⁊ moralem diſciplinã. Tertia ad dialecticam expectat. Quarta vero ad ſecretorũ nature cõtemplationẽ: nẽpe ad Philoſophiã naturalẽ atqꝫ metaphiſicã. Atqꝫ adeo liber hic ad dialecticã pertinet. Tametſi Iãblicus philoſophus, vt hic Boetius refert, exiſtimet opus hoc falſo eſſe Ariſtoteli aſcriptũ: quippe quod non ab eo, ſꝫ ab Archita tarentino Pitagorico editum cenſeat. At vero opinione hac reiecta: fides apud omnes probata eſt, opus eſſe Ariſtotelis: vt breuitas ipſa, et ſubtilitas, et autoritas manifeſtat: que cum reliquis eius operibꝰ maxime conſonant.

Categoria.

¶ Categoría, ſi Græcam vocem obſeruemꝰ, idem eſt Latine quod/ predicatio/ et Argiropylus ita frequenter vertit. Nam categoreo duo preter alia ſignificat. ſ. demõſtro, ⁊ predico. Vnde/ categorema/ quod eſt predicatum, ⁊/ categoria/ verbale nomẽ, quod eſt demonſtratio ⁊ predicatio. Attamen duo ſignificat apud grecos: puta enunciationẽ ſimplicẽ: vt/ Petrus eſt hõ/ et predicatorũ ordinem: vt homo/ aial/ viuens ⁊c. vtrunqꝫ. n. dicitur predicatio. Ob idqꝫ latini ad tollendã equiuocationẽ, enũciationẽ, vocant/ categoricã/ ideſt predicatoriã propoſitionem: ⁊ ſeriem predicatorũ appellant ꝑdicamẽtũ.

Predicamentum.

¶ Eſt ergo predicamẽtũ predicatorũ ordinatio: quorũ ſuperiora de inferioribꝰ quiditatiue predicãtur. Vt ſeries illa q̃ in arbore Porphy. ante oculos poſita eſt: puta/ homo/ animal/ viuẽs, corpus, ſubſtãtia. Tametſi diuus Auguſti. in ſuis categorijs, aliã verbi ſignificationem ſequutus, ait Categorias eo ſic appellari, ꝙ ſint quedã rerum demonſtrationes ante oculos poſite. Igitur predicamentũ non ſupponit, vt aliqui arbitrantur, pro generaliſſimo. Vnde Porphyri. in cap. de ſpẽ. In quocũqꝫ (inquit) predicamẽto eſt quodã ſummũ genus ⁊ infima ſpecies. Et Ariſtote. 5. met. tex. 12. eadem (inquit) genere ſunt, quorũ eadem eſt predicamẽti figura. Vbi apparet Predicamentũ appellari diſpoſitionẽ illã ⁊ lineam predicatorũ. Atqꝫ adeo hoc eſt ſubiectum huius libri. ¶ Quod ſi quis arguat. Predicamentũ/ eſt huius libri ſubiectũ: ergo nihil hic conſideratur, niſi qꝛ eſt predicamentũ: ſed tractatur hic de ſingulis predicatis: ergo ſingula ſunt predicamẽta. Reſpondetur negãdo primã conſequentiã: ſatis enim eſt quod nihil hic tractetur, niſi in ordine ad predidamentũ. i. tanq̃ ponibile in predicamento.

Octo notantur in initio operis.

¶ Octo ſunt quæ ſecũdum commentatorem com. 1. ſuper primum phiſico. in initio cuiuſqꝫ operis adnotanda ſunt: puta autoris, et nomen ⁊ intentio: libri vero, nomen, vtilitas, proportio, ordo, modus procedẽdi atqꝫ diuiſio. Et de nomine quidem tam autoris q̃ libri, hactenus diximus: ſed circa intẽtionem autoris et circa vtilitatem libri ſunt hic ſingula dubia.

Dubium primum.

¶ Primũ circa ſubiectũ libri eſt fuerit ne intẽtio Ariſtotelis hic tractare de verbis: an vero de rebus. Enimuero q̃uis ſup Porphy. ſatis fuerit comprobatum, vlia eſſe in rebus, ambigua tamẽ eſt hic intẽtio Ariſto. Alexãder. n. afrodiſcus ⁊ Simplicius ⁊ Boetius exiſtimãt librum hunc eſſe precipue de vocibus: ſed comentator Auerrois et Euſtratius opinãtur contra eſſe de rebus. Atqui vtriqꝫ

habens

habent fundamentũ: nam in prima ſtatim diffinitione equiuocorũ videtur Ariſt. de rebus loqui: diffinit. n. res ipſas que ſunt equiuoca equiuocata: ſed mox in prima diuiſiõe videtur ſermo eſſe de vocibus: dũ inquit. Eorũ q̃ dicũtur, alia cũ complexione, alia ſine cõplexione dicũtur/ dici enim cũ complexione aut ſine cõplexione/ nõ rebus, ſet certe vocibus cõgruit. At vero nõ ita intelligendus eſt Boetius vt negare credatur vlia eſſe in rebus: quippe qui ſuper Porphy. vt frequẽter adnotauimus, contrariũ expreſſe docet: ſed putat Ariſtotelẽ in. 5. Met. tractare de predicamẽtis ſcđm eſſe reale/ hic vero principaliter de vocibus, ⁊ ſecundario de rebus. Ait. n. Res ⁊ rerũ ſignificatio iuncta. i. connexa eſt. ¶ Tertia ergo opinio in hac parte eſt nominalium qui aſtraunt, ſolas voces ⁊ nullatenus res collocari in predicamẽto. Quo circa q̃uis in predicabilibus, quantũ ad rem, ſatis fuerit diſputatũ vlia eſſe in rebus, modus tñ loquendi explicãdus eſt hic cõcluſionibꝰ his, quas quinqꝫ ſubijcimus.

1. Conclu. Res ⁊ tñ ponuntur in pre.

¶ Prima. Tam res q̃ voces ponuntur in predicamẽto. Quod eſt dicere. Arbor illa/ homo/ aial/ viuẽs, corpus, ſubſtãtia/ et in rebus cõſideratur, ⁊ in nominibus. Probatur. Homo a parte rei eſt animal ratiõale: et animal eſt viuẽs ſenſibile, ⁊ viuẽs eſt corpus animatum, et corpus, eſt ſubſtãtia corporea: ergo in rebus ipſis, puta in quocũqꝫ hie, eſt animal contractũ per rationale/ ad eſſe hominis, ⁊ viuẽs contractũ per ſenſibile ad eſſe animalis: ⁊ pariter reliqua ſuperiora gña: atqꝫ adeo res ſunt in predicamẽto. Et cõfirmatur: qꝛ Ariſtoteles. 5. met. tex. 14. diuidit ens reale in decẽ predicamenta, de quibus ſubinde, tanq̃ de rebus ſigillatim tractat. ¶ Qđ vero nomina ponãtur in predicamẽto probatur. A qualibet eſſentiali cõuenientia abſtrahit intellectus formalem conceptũ adequatũ eius: ergo qualis eſt ordo in rebus, talis eſt in iſtis nominibus, homo, animal, viuẽs, corpus, ſubſtãtia, tanq̃ in rerum ſignis. ¶ Arguitur tñ cõtra concluſionẽ. Predicamentũ (vt dictum eſt) idem pollet quod predicatio, ideſt, predicatorũ ordo: ſed in rebus nõ eſt predicatio: ergo ſola nomina reponũtur in predicamento. Minor multis modis probatur. Primo. Predicatio eſt oratio, et predicari eſt dici ſeu affirmari ⁊ negari: hec vero nõ poſſunt adaptari rebus: nã oratio eſt oris ratio, ⁊ verba ſunt que dicũtur, affirmãtur ⁊ negantur. ¶ Secũdo. Si res predicarẽtur, tunc propoſitio conſtat ex rebus, vnde ſequeretur ꝙ in aliqua propoſitione nulla eſſet diſtinctio inter ſubiectũ ⁊ predicatum: vt in hac Petrus eſt homo (nam homo qui eſt petrus non diſtinguitur a petro) et in aliqua, predicatum diſtaret a ſubiecto longuiſſima diſtantia: vt in hac/ Salmantica nõ eſt Roma/ ⁊ in aliqua ſubiectum comederet predicatũ: vt in hac (homo nõ eſt panis/ ⁊ in aliqua ſubiectũ eſſet pater predicati: vt in hac/ Nicomachus non eſt Ariſtoteles/ que oia vidẽtur ridicula. ¶ Et tertio arguitur. Si res predicarentũ, ſequeretur ꝙ res etiã ſupponerẽt: qđ eſt falſum: nã certe res q̃ eſt deus nõ hẽt pro quo ſupponat, qꝛ nõ ſuponit, pro ſe ipſa (ſupponere. n. eſt loco alterius poni) vnde concedendum eſſet ſubiñ huius/ deus eſt/ nõ ſupponere.

2. Cõclu. Res predicantur.

¶ His nihilominus non obſtantibus eſt ſcđa cõcluſio. Non ſolũ nomina ſꝫ res etiã predicantur: res quidẽ realiter ⁊ obiectiue, ſed nomina inſtrumẽtaliter ⁊ tanq̃ rerũ ſigna: et q̃uis nomina forte magis proprie, tamẽ res principalius. Priorẽ partẽ ⁊ ſingulas eius particulas affirmat Ariſto. 1. Elenc. c. 1. Vbi ait. Poſtq̃ res in diſputationẽ afferre non poſſumus, vocibꝰ vtimur loco rerũ. Et quẽadmodũ (inquit) his vſu venit, qui calculis ſupputãt, vt quod in calculis colligunt, in rebus numeratis inueniãt, ita quod vocibus predicamus eſt in rebus. Ex quibus verbis colligitur: ꝙ res predicãtur realiter ⁊ obiectiue: ⁊ voces inſtrumentaliter ⁊ tanq̃ ſigna. Et. 1. perierme. cap. 5. Cum rerum (inquit) alie ſint vles alie vero ſingulares, neceſſe eſt aliquid de vniuerſalibus rebus: ⁊ aliquid de ſingularibus predicari. Et in hoc libro. c. 2. ⁊ ca. de ſubſtãtia ait ſecundas ſubſtãtias (puta gña et ſpecies que ſunt in rebus) dici ⁊ predicari de primis ſubſtantijs. ¶ Ratione nõ alia hic opus eſt, preter illas quas in predicabilibus adduximus ad probandũ vniuerſalia eſſe in rebus: nam cum vlia ſint que predicantur, inde colligitur res predicari. Et preterea predicationẽ eſſentialem appellamus eam, cuius predicatũ eſt de eſſentia ſubiecti: ⁊ quiditatiuã, cuius predicatũ eſt de quiditate ſubiecti: que locutiones magis congruũt rebus q̃ vocibus. Atqui inde ortũ habuit diſtinctio illa apud veteres aliud vꝫ eſſe vle in predicando aliudqꝫ in repreſentando. ¶ Sed ꝙ nomina magis proprie predicẽtur, probatur per primum argumẽtum ſupra factũ: predicari. n. ſicut/ dici/ magis proprie cõuenit vocibus q̃ rebus. Item qꝛ propoſitio proprius eſt in nominibꝰ, q̃ in rebus. ¶ Qđ vero res principalius predicentur, probatur: qꝛ propter vnũquodqꝫ tale ⁊ illud magis: ſed nomina ſolũ predicãtur tanq̃ inſtrumẽta ⁊ rerum ſigna: ergo res principalius predicantur. Alia. n. eſt ratio proprie predicationis, ⁊ alia eſt ratio principalis predicationis: proprietas nãqꝫ conſiſtit in ſignificatione verbi/ predicari/ qđ vocibus propriꝰ cõuenit: ⁊ principaliter predicari cõſiſtit in hoc ꝙ res ſunt finis, cuius gratia nomina predicantur. Vnde cum. S. Tho. opuſ. 56. affirmauerit ex mẽte philoſophi, res principaliter predicari, poſtea. 1. periermẽias lectio. 5. dixit voces magis proprie predicari. Vbi nulla eſt repugnãtia

Res actu ꝑdicãtur

¶ Eſt tñ adnotandũ ꝙ quẽadmodum de vlibus dictum eſt, ꝙ habẽt quidem fundamentum in re, ſed fiunt vlia in actu per operationẽ intellectus, ita res ante operationẽ intellectus fundamẽtaliter predicãtur: quod nihil aliud eſt q̃ rationem. v. g. hominis ineſſe Petro ſubſtantialiter, ⁊ albedinẽ ineſſe accidẽtaliter: ſed actu predicãtur, qñ intellectus actu cõſiderat vnũ ſub rõne predicati: puta quod de alio dicitur: ⁊ aliud ſub ratione ſubiecti: videlicet de quo aliud dicitur. ¶ Hinc demũ ſequitur duplices eſſe ſenſus harũ propoſitionũ/ homo predicatur de pluribus/ aial predicatur de pluribus/ vnus vt ſubiecta ſupponãnt ſimpliciter pro hie in cõi ⁊ animali in cõmuni, ⁊ alter vt ſupponãt materialiter. Et vterqꝫ prouenit rõne predicati: et vterqꝫ eſt verus. ¶ Vnde ad primũ argumentũ reſpondetur ꝙ q̃uis magis proprie verba dicãtur ⁊ predicentur, nihilominus paſſiue ⁊ obiectiue res ipſe dicũtur et predicãtur: dicimus. n. et narramꝰ res geſtas. ¶ Ad ſcđm argumentũ varia eſt reſpõſio inter reales. Burleus. n. et alij putant in rebus eſſe propoſitionẽ ⁊ ſillogiſmũ: ſed Paulus venetus negat: nam antiquiores nuſq̃ hoc diſputãt. Ratio prioris opinionis eſt ꝙ cũ in rebus ſint vlia, vt ſupra diſputauimꝰ, et ipſa ſint predicata, vt patet ex diffinitione vniuerſalis et patebit amplius capite ſecũdo ante predicamẽtorum, inferunt in rebus eſſe predicationẽ ipſam ⁊ per cõſequens propoſitionẽ ⁊ ſyllogiſmũ.

Ex rebus nõ fit propoſitio.

¶ At vero, q̃uis diſputatio forte de nomine ſit, non oportet id concedere. Primo qꝛ res potius dicuntur ſignificatum propoſitionis, q̃ propoſitio. Secundo qꝛ eadem rõne concedẽdũ eſſet, res eſſe nomina ⁊ verba et terminos: nã terminus (vt ait Ariſt. primo priorũ) eſt in quẽ reſoluitur propoſitio: hec tñ nullo mõ poſſũt ꝯuenire rebꝰ. Et tertio qꝛ eadẽ ratione cõcedendũ eſſet in rebus eſſe propoſitionem excluſiuã, exceptiuã, ⁊ vlem: itẽ eſſe ſyllogiſmũ in Barbara ⁊ in alijs modis: cõſequẽs eſt falſum: qꝛ huiuſmodi ſincategoremata tñ ⁊c. nõ ſunt in rebus. Accedit autoritas Ariſt. 6. meta. tex. 8. dicentis ꝙ verũ et falſum non eſt niſi in intellectu. Intelligit formaliter, qꝛ fundamentaliter et obiectiue eſt in rebus: vt ait. 9. Meta. tex. 22. ¶ Dicendũ ergo eſt ꝙ q̃uis in rebus ſint predicatum ⁊

ſubiectum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſubiectū, nihilominus predicatio non fit in rebus: ſed ſolum exercetur in mēte voce aut ſcripto. Itaq; in hac voce ali/homo eſt animal/non ſolū vox predicatur de voce, ſed principaliter ratio animalis de ratione hoīs. Imo profecto aptius loquebātur antiqui dicētes voces non predicari paſſiue, ſed predicare: vt quēadmodum extrema huius propoſitionis/homo eſt aīal/ſignificāt res, et res ſignificātur per voces, ita voces predicāt rationem animalis de ratione hominis: atq; adeo res predicatur de re. Quēadmodū.n. ſciētia et diffinitio ſunt quidē in mente et in voce, ſed res nihilominus ſunt que diffiniūtur et ſciuntur, ita predicatio et propoſitio ſit in terminis, ſed res ſunt que principaliter predicanł. Et hoc eſt qđ dicit Ariſt. ꝙ vtimur terminis pro rebus. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ male diſtinguit Burleus aliam eſſe propoſitionē realem, et aliā intentionalem: nam profecto oīs propoſitio, imo omne predicatū eſt intentionale: ſed in mente eſt intentionale formale, et in rebus eſt intētionale obiectiuū: res namq; nō ſunt predicata, niſi quaten⁹ ſunt obiecta intellectus: videlicet inq̄tum per hanc propoſitionē/homo eſt animal/ intellectus cōcipit rationē animalis, vt quod de alio dicitur, et rationē hominis, vt de quo aliud dicitur. Et per hec patet reſpōſio ad argumentū: non.n. conceddimus ꝙ inter ſubiectū ⁊ predicatum formalis propoſitionis ſit illa diſtantia: ſed inter predicatū et ſubiectū que ſunt res ſignificate. ¶ Ad tertiū reſpondetur ꝙ ſi ſupponere accipiatur pro eo quod eſt/verificari, res quidē ſupponunt: quia de ſe ipſis verificantur. Si vero ſupponere idem ſit quod/ poni loco alterius, tunc res non ſupponunt: q2 nihil ponitur loco

3. Conclu.

ſui: ſed nomina ſupponunt pro rebus. ¶ Tertia concluſio colligitur ex ſuperioꝛibus, qua reſpōdetur ad dubiū propoſitū. Liber predicamentoꝛū eſt de rebus inquantum nominibus ſignificātur: et de nominibus inquantū ſignificant res: ſed principalius tractat de rebus. Concluſio ex his q̄ dicta ſunt reſtat manifeſta, et eſt expreſſa ſentētia. D. Auguſti. in libꝛo categoꝛiarum. Et Aui. in principio logice dicētis ꝙ voces non cadunt ſub conſideratione logica: niſi quatenus ſigna ſunt rerū. Concluſio prima in. 4. cap. magis elucidabitur: ⁊ ſecunda in ſecundo, ⁊ hec tertia in primo, atq; adeo omnes in toto proceſſu predicamentoꝛū: ſed propter cōnexionē quam habent, decuit eas ſimul oculis ſubijcere. ¶ Reſtat tamen dubiolum circa tertiā concluſionem, vtrū conſiderentur hic res ſolum inquantum ſubſtāt ſecundis intentionib⁹: puta inquantū ſunt gn̄a et ſpecies ⁊c. Burleus enim tenet partē affirmatiuam: ſed Paulus Venetus,

4. Cōclu.

negatiuam. Reſpondetur nihilominus medio modo. Et ſit quarta concluſio. Negari non poteſt quin conſiderentur hic res in oꝛdine ad ſecundam intentionē que eſt predicari. Probatur. Subiectuȝ huius libꝛi eſt/predicametū: ergo conſiderantur hic res ea ratione qua oꝛdinātur in predicatione ⁊ hoc pertinet ad ſecundam intentionem. Eſt enim differentia inter logicū ⁊ metaphiſicum, ꝙ logicus tractat de rebus, vt cognoſcat earum intentiones predicandi: metaphiſicus vero econuerſo ſi tractat de intentionibus: vt. 5. meta. tractatur de gene-

5. Cōcluſ.

re ⁊c. id facit vt explicet naturas rerum. ¶ Quinta concluſio. Non conſiderantur hic ſecunde intētiones quemadmodum in predicabilibus: non enim diffiniꝛ hic quid ſit genus aut ſpecies, aut aliud vniuerſale: ſed explicantur nature ſubſtantie quantitatis ⁊c. vt in particulari cognoſcatur quid de quo predicatur predicatione generis aut accidentis ⁊c. Quo circa conſiderantur proprietates ſubſtantie ⁊ alioꝛum predicamētoꝛum ſecundum eſſe reale: vt recipere magis ⁊ minus, recipere contraria ⁊c. ſed tamen omnia tractātur, vt inde ſumatur iudicium predicationis. ¶ Hoc tamen vnum pro toto opere preſenti, hic duxerim admonendum, ꝙ diffinitiones non ſunt diuerſe pro diuerſis opinionibuſ aſſignande: nam diffinitio debet eſſe certiſſima, ⁊ in omni opinione receptiſſima. Sunt.n. qui dicūt predicamentū, ſecundum Scotū, eſt oꝛdo pluriū realitatū. Et ſcđz. S. Th. eſt oꝛdo cōceptuū obiectiualiū: ⁊ neſcio quas alias ſexcentaſ particulas congerūt in diffinitionē, que eā in intelligibilē reddūt ⁊ incredibilē, quā nec Scotus, nec. S. Tho. cognoſcerent. Eſt ergo predicamentū ſcđm oēs, predicatoꝛum ſeries. An vero illa ſeries ſit in terminis, vel in rebus, vel vtrobiq; id maneat ſub diſputatione.

Dubiū ſecundum.

¶ Alterum dubium principale eſt de neceſſitate vel vtilitate huius libꝛi. Sunt eñ qui vitio dent Ariſtoteli ꝙ predicamēta in dialecticā introduxerit: obſcura quidē magis q̄ dialecticis neceſſaria. In quoꝛum gratiam arguere ſic poſſumus. Logica ſolū tractat (vt dictū eſt) de entibus rationis: hoc eſt de ſecūdis intētionibus, puta de ſyllogiſmo, de enūtiatione, de genere ⁊c. Sed tractatus hic eſt de rebus ⁊ nominibus prime intentionis: puta de ſubſtantia, de qualitate, de relatione ⁊c. que habent eſſe preter operationē intellectus: de quibus ex profeſſo tractat Ariſt. 5. meta. tex. 15. vſq; ad. 20. ergo opus hoc non pertinet ad dialecticam. ¶ Et ſcđo argꝛ. Finis dialectice eſt verū a falſo diſcernere: verum autē ⁊ falſū ſolū eſt in ſcđa ⁊ tertia operatiōe intellect⁹: cum.ſ. cōponimus ſubiectū cuȝ predicato: aut ratiocinamur: ſed in ſimplicibus cōceptibus quos foꝛmamus de rebus nō cōſiſtit falſuȝ, vt ait Ari. c. 4. huius nec circa illos errare poſſumuſ, cū naturaliter producanꝛ: ergo ad dirigendū ſimplices appꝛehēſiones nulla opus eſt arte: magis q̄ ad recte videndū: ⁊ per ꝯn̄s hoc opus nō eſt neceſſarium dialecticis. ¶ Q̄ ſi q̄s dicat notitias ſimplices rerū eſſe terminos, ex quibus cōflatur propoſitio ⁊ ſyllogiſm⁹. Argꝛ ſic. Termini ꝓpoſitionū ſolū ſunt duo .ſ. nomen ⁊ verbū: ergo ſatis eſſet dialectico tractare de nomine ⁊ verbo, ſub quibus oēs partes ōꝛonis cōpꝛehēdūtur: ſaltē categoꝛematice: qua rōne Ariſ. primo Perhierme. nomine ⁊ v̄bo exoꝛditus eſt: ergo notitia predicamentoꝛū nō eſt ad hoc neceſſaria. ¶ Ad hoc nihilominus rn̄detur, predicamentoꝛū notitiā eſſe dialecticiſ admodū neceſſariā. Primo: q2 cognoſcere vl'ia: puta gn̄a, ⁊ ſpēs ⁊c. pertinet ad dialecticū: id tn̄ cognoſci non pōt ſine predicamētis. Nā q̄uis ex diffinitiōe gn̄is in predicabilibus tradita cognoſcatur quid ſit genuſ: tn̄ in particulari neſcirēt aīal eſſe genus hoīs, ⁊ albū nō eſſe gen⁹ niſi qui per predicamenta cognoſceret aīal eſſe de quiditate hoīs, ⁊ albū eſſe accidēs eius. Nec cognoſcerēt an ſimile, ⁊ diſſimile eſſent dr̄ie: aut ſpēs q̄litatis, niſi qui ꝑ predicamenta cognoſcerent ſimile, ⁊ diſſimile eſſe diuerſi p̄dicamēti, a qualitate: ⁊ per ꝯn̄s ſimilitudineȝ nec eſſe genus, nec ſpēȝ, iȝ accidēs q̄litatis. ¶ Scđo, hoc eſt neceſſariū ad diffiniēdū: qđ dialectico incūbit. Ad cōſtruēdā.n. diffinitionē rei, inquirendū eſt pri⁹ in quo gn̄e ſit: vt puta ſitne ſubſtantia, an accidēs: ⁊ preterea, qđ accidēs ſit (hac.n. arte. Ariſt. ſcđo de aīa diſquirit quiditatē aīe: Et tertio phiſi. tex. 3. veſtigat quiditatē motus) ne ergo opuſ eſſet diſquirere per tantā rerū diuerſitatē: neceſſe fuit res vniuerſas ad decē oꝛdines redigere: quib⁹ tota vniuerſitas inſpiceretur. Atq; adeo cognoſceretur quid ⁊ q̄ eſſent ꝓprietates ſubſtātie inq̄tum ſubſtātia ⁊ quātitatis inq̄tum quātitas ⁊c. ¶ Et tertio eſt hec notitia neceſſaria ad demōſtrationes faciēdas: que cōſtant ex propoſitionibus neceſſarijs ⁊ de per ſe. Non.n. cognoſcere quis poſſet, quodnam predicatum conueniat per ſe, quod ue per accidēs, niſi habita notitia predicamentoꝛum. Sunt et plures alie vtilitates: quas lōgum eſſet recenſere. ¶ Unde ad argumentū primū rn̄detur ꝙ autoꝛe Ariſt. 4. meta. tex. 5: dialecticus perinde atq; metaphiſicus de rebus oībus diſputat: licet ratione differāt:

Predicamentoꝛuȝ notitia neceſſaria.

nam metaphiſicus diſputat de rebus ſcđꝫ eſſe naturalē ⁊ abſolutum, quod in ſe habent: dialecticus vero ſecundū ꝙ ſubſtant operibus rationis. Unde de predicamentis diſputat philoſophus. 5. meta. quantū ad eoꝛum quiditatem: an videlicet quantitas, qualitas, et relātio diſtinguatur inter ſe, ⁊ a ſubſtantia: ⁊ ſecundū alias id genus proprietates: que nō pertinent ad dialecticum: ſed dialecticus diſputat de illis: quatenus oꝛdinātur ad rationem que ex illis facit predicationes, de per ſe, aut de per accidens ⁊c. Et ideo ad minorē argumenti reſpondetur, ꝙ q̄uis in predicamentis non conſiderentur immediate ſecunde intentiones ſicut in predicabilibus, nihilominus cōſiderantur res, vt in particulari cognoſcatur quid ſit genus aut ſpecies an accidens. ¶ Hinc ſequitur tam metaphiſicā q̄ dialecticam eſſe vniuerſales ſcientias: modis tamen diuerſis: quia metaphiſica: cum tractet res ſecundū eſſe abſolutum ⁊ reale, eſt ſubalternans reſpectu omniū aliarum ſcientiarū realium: dialectica vero eſt ſolum modus ſciendi reſpectu illarum. ¶ Ad ſecunduȝ reſpondetur, ꝙ q̄uis in ſimplicibus notitijs non conſiſtat verum, ⁊ falſum: nihilominus poteſt error contingere in applicatione vnius notitie ad aliaȝ: an videlicet notitia, aut ſignificatū eius ſit genus reſpectu notitie: aut ſignificati alterius: vel differētia, vel accidens: et hoc docet liber predicamentoꝛū. ¶ Sunt eñ (vt autoꝛ eſt Albertus) tria opera intellectus, ſcilicet oꝛdinare, componere ⁊ colligere. Oꝛdinare eſt diſponere res omnes ⁊ reruȝ nomina vt innoteſcat quomodo inuicem ſe habeant. Et hoc docet liber predicamentoꝛum. Componere vero eſt affirmationes ⁊ negationes ex eiſdem rebus ⁊ nominibus conſtruere: quod traditur in libꝛis Perihermen. Sed colligere eſt ex propoſitionibus notis ignotas ſyllogiȝari: quod in reliquis libꝛis dialecticee manifeſtat Ariſt. ¶ Unde ad replicā reſpondetur, ꝙ q̄uis ſatis eſſet cognoſcere nomen ⁊ verbum ad propoſitiones in genere componēdas, tamen ad conſtruendas ⁊ dignoſcenda varia genera predicationum, puta eſſentialis, accidentalis, quiditatiue ⁊c. neceſſaria eſt notitia predicamentoꝛum.

Tria opa intellect⁹.

¶ Habemus ergo nomē & autoris, & libri, item ꝙ intentio autoꝛis eſt res vniuerſas rerumq; nomina in decem oꝛdines redigere, quas ante oculos habeat dicalecticus cuius vtilitas eſt vt dignoſcantur habitudines ⁊ predicationes omniū. Unde Propoꝛtio huius libꝛi ad dialecticam eſt quod eſt eius pars ⁊ reliquarum partium ianua. Atq; adeo oꝛdo eū, vt libꝛoꝛuȝ dialectice Ariſtotelis ſit primus. Eſt namq; duplex operatio intellectus, vt autoꝛ eſt Ariſtoteles. 3. de anima tex. 21. ſcilicet ſimplicium appꝛehenſio ⁊ compoſitio aut diuiſio: ⁊ ſecundam diuidunt in enuntiationem ⁊ diſcurſum. Quarum ſimplicium appꝛehenſio precedit ceteraſ veluti pars precedit totum. Componitur enim enunciatio ex ſimplicibus terminis: ſicuti ex enunciationibus conficitur ſyllogiſmus. ¶ Modus doctrine non eſt demonſtratiu⁹, ſicut modus ſcientie matematice: ſed procedit per diffinitiones / diuiſiones ⁊ documenta modo introductoꝛio. De diuiſione autem, ſtatim.

¶ De æquiuocis, vniuocis, & denominatiuis Caput. I.

Æquiuoca dicuntur ea, quorum nomen ſolum commune eſt: ratio vero ſubſtantię nomini accommodata, diuerſa: vt animal dicił, & ipſe homo, & id quod eſt pictum. Horum enim nomen commune tantummodo eſt, ratio vero ſubſtantiæ nomini accōmodata diuerſa. *Si quiſpiam enim quænā ſit vtriuſq; ratio animalis uoluerit aſsignare, rationem vtriſq; profecto propriam aſsignabit.* ¶ Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen commune eſt, & ratio ſubſtantiæ nomini accommodata eadem eſt: vt animal dicitur & ipſe homo, & equus. Nomine nāq; communi, & homo, & equus animalia nuncupantur, & ratio quoq; ſubſtantiæ vtriſq; eadem eſt. Si quiſpiam enim vtriuſq; rationem voluerit aſsignare: quænā ſit vtriuſq; ratio animalis, eandem rationem omnino reddet. ¶ Denominatiua ea dicuntur, quæ ab aliquo nominis appellationem habent, ſolo differentia caſu: vt a grāmatica grāmaticus appellationem habet, & a fortitudine fortis.

Opus præſens in codice Græco non diuidiꝛ in diuerſos titulos: ſed ſub titulo predicamentoꝛum continet capitula quatuoꝛdecim. Expoſitoꝛes autē illud partiuntur in tria: videlicet in antepꝛedicamenta, predicamenta, ⁊ poſtpredicamenta: vt tria pꝛioꝛa capitula ſint de antepꝛedicamentis, ⁊ ſex proxima de predicamentis, et poſtrema quinq; de poſtpredicamentis. ¶ Antepꝛedicamēta ſunt preambula que ad notitiā predicamentoꝛū viam aperiunt: quoꝛū proinde notitia ad cognitionē predicamētoꝛū prerequiritur Sed poſt predicamēta (vt ſuo loco, q̄ hic, melius explicabitur) ſunt proprietates quedā et cōditiones, que naturā predicamentoꝛū conſequūtur. Neq; quicquid preambulū eſt ad notitiā predicamentorum appellabitur predicamentū: predicabilia.n. preambula ſunt predicamentoꝛum, ⁊ tn̄ non dicuntur antepꝛedicamenta. Sed illa tm̄ fundamenta que Ariſto. fecit in principio predicamentoꝛū, cenſentur hoc nomine. ¶ Atqui antepꝛedicamenta in genere ſunt tria: puta diffinitio, diuiſio, ⁊ regula: in particulari vero ſunt ſeptem: puta tres diffinitiones in primo capite, due diuiſiones in ſecundo, ⁊ totidem in tertio regule. Tametſi Paulus alia ratione quinq; tantum deſignet antepꝛedicamenta, ſcilicet equiuoca, vniuoca, denominatiua, predicatuȝ, ⁊ ſubiectū: de quoꝛum prioꝛibus tribus dantur ſingule diffinitiōes, ⁊ de duobus vltimis, due diuiſiōes, ⁊ regule due. ¶ Diffinitiones ſunt equiuocoꝛū, vniuocoꝛum ⁊ denominatiuoꝛū. Ratio qua cognitio equiuocoꝛū ⁊ vniuocoꝛū prerequiritur ad notitiā predicamentoꝛum poſſet gn̄alis adduci, q2 vt. 6. topic. cap. 5. admonet Ariſto. in principio ſtatim cuiuſuis diſputatiōis diſtinguendū eſt an nomē equiuocū ſit, an vniuocū: nam equiuoci nō eſt vna: ſed multiplex conſideratio. Ob idq; nomen equiuocū non ponitur in predicamēto anteq̄ diſtinguatur: cū ſcđm diuerſas ſignificationes ponatur, aut in diuerſis predicamētis, aut in diuerſis ſpecieb⁹ eiuſdē predicamenti. ¶ Uerumtamen harum trium diffinitionum ratio ſpālis eſt hec. Tres habent predicamenta oꝛdineſ et reſpectus. Primus quo omnia continentur nomine illo tranſcendenti ens: ⁊ reſpectu illius ſunt quodammodo equiuoca videlicet analogica, vt cap. 4. videbimus. Alter eſt quo ſingula generaliſſima referūtur ad ſua inferioꝛa, de quibus vniuoce predicantur. Sed tertius eſt quo vnum predicamentū refertur ad aliud: predicatur namq; vnum predicamentū de alio ſolū denominatiue: atq; nouem preſertim accidentiū, de predicamento ſubſtantie. ¶ Et hac de cauſa neceſſariū fuit prenoſcere rationem equiuocoꝛum/vniuocoꝛum/⁊ denominatiuoꝛū. ¶ Hinc preterea ſumitur ratio huius oꝛdinis. Enimuero quāuis vniuoca propter dignitatē appareant prius fuiſſe

Antepꝛedicamētū

Diffinitiones tres.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fuiſſe diffinienda, tamen quia pꝛimus ⁊ generaliſſimus oꝛdo pꝛedicamentoꝛũ eſt ille quo omnia ſimul referuntur ad ens, ⁊ ſecundus eſt ille quo ſingula generaliſſima referuntur ad ſpecies ſui generis, ⁊ tertius quo vnum pꝛedicamẽtũ reffertur ad aliud, pꝛimo loco ſtatuit Ariſto. diffinitionẽ equiuocoꝛum: vt pꝛimo ſtatim verbo generalem illam inſinuaret diuiſionẽ entis in pꝛedicamenta: et ſecundo loco ſubiungit diffinitionẽ vniuocoꝛum, ⁊ tertio deniq̨ denominatiuoꝛum. At vero q̃uis tria videantur eſſe membꝛa huius capitis, tamen equiuoca ⁊ vniuoca ſub eodem mẽbꝛo tractabimus: quia mutuo ſe ambo exponunt.

Aequiuoca.

¶ Ad euidentiam diffinitionum æquiuocoꝛum ⁊ vniuocoꝛum conſiderandũ eſt pꝛimum equiuoca appellari, ⁊ res equiuoce ſignificatas, ⁊ nomẽ equiuoce ſignificans. Res dicũtur equiuoca equiuocata, nomen vero equiuocũ equiuocans. Pari ratione res dicũtur vniuoca vniuocata, ⁊ nomen vniuocũ vniuocãſ. Et Ariſtote. diffinit hic equiuocã equiuocata atq̨ vniuocata. Qua de cauſa diffinit ea in plurali numero: nam res vna, cum non poſſit per vnũ nomẽ pluribus rationibus ſignificari, equiuoca eſſe nõ poteſt. Nec poteſt res vna eſſe vniuoca: q2 vniuocatio rerũ in hoc cõſiſtit ꝙ res plures, nomine ⁊ ratione cõueniant. Aequiuocum autem equiuocãs et vniuocũ vniuocans debetin ſingulari diffiniri. ¶ Ait: Aequiuoca dicũtur, ⁊ non, equiuoca ſunt: quia vt Boetius adnotauit, res nõ ſunt per ſe aut equiuoce, aut vniuoce: ſed ſolũ ſunt tales per reſpectum ad nomen quo ſignificantur: quemadmodũ viciſſim ⁊ nomen reſpectu rerũ eſt aut equiuocũ, aut vniuocũ. Exẽpli gratia/ Canis domeſticus ⁊ canis marinus ſunt equiuoca reſpectu huius nominis canis: ſed ſunt vniuoca reſpectu illius nominis/ animal. Et nomen/ canis/ eſt equiuocum reſpectu illarum ſpecierum: ſed eſt vniuocum reſpectu latrabiliũ: et foꝛte reſpectu celeſtis ſyderis: ſi modo ſignificat illud: nõ impoſitione noua: ſed pꝛopter fabulam qua fertur caniculam Icari verſã fuiſſe in illud ſydus. ¶ Hinc patere incipit cõcluſio tertia ſuperioꝛis dubij: nempe ꝙ intentio Ariſtotelis fuerit in hoc libꝛo tractare pꝛecipue de rebus, ⁊ ſimul de nominibus: quia tractat de rebus reſpectu nominum, ⁊ de nominibus reſpectu rerũ.

Ratio.

¶ Secundo notandũ eſt ꝙ nomen/ ratio/ in pꝛeſentibus diffinitionibus varie ⁊ diuerſe interpꝛetantur nominales atq̨ reales. Enimuero nominales, cum nullũ conceptũ obiectiuũ vniuerſalẽ ponant in rebus, nomine rationis intelligunt in pꝛeſentia conceptũ foꝛmalem, quem intellectus foꝛmat de rebus. Vt pꝛime diffinitionis ſenſus ſit. Aequiuoca dicuntur res que ſignificantur eodẽ nomine mediantibus diuerſis cõceptibus, vt canis domeſticus ⁊ canis marinus reſpectu huius nominis/ canis. Et ſimili ratione ſenſus ſecunde diffinitionis eſt. Vniuoca dicuntur res que ſignificantur per idem nomen mediante eodẽ conceptu, vt Petrus/ ⁊ Paulus/ reſpectu huius vocis homo. Ex quo ſequitur ꝙ res ſecundũ hanc expoſitionẽ, non poſſunt eſſe equiuoce reſpectu nominis mentalis: quia conceptus vltimatus (vt pꝛimo libꝛo ſummulariũ adnotauimus) non poteſt hoc modo eſſe equiuocus: cum conceptus vltimatus ſeipſo ⁊ non mediante alio ſignificet: ſed ſolũ dicuntur aut equiuoca aut vniuoca reſpectu nominis vocalis vel ſcripti. Pꝛopoꝛtionabili modo equiuocum equiuocans eſt terminus ſua ſignificata mediantibus diuerſis conceptibus ſignificans: vt canis/ ⁊ vniuocum vniuocans eſt terminus ſua ſignificata eodẽ conceptu ſignificans: vt/ animal. ¶ Sed tamen antiqui omnes expoſitoꝛes Ariſtotelis: vt Boetius commentatoꝛ, ⁊ omnes Greci: nomine rationis intelligũt hic diffinitionẽ (in rebus habẽtibus diffinitionem) aut cõceptum obiectiuũ, foꝛmaliter ⁊ adequate ſignificatũ per nomen. Neq̨ dubitari poteſt hanc eſſe mentem Ariſtot. Pꝛimo quia vt ſtatim cap. 4. videbimus nomen/ ens/ mediante eodem foꝛmali cõceptu ſignificat omnia pꝛedicamẽta: ⁊ tamen non eſt vniuocum ad illa. Et pꝛeterea quia vbiq̨ apud Ariſto. nomine rationis intelligitur diffinitio: vt capite de ſubſtantia videbimus: vbi loquens de ratione nominis ponit exemplum de diffinitione. Imo vero. 4. Mec. tap. tex. 28. ratio (inquit) quã ſignificat nomen eſt diffinitio. Eſt poſtremo quia ſermo ipſe huius textus (rat. o ſubſtantie nomini accõmodata) idem ſonat quod diffinitio rei ſignificate per nomen. Eſt enim diffinitio oꝛatio per quem reddimus rationem nominis. Vt querenti, quare Petrus eſt homo, reſpõdetur: quia animal rationale. Et hoc eſt rationẽ nomini accõmodare. Et ideo canis domeſticus ⁊ marinus ſunt res equoce: quia querenti quare canis domeſticus eſt canis, ⁊ quare marinus eſt canis reſpondebitur per diuerſas diffinitiones.

Sẽſus diffinitionis

¶ Eſt ergo ſenſus diffinitiõis. Aequiuoca ſunt res que habẽt idem nomen cõmune: ſed ſecundũ illud nomen diuerſas habent diffinitiones: vt exẽplo iam modo indicauimus. Dicitur/ ratio ſecundũ idem nomẽ/ quia ille due ſpecies animalis ſecundũ aliud nomen, puta quatenus ſunt animalia habent eandẽ genericã diffinitionẽ animalis. Patet etiam diffinitio in exemplo Ariſtotelis: vt homo viuus/ ⁊ homo pictus cõueniunt hoc nomine animal: nam ſi queratur quare homo eſt animal, reſpondebitur: q2 ſubſtãtia animata ſenſibilis, ⁊ querenti quare homo pictus eſt animal: reſpõdebitur: quia effigies ſubſtantie animate ſenſibilis. ¶ Pꝛopoꝛtionabili modo ſenſus diffinitionis vniuocoꝛum eſt.

Vniuoca

Vniuoca dicuntur res que habent idem nomen cõmune, ⁊ ſecundum illud nomen eandem habent diffinitionem: vt homo ⁊ equus: quibus hoc nomen animal eſt commune, et ſi queratur quare homo eſt animal, reſpondebitur quia ſubſtantia animata ſenſibilis, idemq̨ reſpondebiť ſi queratur quare equus eſt animal. ¶ Quocirca equiuocũ equiuocãs eſt nomen ſignificãs res diuerſis rationibus. Et vniuocum vniuocans eſt nomen ſignificans res eadẽ ratione,

Nomẽ equiuocum.

Vt tamen nomine rationis intelligitur diffinitio. Eſt tamen adnotandũ ꝙ eodem reddit ſi nomine rationis intelligatur conceptus obiectiuus, que eſt ratio ſignificata in rebus: animal enim vniuoce ſignificat equum et hominem: quia foꝛmaliter ſignificat vnam rationẽ obiectiuam ambobus communem.

Denominatiuus.

¶ Denominatiua ea dicuntur. Tertia diffinitio eſt denominatiuoꝛum que pꝛeambula eſt ad notitiam pꝛedicamentoꝛum: ratione iam dicta. Atqui dubitare quis foꝛte poteſt quid hic diffiniat Ariſtote. vtrum nomina denominatiua: vt ſunt ly/ album, ly/ muſicũ ⁊ ſimilia: an res potius quas hec nomina ſignificant ⁊ pꝛo quibus ſupponunt. Vbi notandum pꝛimum eſt ꝙ in denominatione tria eſt a parte rei conſiderare: puta rem denominantem, rem denominatam, ⁊ denominatiuum.

Tria ſ denominatione.

V. g. albedo eſt res denominans album, ⁊ Petrus in quo eſt albedo eſt res denominata, atq̨ adeo album eſt denominatiuum. Sed denominatiuum, quemadmodũ de equiuocis dictũ eſt, poteſt accipi et pꝛo denominatiuo denominato: puta pꝛo re alba, ⁊ pꝛo denominatiuo denominãte. ſ. pꝛo hoc nomine/ album. Hoc ſuppoſito Marſilius, vt refert Paulus Venetus ⁊ Ocham quos nominales ſequũtur, dicunt ſolũ diffiniri hic denominatiua denominantia. ſ. nomina denominatiua. Et pꝛofecto eſt apparentiſſimũ pꝛo illis argumentũ: dum ait Ariſtoteles ꝙ denominatiuũ debet differre ſolo caſu ab eo a quo recipit appellationẽ: vt foꝛtis a foꝛtitudine: nam differe caſu, ſolis nominibus cõuenit: res. n. cum non declinentur, nõ differunt caſu. Vnde ſenſus diffinitionis

in hac opinione eſt hic. Denominatiua ſunt nomina cõcreta que a ſuis abſtractis differunt ſolo caſu, id eſt ſyllabarum terminatione: que quidem abſtracta ſignificãt de foꝛmali. ¶ At vero quamuis nomina denominatiua foꝛte hoc modo deſcribi poſſent, tamen ſenſus hic nihil attingit mentis Ariſtotelis, qui re vera denominatiua pꝛo rebus denominatis diffiniuit. Pꝛimo quia eodem verboꝛũ tenoꝛe diffiniuit denominatiua quo equiuoca ⁊ vniuoca: ſed illa manifeſte diffiniuit pꝛo rebus: vt oſtenſum eſt: ergo denominatiua.

Res denominate diffiniuntur.

Pꝛeterea quia ſi denominatiua diffiniſſet pꝛo vocibus, non dixiſſet concretum ab abſtracto deſcendere: nam in vocibus ſepe contingit contrarium. Imo nomen/ foꝛtitudo/ foꝛmatur a datiuo de ly/ foꝛtis addito/ tudo/ et nomen iuſtitia a genitiuo de ly/ iuſtus addito/ tia: ſed res que eſt album habet appellationem ab albedine. Et poſtremo hoc ſit manifeſtum ex verbis Ariſtotelis cum ait: Denominatiua ſunt que ab aliquo, habent nominis appellationem: enimuero nomẽ/ album/ non habet appellationem ab albedine: ſed nix eſt que ab albedine habet appellationem albi. Quocirca nominales hanc particulam Ariſtotelis nullaten⁹ poſſunt addaptare ſue deffinitioni. Explicat enim denominatiuũ habere appellationẽ ab abſtracto/ per hoc quod eſt/ denominatiuũ ſignificare abſtractum de foꝛmali: cum tñ ſignificare ſeu cõnotare abſtractum/ et/ recipere ab illo appellationem/ res ſint diuerſiſſime. ¶ Eſt ergo ſecundo notandũ ꝙ etiã inter reales ſunt fere tot expoſitiones, quot expoſitoꝛes, ppterea ꝙ quemadmodũ nominales illam particulã/ habere appellationem ab aliquo non poſſunt terminis aſcribere, ita neq̨ reales illud quod eſt/ differre caſu ab alio/ poſſunt rebus accommodare. Et (ni falloꝛ) illa particula/ ſecundum nomen/ rem fecit obſcuram. Litera. n. greca ſic habet. Denominatiua ſunt quecũq̨ ab aliquo differentia caſu ſecundũ nomẽ, appellationẽ habent. Quam Boetius vt grece iacet latine trãſtulit. Oẽs tñ particulã/ ſecundũ nomẽ/ exiſtimãt determinare accuſatiuũ/ appellationẽ. Ob idq̨ Argiropylus per genitiuum vertit: dicens/ que ab aliquo nominis appellationẽ habent. Ego vero, quãtum conſicere poſſum, crediderim particulã/ ſecundum nomen/ determinare pꝛecedẽtia verba. ſ. differẽtia caſu. Et tunc ſenſus luceſcit diffinitionis hoc modo. Denominatiua ſunt res que ab aliquo, a quo ſecundũ nomén ſolo caſu differunt, appellationem habent. Poſita diffinitio in plurali, non ſolũ vt eadem eſſet foꝛma omnium trium diffinitionũ: ſed quia ab eodem abſtracto plures res denominantur: vt a ſapientia dicitur, ⁊ homo ſapiens, et ſermo ſapiens, ⁊ conſilium ſapiẽs: vt inquit Auguſtinus. Non ergo intelligas ꝙ denominatiua inter ſe debent differre caſu: ſed debent differre ab illa foꝛma a qua denominantur: vt ſapiens a ſapientia: vt puta ꝙ idem ſit nomen et foꝛme denominantis, ⁊ rei denominate. ſ. album albedo. Caſu (inq̃) non declinationis: vt genitiuus differt a nominatiuo: ſed cadentia et varietate vltime ſyllabe. ¶ Hinc ſequitur Ariſtotelem non intelligere concretũ deriuari ab abſtracto: hoc enim negotiũ grãmaticoꝛum eſt ad voces pertinens: apud quos plura ſunt abſtracta que potius foꝛmantur a concretis: vt ſapiẽtia a datiuo de ly/ ſapiens addita/ a. Et omnia fere nomina in entia, a ſuis concretis: ſed ſolũ dicit ꝙ denominatiuũ, puta res alba, accipit appellationẽ a re que eſt albedo. ¶ Quo fit vt neq̨ nomen denominatiuũ debeat diffiniri per deriuationẽ ab abſtracto: ſed per ſuã ſignificationẽ: vt ars ſeruetur pꝛedicamentoꝛũ: qua res in oꝛdine ad nomina et nomina in oꝛdine ad res diffiniuntur.

Nomẽ denominatiuum.

Nomen ergo denominatiuũ eſt nomen foꝛmaliter ſignificans foꝛmã, ea ratione qua denominat ſubiectum, vt ly/ albũ. Quare potius dicendũ eſt concretũ ſignificare foꝛmam connotando ſubiectum (que eſt ſententia commentatoꝛis. ſ. met. c. 14.) q̃ ſignificare ſubiectum connotando foꝛmam (que eſt opinio Aui. vt illic refert Cõmen.) nam concretum ſignificat foꝛmam concernendo ſubiectum. i. applicando foꝛmam ad ſubiectum. Sed dummodo res intelligatur, de nomine non cõtendimus. Reales ſequuntur modum loquendi Cõmentatoꝛis, nominales vero/ modum Auicene.

Quinq̨ rerum gña.

¶ At vero quod totum hoc caput ante oculos obĳciamus, quinq̨ ſunt notanda rerum genera. In pꝛimo angulo ſunt vniuoca: que grece dicuntur ſynonyma, id eſt res eiuſdem nominis ⁊ rationis: vt Petrus et Paulus reſpectu huius vocis homo. Quibus contradictoꝛie opponũtur in diametrali angulo diuerſiuoca: que grece appellantur/ eteronyma, id eſt res diuerſi nominis ⁊ rationis: vt Petrus ⁊ Paulus reſpectu hoꝛum nominum/ Petrus/ Paulus/ vel homo et equus reſpectu harum vocũ/ homo/ equus. In alio angulo ſuperiori ſunt equiuoca: que grece dicuntur/ omonyma, id eſt ſimilia tantum in voce: vt canis latrabilis et canis marinus. Quibus cõtradictoꝛie opponũtur multiuoca: que grece dicũtur/ polyonyma, id eſt res multarum vocum, ſed eiuſdem rationis: vt gladius ⁊ enſis, veſtis, et tunica, Marcus, ⁊ Cicero: que ſunt diuerſe voces ſignificantes eandem rem. Et quinto loco ſub omnibus ſunt denominatiua: que grece dicũtur/ paronyma, id eſt pꝛope nomina: nam denominatiuum ⁊ abſtractũ habent idem fere nomen ſolo caſu differens, vt diximus: que pꝛoinde ſunt media inter vniuoca ⁊ diuerſiuoca: quia nec pꝛoꝛſus habẽt idem nomen, nec pꝛoꝛſus diuerſum, nec pꝛoꝛſus vnam rationem, nec pꝛoꝛſus diuerſam. Tametſi diuus Auguſtinus inter equiuoca ea collocet ⁊ vniuoca. ¶ Verũenimuero q̃uis ſynonyma eſſe, pꝛopꝛie conueniat rebus, nihilominus ⁊ nomina eiuſdem ſignificationis dicuntur ſynonyma. i. nomina eiuſdem rei, quod libꝛo pꝛimo ſummularum adnotauimus: vt ſunt enſis et gladius: Marcus ⁊ Cicero.

¶ Quæſtio vnica.

VTrum tres diffinitiões antepꝛedicamentales recte ſint a Philoſopho conſtitute. A parte negatiua arguitur: pꝛimo Equiuocatio et vniuocatio non ſolum in nominibus: ſed in verbis pꝛeterea, et in reliquis oꝛationis partibus inuenitur: ergo inſufficienter diffinitur in oꝛdine ad ſolum nomen. ¶ Secundo. Equiuocatio et vniuocatio non ſolũ ſubſtãtĳs: ſed etiã accidentibus cõtingit: ergo male diciť/ quoꝛũ ratio ſubſtãtie ⁊c. ¶ Tertio arguitur. Genera oĩa ⁊ ſpẽs ſubſtãtie vniuocanť in nomine/ ſubſtãtia/ ⁊ tñ hoc nomẽ nõ habet diffinitionẽ, ⁊ pꝫñs nec ſignificat ea ſecundũ eandẽ diffinitionẽ: q2 generaliſſima, cũ nõ habeãt ſupꝛa ſe genus, neq̨ habent diffinitionẽ. Item nomẽ/ Petrus/ equiuoce dicitur de pluribus hoc nomine appellatis: ⁊ tamen non dicitur de illis ſecundum diuerſas diffinitiones: quia indiuidua cum non habeant foꝛmales differentias, non diffiniuntur: ergo ratio hic non accipitur per diffinitionem. ¶ Quarto. Aequiuocoꝛum atq̨ vniuocoꝛum multi ſunt gradus, quibus pꝛoꝛſus diffinitiones ille non congruunt: ait enim Ariſtoteles. 7. phiſico. textu. 31. in genere latere equiuocationes: ⁊ tamen ſpecies eiuſdem generis nomine ⁊ ratione cõueniunt: eadẽ. n. eſt ratio animalis in omnibus ſpẽbus, vt. 7. met. ipſe ait tex. 51. ergo aliqua ſunt equiuoca quibus cõuenit diffinitio vniuocoꝛũ. ¶ Quinto arguitur. Analoga ſunt media inter vniuoca ⁊ equiuoca, quibus neutra diffinitio oĩno conuenit: analoga. n. ſunt que cõueniunt in nomine ſecundũ ꝙ habẽt rationes nec

Ee omnino

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

omnino diuerſas, nec prorſus eandẽ: ſed ſimiles: ergo diminute locutus eſt Ariſto. Imo exemplum quod poſuit de animali picto ⁊ viuo, nõ cõuenit diffinitiõi: quippe cũ animal viuũ ⁊ pictũ non ſint equiuoca: ſed analoga. ¶ Sexto arguitur aduerſus diffinitionem denominatiuorũ. Sequeretur ex illa ſpẽs ⁊ genera predicamenti: ſubſtantie eſſe denominatiua: nam homo denominaſ ab humanitate, a qua ſecundũ nomen ſolo differt caſu, ⁊ pariter animal/ ab animalitate: cõſequẽs tñ eſt falſuʒ: nam ſpecies ⁊ genera nõ predicanſ de ſuis inferioribus denominatiue: ſed quiditatiue: ſola autẽ predicamenta accidentiũ predicanſ de ſubſtantia denominatiue: denominari eñ (vt inquit Albertus) eſt de alio ſeu ab aliena natura nominari. ¶ Septimo tandẽ argſ. Sequeretur ex data diffinitione ꝙ nomen/ ſtudioſus/ nulluʒ haberet abſtractũ a quo eſſet denominatiuũ: nam vel abſtractũ eſt virtus, vel eſt ſtudium: ſed cuʒ primo non conuenit in voce: ⁊ cum ſecundo non conuenit in ſignificatione: non enim ſtudioſus ſignificat illũ qui ſtudet: ſed certe illum qui preditus eſt virtute: ergo neutrum illoruʒ eſt abſtractum ſtudioſi. ¶ In contrarium eſt autoritas Ariſto.

Articul⁹ ... imus.

¶ Tribus articulis reſpondebimus ad quæſtionem vt primus ſit de equiuocis, ⁊ vniuocis, ſecundus de analogis, ⁊ tertius de denominatiuis. Sit tñ de omnibus generalis concluſio, ꝙ recte ſunt hec ab Ariſtotele diffinita. ¶ Ad primũ argumentum reſpõdetur concedẽdo equiuocationẽ cõtingere etiã in aliis partib⁹ orationis: vt/ profiteor/ ſignificat ⁊ docere ⁊ diſcere: ⁊ fero/ portare ⁊ dicere/ ⁊ ꝑticula/ ne/ eſt dictio negãdi, interrogandi, ⁊ exhortãdi. Quare/ nomẽ/ in preſentiarũ (vt inquit Boetius) non accipitur ſpãliter pro vna parte orationis: ſed generaliter pro oĩbus: vt idẽ ſit quod/ notamen/ id eſt nota eorũ que ſunt in anima: vt tantũ valeat ſicut quod ſummuliſte vocãt terminũ. Eſt tñ ſciendũ ꝙ vt terminus ſit equiuocus debet eſſe omnino idẽ, ortographia/ accẽtu ⁊c. quare/ amo/ vt eſt ꝟbũ, ⁊ vt eſt ablatiuus de ly/ ham⁹/ nõ eſt eqiuocũ, qꝛ dũ eſt ablatiu⁹ ſcribitur cũ aſpiratiõe. Neq; occido vt dſ a cado ⁊ a cedo ẽ equiuocũ: qꝛ hẽt diuerſos accẽtus. ¶ Ad ſcðm itidẽ rñdetur concedẽdo ꝙ tam equiuocatio ꝙ̃ vniuocatio repetitur in rebus ⁊ in terminis oĩm predicamentorum. Quare ſubſtãtia in propoſito nõ accipitur ſpecialiter pro rebus primi predicamẽti: ſed generaliter vt tantũ valeat ſicut quiditas ſeu ratio ſignificata per nomen Ariſto. n. 5. meta. tex. 15. dicit ꝙ ſubſtantia inter alias ſignificatiões ſignificat quiditatẽ, quecunq; ſit illa, ſiue ſubſtantie ſiue accidentis: ⁊ inde ſumptus eſt iſte modus loquendi: vt ratio ſubſtantie dicatur conceptus obiectiuus ſignificatus per nomen. Quare ly/ album vniuoce ſignificat omnia alba: imo idem nomen eſt vniuocum, ſimul ⁊ equiuocum, ⁊ denominatiuũ: vt ly/ ſanum eſt denominatiuum a ſanitate: ⁊ vniuoce ſignificat omnia animalia ſana: et analogice animal ⁊ vrinam ⁊ medicinam. Sunt qui dicunt ꝙ denominatiuum ꝗuis vniuoce ſignificet illa de quibus denominatiue predicatur, tamen non predicatur de illis vniuoce: eo quod non predicatur de illis quiditatiue: ſed hoc eſt falſum ⁊ mere gratis aſſertũ. ¶ Ad tertium reſpondet Boetius ⁊ reſpondet. S. Thomas primo ſen. diſtin. 2. q. 1. arti. 3. ꝙ ratio eſt id quod intellectus concipit de re/ puta/ conceptus obiectiuus quem immediate ſignificat nomen: qui quidem in habentibus diffinitionem exprimitur per diffinitionem, ⁊ in non habentibus exprimitur per aliquam deſcriptionem: ⁊ ſic ſubſtantia ſignificat vniuoce omnes ſubſtantias ea ratione qua ſunt per ſe, que eſt deſcriptio ſubſtantie. Et proportionabiliter dicatur de nominibus ſingularibus. Et hac ratione diximus ſupra idem eſſe ſignificare eundem conceptum obiectiualẽ communem pluribus/ ⁊ ſignificare plura ſecundum eandem rationẽ. ¶ Ad quartum reſpondetur tres eſſe gradus equiuocatiõis quos loco citato. 7. phiſi. docet Ariſto. Et quia rectum iudex eſt ſui ⁊ obliqui: vt habeſ primo de anima tex. 85. ⁊ equiuocatio ab vniuocatione declinat, ſumma vniuocatio eſt in ſpecie ſpecialiſſima. Nomen enim ſpecificũ/ homo/ ſignificat vnum conceptum obiectiuum: qui idem ⁊ ſecundum eandem prorſus rationem, ⁊ ſecundum eandẽ perfectionem eſſentialẽ eſt in omnibus indiuiduis. Forſan quis dicet priorem gradum eſſe in eſſentia diuina: ſed hoc non pertinet ad preſens negotium: qꝛ hic non loquimur niſi de ratione cõmuni pluribus tanq̃ vniuerſali: illa tamen eſt res indiuidua ⁊ eadem numero realiter in tribus perſonis. ¶ Ab hoc ſummo gradu vniuocationis incipit quodammodo deuiare natura generis: que eſt quodãmodo primus gradus equiuocationis. Etenim ꝗuis animal ſignificet vnum graduʒ perfectionis, puta vitam ſenſibilẽ, tamen gradus ille inequaliter deſcendit ad ſuas ſpecies, ratione differentiarũ contrahentium, que ſunt inequaliter perfecte: non enim ſolum homo eſt perfectior equo: ſed eſſe animal, puta eſſe ſenſitiuum, eſt perfectius in homine ꝙ̃ in equo. Has inequalitates perfectionis vocat Ariſtoteles equiuocationes. Quãuis non dicit, in genere latere equiuocationes: ſed latere multas. Et ratio eſt: vt exponit illic. S. Tho. quia forma ſenſitiua a qua ſumitur ratio generis non eſt vna preter formas ſpecierum: non enim in homine eſt anima generica diſtincta ab ſpecifica rationali, et in equo aut in leone pariter due: ſed anima ſenſitiua in homine eſt rationalis, ⁊ in equo ipſa eadem ſpecifica equi: quare ſolum ſecundum rationem abſtrahitur vna anima ſenſitiua a qua ſumitur ratio generis, in re tamen aĩal non dicit niſi plures eſſentias ſpecificas in cõfuſo. ¶ Et hac de cauſa Plato non ponebat ideã gñis ſeparatã ab ideis ſpẽrum. Et inde rurſus colligit illic Ariſt. cõparationẽ nõ fieri in gñe: ſed in ſpẽ: eſt enim cygnus magis albus ꝙ̃ anſer: quia eadẽ eſt natura albedinis in vtroq;: at nõ eſt album magis coloratũ ꝙ̃ nigrum: quia non eſt a parte rei eadem natura colorati, preter albedinem ⁊ nigredinem, in qua fiat cõparatio. ¶ Eodem modo corpus eſt equiuocum ad corpus celeſte quod eſt incorruptibile, ⁊ ad corpora inferiora que ſunt corruptibilia, ⁊ maiori forſan equiuocatione, ꝙ̃ animal: corpus enim idem eſt, quod/ materiale, ſicut ſpiritus idem eſt, quod immateriale: vnde ratio generica corporis ſumitur a materia: ⁊ quia materia celi eſt alterius rationis a materia noſtra: quia illa non eſt in potentia ad alias formas, propterea ipſa ratio generica corporis eſt alterius rationis in rebus corruptibilibus, et in rebus incorruptibilibus. Et hoc eſt quod dicit Ariſtoteles. 10. Metaphiſi. textu. 26. ꝙ corruptibile/ ⁊ incorruptibile/ non ſunt idem genere, id eſt id vnde ſumitur ratio generis, ſcilicet materia, eſt diuerſe rationis in illis. Et hac ratione Com. c. de ſpecie opinatur ſubſtantiam non eſſe generaliſſimum: quia videlicet intelligentie incorruptibiles, et ſubſtantie corporee non ſunt eiuſdem generis. Hic autem gradus non eſt equiuocatio ſecundum logicum: ſed mera vniuocatio: quia/ animal/ mediante eodem cõceptu formali ſignificat eandeʒ rationem obiectiuam animalis, abſtractam ab homine ⁊ equo ⁊c. et pariter/ corpus/ ſignificat eſſe materiale abſtractum ab hac et ab illa materia. Et proportionabiliter ſubſtantia ſe habet ad nos ⁊ Angelos: ſed quia in re ſunt diuerſe nature vocatur equiuocatio metaphiſica ⁊ realis ⁊ vniuocatio logica ⁊ intentionalis. Diſtinctio eſt. S. Tho. 1. ſen. d. 2. q. 5. art. 3. ⁊ quia hic Ariſtote. loquitur de equiuocis ⁊ vniuocis ſecundũ logicũ cenſet hec eſſe mere vniuoca: ⁊ hinc patet ſolutio quarti argumenti. ¶ Secundus ergo gradus equiuocatiõis eſt analogia ⁊ terti⁹ eſt equiuocatio

a caſu

Tres gradus equiuocatiõis

Generis equocatio.

a caſu: quare analogia eſt medium inter vniuocationeʒ ⁊ equiuocationem vt iamiam palam fiet.

¶ Secundus articulus iuxta quintum argumentum verſatur in expoſitione analogie, ⁊ quia res eſt cognitu neceſſaria operepretium eſt paulo latius id explicare. ¶ Ubi notandum primo ꝙ analogia proprie Grece idem eſt quod latine cõparatio ſeu proportio (vt ait Cicero) libro de vniuerſitate. Uocat autẽ proportionem, quam geometre dicunt proportionalitatẽ: que eſt proportio inter duas proportiones vt/ ridere/ analogice dicitur de riſu hominis ⁊ de floriditate prati: nam qualis eſt proportio riſus ad hominem talis eſt floriditatis ad pratum que eſt quedã prati letitia. ¶ Igitur (vt tenorem diffiniẽdi Ariſtotelicũ obſeruemus) analoga dicuntur quorũ nomen eſt cõmune: ratio vero ſubſtantie nomini accõmodata, proportionalis. Et nomen analogũ eſt quod ſignificat plura ſecundũ rationẽ proportionalem: vt patet in exẽplo poſito. Itaq; (vt ait. S. Tho. 1. q. 13. ar. 5.) ratio nominis neq; ſit diuerſa, ſicut in equiuocis, neq; eadem, ſicut in vniuocis: ſed media, vt ſi queras quare homo ridet: qꝛ explicat gaudium: ſed quare pratuʒ ridet: qꝛ floret ad modũ gaudẽtis. ¶ Scðo notãdum eſt ꝙ in analogia ſunt etiam gradus: quos alii plures multiplicant: ſed ad duos omnes reducuntur. Prima eſt analogia proportionalitatis: hec. n. eſt propriiſſima ſignificatio nominis. Et eſt quando nomen ſignificat res propter ꝓportionabilitatem: vt/ ridens/ ſignificat hominẽ ⁊ pratum: ⁊ clauis/ ſignificat inſtrumentum oſtii, ⁊ operculũ guturis: quia ſicut clauis ad oſtiuʒ, ita ſe habet operculũ illud ad guttur: ⁊ viſus ſignificat ſenſum corporis, ⁊ analogice intellectum anime, vt inquit Ariſt. 1. Ethico. cap. 7. qꝛ qualis eſt ꝓportio viſus ad corpus, talis eſt intellectus ad animã. ¶ Secũdus gradus analogie eſt analogia proportionis ſeu attributionis: q̃ eſt quãdo nomẽ ſignificat plura per habitudinẽ ⁊ attributionem quã habent ad vnũ. Et hec cõtingit quatuor modis ſecundũ quatuor genera cauſarũ. Puta ad vnũ finem: vt ſanum dicitur analogice de animali: qꝛ habet, de vrina: qꝛ ſignificat, ⁊ de medicina: quia efficit ſanitatẽ. ¶ Ad vnũ efficiẽs: vt medicatiuũ/ ſeu medicinale/ dſ analogice ab arte medicine de medico qui habet illã, et de inſtrumẽtis ⁊ de medicinis quibus vtitur. ¶ Ad vnũ ſubiectũ: vt ens analogice dſ de ſubſtantia, que ſimpliciter eſt ens, ⁊ de accidentibus que ſunt entia ſcðm q̃d, puta entis entia. Exempla ſunt Ariſtotelis ad hoc propoſitũ. 4. meta. t. 2. ¶ Ad vnã formã ſeu ad vnũ exemplar, quod reducitur ad genus cauſe formalis, dicũtur analoga quecũq; eodẽ nomine ſignificantur propter ſimilitudinem: vt homo viuus ⁊ pictus. Dicitur. n. ſtatua homo: qꝛ expreſſa eſt ad exẽplar hominis viui. Ad hanc reducuntur oẽs metaphore propter ſimilitudinẽ qualibet: vt leo dicitur de leone ⁊ homine iracũdo propter ſimilitudinẽ in ira: ⁊ de Chriſto propter ſimilitudinem in fortitudine: et lapis de Chriſto et Nero de homie crudeli ⁊c. ¶ Secuntur quatuor corolaria quibus hec magis dilucidantur. Primũ. Non equipollent equiuoca a conſilio/ et analoga: nam ꝗuis Ariſtoteles analoga diſtinguat ab equiuocis a caſu, id ſoluʒ inſinuat ꝙ oĩa analoga ſunt equiuoca a cõſilio non tñ cõuertiſ: ſunt. n. q̃dam equiuoca a cõſilio, q̃ non ſunt analoga, vt ſi pater propter memoriã aui appellet filiũ nomine patris ſui. Quẽadmodũ cognati Joannis volebant eum appellare nomine patris ſui Zachariam: ⁊ Ariſt. nomine patris nuncupauit filiũ Nicomachũ ad quẽ libros Ethicorũ ſcripſit: et ſi quis propter ſpem ad conciliandã gr̃am. Imperatoris nomine eius appellaret filiũ Carolũ: hec quidẽ nomina cõſilio impoſita ſunt tñ nõ ſunt analoga: qꝛ nõ ſignificãt res ꝑpter ꝓportionẽ ⁊ ſimilitudinem. ¶ Scðo ſequitur ꝙ analoga in hoc differũt ab aliis oĩbus equiuocis ꝙ alia equiuoca pluribus impoſitionibus ſignificãt analoga vero nõ niſi vnica. Exẽpli gr̃a, canis poſtꝙ̃ ſemel impoſitũ fuit ad ſignificandũ canem latrabilem, poſtea impoſitũ fuit ad ſignificandũ marinum, ⁊ Nicomachus duabus impoſitiõibus (licet a cõſilio) ſignificauit patrẽ ⁊ filiũ Ariſtotelis: ſed tñ/ ridere, nõ fuit impoſitũ: niſi ad ſignificandũ interiectionem hominis, ⁊ propter proportionẽ vſus tranſtulit ad ſignificandũ decorẽ prati: ⁊ hõ/ ex impoſitione ſolũ ſignificat verũ hominẽ ⁊ propter ſimilitudinẽ ſignificat pictũ: ⁊ ſanũ impoſitum fuit ad ſignificandũ aĩal: ſed propter proportionem ad aĩal ſignificat vrinã. Attamen/ ens/ nõ fuit impoſitũ ſolũ ad ſignificandũ ſubſtantiã, ⁊ tranſlatũ ad accidentia, ſed fuit impoſitũ ad ſignificandũ id quod eſt: abſtrahendo a ſubſtantia ⁊ accidẽtibus Deo ⁊ creatura: licet illud ſimpliciter ſit in ſubſtantia, ⁊ ſcðm quid in accidẽtibus: vt cap. 4. declarabitur. ¶ Sequitur tertio, ꝙ analoguʒ ſemper ſignificat vnũ per prius, ⁊ aliud per poſterius: ⁊ illud prius eſt ſignificatũ principale: licet aliq̃n ſit res minus princicipalis: vt viſus principali⁹ ſignificat viſũ ꝙ̃ intellellectũ: ⁊ leo, principalius, leonẽ ꝙ̃ Chriſtũ: ⁊ illud ponitur in diffinitione oĩm alioruʒ: vt vrina eſt ſana, qꝛ ſignificat ſanitatẽ: ⁊ pratũ ridet: qꝛ ſe habet vt hõ ridens: ⁊ pictura eſt homo: qꝛ eſt effigies hoĩs. ¶ Sequitur quarto latiſſimã eſſe dſtaʒ in ſignificatiõe hmõi analogorũ: analoga. n. proportianalitatis non ſignificãt immediate vnã rõnem cõmunem obiectiuã: ſed duas: vt ridere ſignificat interiectionẽ hoĩs principaliter, ⁊ analogice decorẽ prati, quibus nihil eſt cõe ſignificatum illo nomine: ⁊ ideo hmõi analogũ diuerſis conceptibus formalibus ſubordinatur oĩno ſicut mere equiuocuʒ: nam ridere non ſignificat proportionẽ que eſt inter hoĩem et pratũ: ſed hoĩem ⁊ pratum propter proportionẽ. Analoga vero propter attributionẽ ad vnũ finem ⁊ ad vnũ efficiens ſignificãt ſolã vnam formã que eſt in principali ſignificato, a qua extrenſece reliqua denominantur: vt ſanum ſolã ſignificat ſanitatẽ, que eſt in animali, a qua vrina ⁊ medicina denominantur ſana: ⁊ pariter medicinale ſolã ſignificat artem que eſt in medico, a qua ⁊ inſtrumento ⁊ emplaſtrũ dicuntur medicinale. Et ſanum prima impoſitione fuit impoſitum ad ſignificandum id quod habet ſanitatẽ, ⁊ ſecundario ſignificat quidquid pertinet ad ſanitatẽ: ideo alio cõceptu ſignificat aĩal, et alio vrinam et medicinam: non enim ſignificat ſecundario in ſpeciali ſignum aut cauſam ſanitatis: ſed in genere pertinens ad ſanitatẽ. ¶ Sed tamen analogũ per attributionem ad vnum exemplar ſignificat de principali vnum, ⁊ ſecundario ſimilitudinem ad illud: ob idq; ſecũdum ſignificatum ſemper ſignificat connotatiue: vt animal abſolute ſignificat viuũ aĩal, picturã autẽ cõnotando ſimilitudinẽ ad viuũ: ⁊ leo ſignificat Chriſtũ cõnotãdo ſimilitudinẽ in fortitudine. Unde hec analogia proxime accedit ad equiuocationẽ: quippe in qua diuerſis conceptibus ſignifitãtur diuerſe rationes. Et ideo Ariſtoteles exemplum equiuocorum exhibuit in animali viuo ⁊ picto. Et per hoc reſpondetur ad quintum argumentum, ꝙ Ariſtoteles analoga cõprehendit ſub equiuocis. ¶ De ſignificatione autem entis eſt particularis ratio: ſignificat enim vnicam rationẽ quodãmodo communeʒ: puta, id quod eſt abſtrahendo a ſubſtantia ⁊ accidente, Deo ⁊ creatura. Quare ſignificat ſua ſignificata mediante eodem cõceptu formali: quod licet appareat nouum, tamen. c. 4. fiet manifeſtum.

¶ Sextũ argumẽtum eſt de denominatiuis. Ad quod reſpondetur negando ſequelam: genera enim et ſpecies non predicantur denominatiue de ſuis quiditatiue inferioribus: diſtinguit namq; Ariſtote. predi

Ee ii cationes

Analogia

Analoga.

Duo gradus analogie.

.Corolla

2. Corola

3. Corola

4. Corol

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cation e denominatiuam per contrarium ad quiditatiuam: vt ſuperiora de ſuis inferioribus in quouis predicamento predicentur quiditatiue: ſed vnũ predicamentum predicetur de alio denominatiue: preter ſubſtantiã que de nullo ſic predicatur. Quare homo ⁊ humanitas ſunt ſolũ ſecundũ rationem concretũ ⁊ abſtactum: quia ſunt eiuſdem predicamenti ſubſtantie. ¶Eſt tamen hic conſiderandũ ꝙ denominatio quã importat denominatiuum, non fit ſolũ a forma accidentali inherenti ſubiecto: ſed a rebus omniũ predicamentorũ: vt ſicut/album/ eſt denominatiuum albedinis, ita/materiale/eſt denominatiuum materie, ⁊/ capitale/denominatiuum capitis, que ſunt partes hominis. Et humanũ dicitur ab homine: vt leges humane. Et dicimus vas argenteũ, ſtatua cerea, moneta aurea: que ſunt denominatiua ab auro, argento, ⁊ alijs ſubſtantijs. Et poteſt eſſe denominatio a re exteriori: vt homo dicitur pater: q: habet filium, et vrina ſana a ſanitate, que eſt in animali. In ſumma omnia cõnotatiua que ſignificant accidẽs vel habent ſe ad modum accidentis ſunt denominatiua. Et ideo dixit Ariſtoteles generaliter. Quecunq; habent ab aliquo nominis appellationẽ/ſiue ab accidenti, ſiue a ſubſtantia, ſiue a parte ſiue a toto, ſiue ab intrinſeco ſiue ab extrinſeco. ¶Ad ſeptimũ tandem reſpondetur concedendo ꝙ/ ſtudioſus, non habet a quo ſit denominatiuũ ſecundũ omnes conditiones Ariſtotelis. Sunt enim due cõditiones requiſite vt duo ſe habeant tanq; denominatiuum ⁊ abſtractũ. Prima ꝙ cõueniãt in ſignificatione. i. ꝙ ſignificatũ formale denominatiui ſit ſignificatũ abſolutũ abſtracti: ⁊ ſecũdo ꝙ nomina illorũ cõueniãt in pncipio ⁊ differãt in fine: vt patet ex diffinitione ⁊ exẽplis Ariſ. Defectu prime/ſtudioſus/non eſt denominatiuũ ab ſtudio: quia non ſignificãt idem. Defectu ſecũde, nec eſt denominatiuum a virtute: quia non cõueniunt in nomine: ſicut nec/vitioſus/ eſt denominatiuum a malitia (vt ait Auguſtinus) ſed malus eſt eius denominatiuũ. Quare a virtute nullũ eſt denominatiuũ: quia deberet eſſe virtuoſus ⁊ nomen hoc non eſt latinum. Eadem ratiõe grãmatica, pro muliere, nõ eſt denominatiuũ a grãmatica pro ſcientia: ſed equiuocũ, quia eſt eadem vox: ſicut ſapientia pro habitu, ⁊ vt eſt nomen neutrũ plurale, quẽ admodum dicimus verba ſapientia. Itaq; vbi eſt eadẽ vox, diuerſa ſignificans, eſt equiuocatio, ⁊ non denominatio. ¶Quocirca ſolent hic diſtingui tria genera denominatiuorum: puta voce tantum, re tantũ, voce ſimul ⁊ re. Voce tantũ: vt homo ⁊ humanitas: vbi/homo/non cõnotat de formali humanitatem: quia eſt nomen abſolutum: item/ſtudioſus/⁊ ſtudiũ: que non ſignificant idẽ: re tantũ vt/ſtudioſus/⁊ virtus/vitioſus/ ⁊ malitia/ que quantum ad ſignificationẽ ſunt denominatiua, nõ quãtum ad vocẽ: voce ⁊ re: ſicut album ⁊ albedo, fortis fortitudo. Habes ergo tres gradus equiuocorũ. ſ. genus, ſolum ſecundũ metaphiſicum, ⁊ non ſecundũ logicum analogiã (que habet duos adhuc grad⁹) ⁊ equoca, que: ſecundum rationem prorſus diuerſas ſignificantur.

Denominatio.

Tria gña dnominatiuorum.

¶ De complexis, & incomplexis. Cap. 2.

Orum, quæ dicũtur, alia cum complexione, alia ſine cõplexione dicuntur. Illa talia ſunt: homo currit, homo vincit. Hæc iſtiuſmodi ſunt: homo, bos, currit, vincit. ¶Eorũ, quæ ſunt: alia de ſubiecto quidẽ dicuntur, in nullo vero ſunt prorſus ſubiecto: vt homo, de quodã homine dicit: vt de ſubiecto: in nullo autẽ eſt ſubiecto. ¶Alia in ſubiecto quidẽ ſũt: de nullo vero ſubiecto dicuntur. Atq; id in ſubiecto eſſe dico, quod in aliquo quidẽ eſt, & non vti pars: vt ſit autẽ ſeorſim ab eo, in quo ineſt, fieri nequit: vt quædã grãmatica eſt quidẽ in anima, vt in ſubiecto; de nullo vero ſubiecto dicitur: & hoc albũ in ſubiecto quidẽ eſt corpore (omnis. n. color in corpore eſt) de nullo vero ſubiecto dicitur. ¶Alia de ſubiecto dicũtur, & in ſubiecto etiã ſũt: veluti ſciẽtia in anima quidẽ eſt: vt in ſubiecto: de grãmatica autẽ dicitur: vt de ſubiecto. ¶Alia neq; in ſubiecto ſunt: neq; de ſubiecto vllo dicũtur: vt quidã homo, & quidã equus: nihil. n. talium, aut in ſubiecto eſt, aut dicitur de ſubiecto. Atq; indiuidua ſimpliciter, & ea, quæ vna nũero ſunt, de nullo quidem ſubiecto dicũtur: in ſubiecto autem nonnulla ipſorũ nihil prohibet eſſe. Quædã. n. grammatica ex iis eſt plane, quæ in ſubiecto quidem ſunt, de nullo vero ſubiecto dicuntur.

IN hoc ſecundo capite procedit Ariſtoteles ad diuiſiones duas, que ante predicamentis cõnumerãtur. Prima ſecundũ Alexandũ ⁊ Boetiũ principaliter intelligitur de vocibus: ⁊ ſecundũ nominales tantũ de vocibus ⁊ nullatenus de rebus. Dici. n. cũ cõplexione, aut ſine cõplexione/exiſtimãt neutiq; rebus: ſed vocibus tantũmodo cõuenire. ¶Nihilominus in cõtrariũ ſtatuit cõcluſio. Diuiſio hec principaliter de rebus intelligitur, ⁊ cõſequenter de vocibus. Probat. Hec diuiſio ex eo eſt antepredicamentalis. i. preuia ad notitiã antepredicamentorũ, ꝙ per hanc ſeparant ea que non ponunt in predicamẽto ab his que in predicamẽto diſponuntur: ſed in predicamento ⁊ res principaliter, et conſequenter termini ponuntur (vt partim ſupra diximus ⁊ latius ex ſubſequentibus conſtabit) ergo de rebus intelligitur. Et confirmatur quia ſtatim diuiſione ſecũda ſubdiuiditur ſcdm mẽbrum huius prime ſub hac forma. Eorũ que ſunt ⁊c. Ubi manifeſte eſt ſermo de rebus, vt videbimus. Eſt ergo intentio Ariſtotelis vniuerſam rerum ⁊ nominum multitudinem in duo ſecare. ſ. in res ⁊ voces, que non pertinent ad cõſiderationẽ huius libri, ⁊ in res que ad preſens negotiũ expectant. ¶Unde ad argumentum reſpondetur ꝙ q̃uis eſſe cõplexa aut incomplexa cõueniat ſolis terminis, tñ dici cũ complexione cõuenit rebus, quatenus complexe aut incõplexe ſignificant. Qua de cauſa dixit Ariſtoteles. Eorũ que dicunt: nẽpe ad denotandũ res non eſſe complexas in ſe: ſed dicũtur. i. ſignificant/cũ/aut ſine cõplexione. ¶Quo fit, vt ſupra adnotauimus non eſſe diſtinguendũ (id quod aliqui faciũt) aliud eſſe cõplexum reale, ⁊ aliud intẽtionale: nam omne cõplexum eſt intẽtionale: in mente quidẽ intentionale formale, ⁊ in rebus cõplexum intẽtionale obiectiue. Põt ſecundo dici ꝙ cũ Ariſt. hic promiſcue ⁊ de rebus ⁊ de vocibus loquatur, forte primã diuiſionẽ fecit de vocibus ⁊ ſecũdam de rebus. ¶Eſt verũtamen ſciendũ ꝙ cum cõplexum ſit duplex: aliud propoſitio in qua eſt verũ vel falſum ⁊ aliud complexũ ſine verbo (q̃uis Ariſtoteles nõ poſuerit exẽplum niſi de priori) nihilominus loquitur de vtroq;: non. n. ſola propoſitio: ſed quodcũq; complexum excluditur a ratiõe predicamẽtorũ. Quãuis diuerſis rationibus. Nam propoſitio eo non ponitur in predicamẽto, ꝙ non põt eſſe ſubiectũ aut predicatũ: ſed alia complexa excluduntur propterea ꝙ non oĩa pertinent ad vnũ predicamentum: vt ſi dicas/homo iuſtus/ vna pars ponitur in predicamento ſubſtantie, ⁊ alia in predicamento qualitatis: et ſi dicas homo rationalis/ vna pars ponitur in linea recta predicamenti ſubſtantie ⁊ alia ad latus.

De rebus ⁊ nominibus.

¶Altera

¶Altera diuiſio hac ratione pertinet ad antepredicamenta. Nihil ponitur in predicamento, vt nomen pre ſe fert: niſi aut ſubiectũ aut predicatũ. Et ideo quemadmodũ tribus ſuperioribus diffinitionibus cõplexus eſt Ariſtoteles modos predicandi vniuerſos, ita hac diuiſione quadrimenbri, vniuerſa cõplectitur predicata atq; ſubiecta oĩm predicamentorum. Omne. n. ponibile in predicamẽto aut eſt vl'e ſubſtantie, aut vniuerſale accidẽtis, aut indiuiduũ ſubſtantie, aut indiuiduũ accidẽtis. Duo priora cõprehendũt oĩa predicata, duo vero poſteriora oĩa ſubiecta. Quãobrem Paulus venetus nõ has diuiſiones: ſed ſubiectũ ⁊ predicatũ vocat antepredicamenta: quorũ aſſignatur ſcda diuiſio. ¶In hac diuiſione. Nominales potiſſimũ exponunt mentem ſuam de predicamẽtis: quippe quã prorſus de terminis gloſſant, ⁊ nullo mõ de rebus. Quocirca/eſſe in ſubiecto/dupliciter ſecũdum eos accipitur: vno mõ prime intẽtionaliter: quod eſt, inherere ſubiecto: quemdadmodũ ſcientia eſt in intellectu: ⁊ alio modo ſecunde intẽtionaliter: quod eſt, accidentaliter predicari de ſubiecto: ⁊ hoc ſecũdo modo gloſſant hanc literã. Sed/dici de ſubiecto/ non poſſunt eodẽ modo diſtinguere: q:/dici de ſubiecto/ non põt capi prime intentionaliter: ſed/dici de ſubiecto/ eſt quiditatiue predicari, quod ſolis terminis aſſerunt conuenire. Senſus ergo diuiſionis apud eos eſt hmõi. Eorũ que ſunt ⁊c. i. Terminorũ: alij ſunt qui predicantur ſolũ quiditatiue, ⁊ non accidẽtaliter: vt ly/homo: alij vero qui predicantur accidẽtaliter: ſed nõ quiditatiue: vt ly/hoc albũ: alij qui predicantur vtroq; mõ. ſ. ⁊ quiditatiue ⁊ accidentaliter: vt album, quod predicatur quiditatiue quidẽ de hoc albo, ⁊ accidentaliter de Petro: alij demũ ſunt qui neutro modo predicantur: vt indiuidua ſubſtantie: puta ly/ Petrus ly/ Paulus ⁊c. ſermo enim eſt de predicatione directa. ¶At vero gloſſa hec nulla ratione poteſt textui accommodari. Et ita eorum quidam dicunt expoſitionem eſſe pulchram, ſiue fuerit intentio Ariſtotelis, ſiue non, videntes Ariſtotelẽ aliorſum tendere.

Nominaliũ expoſitio.

¶Igitur ad euidentiam diuiſionis conſiderandum eſt ꝙ Ariſtoteles cõcedere hic intẽdit duas naturas cum duabus ſecundis intentionibus: vtpote ſubſtantiã ⁊ accidens cum ratione vniuerſalis, que eſt, eſſe predicatũ, ⁊ cũ ratione indiuidui, que eſt eſſe ſubm̃. Et hoc velut baſis ac fundamentum nõ ſolum predicamentorũ: ſed bone partis metaphiſice Ariſtotelis eſſe exiſtimo alta mẽte reponẽdũ. Et q: nature ſunt fundamẽta intentionũ, cepit a naturis dicens. Eorũ que ſunt ⁊c. i. earum rerũ que habent eſſe reale verũ (ad excludendũ chimerã, et alia entia rationis) alia de ſubiecto quidem dicũtur ⁊c. Uide q̃ ſint pugnantia/eorũ que ſunt/⁊ terminorum. ¶Secũdo notandũ ꝙ naturam accidẽtis explicat per/eſſe in ſubiecto, ⁊ naturã ſubſtantie, per/non eſſe in ſubiecto: conditionem vero vl'is explicat per/dici de aliquo/⁊ cõditionẽ indiuidui, per non dici de aliquo. ¶Ex quo ſequitur ꝙ/ eſſe in/⁊ non eſſe in/ manifeſte accipit pme intentionaliter: q: hoc explicat naturã rerũ: ſ; dici de/accipit ſcde intẽtiõaliter: nã explicat ꝓprietates ſecũde intentionis. ¶Sequitur ſecũdo ꝙ cum ſubiectũ ſit duplex. ſ. in quo/⁊ de quo, ſubm̃ in quo in propoſito accipitur prime intẽtionaliter, ⁊ ſubm̃ de quo ſecunde intentionaliter: nam ſubiectũ in quo dicit ſubm̃ inheſionis, ⁊ ſubiectũ de quo dicit ſubm̃ predicationis. ¶Sequitur tertio vna regula notanda in via Ariſtot. ꝙ q̃q̃ accidẽtia, dum denominatiue predicãtur de ſubſtãtia, predicẽtur predicatione vniuerſalis. ſ. quinti predicabilis, nihilominus Ariſt. rationem vl'is ⁊ predicati, non explicat, niſi in ordine ad inferius quiditatiue, ⁊ rationẽ ſubiecti in ordine ad ſuperius quiditatiue: q: in hoc cõſiſtit ratio vl'is, qd habeat inferius in recta linea. ¶Ex his palam fit ſenſus verborũ Ariſtotelis qui eſt hic. Eorum que ſunt. i. rerum vere exiſtentium, alia de ſubiecto dicuntur. i. ſunt predicata (vt puta vniuerſalia, que ſub ſe habent inferiora quiditatiue) in nullo vero ſunt prorſus ſubiecto. i. nulli prorſus inherere poſſunt: ſed per ſe ſubſiſtunt in proprio ſuppoſito: qualia ſunt genera et ſpẽs ſubſtantie. Alia in ſubiecto quidem ſunt. i. ſubiecto inſunt: q: nõ poſſunt per ſe ſubſiſtere. De nullo vero ſubiecto dicuntur. i. predicata eſſe non poſſunt: ſed ſubiecta vt hoc albũ (explicat accidẽtia indiuidua per ſuũ denominatiuũ) Alia de ſubiecto dicunt: id eſt predicata eſſe poſſunt: vt puta vl'ia habẽtia ſub ſe quiditatiue inferiora. In ſubiecto etiam ſunt. i. ſubiecto inherent ceu gña ⁊ ſpecies accidintiũ: ſcientia. n. accidens eſt hominis ⁊ quiditatiue predicatur de grãmatica. Alia nec in ſubiecto ſunt. i. inherere ſubiecto nõ poſſunt q: per ſe ſubſiſtunt. Nec de ſubiecto dicũtur. i. predicata eſſe non poſſunt: ſ; ſubiecta: q: non habent ſub ſe quiditatiue inferius: ſed ſupra ſe ſuperius: vt indiuidua ſubſtantie. ¶Diſponantur hec quatuor in quadrato cõtradictoriarũ, vt ſecundum mẽbrum cõtradicat primo per diametrũ, ⁊ quartum tertio. ¶In hac diuiſione contẽplari oportet quod de vl'ibus diximus: nempe quemadmodũ Ariſto. ſcdas intẽtiones vniuerſalis ⁊ indiuidui, ſeu predicari ⁊ ſubijci attribuit naturis rerum, puta ſubſtantie et accidenti: vtranq; intentionẽ ingenio ⁊ arte cum vtraq; combinando natura. Quo liquet vniuerſalia eſſe in rebus, puta in ſuppoſitis, atq; adeo res predicari ⁊ ſubijci quod ſuper titulum in quadam ſecunda concluſione affirmauimus.

Duę naturę cũ duabus intentionibus.

Subm̃ in quo, et de quo.

Senſus Ariſto.

¶Diffinit obiter naturam accidẽtis. Ad cuius intelligentiam adnotat hic Boetius modos octo, quibus Ariſtote. 4. phiſico. textu. 23. dicit aliquid eſſe in alio: qui cõtinẽtur his verſibus. Inſunt pars, totũ, ſpẽs genus. M. quoq; forma. Rex in regno: res in fine, loco q; locatum. Eſt. n. pars in toto ſicut in conſeruante: et tum in partibus, a quibus viciſſim dependet: et ſpecies in genere, ſub quo continetur: ⁊ genus in ſpecie, cuius eſt pars: forma in materia, ⁊ reſpublica in poteſtate regis, ⁊ media in fine, ſicut diligẽs in amato (vbi. n. eſt theſaurus ibi eſt cor) ⁊ locatum in loco: a quo Boetius diſtinguitur eſſe in vaſe: ſicut vinũ in amphora: ⁊ ſic facit nouem modos. Sed parum preſenti negotio ſeruiunt. ¶Tribus particulis diffinit Ariſt. accidens. Eſt enim illud quod eſt in alio, ⁊ nõ ſicut pars, nec põt eſſe ſine illo in quo eſt (videlicet naturaliter) Prima particula ad differentiam ſubſtantie, que non eſt in aliquo: ſecũda ad differentiam forme ſubſtantialis que eſt in toto ſine quo non põt eſſe, ⁊ tñ non eſt accidẽs: tertia ad differentiam illius quod eſt in loco aut in vaſe, quod eſt in aliquo, nõ tanq; pars, tñ non eſt accidẽs: q: poteſt conſeruari ſine hoc vaſe in quo eſt, aut ſine hoc loco: q̃uis res corporea nõ poſſit eſſe generaliter ſine loco. ¶Qd ſi quis arguat hanc diffinitionẽ conuenire forme ſubſtantiali, que tñ nõ eſt accidẽs: nam forma eſt in materia nõ tanq; pars eius, ⁊ non põt naturaliter eſſe ſine materia: ſaltem forma corporea. Rñdetur dupliciter. Primo ꝙ forma eſt in materia tanq; pars, non quidem tanq; pars materie: ſed tanq; pars totius. Et ideo excluditur per ſecundam particulam diffinitionis. Et forte excluditur per tertiã particulam: quia forme ſub ratione communi forme, nõ repugnat naturaliter eſſe ſine materia: vt patet de anima rationali: accidenti tñ a toto genere repugnat.

Eſſe in alio. 8. modi.

Accidens

¶Dubium eſt hic primum apud Albertum qualis. ſ. diuiſio ſit hec. Et cenſet eſſe diuiſionẽ generis in ſpecies: qd Paulus venetus negat. At ſolutio clara eſt, ſi mõ intelligas ſub hac vna diuiſione quadrimẽbri

Qualis diuiſio.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tres latere bimembres. Prima eſt. Naturaruꝫ, alia per ſe ſubſiſtens: vt ſubſtantia, ⁊ alia inexiſtens: vt accidēs. Et hec eſt diuiſio analogi in analogata: vt videbimus cap. 4. nam ens analogice dicitur de ſubſtantia ⁊ accidenti. Altera eſt. Naturaruꝫ, alia vniuerſalis, ⁊ alia ſingularis. Et hec diuiſio ſubiecti in accidentia: nam eſſe vniuerſale nō conuenit nature reali de per ſe: ſed de per accidens per abſtractionem intellectus. Tertia eſt. Predicatorum, ſeu vſium, aliud eſt vniuerſale in natura ſubſtantie, ⁊ aliud in natura accidentis. Et hec eſt diuiſio generis in ſpecies: nam hoc quod eſt/quiditatiue predicari/vniuocum eſt ſubſtantie ⁊ accidenti: quemadmodū genus ⁊ ſpecies vniuoce cōuenit omnibus predicamentis, vt diximus cap. de genere. Itaqꝫ q̄uis de naturis analogice dicatur ens: nihilominus ſecunde intētiones vniuoce conueniunt illis.

Dfia. ¶ Alterum dubiū eſt, ꝙ videtur diuiſio hæc inſufficiens. Et. n. differentia eſt vnum vniuerſale, ⁊ vna natura, que non comprehenditur ſub aliquo iſtorū mēbrorum: quia vel includitur ſub natura accidētis: ⁊ hoc non: cum ſit de ſubſtantia ſpeciei: vel includitur ſub natura ſubſtantie: ⁊ hoc non: quia videtur inherere ſubiecto. Quemadmodū. n. forma aduenit materie: ita differentia, generi. Item nec eſt vl'e quia non habet inferius quiditatiue, nec prorſus ſingulare: q̄ꝛ predicatur eſſentialiter de ſpecie ⁊ de oībus indiuiduis. Propter hoc argumentū aliqui dicūt/ ꝙ dici de aliquo/in propoſito tantum valet quantū predicari eſſentialiter: ⁊ ita dicunt differentiam includi ſub primo mēbro diuiſionis: vt ſit vl'e ⁊ predicatū ſubſtantie. Nihilominus tn̄ intentione Ariſtotelis oculatius explorata, dicendū eſt ꝙ ſolū vult hac diuiſione comprehendere illa que in recta linea ponūtur in predicamento. Quare ſicut hic nō meminit de predicatione denominatiua, qua res vnius predicamēti predicantur de alio, ita nec meminit de illis q̄ ad latus ponuntur in eodē predicamento. Quamobrem ſicut non diffiniuit partes nature ſubſtātie, puta formā que ineſt materie: ſed perfectā ſubſtantiam q̄ nulli ſubiecto ineſt, ita nec diffiniuit predicatum differētie que ad latus ponitur in predicamento ſubſtantie. Et ratio eſt quia Ariſtoteles ſolum vult declarare id quod ſimpliciter eſt predicatum: ⁊ predicatū ſimpliciter nō eſt niſi reſpectu quiditatiue inferioris: dfia autē nec habet ſuperius nec inferius quiditatiue. Quo fit vt ſola ordinatio predicatorum in recta linea ſortiatur nomen predicamenti.

¶ De regulis. Cap. 3.

CVm quippiam de quopiā prædicatur, vt de ſubiecto: ea, quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiā de ſubiecto: vt homo de quodā homine prædicat̄, animal autē de homine prædicat̄: igitur animal de quodam etiā hoīe prædicat̄: quidā enim homo, & hō eſt, & etiā animal. ¶ Eorū, quæ ſunt diuerſa genere, & non ita ſe habēt: vt alterū ſub altero collocetur, diuerſę ſunt ſpecie, & differētiæ: vt animalis, atqꝫ ſciētiæ. Animalis namqꝫ differētię ſunt, greſſibilis, & bipes, & volatile, degenſqꝫ in aquis: ſcientiæ vero nulla ex his eſt differētia. Non enim hoc ſcientia a ſciētia differt, quod ſit bipes. ¶ Eorum vero generū, quorū alterum ſub altero collocatur, eaſdem eſſe differentias nihil obſtat: ſupera, n, de ſuis inferis prędicant̄. Quare quotquot differētiæ prædicati ſunt, totidē erunt & ſubiecti.

TErtium hoc caput continet duas regulas antepredicamentales. Cuꝫ enim ſuperiori diuiſione oſtenſum fuerit, quidquid in predicamento diſponitur, aut ſubiectum eſſe aut predicatū de natura ſubſtantie vel de natura accidentis, his regulis duabus exponitur ſubinde conditio ſubiecti ⁊ predicati. In prima regula quidē exponit̄ rō qua vniuerſalia predicant̄: ⁊ i ſecunda, modus quo per differētias diuidūtur ⁊ conſtituūtur. ¶ Senſus multos patitur veros prima regula: q̄uis forte ſolū vnū intenderit Ariſt. Burleus ⁊ alij latiſſime extēdunt regulam: ſic videlicet. Quandocunqꝫ alterū predicatur de altero, quidquid vniuerſaliter predicatur de predicato, ſubinde predicabitur de ſubiecto. Hic ſenſus verum habet in quibuſcunqꝫ vniuerſaliter predicatis: ſiue eſſentialibus ſiue accidētalibus, vt ſi homo eſt animal, ⁊ omne animal eſt equus, homo eſt equus ⁊ ſi omne aial eſt albū, homo eſt albus: et ſi omne animal eſt genus, homo eſt genus. Item ſi homo eſt albus ⁊ omne albū eſt muſicū, omnis homo eſt muſicus ⁊c. Hic tn̄ ſenſus longe eſt ab intētione Ariſtotelis: q̄ꝛ iſte nō fundatur in natura predicati, ſed in vi diſtributionis medij per artē ſyllogiſticā: videlicet: ſi omne. a. eſt. b. ⁊. c. eſt. a. c. eſt. b. et tamē Ariſtoteles voluit explicare naturā predicati: ꝙ ſcilicet ſi. a. eſt predicatum de ly. b. quidquid (etiā ſine diſtributiōe) cōuenit. a. conuenit. b. ¶ Secūda expoſitio eſt Alberti. Quando alterū de altero predicatur, vt de ſubiecto ſibi proprio, quidquid predicatur de predicato directe ⁊ quiditatiue, predicabitur de ſubiecto. De ſubiecto (inquit) ſibi proprio, id eſt de quo predicatur predicatione alicuius quinqꝫ predicabilium: vt q̄ꝛ animal predicatur de homine, de illo etiā predicabitur corpus, quod directe dr̄ de animali: ⁊ q̄ꝛ rationale dicitur de hoie predicatiōe differentie, ⁊ ſenſitiuum quiditatiue (vt puta) predicatur de rationali, ſenſitiuū predicabitur etiā de homine: ⁊ q̄ꝛ riſibile predicatur de hoie predicatione proprij, admiratiuū/quod quiditatiue predicatur de riſibili, predicabitur ⁊ de homine: ⁊ q̄ꝛ album predicatur de hoie, predicatione accidētis, colloratū, quod quiditatiue predicatur de albo, predicabitur de hoie. Non tn̄ ſequitur ſi homo eſt animal, ⁊ animal ſit irrationale, ꝙ hō ſit irratiōalis: q̄ꝛ irrationale non dr̄ quiditatiue de animali. ¶ Expoſitio hec propius accedit ad mentē Ariſtotelis: neſcio tn̄ an prorſus attingat: quia aliquid dici de aliquo apud Ariſtotelē, q̄n addit/vt de ſubiecto/profecto idem deſignat, quod/dici de aliquo vt de quiditatiue inferiori; q̄d ſuperiori capite adnotauimus. Quocirca accidentis, etiam propria paſſio, predicātur de ſubiecto, non vt de ſubiecto: ſed vt in ſubiecto, ⁊ ſuo modo dfia quatenus predicatur in quale ad modū accidentis. Intelligitur ḡ hic q̄n alterum de altero predicatur ſolum quiditatiue: vt de eodem predicato ſit hec regula, de quo fuit diuiſio ſcđa. ¶ Hoc ſuppoſito Boetius exponit ſic. Quando alterū de altero predicatur vt de ſubiecto, id eſt quiditatiue, quidquid predicatur itideꝫ quiditatiue de predicato, predicatur ⁊ de ſubiecto. Vt reſtringatur regula ad ſolam lineam rectam: vt ſi homo eſt aial, ⁊ animal eſt viuens, homo eſt viuēs. Paulus venetus dicit ꝙ ſecunda pars nō eſt reſtringēda ſicut prima. Vt ſit ſenſus: ſi aial predicatur de hoie vt d̄ ſubiecto. ſ. quiditatiue, quidq̄d predicatur de animali eſſentialiter. ſ. corpus/ ⁊ ſenſitiuū/ ⁊ animatū/que predicātur de animali, predicabuntur de homine. Vt regula extendatur ad dfias ⁊ genera eiuſdē predicamenti. Parum refert inter has expoſitiones: niſi ꝙ ſententia Boetij eſt mihi veriſimilior: quia in hac regula nihil Ariſtoteles intēdit de differentijs: id. n. reſeruauit pro ſecūda parte ſecunde regule. [illegible] pre-

Sēſus regule p̄me.

Senſus regule.

dicati ſunt differētie ſubiecti. Hic autē ſolum voluit inſinuare rectā lineā predicamentalē. ſ. ꝙ quidquid predicatur de ſuperiori, predicatur de inferiori eodē gn̄e predicationis: vt ſi aial predicatur de homine predicatione gn̄eris, eadē predicatione predicatur de Petro. ¶ Secundū oēm expoſitionē nō ſequitur. Si Petrus eſt hō, ⁊ homo eſt ſpecies, Petrus eſt ſpēs: q̄ꝛ ſcđꝫ primā, ſpēs non predicatur de hoie diſtributo: eſt. n. falſa/omnis hō eſt ſpecies/propter perſonalē ſuppoſitionem ſubiecti: et ſecundū alios nō eſt predicatio eſſentialis: homo. n. non eſt eſſentialiter ſpecies: ſed per accidens in ordine ad intellectum. Et eadem ratione non ſequitur. Homo eſt animal, ⁊ animal eſt genus: ergo homo eſt genus.

Secunda regula. ¶ Eorū, quæ ſunt diuerſa genera &c. in hac ſecunda regula explicat naturam vl'is q̄tum ad dfias. Et habet duas partes. Prima eſt ꝙ gn̄a non ſubalternatim poſita, habent differentias ſpecie differētes. Eſt enim mendū ſicubi legatur in textu. Diuerſe ſunt ſpēs ⁊ dfie, vt ſpecies, ſit nominatiuus: quod patere pōt ex codice greco: non. n. fit mentio hic de ſpeciebus: ſed ꝙ genera diuerſa habent dfias ſpecie diuerſas. i. formaliter differentes, ⁊ non ſolū materialiter aut accidentaliter differētes: quemadmodū indiuidua eiuſdē ſpeciei differunt ſolū materialiter ⁊ per collectioneꝫ accidentium, q̄ ſunt in vno ⁊ nō in alio. ¶ Eorū vero generū ⁊c. Secunda pars regule eſt ꝙ generum ſubalternorū, quorū alterum ſub altero collocatur, nihil prohibet eaſdē eſſe differentias, vt animatum, quod eſt dfia viuentis, eſt ſubinde differentia animalis: ⁊ ſenſitiuuꝫ/quod eſt ⁊ differentia animalis, eſt differentia hominis.

¶ Circa hanc regulam duo ſunt parua dubia: primum de quibus generibus, alterum de quibus differentijs intelligatur. Contra regulā proinde arguitur. Primo in opinione ſtoicorū. Subſtantia corporea ⁊ ſubſtantia incorporea ſunt duo gn̄a nō ſubaltelnatim poſita: ⁊ tn̄ eadē eſt dfia alicuius ſubſtantie corporee ⁊ alicuius incorporee: vt puta/ratiōale/que eſt dfia cōſtitutiua hominis, ⁊ cōſtitutiua angeli: ergo pars regule prior eſt falſa. ¶ Et ſecūdo in rei veritate. Animal greſſibile/et/animal volatile/ ſunt genera nō ſubalternatim poſita (diuidit̄. n. aial ex equo in reptile, greſſibile, ⁊ volatile: vt colligitur Geneſis. 1.) tn̄ bipes eſt dfia volatilis, ⁊ alicui⁹ greſſibilis: puta hominis: ⁊ pariter canis: ⁊ pecus. i. animal domeſticuꝫ quod pabulo nutritur: vt boues ⁊ aſini ⁊c. illa (inq̄ꝫ) ſunt diuerſa gn̄a nō ſubalternatim poſita, ⁊ tn̄ habent eandē dfiam conſtitutiuam: puta quadrupes: ergo prior pars regule falſa. Item ſapor ⁊ ſonus ſunt diuerſa gn̄a qualitetis non ſubalternatim poſita: ⁊ tn̄ acutuꝫ ⁊ graue ſunt differentie diuiſiue ⁊ cōſtitutiue vtriuſqꝫ ergo. Quod ſi q̄s dicat regulā intelligi de generibus ſolū diuerſorū predicamentorū: arguitur ſic. Subſtātia ⁊ quātitas ſunt talia gn̄a, ⁊ tn̄ eadem eſt dfia conſtitutiua alicuius ſubſtātie ⁊ alicuius quātitatis: puta corporeū: nā corpus eſt ſpēs predicamenti ſubſtantie ⁊ ſpēs predicamēti quantitatis.

Ad dubiū ¶ Ad hoc dubiū reſpondent nōnulli ꝙ genera nō ſubalternatim poſita ſunt duplicia: alia quorū neutrum eſt ſub altero neqꝫ ambo ſub tertio: vt genera diuerſorū predicamentorū: alia vero que, licet vnum non ſit ſub altero, tn̄ ambo ſunt ſub tertio: vt gn̄a oppoſita eiuſdem predicamenti. Aiunt ergo iſti, ꝙ Ariſtoteles intelligit ſubalternatim poſita/ſiue primo ſiue ſecundo modo. Et ideo ad primum argumentū reſpōdent, ꝙ ſubſtātia corporea ⁊ ſubſtantia incorporea cenſent̄ gn̄a ſubalternatim poſita: puta ſub ſubſtātia: quapropter excluduntur a priori parte regule ⁊ includūtur in ſecūda. hoc eſt habent eaſdem dfias: vt probat argumentū. Et idem rn̄detur ad ſecundū de aiali greſſibili ⁊ animali volatili, ⁊ de cane ⁊ pecude. ¶ Sed profecto rn̄ſio hec eſt contra textū: nam genera ſubalternatim poſita, vt aperte in verſione Argiropyli explicatur, nō ſunt niſi illa quorū vnū eſt ſub altero: quare ſubſtantia corporea ⁊ incorporea nō ſunt ſubalternatim poſita: nec aial greſſibile ⁊ volatile. Vn̄ ad primū argumentū reſpondetur ꝙ illa oppinio ſtoicorum eſt falſa, videlicet ꝙ ratiōale ſit dfia hominis ⁊ angeli. Imo/intellectuale/eſt differentia angeli, differens ſpē a rationali: nam rōnale dicit diſcurſum, qui eſt proprius hominis, cū angeli ſimplici intuitu intelligant obiecta naturalia. ¶ Ad ſcđm reſpondet Paulus ꝙ ratio bipedis non eſt eiuſdē ſpēi in homine ⁊ in volatili, ſicut nec ratio quadrupedis eſt eadem in cane ⁊ in pecude. Imo vero ſicut ille ſunt ſpēs diuerſe animalis, ita oēs earū dfie ſunt diuerſe. Poſſet tamen forte ad rem prius reſpōderi, ꝙ Ariſtoteles non dicit, niſi ꝙ gn̄a non ſubalternatim poſita debent habere dfias aliquas conſtitutiuas ſpē diuerſas, ⁊ aliquas diuiſas: non tn̄ negat quin ſi illa gn̄a cōtineantur ſub vno tertio gn̄e, poſſint habere aliquā dfiam cōmunē, ſicut habent idem genus cōe. Et ita greſſibile ⁊ volatile licet habeāt ſuas cuiuſqꝫ differētias proprias, nihilominus poſſunt habere vnā rationem bipedis: quā profecto credo eſſe eandeꝫ ⁊ cōmunem: ſicut rō quadrupedis eadē eſt in cane ⁊ in pecude. In generibus autem ſubalternatim poſitis quecunqꝫ differentia conſtitutiua ſuperioris eſt, eſt conſtitutiua inferioris: ⁊ in hoc differunt hec genera ab illis. Ad illud de ſono ⁊ ſapore reſpondetur ꝙ graue ⁊ acutū non ſunt eius proprie differentie: ſed metaphorice dicuntur de illis: acutum enim dicitur proprie de cuſpide ⁊ per metaphoram de vino. ¶ Ad vltimum reſpondetur ꝙ corpus de predicamēto ſubſtantie ⁊ corpus de predicamento quantitatis ſunt equiuoca: primum eſt ſubſtantia materialis, ⁊ ſecundum quantitas trine dimenſionis: vt ſuo cuiuſqꝫ loco videbitur.

¶ Alterum dubium eſt de quibus differentijs intelligatur regula. Arguitur enim ſic. Generaliſſima diuerſorum predicamentorum ſunt non ſubalternatim poſita: ⁊ tn̄ non habent diuerſas differentias: q̄ꝛ generaliſſima ſicut nō habent ſupra ſe genus: ita neqꝫ proprie habent differentias. Secūdo arguitur. Animal eſt genus poſitū ſub viuente: ⁊ tn̄ ſenſitiuum/quod eſt differentia cōſtitutiua animalis, non eſt conſtitutiuū viuentis, nec eadem dfia, que eſt diuiſiua viuentis, eſt diuiſiua animalis. ¶ Reſpondetur regulam intelligi de differentijs vtriſqꝫ, tam diuiſiuis, q̄ꝫ cōſtitutiuis: certa tn̄ lege. Prior pars regule intelligitur, ꝙ ſi ſint genera diuerſorum predicamentorū, tūc habent differētias tam diuiſiuas, q̄ꝫ conſtitutiuas oēs diuerſas: vt eſt exemplū Ariſtotelis in ſcientia ⁊ animali. Preterq̄ꝫ ꝙ generaliſſima nō habent differētias: ſed modos diuerſos. Et per hoc ſoluitur primū argumentum. Si vero ſint gn̄a ſubalternatim poſita, quibus ſeruit ſecunda pars regule, tunc quecūqꝫ differentia cōſtitutiua ſuperioris gn̄is eſt conſtitutiua inferioris: in adequate tn̄: at diuiſiua ſuperioris non eſt diuiſiua inferioris: ſed eius conſtitutiua. Econuerſo differentia diuiſiua inferioris, eſt diuiſiua ſuperioris in adequate: conſtitutiua vero inferioris nō eſt cōſtitutiua ſuperioris: ſed eius diuiſiua. Exēpli gratia/animatum/eſt differētia cōſtitutiua viuentis (nam viuens eſt corpus animatū) eadem ergo eſt cōſtitutiua animalis, atqꝫ adeo hominis. Eſt. n. animal corpus animatū ſenſitiuū: et homo eſt corpus animatū ſenſitiuum rationale. Senſibile vero ⁊ inſenſibile que diuidunt viuens, non poſſunt diuidere animal. Econuerſo/rationale/ ⁊ irrationale que diuidunt animal, diuidunt proinde viuens: in adequate tamen: q̄ꝛ non comprehendunt plātas que continentur ſub viuenti. Senſitiuū vero quod

Dubium primum.

Secūduꝫ dubium.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

conſtituit animal, non conſtituit: ſed diuidit viuens. Et
per hec ſoluitur ſecundum argumentum.

De decem prædicamentis generatim. Caput. 4.

Orum, quæ nulla complexione di
cuntur, ſingula aut ſubſtantiam ſi-
gnificant, aut quantitatē, aut qua
litatē, aut aliquid, aut vbi, aut quā
do, aut ſitum eſſe, aut habere, aut
agere, aut pati. Eſt autem ſubſtan
tia quidem, vt in ſumma dicamus, velut homo,
equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubi-
tum: qualitas, vt album, grāmaticum: ad aliquid,
vt duplum, dimidium, maius: vbi vero, in foro, in
lycio: quando autem, vt heri, ſuperiore anno: ſi-
tum vero eſſe, vt iacet, ſedet: habere autē, vt cal-
ceatum eſſe, armatum eſſe: agere vero, vt ſecare,
vrere: pati, vt ſecari, vri. ¶ Singula igitur eorū,
quæ dicta ſunt, ipſa quidē ſecundum ſe nulla cum
affirmatione dicuntur. Horum autem ad ſe in
uicem complexione, aut affirmatio, aut negatio
ſit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera, vel
falſa eſſe. Eorum autem, quæ ſecundum comple
xionem nullam dicuntur, nihil neq; verum, neq;
falſum eſt: vt homo, album, currit, vincit.

Ationibus anteprædicamento-
rum prelactis, quartum hoc caput initi-
um eſt predicamētorum, quam rem a di
uiſione entis in decem predicamenta ex-
orditur Ariſto. Complexis enim rebuſq;
complexe ſignificatis a ratione predica-
mentorum depulſis, res vniuerſas quatenus incomple
xe ſignificantur, partitur in decem predicamenta. Et
habet capitulum duas partes: in priori fit diuiſio, ⁊ in
altera probatur. Hanc diuiſionem Boetius ⁊ Alexan
der, perinde atq; ſuperiorem, interpretantur de vocibꝰ
eſſe principaliter: ⁊ nominales tantum eſſe de vocibus.
Pro quibus facit verbum/ſignificant/dū ait: Eorum
que nulla complexione dicuntur, ſingula aut ſubſtan-
tiam ſignificant ⁊c. ſignificare enim non cōuenit rebus,
ſed vocibus. Nihilominus tñ abunde id ſupra (vt reor)
cōprobauimus, quod Ariſt. hic loquitur de rebus prin
cipaliter, ⁊ ſubinde de vocibus (quod in ſubſequētibus
euidentius fiet) ob idq; viciſſim nunc loquitur de voci-
bus, nuc vero de rebus. Intendit ergo hic diuidere res
incōplexe ſignificatas: ſed explicat illas per voces ſigni
ficantes. Vnde licet diuiſionem videatur ponere de vo
cibus, exēpla ſtatim ſubiungit de rebus ſignificatis dū
ait: Eſt aūt ſubſtātie: vt homo ⁊ equus ⁊c. non enim in
telligit ꝙ ly/homo aut ly/equus ſint ſubſtantia: ſed res.
¶ Singula igitur ⁊c. Dixerat nihil poni in predicamen
to niſi incōplexū: qꝛ tantū incōplexum diuiſerat in de-
cem predicamenta: et ideo oībus predicamentis connu
meratis, in ſecūda parte probat ſingula per ſe non eſſe
cōplexa, nec ſignificari complexe: qꝛ nullum per ſe eſt af
firmatio aut negatio: ſubſtantia namq; per ſe aut quan
titas nō eſt affirmatio vel negatio, ſed ex illis aduenien-
te verbo fit affirmatio aut negatio. Et ꝙ per ſe ſingula
non ſint affirmationes, probat quia omnis affirmatio
⁊ negatio ſignificat vere vel falſe: ſubſtantia vero per ſe
nec verum ſignificat nec falſum. ¶ Cum diuiſio hec ia-
nua ſit ⁊ via ad intelligendam artem predicamētorum,
operepretium eſt a prima linea rem deducere. Quam
duabus queſtionibus explicabimus. In prima exami-
nabitur quo genere diuiſionis diuidatur ens in decem
predicamenta: et in altera, an diuiſio ſit ſufficiens.

¶ Quæſtio prima.

¶ Vtrum diuiſio entis in decē Prædicamen
ta ſit analogi in analogata, an generis in ſpēs.

Duerſus partem affirmatiuam
prioris membri queſtionis, arguit Sco.
4. meta. ⁊. 1. ſen. diſt. 3. q. 1 ⁊. q. 3. ⁊ diſt. 8.
q. 3. pretendens ꝙ/ens/dicatur vniuoce
de decē predicamentis ⁊ de Deo ⁊ crea-
tura: nam eadem eſt fere queſtio. Pri-
mo. Omnis intellectus certus de vno conceptu ⁊ dubi-
us de diuerſis habet conceptum de quo eſt certus, aliū
a conceptibus de quibus eſt dubius: ſed intellectus po-
teſt eſſe certus de aliquo quod ſit ens, ⁊ dubius an ſit
ſubſtātia vel accidēs: ergo cōceptus entis eſt diſtinctus
a cōceptu ſubſtātie ⁊ accidētis. Exemplū maioris. Dū
quis a longe videt rem moueri, cōcipit illā eſſe animal,
ambigit, tñ bos ne ſit, an equus: illud eſt ſignū ꝙ cōcep
tus animalis ſit diſtinctus ab illis cōceptibus particu-
laribus, ⁊ ꝙ ſit cōis illis. Exemplū minoris, ſi gentilis
videret hoſtiam conſecratam, certus eſſet illud quod vi
deret eſſe ens, etſi Chriſtianus magne autoritatis dice
ret illi non eſſe illic ſubſtantiā ſed accidēs per ſe, incipe-
ret heſitare an ſit ſubſtantia vel accidēs: ergo cōceptus
entis eſt vnus ⁊ cōis ſubſtantie ⁊ accidenti: ⁊ per conſe-
quens/ens/eſt vniuocum ad illa. Imo philoſophi cōue-
niunt quantitatē eſſe ens: inter quos tñ nominales pu-
tant non diſtingui a ſubſtantia, reales vero eſſe accidēs
diſtinctū. Et ſimiliter probatur ens eſſe vniuocū Deo et
creature: nam philoſophi antiqui, cū omnes cōſentirēt
primū principiū rerum eſſe ens, dubitabāt eſſet ne crea
tum an increatum: quare alij dixerūt eſſe infinitum alij
ignem ⁊c. ¶ Secundo arguitur. Si ens nō eſſet vniuo-
cum ſubſtātie ⁊ accidēti, ſequeretur ꝙ nō poſſemus per
cognitionē accidētis venire in cognitionē ſubſtātie: con
ſequens eſt falſum ⁊ contra Ariſtotelē/ primo de anima
tex. 11. vbi ait ꝙ accidētia cōferūt ad cognoſcēdū quod
quid eſt. Sequela probatur: qꝛ ſi per accidētia cognoſ-
cimus ſubſtantiā, eſt qꝛ ab accidētibus ſenſu perceptis
abſtrahimus conceptū entis cōem ſubſtantie ⁊ accidē-
ti: et inde inueſtigamus ens per ſe ſubſiſtēs cui acciden
tia inſunt: ſi tñ ens non eſſet cōmune accidēti et ſubſtan
tie, periret iſte proceſſus. Eodē modo per creaturas co
gnoſcimus Deū: vt apoſtolus docet ad Ro. 1. quod fieri
nō poſſet niſi: qꝛ a creaturis abſtrahimus cōceptū entis
cōem Deo ⁊ creaturis, et inde remouendo imperfectio
nes creoturarū contēplamur cōceptum Dei: puta ꝙ ſit
ens incorporeū/immortale ⁊c. qui diſcurſus ceſſaret niſi
ens eſſet vniuocū Deo ⁊ creature. ¶ Accedit huc auto-
ritas Ariſt. 2. meta. tex. 4. vbi probat ꝙ Deus eſt maxi-
me ens ⁊ maxime verū: qꝛ eſt cauſa vniueca entiū oīm,
ſicut ignis eſt maxime ⁊ per ſe calidus: qꝛ eſt cauſa vni-
uoca calidorū, qui diſcurſus nō valeret niſi ens vniuoce
diceretur de Deo et creatura. Et Auicena. 1. met. ca. 2.
et. 5. ait ꝙ ſubſtantia ⁊ quātitas cōueniunt in cōi inten
tione entis cuius ſunt quaſi ſpēs. ¶ Tertio ex his ratio
nibus arguitur ꝙ ens ſit genus ad decē predicamenta:
quod eſt ſecundū membrū queſtionis. Ens vniuoce pre-
dicatur de decē predicamentis ⁊ quiditatiue: qꝛ ens cū
ſignificet eſſentiā in generali, eſt de eſſentia ⁊ quiditate
oīm rerum (vt videtur innuere Ariſto. 4. meta. tex. 4.)
ergo ens eſt genus. Patet conſequentia tum ex diffini-
tione gñis, tum etiā qꝛ alias daretur aliquod vle, quod
non cōprehenderetur ſub numero quinq; predicabiliū,
aut quatuor predicatorū que ſtatuit Ariſt. primo topi-
corum: ⁊ tunc diminute eſſent locuti. ¶ Quarto argui-
tur.

tur. Ens ad minus eſt quiditatiue ſuperius ad ſubſtan
tiam: ergo ꝗuis non eſſet genus ad omnia predicamen
ta propter equiuocationem, ſaltem eſt generaliſſimum
predicamenti ſubſtantie.

¶ Quæſtio præſens duo habet mēbra: duo-
buſq; ſubinde articulis abſoluetur: vt primus ſit de ſig-
nificatione entis, an ſit vniuoca: ⁊ alter de eius diuiſio-
ne ⁊ predicatione, an ſit genus cōe predicamentorum.
De primo ſunt tres opiniones. Prima eſt Marſilij et
Burida. (vt refert hic Paulus) tenētium ꝙ ens dicitur
analogice de ſubſtantia ⁊ accidenti mediantibus diuer-
ſis cōceptibus formalibus, ſicut animal de viuo ⁊ picto.
Secūda eſt Scoti locis citatis tenentis, ens eſſe vniuo
cum oībus in vniuerſum rebus: puta Deo ⁊ hoibus pre
dicamentis. Alia opinio eſt non eſſe vniuocū: ſed analo-
gum ad ſubſtantiā ⁊ accidentia. Quam opinionem aſ-
cribunt. S. Tho. cum tñ ſit expreſſe Ariſtotelis: nec. S.
Tho. addit verbuꝫ ad verba ariſtotelis. Eſt tñ preterea
opinio. S. Th. ꝙ ſit analogum ad Deū ⁊ creaturas: de
quo nō locutus eſt expreſſe Ari. ¶ Reſpondeꝛ igitur ad
primū membrū queſtionis quatuor cōcluſionibus. Pri
ma. Ens ſignificat ſubſtantiā ⁊ accidēs Deū ⁊ creatu-
ram, mediante eodē cōceptu formali. Concluſionē hāc
probant argumēta Scoti: ſed preterea probatur con-
cluſio ratione facili. Qui impoſuit hoc nomen ad ſigni-
ficandū, certe nec ſpecialiter cōſiderauit Deuꝫ, nec crea
turas, nec ſubſtantiā, nec accidēs: ſed impoſuit illud ad
ſignificandū quidquid eſt, quomodocūq; ſit, abſtrahen-
do ab hoc et illo modo eſſendi. Et certe latini oēs igno
rantes philoſophiā, per illud nomen nec concipiūt Deū
nec creaturas: ſed generaliter quidquid eſt. Nec eſt di-
cendū philoſophos aliū conceptū formare ꝗ̃ latini alij:
ergo ens mediāte eodem conceptu ſignificat oīa. ¶ Se-
cundo arguitur. Ens inq̃tum/ens/eſt obiectū metaphi
ſice: que ſciētia cōſiderat paſſiones entis in cōi que con-
ueniant illi non inq̃tum Deus aut ſubſtantia ⁊c. vt do-
cet Ariſ. 4. met. tex. 1. hoc fieri nō poſſet niſi eſſet vnicus
conceptus entis: ergo. ¶ Et confirmatur ratio. Ens in
cōmuni eſt obiectum intellectus vt colligitur ex Ariſt. 9.
meta. tex. 22. abſtrahendo ab hoc ⁊ illo (id. n. quod de re
bus primo cōcipimus eſt ens) ergo eſt vnus conceptus
formalis entꝫ. ¶ Tertio arguitur in cōmuni modo con
cipiēdi, he vniuerſales ſunt falſe/ omne ens eſt accidēs/
omne ens eſt ſubſtātia/ omne ens eſt Deus/ omne ens eſt
creatura/non alia de cauſa, niſi qꝛ ſubiectū diſtribuitur
pro ſubſtantia ⁊ accidēti, Deo, ⁊ creatura: tñ ſi pluribꝰ
conceptibus ſignificaret ſubſtantiam ⁊ accidens, eſſent
vere ſicut he/omnis homo eſt pictus/ oīs homo eſt vi-
uus/per illam regulam analogorum. Talia ſunt ſubie-
cta ⁊c. Concluſio eſt euidentior ꝗ̃ vt pluribus proba-
tionibus indigeat. Et eſt concluſio. S. Tho. in primis
ſtatim verbis de ente ⁊ eſſentia. Capreoli in. 1. diſtin. 2. q.
1. et omnium huius ſchole. Quare in conceptu formali
entis nihil differt inter Scotum et. S. Thomam. ¶ Se-
cunda concluſio. Conceptus formalis entis, ſignificat
vnam rationē formalē in obiecto, ratione abſtractam a
ſubſtantia ⁊ accidēti, Deo ⁊ creatura. Hanc negāt non
nulli ex diſcipulis. S. Thome quam Caie. in principio
ſtatim de ente ⁊ eſſentia optime concedit. Imo videtur
mihi Ariſt. eam aſſerere. 4. met. tex. 7. vbi ait ꝙ oībus eſt
predicamentis cōe, eſſe ens. Et re vera ſequitur ex ſupe
riori: ens. n. non eſt impoſitū ad ſignificandū hoc aut il-
lud ens: ſed in vniuerſum id quod eſt, ⁊ ita homines con
cipiunt. Atq; adeo hoc intelligit. S. Thom. loco modo
citato dicens: ens ⁊ eſſentia ſunt ea que primo intellec-
tu concipiuntur. Et eſt ſentētia Auicene. 1. met. c. 5. Et
confir. Ariſt. 7. meta. tex. 3. dicit ꝙ ſubſtantia eſt magis
ens ꝗ̃ accidens: comparatio autē non fieret: niſi in ali-
qua ratione quodammodo conuenirent.

Tres opiniones.

1. Cōcluſ. Vnus cō cept. for. entis.

2. Cōcluſ.

¶ Tertia cōcluſio. Ens non vniuocē: ſed ana-
logice, ſignificat ſubſtantiā ⁊ accidentia. Concluſio eſt
expreſſa Ariſto. 4. meta. tex. 2. vbi dicit, ens ſignificare
accidentia per attributionem ad ſubſtantiam: veluti ſa-
num ſignificat vrinam ⁊ medicinam in ordine ad aīal.
Idem dicit. 1. Ethi. cap. 6. vbi ait ꝙ bonū tot modis di-
citur quot ens. Equiuoce (inquit) non a caſu ſed a conſi
lio. Et. 11. meta. c. 3. ⁊ li. 12. t. 28. dicit ꝙ nec equiuoce dici-
tur, nec vniuoce ſed medio modo. ¶ Probatur cōcluſio
ratione que colligitur ex Ariſto. Analoga ſunt quorum
nomen eſt cōe: rō vero nec omnino eadē nec oīno diuer-
ſa: ſed proportionalis: talia ſunt ſubſtantia ⁊ accidētia:
ergo. Probaꝛ minor. Subſtantia eſt ens: qꝛ per ſe ſtat,
accidens vero eſt ens: qꝛ eſt aliquid ſubſtātie: puta quā
titas: quia eſt menſura ſubſtantie: ⁊ qualitas eſt ens: qꝛ
afficit ſubſtantiā. ¶ Confirmatur ex modo concipiēdi:
qꝛ re vera ſolas ſubſtantias apud hoies cēſentur eſſe en
tia, nec duo lapides exiſtimantur plura, ꝗ̃ duo entia,
licet multa ſint illic accidentia. ¶ Nō ſi quis arguat cō
tra. Quēadmodum genus mediante eodē conceptu for
mali ſignificat vnā rationē cōem pluribꝰ ſpēbus, ita ens
ſignificat: ⁊ quemadmodum cōceptus obiectiuus entis
non eſt eiuſdē rationis in ſubſtantia ⁊ accidenti, ita con
ceptus genericus non eſt eiuſdē rationis in ſuis ſpecie-
bus: vt cap. 1. dictū eſt: ergo nihil deficit enti vt ſit cōmu-
ne tanꝗ̃ genus. Reſpōdetur ꝙ ratio generica ſimplici-
ter cōuenit quibuſcunq; ſpeciebus, non tñ ratio entis.
Exēpli gratia. Corpus ſignificat ſubſtantiā materialē:
⁊ quamuis materia, a qua abſtraitur illa ratio, ſit alte
rius rōnis in corporibus celeſtibus ⁊ in inferioribus,
nihilominus eſſe materiale ſimpliciter conuenit vtriſq;
corporibus: ſicuti animal ſimpliciter conuenit equo, ꝗ̃-
uis forma ſenſitiua a qua abſtrahitur ratio animalis,
ſit alterīꝰ rationis in equo ⁊ in homine. Sed tñ ratio en
tis ſoli ſubſtantie conuenit ſimpliciter: accidentibus ve-
ro ſecundum quid. Verba ſunt Ariſto. 7. meta. tex. 2. ſ.
ꝙ quantitas qualitas ⁊c. non ſunt ens: ſed entis ens: et
tex. 15. repetit ꝙ ens dꝛ de ſubſtantia ſimpliciter: ſed de
ceteris predicamentis ſecundum quid. Quēadmodū ſa-
num/ſimpliciter dꝛ de animali: ſed de vrina/ ſcdm quid.
Atqui punctū hoc eſt potiſſimū adnotandum: ſane quo
entis explicatur analogia. Latet ergo fallacia ſub cōſe
quentia, dū ex eo ꝙ ens vno conceptu formali ſignificat
decē predicamenta infertur eſſe vniuocū: poſtꝗ̃ non dꝛ
ſimpliciter de ſuis ſignificatis. Et profecto ratio Ariſt.
eſt elegās. Ens. n. dꝛ ab eſſe: ſꝫ accidētis eſſe nihil aliud
eſt, ꝗ̃ in eſſe ſubſtātie: ergo ens per prius dicitur de ſub-
ſtantia ⁊ per attributionē de accidēti: quod eſt eſſe ana-
logū. Sicuti/ſanū/ eo dꝛ analogice de animali ⁊ de vri-
na: qꝛ vrinā eſſe ſanam nihil aliud eſt, ꝗ̃ ſignificare ani-
mal ſanū. Vñ ſicut in diffinitione ſanitatis ponitur ani-
mal, ita in diffinitione eſſe accidētis ponitur ſubſtantia.
¶ Differt tñ inter/ſanum/⁊ ens: vt. 1. cap. dictū eſt, ꝙ ſa-
num/impoſitū fuit primū ad ſignificandū animal ſanū:
⁊ ideo vno cōceptu ſignificat illud, ⁊ alio ſignificat vri-
nam: tñ ens generaliter impoſitū fuit ad ſignificandum
id quod eſt: ⁊ ideo vnico cōceptu ſignificat oīa. ¶ Hinc
ſequitur ꝙ in mente vltimata pōt eſſe analogia que eſt
ſpecies equiuocatiōis: tametſi lib. 1. ſummularū negaui
mus in mēte eſſe equiuocationē: tunc. n. res nobis erat
cū ſummuliſtis: ⁊ ideo diffiniuimus terminū equiuocū
eſſe, qui mediātibus diuerſis cōceptibus ſignificat res:
vnde cū conceptus vltimatus per ſe ipſe ſignificet, non
poteſt hoc modo eſſe equiuocus, nec analogus. At ve
ro cū vnꝰ cōceptus formalis per ſe ipſe ſignificet vnā ra
tionē obiectiuā: que non eadē ſimpliciter: ſed proportio
nabiliter eſt in ſuis ſignificatis, principaliter in vno, et
per

3. Conclu. Ens analogum.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

per attributionem in alijs, hoc modo concedimus ana‐
logiam in mente vltimata: ꝗuis mera equiuocatio non
ſit illic poſſibilis. ¶ Sequitur preterea ꝙ nominales ſi
concedant ens mediante eodē conceptu ſignificare om
nia predicamenta, nullatenus negare poſſunt eſſe ſim‐
pliciter vniuocum: qꝛ nullum ponunt conceptum obie‐
ctualez in quo ſit analogia. Et hac cauſa Mar. ⁊ Buri.
dixerunt ſub ordinari diuerſis conceptibus.

¶ Quarta concluſio. Ens analogice dicitur
de Deo ⁊ creaturis. Hec concluſio ꝗuis obſcurior for‐
4. Cōclu. ſan ſit, ꝗ dialecticis plene poſſit explicari: tn̄ quia cum
tertia affinitatē habet ſub breuibus exponetur ad men
tem. S. Tho. 1. p. q. 13. art. 5. Quando effectus non ade‐
quat virtutē cauſe, tunc nomen cōmune vtriqꝫ, analogi
ce dr̄ de cauſa ⁊ de effectu: ſed creatura in ratione entis
nō adequat virtutē Dei: ergo ens analogice dr̄ de Deo
⁊ creatura. Exēplū maioris, calidū quod fit ab igne po
teſt adequare virtutez ignis. i. pōt procedere vt efficiat̄
verus ignis (hoc eſt enim effectum adequare cauſam) ⁊
ideo calidum vniuoce dr̄ de igne ⁊ de aqua calefacta ab
igne: nam poſtꝗ calor aque pōt procedere vſqꝫ ad ignē,
ſignū eſt eſſe eiuſdē rationis cū calore ignis. Sed calidu3
productū a ſole non pōt eo procedere, vt efficiatur ſol:
ſignū ergo eſt nō eſſe eiuſdē rationis cū virtute calefac‐
tiua ſolis: ⁊ ideo calidū non dr̄ vniuoce de ſole ⁊ de iſtis
inferioribus: nec ſol eſt formaliter calidus: ſed habet vir
tutē excellentiorez: qua pōt varios effectus producere.
Eodem modo, cū ens dicatur ab eſſe, et ratio eſſendi in
creaturis nō poſſit adequare rationē eſſendi in Deo: qꝛ
Deus per ſe et ex quiditate ſua habet exiſtere, creature
autē id nō habēt ex ſua quiditate: ſed a Deo (alias crea
tura eſſet Deus) fit vt ens dicat̄ analogice de Deo ⁊ de
creatura. ¶ Arguitur autē in cōtrariū. Ens dr̄ analogi
ce de ſubſtātia ⁊ accidēti, eo ꝙ ſimpliciter dr̄ de ſubſtan
tia ⁊ ſcđm quid de accidenti: at vero de Deo ⁊ creatura
non eſt ita, imo ſimpliciter dr̄ de vtroqꝫ: eſt enim ſubſtā‐
tia creata ſimpliciter ens: ergo non dicitur analogice de
Deo ⁊ creatura: ſed vniuoce. Reſpōdetur ꝙ quodāmo
do eſt ſimilis analogia ⁊ quodāmodo diuerſa. Eſt. n. ea‐
dem: qꝛ ſicut ſubſtātia eſt per ſe. i. non in alio: ⁊ acciden‐
tia dependent naturaliter a ſubſtātia, ita eſſe conuenit
Deo per ſe, id eſt nō ab alio, et eſſe creaturarū dependet
a Deo. Eſt tn̄ diuerſitas quā probat argm̄: vnde ꝓpter
primā cauſaz dixit. S. Th. loco modo citato ꝙ iſta ana‐
logia eſt ſicut vrine ad animal in rōne ſanitatis: qꝛ ſicut
ſanū in vrina nihil aliud eſt ꝗ eſſe ſignū ſanitatis, ita eſ
ſe ⁊ perfectiones creturarum non ſunt niſi expreſſiones
perfectionū que ſunt in Deo: ſed propter ſcđaz cauſam
dixit in de veritate. q. 2. ar. 11. ꝙ eſt inter Deū ⁊ creaturā
analogia ꝓportionalitatis: ſicut. n. eſſe Dei ſe habet ad
Deū, ita eſſe creaturarū ad creaturas: nā ſicut Deus ꝑ
eſſe quod formaliter eſt in eo exiſtit, ita creatura. Admo
dum quo ridere dicit̄ de homine ⁊ de prato: ſicut. n. ho‐
mo per riſum qui eſt in eo ridet, ita pratū per virorem
qui eſt in eo dicit̄ ridere. Quare ens perfectiori modo
dicitur de Deo ꝗ de creatura. Si tamen ſit nomen me
taphoricum, vt leo/ per prius dicitur de animali, et ſo‐
lum per ſimilitudinem dicitur de Deo.

¶ Ad argumenta ergo Scoti reſpondetur ꝙ
primum argumentum eſt ad literam Auice. 1. meta. c. 5.
quo ipſe tn̄ intendit cōcludere omnia predicamēta con
uenire in vna intētione entis: vt cap. 1. dixerat; quod nos
concedimus: non tn̄ contendit eſſe vniuocum, ⁊ tantun‐
dem concludit ſecundū argumentū. Et re vera Scotus
ipſe loco citato. q. 1. videtur ſe exponere ꝙ ſolū intelligat
vniuocationē entis ſecundū conceptum formalē: niſi ꝙ
q. 3. reſpondēdo ad autoritates Ariſtotelis videtur ſen
tire ꝙ ſit vniuocū ꝗtum ad cōceptū obiectiualē ad mo‐
dum gn̄ris, non attendens quod non dicitur ſimpliciter
de accidentibus. Scotiſte dicunt ens eſſe, ⁊ vniuocum, ⁊
analogū: ſed tamen hoc primo includit repugnantiā, ⁊
ꝑterea eſt vbiqꝫ contra Ariſto. ⁊ expreſſe. 11. met. c. 3. ⁊ li.
11. t. 28. vbi ait ꝙ non dicitur ens equiuoce nec vniuoce,
ſed analogice. Itaqꝫ non ſolū aſſerit eſſe analogum: ſed
vbiqꝫ negat eſſe vniuocū. ¶ Ad autoritatē Ariſt. reſpon
detur ꝙ analogiā entis inter Deū ⁊ creaturā vocat vni
uocationem: qꝛ magis accidit ad vniuocationē ꝗ ana‐
logia entis de decem predicamētis, eo ꝙ ſimpliciter ens
dicitur de Deo ⁊ de creatura.

¶ Secundus articulus eſt diſputare an ens ſit Scđs ar‐
genus ad decem predicamenta: vbi ſtatuitur negatiua ticulus.
concluſio. Ens non eſt genus ad decem predicamenta.
Et quidē concluſio omnibus eſt philoſophis receptiſſi‐
ma. Quam vel hic maxime Ariſt. inſinuat, dum genera Ens nō ē
decē rerum cōſtituit ſuprema ⁊ generaliſſima: ſi. n. ens genus.
genus eſſet oībus cōmune, nullū eorū eſſet ſupremum.
At vero Scotus qui primus in ſcholas introduxit ens
eſſe vniuocū, difficile pōt excludere ens a ratione gene‐
ris; nam certe Ariſto. ⁊ quotquot fuerūt antea philoſo‐
phi: ea potiſſimū ratione negāt ens eſſe genus: quia nō
predicatur vniuoce de ſubſtantia ⁊ de accidētibus. Et
ratio eſt in promptu aduerſus Scot. nam ſi ens eſt vni‐
uocū, ſignificat plura ſecundū eandē rationem (ex diffi‐
nitione Ariſt.) et per conſequēs ſignificat vnū conceptū
cōmunē, qui ſimpliciter cōuenit oībus ſignificatis, hoc
eſt enim ſignificare ſecundū eandū rationē: ſed/ animal/
aut/ corpus/ non alia ratione eſt genus: niſi qꝛ ſignificat
vnum hoc modo cōe multis: ergo ⁊ ens pari ratione eſt
genus. Reſpōdet Scotus/ ens nō eſſe genus: ſed tamen
ea ſola cauſa: qꝛ eſt tranſcendens: hoc eſt/ qꝛ vniuerſali‐
ter predicatur de oībus. Et eandē cauſam pretendunt
nominales. ¶ Sed cōtra hāc cauſam arguitur. In diffi
nitiōe generis nihil aliud habetur, niſi ꝙ predicetur de
pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid: ergo eſſe
tranſcendens/ nihil obſtaret ad rationem generis, ſi ens
eſſet predicatū vniuocū ⁊ quiditatiuū que ambo conce‐
dit Scot. Nō ſi reſpondeat obſtare autoritatē Ariſto‐
telis cōſtituentis decē generaliſſima, petis principium.
Hoc. n. contēdimus ꝙ Ariſto. non ſtatuiſſet decē gene‐
raliſſima, ſi videret ens eſſe vniuocu3 ad oīa entia. Imo
vero propterea Plato, vt videbimus. q. ſequēti, non di
ſtinxit decem predicamēta: quia credidit ens eſſe vniuo
cum et vniuerſaliſſimum. Et ideo Ariſto. prius. 4. met.
ꝓbauit ens eſſe analogicū, ⁊ ſubinde in quinto diſtinxit
decē gn̄aliſſima. ¶ Probatur ergo cōcluſio. ſ. ens/ nō eſ
ſe genus duplici rōne Ariſtotelis. Prima, quia non dici Ratio pri
tur vniuoce de oībus p̄dicamētis. Et hac vtitur in oīm ma.
bus locis ſupra citatis, ⁊ in alijs multis ſuorū operum,
Quare Porphyr. cap. de ſpecie hac ſola ratione tanꝗ
cōpertiſſima apud oēs philoſophos vtitur dicens. Ens
non eſt genus: qꝛ ſi quis oīa entia vocet, equiuoce nū
cupabit et nō vniuoce. Vbi oēs quotquot fūt expoſito Secunda
res cōſentiunt illam eſſe rationē Ariſtotelis. ¶ Secun‐ probatio.
da probatio Ariſt. eſt elegantiſſima. Aſſerit. n. eandem
concluſionē. Tertio meta. tex. 10. et probat ens non eſſe
genus hoc modo. Omne genus eſt extra eſſentiā, et qui
ditatem dr̄ie: ſed ens eſt de eſſentia ⁊ quiditate rerum
oīm, ⁊ per conſequens cuiuſqꝫ dr̄ie: ergo non poteſt eſſe
genus. Probat̄ maior. Genus vt ait Porphy. ca. 3. ha
bet ſe ad differentiā ſicut materia ad formam: eo quod
genus cōtrahitur per dr̄iam: ſed contrahens debet eſſe
oīno diſtinctum ab eo quod contrahitur: ſi enim animal
(v. g.) includeretur in rōnale, nō contraheretur per ra‐
tionale: nam contrahere eſt addere nouuz gradū: et ſi ra
tionale includeret animal: nō addderet nouu3 gradū ſu
pra animal. Minor autē eſt manifeſta: qꝛ quiſqꝫ grad⁹
rerum

rerum, quomōcūqꝫ abſtract⁹, includit ens. Quare nul‐
la pōt dari differētia que cōtrahat rationē entis: et per
conſequens ens non pōt eſſe genus. ¶ Hanc verūtamē
rationē non recipit Scotus. 1. ſenten. d. 3. q. 3. vbi negat
hanc minorē, videlicet, ens eſſe de eſſentia vltimarū dif
ferentiarū. Imo dicit ꝙ rationale/ nō includit ens. Mo‐
uetur hac ratione. Differētia eſt cōcept⁹ ſimpliciter ſim
plex: nam ſpecies reſoluitur in genus ⁊ dr̄iam: ⁊ genus
rurſus reſoluitur in aliud ſuperius vſqꝫ ad gn̄aliſſimū:
dr̄ia vero non reſoluitur in genus ⁊ differentiam: alias
differentia ſecunda deberet iterū reſolui, ⁊ ſic reſolutio
ſpeciei procederet in infinitū, contra doctrinā Ariſto. 8.
meta. tex. 10. Arguit ergo Scot. Si ens eſſet de eſſentia
huius differentie. V. g. rationale/ tūc eſſet reſolubile in
conceptū entis ⁊ aliā differentiā contrahentē, ⁊ rurſus
illa ſecunda differentia eadē ratione includeret ens, et
per conſequēs eſſet reſolubilis, atqꝫ adeo reſolutio pro
Ens eſt d̄ cederet in infinitum. ¶ At vero in contrariū arguitur ꝙ
eſſētia dif ens ſit de eſſentia cuiuſcūqꝫ. Primo eſt ſententia Ariſ.
ferentie. expreſſa loco citato, qua de cauſa negat eſſe gen⁹: ⁊. 4.
topi. cap. 6. et. 10. meta. tex. 6. ⁊ frequentiſſime repetit ꝙ
ens ſequitur ad oīa. Et eadē ratione. 8. met. t. 16. probat
ens non intrare diffinitionē aliquā quiditatiuam: qꝛ vi‐
delicet nō dicit gradū ſpecialē quiditatis non incluſum
in quacūqꝫ differentia. Sed preter autoritatē Ariſtote
lis eſt ratio manifeſtiſſima: nam cū ens dicatur ab eſſe,
primu3 qđ de quacūqꝫ re intellectus cōcipit eſt eſſe ens:
et ideo excludere aliquid a rōne entis eſt aſſerere nihil
eſſe. Vnde ad argm̄ Scoti Ariſtoteles ipſe reſpōdet. 4.
met. tex. 3. vbi ait: adeo ens eſſe intimum cuicunqꝫ, vt nul
lam faciat compoſitionē: ſed idē eſt/ ens homo/ ⁊ homo/
ens rationale/ ⁊ rationale/ quare licet ens ſit de eſſentia
dr̄ie, non propterea dr̄ia eſt reſolubilis: quia ens non
eſt de eſſentia ſicut genus componens ſpeciem: ſed ſicut
quid conceptum in quacunqꝫ re, a qua nulla res eſt per
abſtractionē ſeparabilis. Itaqꝫ pōt intellectus abſtra‐
here cōmunez rationem entis abſtractione vniuerſalis
a quocūqꝫ particulari: ſed nihil particulare abſtrahitur
ab alio abſtractione formali, quin in cōceptu abſtracto
includatur ens. Et hac potiſſimum ratione non eſt ge‐
nus. Tertiam rationem adijciemus in ſolutione ad pri‐
mum: qꝛ videlicet ens non predicatur quiditatiue.

Gn̄aliſſi‐ ¶ Ex his, que dicta ſunt colligitur in primis
ma carēt generaliſſima non conſtitui ex genere ⁊ differentia: qꝛ
gn̄e ⁊ dr̄ia necens eſt genus eorum, nec proinde contrahitur ad eſ
ſe ſubſtantie ⁊ eſſe accidentium per differētias: ſed per
modos intrinſecos: vt ſubſtātia eſt ens ꝑ ſe, ⁊ acċdēs eſt
ens in alio. Differt inter modos intrinſecos ⁊ differen‐
tias rōne iam dicta: nempe ꝙ dr̄ia eſt extra rationem ge
neris: vt rationale/ nō includit in ſe rationē animalis: ſ3
dicit nouū gradū: attamē eſſe per ſe vel in alio/ non dicit
nouū gradū entis: qꝛ eſſe per ſe vel in alio quomodocun
qꝫ abſtrahatur includit ens: ⁊ ideo dr̄ modus intrinſe‐
cus entis. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ generaliſſima nō pro
Primo prie dicūtur differre: ſed ſunt primo diuerſa. Hec eſt co‐
diuerſa. mentum realiū: ſed eſt ſententia Ariſto. 10. meta. tex. 12.
vbi ait illas res proprie differre que cōueniunt in aliquo
genere et habēt diſtinctas differētias: vt homo ⁊ equ⁹,
animal ⁊ lapis ⁊c. illa vero ſunt primo diuerſa, que nul‐
lo genere cōueniunt, nec differūt per dr̄ias: ſed ſeipſis:
vt ſunt gn̄aliſſima: ⁊ eadem rōne vltime differentie, que
non conueniūt in genere. Hac de cauſa generaliſſima ⁊
vltime dr̄ie cenſentur cōcept⁹ ſimpliciter ſimplices. Vn̄
ꝗuis omnes res realiter diſtincte gn̄ali nomine dican‐
tur differre, nihilominus proprie non differunt niſi que
ſunt ſub eodem gn̄e. Ob idqꝫ perſone diuine, ſunt qui‐
dem diſtincte realiter, non tn̄ differentes: qꝛ vt capite ſe
quenti videbimus, in diuinis nec eſt genus nec differen
tia. Imo vero neqꝫ indiuidua eiuſdem ſpeciei dicuntur
proprie differre: qꝛ ſpecies non contrahitur per differē‐
tias ſicut genus: ſed dicūtur materialiter diuiſa ⁊ diſtin
cta. ¶ Sequitur tandem tertio, ꝙ nec generaliſſima nec
vltime differentie habent proprie diffinitiones quiditati
uas: ſ3 eſt quedā deſcriptio ſubſtantie, ſi dicas, ꝙ eſt ens
per ſe: ⁊ deſcriptio quantitatis, ſi dicas, ꝙ eſt menſura
ſubſtātie ⁊c. ¶ Ad tertiū igit̄ argm̄ principale, partim
reſponſum eſt, du3 negauimus ens eſſe vniuocū: ſed ad
aliud verbū quo arguitur ens predicari quiditatiue, nō
facilis eſt reſpōſio ſaltē pro dialecticis. Nihilominus ne
ceſſarium illis eſt id non prorſus ignorare. Scotus. 1. d.
3. q. 3. vt aſſerit ens eſſe vniuocū, ita pro indubitato hēt
eſſe predicatū quiditatiuū: qꝛ ſignificat rerū eſſentias.
Sed re vera hoc videtur contra Ariſtotelē qui. 8. meta.
tex. 16. negat ens intrare diffinitionē aliquā quiditati‐
ua3. ¶ Idcirco notandū eſt ꝙ eſſe nō eſt de eſſentia crea Eſſe non
turarū. Hoc eſt dicere. In diffinitiōe quiditatiua homi‐ eſt de eſſē
nis nō includitur vt ſit: nam vt. 2. lib. ſummularū dictū tia creatu
eſt, ꝙ homo ſit animal rōnale, eſt perpetue veritatis: et re.
erat verū anteꝗ mūdus eſſet: quare nō ſequitur homo
eſt animal ratiōale: ergo homo eſt. In Deo tn̄ eſſe eſt de
quiditate Dei: qꝛ a nulla alia cauſa id pōt recipere. So‐
lent ergo aliqui diſtinguere ꝙ ens accipitur dupliciter,
ſcilicet aut participialiter aut nominaliter. Primo mō
(inquiunt) ſignificat eſſe ſeu exiſtentiam, ſicut currens
curſum, ⁊ ideo nō eſt predicatū quiditatiuum creatura
rū. Secūdo modo ſignificat eſſentiā: ⁊ hoc modo dicunt
diuidi in predicamēta ⁊ predicari eſſentialiter ⁊ quidita
tiue. Nec tn̄ ſequitur vt ſit genus: qꝛ non contrahitur,
vt dictū eſt, per differentiā que ſit extra rationez entis.
¶ Mihi vero non videtur diſtinctio hec admodū neceſ‐
ſaria: nec Ariſtote. illam vnqꝫ inſinuauit. Imo vero ens
ſemper eſt participiū verbi/ ſum/ ſicut exiſtens, verbi/ ex Ens eſt ꝑ
iſto. Quod quidē de formali ſignificat eſſe, ⁊ de materia ticipium.
li id quod habet eſſe. Vnde. 1. phi. tex. 13. ⁊ alibi ſepe loco
entis transfertur/ id quod eſt. Et quia predicatio atten
ditur penes ſignificatū formale, ens nullaten⁹ de crea‐
tura predicatur quiditatiue. ¶ Vnde ad argumentum
Scoti cōcedimus ꝙ ens ſignificat eſſentias rerū que eſt
ſentētia Ariſt. 5. met. tex. 14. quā. S. Th. illic ⁊ vbiqꝫ cō
cedit, ⁊ hac rōne diuiditur in predicamēta. Sed tamen
ſignificare eſſentiā eſt ſignificare quiditatem in ordine
ad eſſe: puta ea ratiōe qua pōt habere eſſe: ⁊ qꝛ eſſe non
eſt de quiditate creaturarū: ideo non predicantur de il‐
lis quiditatiue. Vnde. S. Th. 4. met. lectiōe ſecūda no‐
men, inquit/ res/ imponitur a quiditate, nomen vero/
ens/ imponitur ab actu eſſendi: ſed qꝛ idem eſt quod ha
bet quiditatem ⁊ eſſentiam/ res/ ⁊/ ens/ idem ſignificant.
Vnde colligitur ꝙ ſignificare eſſentiā/ non eſt ſignifica‐
re quiditatem abſolute, ſicut nomen/ res/ ſignificat: ſed
eſt ſignificare eā ſub ratione eſſendi. Eſſentia enim eſt
nomen verbale ab/ eſſe/ ſicut exiſtentia ab/ exiſtere. Et
quo me, perſpicacius exponam concederem ego ꝙ/ res/
quiditatiue predicatur, non quidem vt genus: qꝛ nō di
cit gradum diſtinctū a dr̄ia, vt ſupra expoſitū eſt: ſed qꝛ
ſignificat abſolute quiditatē quācunqꝫ ⁊ quēcunqꝫ gra
dum quiditatis realis. At vero/ ens/ qꝛ ſignificat eſſen‐
tiam. i. quiditatē ſub rōne eſſendi. i. quaten⁹ poteſt ha‐
bere eſſe, non predicatur quiditatiue. Dixerim/ quate‐
nus/ pōt habere eſſe: qꝛ non ſupponit ſolū pro eo quod
actu eſt, ſicut ly/ exiſtens: imo ſicut eſt perpetue verita‐
tis/ homo eſt animal/ ita/ homo eſt ens. ¶ Quamobrem
S. Tho. 10. met. lec. 2. dicit ꝙ ens ſignificat decem pre‐
dicamenta ſcđm ꝙ ſunt, actu vel potentia. Atqui hec eſt
tertia ratio quare/ ens/ non eſt genus: nempe qꝛ non pre
dicatur quiditatiue de creaturis. Et ita. S. Tho. quod
li. 2. q. 2. ar. 1. dicit non eſſe predicatū eſſentiale: ⁊ primo
cōtra genti. c. 26. dicit ꝙ ens nō cadit in cōceptu ſubſtā‐
tie.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tie et.1.parte.q.3.arti.5.dicit ꝙ ens de ſolo Deo dicitur quiditatiue. ¶Sed cōtra reſpōſionē arguitur. Sequeretur ꝙ ens poneretur in predicamēto accidētis, ⁊ eſſet cōnotatiuū poſtq̄ ſignificat eſſe/quod nō eſt de quiditate ſubſtātie. Propter hoc argm̄ Auicena (vt.4.metap. refert Comēta.com.2.⁊.S.Tho lectione ſecunda) opinatus eſt ꝙ ens addit accidēs ſupra ſubſtantiā, ſicut album albedinē: quod tn̄ reprehendit illic. S.Tho. nam

Ens eſt actus ſubſtantie. eſſe/non eſt accidens ſubſtantie ſicut albedo: ſed eſt actꝰ ſubſtātie: quod eſt dicere: eſt terminus productionis ſubſtātie: rem enim produci, nihil aliud eſt, q̄ eſſe adquirere. Et ideo non ponitur in predicamēto accidētis: ſed reducitur ad predicamentū ſubſtantie: quod propterea a S.Th. ſed appellatur predicatū ſubſtantiale: nec cenſetur nomen connotatiuū: ſed abſolutū. Jmo frequenter vtuntur doctores nomine/ens/vt omnino eodē modo ſignificet ſicut/res. ¶Ad vltimū argm̄. Marſilius ⁊ Buridanus tenētes ꝙ ens eſt analogū mediantibus diuerſis cōceptibus concedunt ꝙ omne ens eſt ſubſtantia quia ſtat pro famoſiori ſignificato, ſicut hic omne animal eſt viuū/ac ſubinde cōcedunt ꝙ ens eſt generaliſſimum primi predicamenti: quod proinde debet vocari predica

Ens non dicit accidens. mentū entis. ¶Hec tn̄ opinio falſa eſt vt ex dictis conſtat. Reſpōdetur ergo ꝙ ens nō ſolum nō eſt genus omnium predicamentorū: ſed nec primi predicamēti: quia vel accipitur tanq̄ cōuertibile cum/ſubſtātia/⁊ hoc nō: poſtq̄ ſubordinatur cōceptui ſuperiori ⁊ cōi ad omnia predicamēta: vel accipitur tanq̄ ſuperius, ⁊ tunc excluditur a ratione gn̄is propter rōnes ſupra expoſitas.

¶Quæſtio ſecunda.

¶Vtrum diuiſio rerum in decem prædicamenta ſit ſufficiens.

Arguitur ad partem negatiuam. Diuiſio reducenda eſt ad q̄ pauciſſima mēbra fuerit poſſibile: ſed predicamenta nouem accidentium comprehenduntur ſub vno genere accidentis: ergo tantum ſunt duo gn̄a ſuprema: puta ſubſtātia ⁊ accidens. Probatur minor. A quacunq̄ eſſentiali conuenientia abſtraitur conceptus communis: ſed omnia accidentia conueniunt in hoc quod eſt ineſſe ergo. ¶Secundo arguitur ꝙ ſaltem ſufficerent tria predicamenta: ſcilicet ſubſtantia ⁊ accidens abſolutū, ⁊ reſpectiuum: nam quantitas ⁊ qualitas videntur habere eundem modum eſſendi abſolutum: quod eſt/eſſe in aliquo/⁊ relatio cum ſex vltimis predicamentis videtur habere diſtinctum modum eſſendi: puta eſſe ad aliud. ¶Tertio arguitur. Partes ſubſtantie vt materia/forma/caput, ⁊ differentia: vt rationale/continentur ſub ente reali: tamen non ponuntur in aliquo decē predicamentorū: nam maxime in predicamēto ſubſtantie, quod eſt falſū quia materia non eſt ſubſtantia: ſed pars ſubſtantie: nec differentia eſt ſubſtantia: ſed pars metaphiſica ſubſtantie: ergo aliud cōſtitui oportuit predicamentum vbi hec collocarentur. ¶Et confirmatur. Punctum/vnitas/angulus/ſunt entia: que tn̄ in nullo iſtorū ſunt predicamento: qꝛ maxime in predicamēto quantitatis, quod eſt falſum: cum hec non ſint quantitates: ſed quantitatū principia: vt punctū/linee, vnitas/numero, angulus/figure: ⁊ p̄terea priuatiōes vt/cecū/obſcurū/⁊ ſimilia non ſunt in his predicamētis: ergo pro hm̄oi rebus omnibus addendū erat aliud predicamētum. ¶Quarto arguitur. Entia rationis diſponuntur in linea predicamentali vbi ens rationis eſt generaliſſimū: ſub quo ponitur vniuerſale, cuius ſpecies ſunt quinq̄ vniuerſalia: ⁊ tn̄ huiuſmodi entia non ponuntur in aliquo decē predicamentorum in quibus ſecundum Ariſt.5.meta.tex.14.non ponitur niſi entia realia: ergo addendum fuiſſet nouum predicamentum entis rationis.

¶De numero prædicamentorum variæ fuerūt philoſophorū ſententie. Plato opinatus eſt ens vniuocum eſſe ad res vniuerſas, iudicauit eſſe genus vniuerſale omniū rerum, atq̄ adeo vnicū eſſe generaliſſimū predicamentū: ſicut in familijs omnia reducūtur ad Jouem. Quam opinionē repudiauit Porphy.ca.de ſpē: ⁊ Ariſt.3.meta.tex.10. rationibus quas attulimus ſuperiori queſtione. ¶Pytagoras per contrariū extremum multiplicauit predicamenta viginti: decē videlicet poſitiua, totidemq̄ priuatiua: que lōgum difficile, atq̄ alienum a preſenti negotio eſſet hic illa cōmouere. Redarguit illā opinionem Ariſt.1.met.cap.5.quā illic. S.Th. lectione.8.late tractat. ¶Ariſt. ergo.5.meta.tex.14.eleganter rerū oim̄ predicamēta ad decem redegit. Vbi notandū eſt primū ꝙ cū ens ſimpliciter dicatur de ſubſtantia, ⁊ per attributionē ad ſubſtantiā dicatur de accidentibus, primū predicamentū eſt ſubſtantie: predicamenta vero accidentiū ſumenda ſunt per diuerſas habitudines ad ſubſtantiā. Vnde primo diſtinguit ens in ens rationis et ens reale. Atqui entis rationis tres ſunt gradus. ſ. negatio, ⁊ priuatio, ⁊ ſecunde intentionis. Negationes ſunt res fictitie que nihil prorſus in re ponūt: vt chimera. Et dicūtur ens rationis: qꝛ ſunt obiecta circa que negociatur intellectus: dicimus. n. ꝙ affirmatio. ſ. chimera eſt/contradicit negationi: vbi chimera conſideratur per modū entis. Hec qꝛ nullā prorſus habēt entitatem, a predicamento penitus excludūtur. Secūdus, genus eſt priuationū que ponunt aptitudinē in ſubiecto: vt cecum/dicit priuationē viſus in ſubiecto apto ad videndū. Hec q̄uis directe non ponātur in predicamento (qꝛ de formali nō ſignificant aliquid poſitiuū) reductiue tn̄ ponuntur, vbi ponitur forma poſitiua: vt cecum ⁊ tenebroſum ponūtur reductiue in predicamento qualitatis: vbi directe ponit̄ viſus/⁊ lumen. Tertius gradus eſt ſecundarū intentionū que habent fundamentū in re de quibus videbimus in ſolutione ad quartū. ¶Reiectis entibus rōnis adhuc ſecundo notandum eſt ꝙ inter entia realia ſecundum eundē Ariſto.4.meta. tex.2. ſunt gradus etiam tres: ſunt. n. aliqua debiliſſima entia, que licet non ſint priuationes, habent tn̄ aliquid admixtum de priuatione: ſicut motus qui conſiſtit in fieri: vt calefactio qua actu corrūpitur frigiditas ⁊ producitur caliditas. Et ideo motus: quia non eſt tam ens, q̄ via ad ens, non pertinet directe ad predicamentū: ſed ad poſtpredicamenta: tāetſi reductiue augmētatio/ponatur in predicamento quātitatis ⁊ alteratio, in predicamēto qualitatis. Secundus gradus eſt rerum que nihil habent admixtū de priuatione: ſed habent eſſe cōpletum: nihilominus nō ſunt entia per ſe: ſed in alio: ⁊ hec ſunt accidentia nouē predicamentorū: atq̄ adeo ſupremus gradus entis eſt ſubſtātia que per ſe exiſtit. ¶Nouem ergo predicamenta diſtingūtur penes nouē modos eſſendi accidentiū in ſubſtantia: nā modi predicādi (vt inquit Ari.) loco citato modos ſequūtur eſſendi. ¶Vbi tertio notandum tria eſſe in ſubſtātia conſiderāda. ſ. materiam, formam, ⁊ compoſitū. Jtem in accidētibus conſiderandū eſt alia ineſſe ſubſtantie ab intrinſeco, ⁊ alia ab extrinſeco. Hinc. S.Tho.5.meta.lecti.7. colligit ſufficientiam predicamentorū. Predicatum. n. ad primā ſubſtātiam (quod eſt primū ſubiectum omniū predicamentorū) tripliciter ſe habet: aut. n. predicat rem que eſt ſubſtantia: vt cū dicimus Socrates eſt homo, aut animal, ⁊ huiuſmodi predicata conſtituunt predicamentum ſubſtantie. Secundo modo predicatū dicit accidēs quod ab intrinſeco ineſt ſubſtantie. Quod ſi abſolute conueniat ei tunc vel ratione materie, ⁊ eſt predicamentum q̄titatis: aut rōne

Plato

Pytagoras.

Ariſtote.

Entis partitio.

Sufficientia predicamētorū.

rōne forme, ⁊ eſt predicamentū qualitatis: nam quantitas ſequitur materiā: quare res inmateriales nō habēt quantitatem: qualitates vero ſequūtur formam: ⁊ ideo res diuerſarū ſpecierū, diuerſas habent qualitates. Si vero tale accidens intrinſecū cōueniat, nō abſolute: ſed in reſpectu ad aliud, eſt predicamentum ad aliquid. Et hoc conuenit ſuppoſito ratione totius: eo. n. ꝙ Petrus eſt, refertur ad patrē, et eo ꝙ eſt totū, eſt duplū ad medietatem ⁊c. Tertio modo predicatū ſumitur ab eo qđ eſt extra ſubſtantiam. Et alia ſunt vltima ſex predicamenta. Nam ſi omnino conuenit ab extrinſeco, tunc ſi illud extrinſecum nō ſit menſura ſubſtantie, eſt predicamentum habitus, vt veſtitum eſſe, calciatum eſſe. Si autem ſit menſura: aut eſt menſura quantitatis, ⁊ hoc eſt predicamentum vbi: quare res que non ſunt quāte non ſunt in loco: ꝙ ſi addatur diſpoſitio partium adinuicem eſt predicamentum ſitus: vt iacere, ſedere ⁊c. Aut eſt menſura durationis ⁊ eſt predicamentum quando: puta temporis. Sed ſi predicatum partim conueniat ab intrinſeco, ⁊ partim ab extrinſeco: tūc ſi principiū illius ſit intrinſecum, eſt predicamentum actionis: ſi vero terminus ſit extrinſecus, eſt predicamentū paſſionis: nam calefaciens predicatur de igne in quo eſt principium calefaciendi, et calefactum de aqua que eſt terminus calefactionis. Quo fit vt ſicut quantitas ſequitur materiā, ita predicamentum vbi/et predicamentum ſitus/⁊ predicamentum paſſionis/ſequunt̄ quantitatē: qꝛ nihil realiter patitur, nec eſt in loco, niſi ratione quātitatis: ſpiritualia. n. nec ſunt proprie in loco, nec realiter patiuntur: ſed ſolū intentionaliter in intellectu ⁊ voluntate. Et ſicuti qualitas ſequitur formam, ita predicamentum qn̄/⁊ predicamētum actionis/ſequūtur formam: qꝛ res nec mēſurantur tēpore, niſi ratiōe forme corruptibilis, nec realiter agunt: niſi per qualitates. Et ſicut relatio,

Res ſunt in predi. ita ⁊ habitus conſequitur ad totū ſuppoſitum. ¶Hinc primo cōſiderato res eſſe principaliter in predicamento: nam alias qđ opus erat Ariſtoteli diſtinguere ens primꝰ in reale ⁊ rationis: ⁊ deinde reale in decē predicamenta. ¶Secūdo animaduertito differētiam inter tria priora predicamenta accidentis ⁊ ſex vltima: nam tria priora dicunt res intrinſecas ſubſtantie, cetera vero ſumuntur ab extrinſeco. Jtaq̄ predicamentum ſubſtantie ſumit̄ ab eo quod eſt ſubſtantia: tria proxima, ab eo quod eſt in ſubſtantia: ſex vltima, ab eo quod eſt circa ſubſtantiam. ¶Alij aliunde deducunt hanc diuiſionem: quos refert hic Paulus venetus. Alij namq̄ ponunt nouem tantum predicamenta, ponentes habitum in predicamento quantitatis. Alij ponunt/quādo/in predicamento quantitatis, in quo ponitur tempus. Alij/vbi in predicamento relationis. Alij putant actionē ⁊ paſſionem eſſe idem predicamentum. De quibus omnibus in locis cuiuſq̄ proprijs diſputabimus. ¶Nominales qui res ad predicamenta non admittunt, diſtingunt predicamenta penes varias connotationes: puta ꝙ termini ſignificantes abſolute ſubſtantiam ſunt de predicamento ſubſtantie, ⁊ termini connotantes quantitatem, ſunt in predicamento quantitatis: ⁊ ita de ceteris. Attamen rationem reddere non poſſunt cur diſtinguātur numero decem: niſi connotationes in dictos rerum eſſendi modos reſoluant.

¶Ad primum argumentū reſpondere quis forſan poſſet concedēdo accidens eſſe vniuocum genus nouem predicamentorum: ſed tunc (vt probat argumentum) predicamēta reducerētur ad duo generaliſſima qđ eſt cōtra Ariſtotelē. Rurſus per oppoſitū extremū, ne id cōcederet, quis forte negaret accidens eſſe vniuocū nomen ad nouē predicamenta. At vero id etiam falſum apparet: nā accidens videtur ſignificare vnam rationē cōmunē puta accidere ſubſtantie. Quocirca medio mō

Accidens vniuocū non tamē genus. reſpōdetur. Primo cōcedimus ꝙ accidens eſt vniuocū ad nouē predicamenta. Probatur. Significat mediante eodem cōceptu formali vnā rationē cōem que ſimpliciter eſt in oibus: ergo eſt vniuocum. Probatur antecedens. Accidens in cōmuni ſignificat accidere ſubſtantie, abſtrahendo ab hoc ⁊ illo modo inherēdi: ⁊ hoc ſimpliciter cōuenit oibus (non. n. poſſumus dicere ꝙ ſimpliciter cōueniat quātitati aut qualitati, ⁊ ſecundū quid alijs) ergo ſignificat mediāte eodem conceptu vniuoce. Secūdo dicimus ꝙ nō eſt genus. Paulus ⁊ alij quos viderim, neſcio quas rationes cōfingunt: ſed exiſtimo vti de ly/ens/diximus, ita dicendū eſſe de ly/accidēs. Primo ꝙ nō predicat̄ quiditatiue: qꝛ nō formaliter ſignificat quiditates accidentiū: ſed eſſe eorū in ſubſtātia. Et ſecūdo (quod eſt adnotandū) dicimus ꝙ q̄uis ſignificet quiditatē, non tn̄ ſignificat diſtinctū gradum, vt poſſit cōtrahi per dr̄ias. Exēpli gratia albedo/cōſtat ex colore ⁊ particulari dr̄ia que eſt extra rōnem coloris: ſicut rōnale/eſt extra rationē cōem animalis. Sed tn̄ accidens includitur in quocūq̄ gradu ⁊ quacunq̄ dr̄ia accidentis: ſicut ens in quocūq̄ gradu q̇ditatis realis. ¶Et eodē modo rn̄detur ad ſecundū argumētū, ꝙ nec accidēs abſolutū/eſt genus ad quantitatē ⁊ qualitatē, nec relatio/ad predicamentū relationis, ⁊ ad ſex vltima. Eo vel maxime qđ ſex vltima forte non ſunt formaliter relationes: vt ſuo loco videbimus. ¶Ad tertiū rn̄det̄ ꝙ partes ⁊ differētie ſubſtantie nō ſunt directe in predicamento: ſed reductiue ⁊ ad latus ponunt̄ in predicamēto ſubſtātie: ⁊ ſimiliter reſpōdetur ꝙ punctū/linea/⁊ angulus nō directe: ſed reductiue ponunt̄ in predicamēto quantitatis: ⁊ pariter priuationes reducūtur ad p̄dicamentū, vbi ſunt forme quarū priuationē ſignificat. ¶Ad quartum in quo eſt maior difficultas multi ſunt modi reſpōdendi. Buridanus in fine predicamentorū, ⁊ alij multi putant entia rationis locari in predicamēto relationis: qꝛ ſignificāt relationē aut generis, aut ſpeciei, aut aliū reſpectū rōnis. Hoc tn̄ nō cōſonat veritati. Primo qꝛ in predicamento relationis non ponitur niſi relatiōes reales: ⁊ tamen relatio ſigni ad placitū ſignificantis eſt ens rationis ſicut ⁊ ratio gn̄ris: ⁊ ratio ſpeciei. Et preterea in predicamento relationis ponitur ſolū illud quod non habet aliud eſſe q̄ cōparari ad aliud: tamen eſſe genus non ſolū eſt cōparari ad ſpecie̅: ſed eſt eſſe aliq̄d eius: puta formam ⁊ predicatum eius: ſicut pars ſubſtantie q̄uis dicat cōparationē ad ſubſtantiā, non eſt in predicamento relationis: quare genus potius eſt relatiuū ſecūdum dici, q̄ ſecundū eſſe, vt illic declarabimus. ¶Alij dicunt ꝙ entis rationis non ſunt in ſpeciali predicamēto: ſed cōmuniter in omnibus: quia in quocunq̄ eſt genus ⁊ ſpecies ⁊c. Hoc tn̄ non eſt ſecundum Ariſtotelē: ſecundū quem nomina non ponuntur in predicamento pro ſignificatis materialibus: ſed pro formali: ⁊ quāuis ſubſtantia ⁊ quātitas ſint genera, ⁊ ſpecies tn̄ intētio generis formaliter eſt accidens rationis. ¶Dicendū ergo eſt ꝙ entia rationis ſunt extra decem predicamenta: nam primo Ariſtoteles diſtinxit ens in reale, ⁊ rationis: ⁊ deinde reale in decem predicamenta. Quapropter autentia (qđ aſſerit Paulus venetus) rationis pertinent ad antep̄dicamēta, vt predicabilia generali nomine dicantur antepredicamenta: aut fingendum eſt vndecimum predicamentum quod ſit entium rationis ordinatio.

¶De ſubſtantia. Cap. 5.

Subſtantiam maxi. ppꝛ̄q̄. Subſtantia autem, quæ quidem proprie, imprimiſq̄, & maxime ſic dicitur, eſt, que neq̄ de ſubiecto aliquo dicitur, nec in ſubiecto aliquo eſt, vt quidam homo, & quidā equus.

Secunde

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Subſtantię ſecūdę.

Secundæ vero ſubſtantiæ, ſpecies hæ, in quibus
quas in primis ſubſtātias appellabamus in ſunt,
dicūtur: & hæ quidem, & harum ſpecierum gene-
ra: vt quidā homo, in ſpecie quidem homine eſt:
genus vero ſpeciei animal eſt. Secundę igitur ſub
ſtantiæ hæ dicuntur, vt eſt homo atq; animal.
Tex. 2. ¶ Manifeſtum autem ex iis quæ diximus
eſt, quod eorum quæ de ſubiecto dicuntur, neceſ
ſe & nomen & rationem de ſubiecto prædicari. vt
homo de ſubiecto quodam homine dicitur. Prędi
2 catur etiam & nomen: hominem enim de quodā
homine prædicabis: & ratio quoq; hominis de
quodam homine prædicabitur: quidam enim ho
mo & homo, & animal rationale mortale eſt: qua-
re & nomē & ratio de ſubiecto prædicabitur. Eo-
rum vero quæ in ſubiecto ſunt in plurimis quidē
neq; nomen, neq; ratio prędicabitur de ſubiecto:
in aliquibus autem nomē quidem nihil prohibet
de ſubiecto prædicari interdum, ratione vero eſt
impoſſibile: vt album, cum in ſubiecto ſit corpore
prædicatur de ſubiecto: dicitur enim corpus albū
ratio vero albi, de corpore nunquam prædicabi-
tur. Alia vero omnia, aut de ſubiectis dicūtur pri-
mis ſubſtantiis, aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc aūt
manifeſtum ſingula depromēti fuerit: vt animal
3 de homine prædicatur: ergo & de quodā homine
prædicabitur: nam ſi de nullo quorundam homi-
nū, neq; omnino de homine. Rurſus color in cor
pore eſt: ergo & in quodam corpore. Nam ſi non
in aliquo corporum ſingulorum eſt, nec omnino
in corpore, quare alia omnia aut de ſubiectis pri
mis dicuntur ſubſtantiis, aut in ſubiectis eis ſunt.
Non exiſtētibus igitur primis ſubſtantiis, aliquid
aliorum eſſe eſt impoſſibile. Omnia enim alia aut
prædicantur de eis, aut in ſubiectis eis ſunt: qua
re non exiſtentibus primis ſubſtantiis, impoſſibi
le eſt aliorum aliquid eſſe.
T. 3. ¶ Secundarum vero ſubſtantiarum, magis
ſubſtantia eſt ſpecies quam genus: propinquior
enim eſt primę ſubſtātiæ. Si quis enim prima ſub
4 ſtantia quid ſit edat, euidentius conuenientiuſq;
reddiderit, ſi ſpeciem quā genus reddat: vt homi
nem quendam manifeſtius aſſignabit, hominem
potius quā animal aſſignans: illud enim propriū
magis cuiuſdam hominis, hoc autem cōmunius.
Et cum quandā arborem aſſignauerit, manifeſtiꝰ
aſſignabit, arborem aſſignando quam plantam.
Præterea primæ ſubſtantiæ ideo quod aliis omni
5. bus ſubiiciuntur, & omnia alia de ipſis vel prædi
cantur, vel in ipſis ſunt, ea gratia primæ ſubſtan-
tiæ maximę dicuntur. Vt autē primæ ſubſtantiæ
ad omnia ſe habent cætera, ita ſe ſpecies ad genꝰ
habet: ſubiicitur enim ſpecies generi. Genera .n.
de ſpeciebus prædicantur: ſpecies autem cum ge
neribus nō conuertūtur. Quare & ex his ſpecies
genere ſubſtātia magis eſt. Ipſarū vero ſpecierū
quæcunq; gñia non ſunt, altera magis altera ſub-
ſtantia nulla eſt. Nihilo enim accomodatius aſſig
nabis de quodam homine hominem aſſignando,

quam de quodam equo equum. Similiter autem & inprimis ſubſtantiis, nulla altera magis altera ſubſtantia eſt: nihilo enim magis quidā homo ſubſtantia eſt, quam bos quidam.

T. 4. ¶ Merito igitur poſt primas ſubſtantias, ſole aliorum omnium ſpecies generaq; ſecūdæ ſubſtantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum quæ prędicantur primam ſubſtantiam indicant. Quendā enim hominem ſi quis ediſſerat quid ſit, ſpeciem quam genus accomodatius demonſtrabit: & manifeſtius quid ſit faciet, hominem quam animal attribuendo. Aliorum vero omnium quidquid attribuat quis, tribuet extraneæ: uelut albū, aut currit aut aliud quodcunq; huiuſmodi de promēdo. Quare merito hæ ſolæ aliorum ſecundæ ſubſtātiæ dicūtur. Ad hæc, primæ ſubſtātiæ eo quod aliis omnibus ſubiiciuntur, & omnia alia de illis vel prædicantur, vel in ipſis ſunt propriiſſimæ dicuntur ſubſtantiæ. Sicut aūt primæ ſubſtantię ad omīa ſe habēt cætera, ita gñā & ſpecies primarū ſubſtiarū ad reliqua omīa ſe habēt: de his enim reliqua omnia prædicantur: Quendam enim hominē dices Grāmaticum eſſe: ergo & hominē & animal Grāmaticū dices eſſe: ſimiliter aūt & in aliis,

T. 5. ¶ Cōe autē omi ſubſtātiæ eſt, in ſubiecto nō eſſe. Prima nāq; ſubſtātia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto eſt neq; de ſubiecto aliquo dicitur. Secundarū vero ſubſtātiarū cōſtat quidē etiā ſic, in ſubiecto nullā eſſe. Hō .n. de ſubiecto quidē hoīe quodam dicitur, in ſubiecto vero nullo eſt, nec .n. in quodam homine homo eſt. Simimiliter autem & animal de ſubiecto quidem dicitur quodam homine, non etiam eſt animal in quodam homine. Præterea, eorum quæ in ſubiecto ſunt, nomen quidem de ſubiecto prædicari interdū nihil prohibet, racionem vero, eſt impoſſibile. Secundarū vero ſubſtantiarum de ſubiecto & ratio & nomen prædicatur: rationē enim hominis de quodā homine prædicabis, & animalis ſimiliter: quare non erit eorum ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto. Non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc quippe & differentia eorū eſt, quæ in ſubiecto nō ſunt. Bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidē homini quodam dicitur, in ſubiecto vero eſt nullo: nec enim in homine bipes eſt, neq; greſſibile. Ratio quoq; differentiæ de illo prædicatur, de quocunq; ipſa differentia dicitur: velut ſi greſſibile de homine prædicatur, & ratio greſſibilis de homine prædicabitur: eſt enim homo greſſibilis. Neq; nos vero ſubſtantiarum partes conturbēt, quaſi quæ in toto ſunt, etiam in ſubſtantia ſint: quæ ita in toto quaſi in ſubiecto ſint, nec forte eas non eſſe ſubſtātias fateri cogamur. Non enim ſic in ſubiecto quippiā eſſe, quemadmodū partem eſſe dicitur.

T. 6. ¶ Ineſt autem ſubſtātiis differentiiſq; omnes vniuoce vt prædicentur. Omnia enim quę ab his prædicata ſummuntur, aut de indiuiduis, aut de ſpeciebus prædicantur. A prima namq; ſubſtantia, prædicatio nulla eſt: de nullo .n. ſubiecto dicitur.

dicitur. Secundarū vero ſubſtātiarū ſpecies quidem de indiuiduo prędicatur: genus aūt & de ſpecie prædicatur, & de indiuiduo. Similiter autem & differētię, & de ſpeciebꝰ & de indiuiduis prædicātur. Iam vero & rationē primæ ſubſtantiæ ſpecierū generūq; ſuſcipiūt, & ſpecies generis. Quęcunq; enim de prædicato dicuntur, eadem & de ſubiecto dicentur. Similiter autem rationem differentiarum ſuſcipiunt ſpecies & indiuidua. Vniuoca autem ſunt quorū & nomen cōmune eſt & ratio eadem. Quare omnia quæ a ſubſtantiis differentiiſq; ſunt vniuoce prædicātur.

T. 7. ¶ Omnis autē ſubſtantia hoc aliquid ſignificare videtur. In primis igitur ſubſtantiis indubitabile id, verūq; eſt, hoc aliquid ipſas ſignificare. Indiuiduū enim vnūq; numero eſt, quod ſignificatur. In ſecundis vero ſubſtātiis, ſimiliter quidē propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare videtur, cum quis aut hominem aut animal dixerit: non tamen eſt verū, ſed quale quid potiꝰ ſignificat: non eſt enim vnū ipſum ſubiectū, vt ipſa ſubſtantia prima: ſed de pluribus ipſe homo & animal dicitur, verū non quale quid abſolute ſignificat, perinde ac albū: nihil .n. aliud albū quam q̃le ſignificat. At ſpecies & genꝰ circa ſubſtantiā quale ipſum diffiniūt: qualē .n. quādā ſubſtantiā ſane ſignificant. Genere tamē amplior diffinitio quā ſpecie fieri ſolet qui namq; aīal dicit, is plura cōplectitur quā is qui hominem dicit.

T. 8. ¶ Cōpetit præterea ſubſtātiis, & nihil ipſis contrariū eſſe. Primæ nāq; ſubſtantiæ, vt alicui homini: aut alicui animali quid nā cōtrariū fuerit: nihil enim prorſus his aduerſatur. At neq; ipſi homini vel animali contrarium quicquam eſſe videtur. Non tamen hoc ſubſtantiæ proprium eſt: & aliis enim competit, vt quantitati. Bicubito enim, aut tricubito nihil cōtrarium eſſe videtur: neq; ipſis decē, neq; talium cuiquam quicquam aduerſatur. Niſi quiſpiam multum pauco, aut magnū paruo dixerit eſſe contrariū. Attamen nihil eorū quæ diffinitæ ſunt quantitatis cuiquam prorſus aduerſari videtur.

T. 9. ¶ At vero ſubſtantia non ſuſcipere gradus videtur, vt ſit magis minuſue talis. Atq; non dico ſubſtantiam ſubſtantia non magis ſubſtantiam eſſe: hoc enim iam diximus ita eſſe: ſed quanq; ſubſtantiam idipſum quod eſt, nō dici magis ac minus eſſe: veluti ſi ſubſtātia eadem homo ſit, nō eſt magis ac minus, aut ſeipſo, aut alio, homo. Nō enim alius alio magis homo eſt: perinde atq; album aliud alio magis ac minus eſt albū. Corpus enim albū magis album nunc quā prius, & calidum magis nunc calidum ac minus dicitur eſſe: ſubſtātia vero non magis dicitur, nec minꝰ, neq; homo magis nūc homo quam prius dicitur eſſe, neq; cæterorum quicquam omnino quæ ſubſtantiæ ſubeūt rationem. Quare patet, ſubſtantiam gradus ſuſcipere non poſſe, vt magis ſit vnquam id quod eſt, atq; minus.

T. 10. ¶ Maxime vero ſubſtantiæ proprium hoc eſſe videtur, idem inquā vnumq; numero permanens, cōtrarium eſſe ſuſceptiuū: quale nihil in iis quæ ſubſtantiæ non ſubeūt rationē proferre poſſis, quod vnū numero cum ſit, recipere in ſe ſimul cōtraria poſſit: vt color vnus idemq; numero: albꝰ idem ac niger: negocium ve idem numero, bonum malūq; vt dicatur: ac in cęteris ſimiliter, quęcunq; ſubſtantia non ſunt. Subſtantia autem vna eademq; numero contrariorum eſt ſuſceptiua, veluti quidam homo vnus ac idem interdū ſit albꝰ, interdū niger, & calidus atq; frigidus, & vitioſus ac ſtudioſus. Ad alia vero nulla idipſum accōmodari videtur niſi fortaſſe quiſpiā inſtaret, orationē opinionēq; dicēs contrariorū eſſe ſuſceptiuas. Eadem enim oratio falſa veraq; eſſe videtur nam ſi vera eſt hæc oratio, quempiam in quam ſedere: ſi ille ſurgat eadem hæ oratio falſa erit. Idem & in opinione fieri videtur. Nā ſi quiſpiam opinatur quē piam ſedere, ſi ſurgat ille, falſo nimirū opinabitur, qui de illo eandem habent opinionem. Enimuero ſi quiſpiam & his illud accommodatum duxerit eſſe, in modo tamen habebit vtiq; differētiam. Subſtantię enim ipſe ſui mutatione contrariorū ſunt ſuſceptrices: ſi fit enim ex calido quippiam frigidum, mutatur ſane, alteratur enim vt patet. Et ſimiliter ſi nigrum ex albo, fit & ſtudioſum e vitioſo, & in cæteris ſimili modo, vnum quidq; mutationem ſuſcipiens, contrariorum eſt ſuſceptiuum. In oratione vero atq; opinione nō ita fit ſed ipſe quidem immobiles penitus manēt: ſi res autem moueatur, ibi tum euadunt circa eas contraria: oratio namq; eadem manet, quempiā inquam ſedere: re autem mota, interdum vera: interdum falſa fit. Eadē circa opinionē etiam fiunt. Quare ſaltem hoc quidem modo ſubſtantiæ proprium erit, ipſam ſui mutatione ſuſceptricem contrariorū eſſe. Quod ſi quiſpiam & hoc acceptet, opinionem vt putet, orationē ve ſuſceptiuas contrariorum eſſe, ſciat idipſum verum non eſſe. Oratio nāq; opinioue, nō quia ſuſcipiūt aliquid, ideo ſuſceptiua cōtrariorum eſſe dicūtur: ſed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo namq; vera vel falſa oratio ac opinio dicitur eſſe, quia res ipſa eſt, aut non eſt: nō quia ipſe contrariorū ſunt ſuſceptiuę. Simpliciter enim a nulla re prorſus aut oratio aut opinio mouet: quare non erūt ſuſceptiua profecto cōtrariorūm ſi paſſio in ipſis nulla efficiatur. At ſubſtantia hoc ſuſceptiua contrariorum dicitur eſſe, quod contraria ſuſcipiat ipſa. Morbum enim & ſanitatem, nigredinem atq; albedinem ſuſcipit: atq; vnunquodq; talium ipſa ſuſcipiens, ſuſceptrix contrariorum dicitur eſſe. Quare ſubſtantiæ proprium erit, ipſam vnū idemq; numero permanentem, mutatione ſui ſuſceptricem eſſe contrariorum. Sed de ſubſtantia quidem hactenus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Diuiſione prædicamentorū præmiſſa ad ſingulorū Ariſto. enarrationē deſcendit. Hec adeo cognitu arduū eſt cur a ſubſtātia inchoauerit. Eſt.n. ſubſtantia fundamentū vnde reliqua predicamēta pendēt: et cuius attributiōe diſtingūtur ꝛ cognoſcūr. Atq; adeo ſubſtātia (vt. 7. Me tex. 4. habeſ) eſt oiuz rerū prima, rōe, cognitiōe, ꝛ tpe. Atqui capitulū hoc quintū in duo ſecaſ principalia mēbra. In primo cōſtituit Ariſt. ſubiectū ꝛ predicata in recta linea huiꝰ predicamēti: ꝛ in altero exponit eius proprietates. In p̄mo mēbro ſunt textꝰ quatuor. Inſinuat .n. primo diuiſionē ſubſtātie in primā ꝛ ſcdam: ꝛ vtrāq; diffinit. Mox cōparat ſecūdas ſubſtātias ad predicata aliorū predicamentorū, et primā ſubſtantiam ad oīa predicamenta. Deinde cōparat, et inter ſe ſecūdas ſubſtantias, et inter ſe primas. Poſtremo reddit rationē nominum/ illorū/ ſecunda ſuſtantia, et prima ſubſtātia/ que in primo textu fuerant diffinita. In ſcdo mēbro iuxta ſex proprietates ſubſtātie ſex diſtingūtur textus. Atq; adeo totum caput diſtribuitur in decem textus.

Ad intelligētiam diffinitionis primæ ſubſtātie cōſiderandū eſt non eſſe duas diffinitiones vt aliqui putāt, ſed vnā ſicuti admonet Albertus: vt diffinitū ſit totū illud/ ſubſtātia que proprie in p̄miſq; ꝛ maxime dr/ et reliquū ſit diffinitio

Proprie.

Proprie/ Ad drām accidentiū: nā ſcdm Ariſt. 5. met. tex. 15. ſubſtātia tertio mō accipitur ꝓ eſſentia cuiuſcūq; ſignificata per diffinitionē: ꝛ ſic eſſētia accidētis quodāmodo dr ſubſtātia. At q2 ſubſtātia, vt nomē ſonat, dr a ſubſtādo: q2 vcz ſubſtat alijs in eſſendo, ꝛ proinde in p̄dicādo: ꝛ accidētia nō ſubſtāt alijs accidētibus, niſi quatenꝰ ipſa ſubſtētanſ in ſubſtātia, ideo primū predicamentū ꝓprie dr ſubſtātia.

In primis

In primis .i. principaliſ. Ad drām ſecūdarū ſubſtātiarū: nam ſcde ſubſtātie ſubſtāt quidē accidentibus: ſ3 tñ rōne prime ſubſtātie: homo .n. aut aial, in cōi, nō eſt albū niſi q2 petrus eſt albus: ſuppoſitū nāq; eſt primū ſubiectū accidentiū: atq; adeo inde dr ſuppoſitū.

Maxime. Prima ſubſtātia.

Maxime .i. q̄ pluri mis ſubſtat: nā accidēs, vt quātitas, ſubſtat alijs accidētibus: ſcde vero ſubſtātie ſubſtāt pluribus: nam ſubſtant etiam quantitati: ſed prima ſubſtantia ſubſtat plurimis quin etiam vniuerſis: nā ſubſtat ꝛ ſecundis ſubſtātijs. Hec ergo ſubſtātia, quā proprie ꝛ maxime vocant ſubſtātiam (ait Ariſt.) eſt que neq; de ſubiecto dicitur, neq; in ſubiecto eſt. Et hec eſt diffinitio. Cuius prima particula ſeparat primam ſubſtātiam a ſecūdis: ſecūda vero ſecernit eam ab indiuiduis accidentiū. Unde prima particula, vt notauimus cap. 2. accipitur ſcde intētionaliter, ꝛ ſcda prime intētionaliter. Nā per primā diſtinguiſ inter ſcdam intētionē prime ſubſtātie, que eſt ſubiici, et ſcdam intentionē ſecūde ſubſtātie, q̄ eſt predicari: ꝛ per ſcdam diſtinguitur inter naturā ſubſtātie, q̄ eſt per ſe eſſe, ꝛ naturā accidētis, q̄ eſt ineſſe. Nō ſi quis arguat cōtra diffinitionē ꝙ cōueniat partibus ſubſtātie: nā/ hec manus/ nec de ſubiecto dr (cū ſit ſingularis) nec in ſubiecto eſt cū nō ſit accidēs. Rñdeſ ꝙ in diffinitiōe cū daſ

Secunda ſubſtātia.

negatiue, debet ſubintelligi genꝰ: vt ſit ſenſꝰ. Prima ſubſtātia eſt ſubſtātia q̄ nec de ſubiecto dr ꝛc. et accipiſ ſubſtātia pro eo qd ponitur in recta linea quomō partes ſubſtātie nō ſunt ſubſtātia. Simili proportiōe intelligitur diffinitio ſcde ſubſtātie: niſi ꝙ litera eſt ſuboſcura. Sed notato ꝙ licet ſecūde ſubſtātie ſint in primis admodū q̄ forma vniuerſalis eſt in particulari: q2 formaliter predicanſ de illis, nihilominꝰ etiā prime ſubſtātie ſunt in ſcdis admodū quo pars eſt in toto: nā vt. c. de ſpē expoſuimꝰ, ſuperius, eſt quodā totū reſpectu inferioris, qd continet in ſuperiori. Itē notato ly/ in primis/ accipi aduerbialiter ꝓ eo qd eſt/ principaliter. Eſt ḡ ſenſuſ. Secūde ſubſtantie dicūtur ſpecies he, ideſt, ſpēs ille, in quibus quas principalr ſubſtātias appellabamꝰ, inſunt .i. ſub q̄bus prime ſubſtātie cōtinētur. Spēs (inquit) he, ꝛ harū ſpērum gña: ſicut .n. homo ſingularis eſt in ſpē, ita ſpecies eſt in genere. Quare vero dicantur ſecunde ſubſtantie, explicabitur in prima queſtione. Tex. ſecundus. In ſcdo textu qui incipit. Manifeſtū eſt ꝛc. explicans latius Ariſt. rōem prime ſubſtātie cōparat primo ſcdas ſubſtātias ad vlia accidētiū, ꝛ ſcdo primā ſubſtantiā ad vniuerſas res oīum predicamentoꝝ. Drīa ergo eſt inter vlia ſubſtātie ꝛ vlia accidētiū, ꝙ vlia ſubſtātie predicantur de ſuis inferioribꝰ noīe ꝛ rōe: accidētia vero de ſubſtātia, quedā nec noīe predicātur, nec rōne: ꝛ quedā predicātur noīe, ſed non rōne.

Predicari nomi. ꝛ ratione.

Ubi notādū ꝙ aliquid predicari d alio ſcdm nomē, eſt ꝙ nomē predicati ſit nomē ſubiecti: et predicari ſcd3 rōem, eſt ꝙ diffinitio predicati ſit diffinitio ſubiecti. Accipitur .n. rō pro diffinitiōe, vt patet in exēplo Ariſtotelis. Spēs ergo et genꝰ, predicanſ de petro ſcd3 nomē ꝛ ſcdm rōem: q2 petrus eſt hō, qd eſt nomē ſpēi, ꝛ eſt aial rationale, q̄ eſt eius diffinitio. Et pariter eſt aial, quod eſt nomē gñis: ꝛ eſt viuens ſenſibile q̄ eſt eius diffinitio. Accidētia vero ſi accipiātur in abſtracto, neutro mō predicātur de ſubſtātia: q2 petrꝰ nec eſt albedo, nec eſt color diſgregatiuꝰ viſus. In cōcreto ꝟo accidēs p̄dicatur ſcdm nomen: q2 nomē cōcretū albedinis eſt nomē corporis: nā corpꝰ eſt albū: tñ diffinitio albi nō eſt diffinitio corpis. T. 3. In textu tertio qui incipit. Secūdarū ꝛc. facit Ari. tres cōparationes: primā, inter ſcdas ſubſtātias, vcz ꝙ ſpēs eſt magis ſubſtantia, q̄ genꝰ. Quā duabꝰ rōnibus demōſtrat. Prima, q2 cū prima ſubſtātia ſit maxie ſubſtātia, id quod propriꝰ accedit ad primā ſubſtantiā et euidētius explicat eiꝰ quiditatē eſt magis ſubſtātia: hoc aūt eſt ſpēs. Querēti nāq; quid eſt petrus, euidētius rñdebitur eſſe hoiem, q̄ eſſe aial: nā/ aial/ nō explicat totā eſſentiā petri ſicut/ hō. Scdo q2 prima ſubſtātia ideo eſt maxime ſubſtantia q2 pluribꝰ ſubſtat, ſ3 poſt primā ſubſtātiā pluribꝰ ſubſtat ſpēs, q̄ genus (nā ſpēs ſubſtat etiā gñibus ipſis) ḡ ſpēs eſt magis ſubſtātia. Eadē rōne genus q̄to inferꝰ, tāto eſt magis ſubſtātia. Scda cōparatio eſt inter ſpēs ſpecialiſſimas ſub eodē gñe. Ait .n. nullā huius ſpēruz eſſe magis ſubſtantiā alia, vt hō non eſt magis ſubſtātia q̄ equus. Atq; adeo tertia cōparatio eſt inter p̄mas ſubſtātias: inter quas eadē rōne nulla eſt magis ſubſtātia q̄ alia: vt hic hō, hic equꝰ, hic lapis, equaliter ſunt prime ſubſtātie. T. 4. In quarto ꝛ poſtremo textu huiꝰ membri qui incipit. Merito ꝛc. Philoſophus reddit rōnem quare ſcde ſubſtātie dicanſ ſubſtātie: nā cū ſubſtantia dicatur a ſubſtādo et ſcde ſubſtantie nō ſubſtent .i. nō ſint p̄ma ſubiecta, ſ3 predicata q̄ ſe habēt vt forma reſpectu ſubiecti, potiꝰ deberent dici q̄litates ſubſtātie. Rñdet ḡ ꝙ recte dicūtur ſubſtātie: qd probat duabꝰ rōibꝰ ſumptis ex duabus acceptionibꝰ ſubſtātie: nā ſubſtātia vt dictū eſt, accipiſ primo mō ſcd3 Ariſ. pro quiditate ſubſtātie, ꝛ ſcdo mō pro eo qd ſubſtat tāq; ſubiīr alioꝝ. Prima rō procedit p̄mo mō. Probatur .n. ſcdas ſubſtātias recte apellari ſubſtantias: q2 per eas rñdetur ad qōnem quid eſt prima ſubſtātia: licet per ſpēz proprius rñdeatur q̄ per genꝰ: q2 ſpēs explicat vltimā drām, atq; adeo totā eſſentiā rei: querēti .n. qd eſt Petrus, rñdetur proprie ꝙ eſt hō, ꝛ cōfuſe ꝙ eſt aial. Accidētia ꝟo non ſunt ſubſtātie: q2 nō explicant quiditatē ſubſtātie. Scda rō ꝓcedit ex ſcda acceptiōe ſubſtātie. Prime ſubſtātie eo dicūtur prime, q2 ſubſtāt vliter oibus predicatis, ſ3 gña ꝛ ſpēs poſt primas ſubſtātias ſubſtāt etiā cūtis accidētibus, ḡ merito dicūtur ſcde ſubſtātie. Et ponit exēplū de accidēti ſpirituali, puta grāmatica: ad denotandū ꝙ nō ſolū ſubſtāt accidētibus corpalibꝰ q̄ inſunt mediante quātitate, ſ3 oibus ſimplr. Atqui notādū ꝙ cū ait/ ſi quidam

quidā hō eſt grāmaticus/ hō eſt grāmaticus/ nō ſolū eſt ſermo cōditionalis: ſed cauſalis. Etenim accidēs prius natura recipiſ in indiuiduo qd eſt tr̄us gñatiōis, ꝛ ꝓpterea ineſt ſpēi: homo namq; in cōi de ſe non dicit, ꝙ ſit albus/ nec niger: ſed q2 petrus eſt albus, homo eſt albꝰ.

Prima ꝓprietas.

Textus quintus qui incipit. Cōe aūt, initium eſt ſecūdi mēbri huius capitis: in quo ſex aſſignātur ſubſtātie ꝓprietates: cū .n. gñaliſſima predicamentorū diffiniri nequeāt, cuiuſq; proprietates. Ariſ. enarrando, eorū deſcribit naturā. Quarū prima eſt, cōe eſſe oī ſubſtātie in ſubiecto nō eſſe.

Nominū expoſitio.

Hāc ꝛ ſequētes ꝓprietates nominales tr̄is accōmodāt, vt ſenſus ſit, ꝙ tr̄i ſignificātes ſubſtātiā abſolute nō inſunt ſubiecto .i. non p̄dicanſ accidētalr: itaq; ineſſe apud ipſos, accipſ hic ſcde intētionalr. S3 q̄uis ita ſit ꝙ hmōi tr̄i nō p̄dicanſ accidētalr, id nihilominꝰ accidit tr̄is rōne rei ſignificate: enimuero q2 ſubſtātia nulli realr ineſt, fit vt nec ipſa nec nomē eius p̄diceſ accidētalr. Uñ Ariſto. ineſſe ſubiecto/ intelligit hic p̄me intentionalr: vt ex mō eſſendi, modū venemur predicandi: qd ex cōtextu litere palā fiet. Tres particulas hēt hic textus. Primo probat cōcluſionē dicēs, ꝙ primā ſubſtātiā manifeſtū eſt nō ineſſe ſubiecto. S3 de ſcdis poſſet quiſ dubitare: eo ꝙ ſcde ſubſtātie predicātur de ſubiecto. Et cū p̄dicatū habeat ſe vt forma ꝛ ſubiīr vt materia, fit vt ſcde ſubſtātie appareāt eē in ſubiecto. Que ꝟba oſtēdūt, hoc qd eſt/ eſſe in ſubiecto/ accipi prime intētionalr: eſt .n. ad ſenſuz manifeſtū, ſuppoſita ſubſtātialia ꝑ ſe ſubſiſtere ꝛ nulli ineſſe, qd nō eſt tam manifeſtū de p̄dicatis ſubſtātialibꝰ. Si vero eſſet ſermo de tr̄is: tam notum eſſet ly/ hō/ non p̄dicari accidentalr q̄ ly/ Petrus. Probat ḡ Ariſt. ſcdas ſubſtantias nō eſſe in ſubiecto duplici rōne. Primo: q2 q̄uis hō dicaſ de ſubiecto .i. ſit predicatū eſſentiale prime ſubſtātie, nihilominus nō ineſt p̄me ſubſtātie tanq̄ ſubiecto: hō .n. nō eſt in quodā hoie .i. hō nō eſt qualitas inherēs petro: ſed dicit eſſentiā petri. Scdo id probat: q2 eorū q̄ ſunt in ſubiecto (vt iā mō dictū eſt) nō p̄dicanſ noīe ꝛ rōne: ſicut rō ꝛ diffinitio albi, nō eſt diffinitio corpis: ſ3 tñ ſcda ſubſtātia predicaſ noīe ꝛ rōne de prima: nam diffinitio hoīs

Eſſe in ſubiecto.

eſt diffinitio quiditatiua Petri. Et nota vim rōnem iſtarū in hoc ꝯſiſtere, ꝙ eſſe in ſubiecto ſimplr/ eſt eſſe in aliquo tanq̄ in ſubſtētante a quo recipit eſſe: at ſcde ſubſtātie nō ſunt hoc modo in primis: q2 potiꝰ cōſtituūt eſſentiā prime ſubſtātie. Et ideo ſcde ſubſtātie ſunt de p̄mis, tanq̄ de ſubiecto p̄dicatiōis: ſ3 nō ſunt in illis, tanq̄ in ſubiecto inheſionis. In ſcda pticula textus, declarat hanc non eſſe proprietatē ſolius ſubſtantie. Enimuero drīa nō eſt in ſubiecto, q2 eſt de eſſentia rei ſicuti genꝰ. Itē q2 etiā predicaſ noīe ꝛ rōne. Rō .n. rōnalis (q̄ eſt vti rōne) eſt etiā rō hoīs/ ꝙ ſi quis arguat drīaz nō hēre diffinitionē (vt ſupra dictū eſt) iaz p̄mo capite rñſum eſt, ꝙ rō accipiſ pro diffinitiōe in hijs q̄ habēt diffinitionē: in alijs ꝟo diffinitiōe carētibꝰ, accipſ/ rō/ pro cōceptu obiectiuo: vel pro deſcriptiōe q̄ accipſ loco diffinitiōis. In tertia pticula rñdetur dubitatiōi: q2 vr ꝙ hec ꝓprietas nō cōueniat oī ſubſtātie, q̄ dubitatio ꝓuenit a partibus ſubſtātie. Apparent .n. materia, ꝛ forma, ꝛ caput eſſe in ſubiecto: nā ptes ſunt in toto. Rñdet Ariſt. ꝙ ptes non ſunt in toto, inherētes illi tāq̄ ſubiecto, ſ3 ſunt cōponētes totū: ꝯ ꝑ ās p̄tinēt ad eſſentiā rei. Itaq; vult Ariſt. ꝯcludere hāc ꝓprietatē nō ſolū ſubſtantie in recta linea, ſ3 ptibꝰ quoq; tā metaphiſicis, vt drīis, q̄ phiſicis, vt eſſentialibꝰ ꝛ integralibꝰ, cōuenire: accidētia .n. ſunt in toto: ꝛ ſupponūt totū ꝯpoſitū a quo depēdēt: ſ3 ptes ſūt in

Scda ꝓprietas.

toto, tanq̄ ꝯponētes totū, qd ab illis p̄det. In textu ſexto q̄ incipit. Ineſt aūt/ ſubdiſ ſcda ꝓprietas ſubſtantie: vcz ꝙ ſubſtantie oēs vniuoce p̄dicanſ. Que quidē ꝓprietas ꝛ rebꝰ ꝯuenit, ꝛ ſubinde tr̄is. Ponſ plurale ad deſignandū ſpēs ꝛ gña: cū .n. ait/ oēs ſubſtātie/ intelligit oia p̄dicata p̄dicamēti ſubſtātie: nā prima ſubſtātia nō pōt eſſe p̄dicatū. Ubi notato id qd dixīmꝰ in .c. de ſpē, indiuiduū ſubſtātie nullatenꝰ p̄dicari, nec de ſeipſo: nā petrus eſt petrꝰ/ nō eſt ſimplr p̄dicatio: ſ3 ſcd3 q̄d. Probat cōcluſionē. Oia p̄dicata p̄dicamēti ſubſtātie p̄dicanſ d ſuis inferioribꝰ noīe ꝛ rōne: ḡ p̄dicanſ vniuoce. Utraq; p̄miſſa iā mō ꝓbata eſt: ꝛ ꝯña patet ex diffinitiōe vniuocorū. Ait vero hāc ꝓprietatē etiā cōuenire differentijs. Et ꝓbat ꝙ diffinitio ſecūdarū ſubſtātiarū ꝛ diffinitio drīe ſit ēt diffinitio ſuorū inferiorū: ꝑ regulā ātipredicamētalē, q̄dq̄d cōuenit p̄dicato, cōuenit ēt ſubiecto eſſentialr inferiori.

Tertia ꝓprietas.

In tex. 7. q̄ incipit. Ois autē ſubſtantia ꝛc. ſubiungiſ tertia ꝓprietas ſubſtātie: vcz ꝙ ois ſubſtātia vr hoc aliq̄d ſignificare: ſola tñ prima ſubſtātia ſignificat hoc aliq̄d: ſcda ꝟo ſubſtātia nō ſignificat niſi q̄le q̄d. Ad cuius euidentiā id in p̄mis ex ſuperioribꝰ meminiſſe opus eſt, ꝙ cū in p̄dicamētis Ariſ. ꝛ de rebꝰ principalr ꝛ ſubinde de tr̄is tractet: nūc loquiſ de rebus, nūc vero de tr̄is. Et ideo hāc ꝓprietatē ſubſtātie explicat ꝑ ſignificationē tr̄oruz, ꝙ vcz nomē ſingulare ſignificet hoc aliq̄d: nomē ꝟo vle ſubſtātie, ſignificet quale q̄d. Ubi ꝓ interpretatione tr̄oruz notandū eſt ꝙ queādmodū ly/ aliquantū/ ſignificat q̄titatē de formali: ꝛ ly/ aliquale/ ſignificat qualitatē: ita ly/ aliq̄d/ ſignificat ſubſtantiā in cōi ſiue primā ſiue ſcdaz. At vero pronomē demōſtratiuuz deſignat id qd oculis obijcitur, qualia ſunt ſuppoſita: ꝛ ideo/ hoc aliq̄d/ tñ valet ſicut/ ſubſtātia hec ꝛ vna numero. S3 tñ/ quale/ cū ſimplr proferſ, ſignificat de formali qualitatē, q̄ eſt res quarti p̄dicamēti: nihilominus accipiſ aliq̄n gñaliter pro oī illo quod ſe hēt vt forma reſpectu alterius: ꝛ q2 natura ſubſtātie in cōi ſignificata, hēt ſe vt forma reſpectu ſuppoſitorū: idcirco nomina vlia p̄dicamēti ſubſtātie dicūtur ſignificare quale q̄d .i. qualitatē ſubſtātialē. Itaq; cū/ quid/ vel/ aliquid/ ſignificet in cōi ſubſtātiā/ hoc aliquid/ ſignificat ſubīm primū ſubſtantie, ꝛ quale quid/ ſignificat predicatū. Quo circa Ariſt. 5. met. tex. 15. dicit, ꝙ/ ſubſtātia/ vno mō ſignificat ſubſtātiā ſingularē: alio mō accipiſ vt ſignificat, qd quid eſt .i. quiditatē. Lucida ergo eſt ꝓbatio Ariſt. ait .n. ꝙ p̄ma ſubſtātia manifeſte ſignificat hoc aliq̄d: q2 prima ſubſtātia eſt vnū numero indiuiduū: ſ3 in ſcdis ſubſtātijs noīs figura eſt in cauſa, vt videantur ſignificare hoc aliquid nā/ homo/ animal ꝛc. cū ſignificēt rē ꝑ ſe ſubſiſtētē, ꝛ nō ſubſiſtāt niſi ſuppoſita, videtur ſignificare hoc aliq̄d: ſicut/ Petrꝰ/ ꝛ Paulus. S3 tñ cuz nō ſignificēt vnū numero: ſ3 ſignificēt naturā eſſentialē, q̄ eſt pluribꝰ cōis, potius ſignificāt/ quale q̄d. Et ſubdit, nō ꝙ ſignificēt quale ſimplr, ſicut/ albū/ nā/ albū/ ſolū quale ſignificat, ſed ſignificāt quale quid .i. naturā ſubſtātialē. Nō ſi arguas, ꝙ nomē vle/ hō/ ſignificat etiā indiuidua pro quibus ſupponiſ: rñdetur, ꝙ primariū ſignificatū eſt natura in cōi, ſ3 materialia, ſunt indiuidua. Atqui Ariſ. tam anxie probat, ſcdas ſubſtātias nō ſignificare hoc aliq̄d: ſed quale quid, vt opinioni Platonis cōtradicat: nam Plato vles ſubſtātias dicebat eſſe ſeparatas: aduerſus quē. 7. met. tex. 43. ꝛ infra, probat inde ſequi illius modi ſubſtātias debere eſſe primas ſubſtātias: puta, ſubſiſtētes: ſicut/ Petrus/ ꝛ Paulus/ qd manifeſtat eſſe implr: nam vlis ſubſtātia, cū ſit p̄dicatū formale indiuiduorū, nō pōt eſſe ꝑ ſe ſubſiſtēs ſ3 debet eſſe in indiuiduis tanq̄ eorū forma. Et in hoc ſenſu concludit aduerſus illū, ꝙ vlia nō ſunt ſubſtātie .i. ſubſiſtētes: ꝛ hoc eſt qd dicit hic ꝙ nō ſignificāt hoc aliq̄d: ſed quale quid. Subiungit tandē Ariſ. ꝙ gñe amplior eſt diffinitio q̄ ſpē: qd eſt dicere, genus ampliorē formā ſignificat .i. naturā magis vlez q̄ ſpēs: ꝛ ꝑ ꝯñs magis ſignificat quale q̄d: nā ſpēs ſolū ſignificat naturā indiuiduorū, genus vero naturā pluriū ſpērum. In tex. octauo, q̄ incipit. Cōpetit ꝓpterea

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Quarta ꝓprietas. rea ſubditur ꝓprietas quarta ſubſtãtie, puta ſubſtantie nihil eſſe cõtrariũ. Et p̃mo aſſerit ꝓprietatẽ: deinde ſubiũgit nõ cõuenire hoc ſoli ſubſtãtie: qꝛ ⁊ quãtitati cõ cõperit: ⁊ tertio ſoluit dubitatiũculã, nẽpe, ꝙ nõ ſit certũ id oĩ quãtitati cõuenire. Proprietatẽ hanc Ariſ. non alr̃ probat q̃ inductiue: quippe q̃ ſupponat ⁊ ex natura ſubſtãtie, ⁊ ex p̃ma ei⁹ ꝓprietate hãc eſſe manifeſtã. Cõtraria. n. ea ſunt (vt in poſtpredicamẽtis videbit̃) q̃ ſunt ſub eodẽ gñe ⁊ circa idẽ ſubm̃ mutuo ſe expellũt: vt calidũ ⁊ frigidũ: ſed ſubſtãtia eſt qḋ oib⁹ alijs ſubſtat ⁊ ipſa in nullo ſubiecto recipit̃: g̃ ſubſtãtie nihil eſt cõtrarium. Exẽpli grã. Caliditas ⁊ frigiditas ſunt contaria: qꝛ in eodẽ ſubiecto altera alteri ſuccedit: vt res q̃ mõ eſt calida poſſit eſſe frigida: ſed res q̃ mõ eſt hõ, nõ põt poſtmoduꝫ eſſe equ⁹, nec res q̃ mõ eſt aqua põt eadẽ eſſe ignis: g̃ ſubſtãtie nihil eſt cõtrariũ: Et p̃terea. Unũ contrariũ nõ põt alteri⁹ eſſe ſubm̃ ſcḋo d̃ genere tex. 6. caliditas. n. eſſe nõ põt frigiditatis ſubm̃: ſꝫ ſubſtãtia oĩm in vniuerſuꝫ eſt ſubm̃ accidẽtiũ: g̃ nullũ eſt ſibi cõtrariũ. Unñ optime ſubnotauit Ariſt. ꝓprietatẽ hanc ꝑſpicacius lucere in p̃mis ſubſtãtijs, q̃ in ſcḋis: euidẽti⁹. n. eſt primã ſubſtãtiã nulli ineſſe: ⁊ ꝑ ꝯñs eſſe impoſſibile: vt res q̃ mõ eſt Petr⁹, ſit poſtmodũ Paul⁹ aut res alia: ſꝫ de ſpẽ aut gñe nõ eſt adeo manifeſtũ, cũ (vt dictũ ſit) habeant ſe vt forme primarũ ſubſtãtiarũ. ¶ Hinc ſequit̃ proprietatẽ iſtã cõgruẽtius adaptari rebus q̃ t̃mis: negat. n. Ariſt. ſubſtãtijs realẽ cõtrarietatẽ q̃lis eſt inter qualitates: tametſi rõne rerũ cõueniat ẽt t̃mis p̃dicamẽti ſubſtãtie nõ eſſe ꝓprie ꝯtrarios. ¶ Subiũgit ſcḋo Ari. hãc ꝓprietatẽ cõuenire etiã q̃titati: vt linee nihil eſt ꝯtrariũ, aut ſuperficiei. Nõ. n. ſunt accidẽtia q̃ ſe expellãt circa idẽ ſubm̃: ⁊ eadẽ rõne bicubite quantitati nõ eſt cõtraria tricubita: q̃ ſunt ſpẽs quãtitatis cõtinue: ſicut nec contrariant̃ binari⁹ / ⁊ ternari⁹: qꝛ ſunt ſpẽs quãtitatꝫ diſcrete. ¶ Addit tertio Ariſt. ꝙ forſan q̃s dubitabit multa cõtrariari paucis: q̃ ſunt ſpẽs quãtitatis diſcrete: ⁊ magnũ paruo, q̃ ſunt ſpẽs quãtitatis cõtinue. Uident̃. n. ex natura ſignificatiõis hẽre oppoſitionẽ, ſicut album nigro: ⁊ reſpondet, ꝙ quidq̃d de iſtis ſit, tñ quãtitates ille q̃ ſunt certe ⁊ determinate: vt / binarius / ternarius / bipedale / tripedale / nõ cõtrariãtur. Magnũ ⁊ paruũ dicunt̃ quãtitates indeterminate, qꝛ in quacũqꝫ quãtitate reperiũtur: naꝫ et inter elephãtes reſpectiue eſt aliq̃s paruus: ⁊ inter formicas eſt aliq̃ magna. ¶ In textu nono q̃ incipit. At no ſubſtãtia, ſequit̃ ꝓprietas quinta ſubſtãtie, nẽpe ꝙ ſubſtãtia nõ ſuſcipit magis ⁊ min⁹. Ubi p̃mo Ariſt. exponit ſenſuꝫ ꝓprietatis: ⁊ deinde inductiue indicat eã. Duplex. n. eſt ſenſ⁹ ꝓprietatis hui⁹, ſcḋm qḋ ſubſtãtia aut accipit̃ ſcḋe intẽtionalr̃, ꝓ re ipſa inq̃tuꝫ ſubſtat ſcḋe intentioni, aut accipit̃ prime intẽtionaliter pro re ſcḋm ſuum eſſe abſolutũ. Nã primo mõ ſupra dixerat Ariſ. ſubſtantiã recipere magis ⁊ minus: qꝛ p̃ma ſubſtãtia eſt magis ſubſtãtia q̃ ſcḋa: eo ꝙ principlr̃ ⁊ maxime ſubſtat, et inter ſcḋas ſubſtãtias ſpẽs eſt magis ſubſtãtia q̃ genus. Unñ ꝓprietas hec q̃nta ſolũ cõuenit ſubſtantie ſcḋo mõ: hõ. n. inq̃tum hõ, nõ ſuſcipit magis ⁊ min⁹: nec aial inq̃tum aial. ¶ Atqui noiales proprietatẽ hãc ſolũ intelligũt ſcḋe intentionalr̃, in hoc ſenſu, ꝙ t̃mi p̃dicamẽti ſubſtãtie nõ p̃dicant̃ cũ his aduerbijs magis ⁊ min⁹: qꝛ vn⁹ nõ eſt magis hõ aut magis aial q̃ ali⁹. Attñ q̃uis ita ſit ꝙ ꝓprietas hec cõueniat t̃mis, nihilomin⁹ tñ principalr̃ cõuenit reb⁹: t̃mis vero tanq̃ ſignis reruꝫ. Enimuero ſicut eo ꝙ albedo eſt intẽſibilis, ⁊ remiſſibilis ly / albũ / p̃dicat̃ ſm̃ magis ⁊ min⁹, ita eo ꝙ ſubſtãtia nõ eſt intẽſibilis, aut remiſſibilis, t̃mi p̃dicamẽti ſubſtãtie nõ p̃dicant̃ ſm̃ magis ⁊ min⁹. ¶ Nec iſtã ꝓprietatẽ ſolicit⁹ eſt Ariſt. aliter q̃ iductiue ꝯfirmare: qꝛ ex p̃ma ⁊ q̃rta fit manifeſta. Ad cuius intelligentiã adnotandũ eſt, ꝙ rerũ omnium eſſentie, ſiue ſubſtantia ſit ſiue accidens, conſiſtunt in indiuiſibili: nec additionem recipiẽtes nec diminutionẽ. Enimuero, quẽadmodũ nullus eſt magis homo q̃ alius, aut magis animal: ita neqꝫ vna quãtitas eſt magis q̃titas q̃ alia, neqꝫ vna albedo magis albedo, neqꝫ vna relatio magis relatio q̃ alia. Et hoc eſt vnũ eorũ in quib⁹ ſpẽs ſunt ſicut numeri: vt docet Ariſt. 8. meta. tex. 10. ſicut. n. numero additio fieri nõ põt, quin mutetur ſpẽs: ita neqꝫ rerũ eſſentijs. Hinc fit vt intẽſio aut remiſſio ſolũ conueniat accidẽti in ordine ad ſubm̃: qꝛ vcꝫ perfectius eſſe habet in ſubiecto magis actuãdo ſubm̃, aut minus perfectũ minus actuãdo. Cũ ergo ſubſtãtia nulli inſit, non põt hẽre alius, aut aliud eſſe in ſubiecto: ⁊ ideo ſuapte natura nõ ſuſcipit magis ⁊ minus. Illi vero qui tenent intẽſionẽ fieri per additionẽ gradus ad gradũ: ⁊ per ꝯñs ꝙ albedo etiã extra ſubm̃ põt eſſe magis aut minus intẽſa: nõ poſſunt tam euidentẽ adducere rõnem huius proprietatis: nam ſi albedini ſeparate põt fieri additio, nõ põt euidẽter rñderi cur ſubſtãtie non fiat. Nihilominus rñdebunt hanc eſſe naturã ſubſtãtie ⁊ illam naturã accidẽtis. ¶ Sequitur etiã hec ꝓprietas ex quarta: qꝛ accidẽtia corporalia per maiorẽ aut minorẽ admixtionẽ cõtrarij ſunt minus aut magis intenſe: vt / calor / albedo / et alia. Corporalia inq̃: q̃ pertinẽt ad qualitates primas: nã / lumen / qꝛ nõ habet contrariũ ſine mixtiõe eſt magis aut min⁹ intẽſum. Cũ g̃ ſubſtãtia nõ hẽat cõtrariũ, nõ eſt intẽſibilis aut remiſſibilis. ¶ In. 10. ⁊ poſtremo textu q̃ incipit. Maxime vero ſubſtãtie ⁊c. tandẽ cõcludit̃ vltima proprietas q̃ maxime cõuenit ſubſtantie, vcꝫ ꝙ vna ⁊ eadẽ nũero ſubſtãtia ſit ſuſceptiua cõtrariorũ. Et hẽt hic textus particulas tres. In p̃ma probatur excluſiua, vcꝫ / tm̃ ſubſtãtie cõuenit ⁊c. Et primo ꝓbatur ex exponentib⁹ / negatiua. ſ. ꝙ nulli rei ali⁹ predicamẽti q̃ ſubſtantie cõuenit ſuſcipere cõtraria: idẽ. n. color nũero nõ ſuſcipit ꝯtraria. Addit / idẽ numero / qꝛ in gñe aliquis color eſt albus, ⁊ aliquis niger. Deinde ꝓbat affirmatiuã: qꝛ vnus ⁊ idem hõ ſucceſſiue mõ eſt albus, poſtea niger. Et ꝓprietas hec ſequit̃ ex tertia: ex hoc. n. ꝙ ſubſtãtia ſignificat hoc aliq̃d, ſequit̃ ꝙ eſt p̃mũ ſubm̃ oĩm in vniuerſum accidẽtiũ: ⁊ ꝑ ꝯñs cõtrariorũ ſucceſſiue. ¶ In ſcḋa particula arguit ꝙ nõ ſit hoc propriũ ſubſtãtie: nẽpe ꝙ nõ cõueniat ſoli: nã / orõ / ⁊ opinio / recipit cõtraria ⁊ non eſt ſubſtãtia. Orõ eſt propoſitio apprehẽſiua ſignificãs verum vel falſum: in quo autẽ ſit predicamento, cap. ſequenti videbitur. Opinio vero eſt propoſitio iudicatiua que pertinet ad predicamentum qualitatis: ⁊ vtraqꝫ recipit verum vel falſum: vt ſi quis a lõge videat hoieꝫ ſedẽtem quẽ iudicat ſedere: ⁊ ipſo ſurgẽte ſemꝑ iudicet ſedere: orõ ⁊ opinio mutatur de vera in falſaꝫ. In tertia particula rñdet duplr̃. Primo ꝙ licet cõcederet̃ orõnem et opinionẽ recipere cõtraria: nihilomin⁹ nõ recipiũt cõtraria ꝑ ſui mutationẽ, ſꝫ per mutationẽ rerũ: mutatur. n. orõ de vera in falſam: nõ qꝛ ipſa aliq̃d perdat aut acquirat: ſed qꝛ res ſignificata mutatur: puta: qꝛ homo qui ſedebat ſurgit. Subſtãtia vero recipit cõtraria ꝑ ſui mutationẽ: ⁊ ideo q̃uis ſimplr̃ ſuſcipere contraria nõ eſſet propriũ ſubſtãtie: tñ modus ſuſcipiendi. ſ. per ſui mutationẽ eſſet illi ꝓpriũ. Scḋo ad rem propius rñdet negãdo ſimplr̃ ꝙ orõ aut opinio ſuſcipiat cõtraria. Et ſolutio ſtat in hoc, ꝙ orõ realiter nõ recipit cõtrariũ. i. cõtrarias qualitates: ſed ſolũ denominatiões cõtrarias: nam oratio ꝓpterea ꝙ nũc denomitatur vera ⁊ poſtea falſa, nihil acquirit aut perdit: ſed res eſt que mutatur: ſicut ſi ego ſim nũc Petro dexter, ⁊ me immoto ipſe mutetur ad dexterã meam, ero illi ſiniſter ſine aliqua mutatiõe mea: atqꝫ hac rõne pretendit Ariſt. hanc proprietatem conuenire ſubſtantie tanq̃ proprium quarto modo.

Quinta ꝓprietas.

Sexta ꝓprietas.

¶ Quæſtio prima.

¶ Utrum prima pars textus ſit vera.

A parte

A Parte negatiua arguitur. Primo. Nulla eſt ſubſtantia q̃ diuiditur in primã ⁊ ſecundã: ergo diuiſio illa ſupponit falſum. Probatur añs. Aut diuidit̃ hic ſubſtãtia: vt gñaliſſimum primi predicamenti: ⁊ hoc nõ: qꝛ cũ gñaliſſimũ ſit ſcḋa ſubſtãtia, diuiſum cõuerteretur cũ vno mẽbro diuiſiõis: aut accipitur ſubſtãtia, vt eſt cõe ad primã ⁊ ad ſecundã ſubſtãtiã: ⁊ hoc nõ: qꝛ nõ põt eſſe vna intẽtio cõis prime ⁊ ſcḋe ſubſtãtie: intẽtio. n. prime ſubſtãtie eſt eſſe ſubm̃: ⁊ intẽtio ſcḋe eſt eſſe predicatũ: ergo nõ põt aſſignari vnicũ diuiſum illius diuiſionis. Et cõfirmat̃. Aut inter primã ⁊ ſcḋm ſubſtantiam eſt diſtinctio ex natura rei ſecluſa operatiõe intellect⁹: aut eſt ſola diſtinctio rõnis, per operationẽ intellectus: ſed nulla iſtarũ: ergo nullo mõ diſtingunt̃: ⁊ per ꝯñs diuiſio ſupponit falſũ. Probatur minor. Si eſſet diſtinctio ex natura rei, tunc ſcḋa ſubſtãtia nõ predicaretur formaliter de prima ſubſtantia: ⁊ per ꝯñs nõ eſſet ſpẽs neqꝫ genus reſpectu illius: cuius oppoſitũ aſſerit Ari. Qḋ aũt diſtinguant̃ ſola rõne, vr̃ eſſe cõtra Ariſtotelẽ qui ait, ſolã primã ſubſtantiam eſſe principaliter ⁊ ſimpliciter ſubſtantiã: ſcḋaꝫ vero nõ eſſe ſubſtantiam: niſi cũ addito. Item primã ſubſtantiã ſignificare hoc aliq̃d: ⁊ ſcḋaꝫ quale quid: qḋ apparet maiorẽ arguere diſtinctionẽ q̃ rõnis. ¶ Scḋo argr̃. contra diffinitionẽ prime ſubſtantie. Aut diffinitur illic res aliqua ſingularis: ⁊ hoc nõ: qꝛ (vt ex ſentẽtia Platonis inquit Porphy. c. de ſpẽ) de ſingularibus nõ eſt ſcientia: ⁊ per ꝯñs nec eſt diffinitio: qḋ etiam teſtatur Ariſ. 2. poſt. tex. 22. aut diffinit̃ aliquid cõe ⁊ vle: ⁊ hoc nõ: qꝛ prima ſubſtãtia eſt quid ſingulare diſtinctũ cõtra vle: ergo non põt aſſignari adequatũ diffinitũ diffinitiõis prime ſubſtãtie. ¶ Tertio cõtra diffinitionẽ ſcḋe ſubſtantie argr̃ ꝙ gña ⁊ ſpecies nõ debeãt appellari ſcḋe ſubſtãtie. Ulia ſunt priora natura q̃ ſingularia: nam vlia ſunt perpetua: ſingularia vero ſunt corruptibilia: ⁊ ideo dicuntur magis entia q̃ ſingularia: vt. q. 1. ſuꝑ prol. Por. dictum eſt: ⁊ ſunt priora cognitione intellect⁹: vt habetur. 5. me. tex. 16. Ergo potius gña ⁊ ſpẽs ſunt dicenda prime ſubſtantie: ⁊ indiuidua, ſcḋe ſubſtãtie. ¶ Quarto argr̃ contra ſcḋm textũ. Accidẽtia predicantur nomine ⁊ rõne ſicut ſecũde ſubſtãtie: ergo male in hoc conſtituitur dr̃ia inter ſecũdas ſubſtãtias ⁊ accidẽtia. Probat̃ antecedẽs. Albũ predicatur de hoc albo, nomine ⁊ rõne: ⁊ albedo d̃ hac albedine: nam nomẽ albedinis eſt nomẽ huius albedinis: ⁊ diffinitio eius eſt diffinitio hui⁹ albedinis: ſicut diffinitio hoĩs eſt diffinitio Petri: ⁊ idẽ eſt de albo ⁊ hoc albo: ergo ꝙ ſi dicas accidẽtia nõ predicari de ſubſtãtijs nomine ⁊ rõne, contra hoc argr̃. Sicut albũ predicatur de corpore: ita ⁊ diſgregatiuũ viſus, q̃ eſt diffinitio albi, predicatur de illo. Etenim, qua rõne corpus eſt albũ: eſt etiã diſgregatiuũ viſus: ergo nulla eſt in hoc dr̃ia inter ſubſtantiã ⁊ accidens. ¶ Quinto argr̃ cõtra id qḋ habetur in eodẽ textu, vcꝫ ꝙ deſtructis primis ſubſtãtijs, deſtruũtur ſcḋe ſubſtãtie. Secũde ſubſtãtie (vt dicebam⁹) ſunt perpetue veritatis: nam ante creationẽ mũdi verũ erat dicere / homo eſt aial rationale / ergo deſtructis omnibus particularibus hoibus, adhuc manẽt vlia. ¶ Et cõfir. ex Porphy. c. 6. vbi per cõtrariũ extremũ dicit, ꝙ deſtructis ſingulis aialibus remanet rõ aialis: ſꝫ tñ deſtructo aiali, nec remanet hõ nec aliqḋ ſingulare: ⁊ hec eſt regula dialecticorũ, ꝙ a negatiõe inferioris ad negationẽ ſuperioris, nõ valet ꝯñã: ſed cõtrario. ¶ Sexto cõtra textuꝫ tertiũ argr̃ autoritate Ariſtotelis qui. 8. me. tex. 2. ait ꝙ genus eſt magis ſubſtãtia q̃ ſpẽs: ⁊ ſpẽs q̃ ſinglaria: cui vr̃ repugnare textus iſte vbi ait, ꝙ ſpẽs eſt magis ſubſtãtia q̃ gen⁹. ¶ Septimo argr̃ ꝯtra quartũ tex. 2. vbi ait, ſola gña ⁊ ſpẽs predicamẽti ſubſtãtie cenſendas eſſe ſubſtãtias. Subſtãtia (vt habet̃. 5. me. tex. 15.) vno mõ accipit̃ pro eſſentia ⁊ quiditate rei: alio mõ pro hypoſtaſi ſubſiſtẽti: ⁊ in vtraqꝫ acceptione accidẽtia ſuo mõ ſunt ſubſtantia: ergo nõ ſola vlia primi predicamẽti ſunt appellãda ſubſtãtie. Probat̃ minor. Accidẽtia habẽt etiã ſuo mõ eſſentias ⁊ q̃ditates: vt habetur. 7. met. tex. 15. ⁊ quãtitas in ſacramento altaris ſuſtinet oia accidẽtia ad modũ ſubſtãtie: ergo etiã ſuo mõ accidentia ſunt ſubſtãtie. ¶ Et cõfir. Saltim dr̃ie: vt rõnale, qḋ eſt de eſſentia ſubſtãtie, debẽt cenſeri ſubſtantia queadmodũ genus. ¶ Octauo principlr̃ argr̃ aduerſus diuiſionẽ ſubſtantie. Deus eſt ſubſtãtia: ⁊ tamen in Deo non eſt diſtinguere ſecundam ⁊ primam ſubſtantiam: alias illic eſſet ſpecies compoſita ex genere ⁊ differentia, quod repugnat ſimplicitati Dei: ergo diuiſio eſt inſufficiens. ¶ Et confirmatur. Chriſtus in q̃tum homo, ponitur in predicamento ſubſtantie, poſtq̃ eſt verus hõ ⁊ propriiſſime homo vniuoce nobiſcũ: ⁊ tñ Chriſtus nec eſt ſecunda ſubſtãtia neqꝫ prima: ergo diuiſio ſupponit falſum. Prima pars minoris nota eſt: qñquidẽ Chriſtus eſt indiuiduũ: ⁊ ſecunda probatur. Prima ſubſtantia (vt ait Ariſtoteles) eſt in ſecũda ſicut pars quiditatiue inferior in toto vniuerſali: ſed Chriſtus nõ eſt res quiditatiue inferior ad hominẽ: qꝛ humanitas nõ eſt de eſſentia ⁊ quiditate Chriſti: ergo Chriſtus non eſt prima ſubſtantia. ¶ In contrariũ eſt autoritas Ariſtotelis.

¶ Ad quæſtionem reſpondetur affirmatiue.

In priori articulo reſpondebitur ad ſeptem priora argumenta, et in altero ad octauum. Unde circa primuꝫ argumentum ſupponendũ primum eſt differentia inter nominales atqꝫ reales. Nominales enim caput hoc totum ſicuti ſequentia, de terminis tantũmodo interpretant̃, quippe quos ſolos ponunt in predicamẽto. Aiunt ergo hoc nomen / ſubſtantia / bifarium accipi: videlicet, prime ⁊ ſecunde intentionaliter. Prime intentionaliter ſignificat res per ſe ſubſiſtentes: puta, hominem / lapidẽ ⁊c. Secunde intentionaliter accipitur pro terminis abſolute ſignificantibus ſubſtantiam: vt ſunt iſti termini / homo / lapis. Et hoc ſecundo modo accipiunt in preſentia, hoc nomen / ſubſtantia. Atqꝫ adeo ſic interpretãtur diuiſionẽ hanc / ſubſtantiarum. i. terminorũ abſolute ſignificantiũ ſubſtantiã, alia eſt prima ſubſtẽtia, ⁊ alia eſt ſecunda. i. alius eſt termin⁹ ſingulariter ſignificãs ſubſtantiã: vt ly / Petrus / aliuſqꝫ ſignificãs cõiter ſubſtantiã: vt ly / homo / ly / animal. An vero cõueniat expoſitio, vt termini ſignificantes ſubſtantiã appellentur ſubſtantie, ipſi ſint iudices. Re vera Ariſt. quãdo dicebat, primam ſubſtantiam principaliter ⁊ maxime ſubſtare, non (vt exiſtimo) loquebatur de hoc termino / Petrus: ſed de re: vt exẽplis manifeſtat, dum ait, vt quidã homo quidã equus: non. n. accipiuntur hec nomina materialiter: ſed perſonaliter: ac ſi dixiſſet, quidam deſignatiue homo: vt puta / Petrus: ꝙ ſi prima ſubſtantia accipitur pro re, pariter accipit̃ ſecũda, vbi id preterea animaduertẽdũ eſt, ꝙ apud Ariſt. quidã homo / quidam equus / ſunt ſingularia vaga. ¶ Igitur ex mente Ariſt. hoc nomẽ / ſubſtãtia / nullatenus accipitur pro termino: ſed pro re que per ſe ſtat. Accipitur tñ ſubſtantia tripliciter. Primo modo pro gñaliſſimo ſubſtãtie: ⁊ ſecũdo modo vt diſtinguit̃ cõtra accidẽs: videlicet vt includit partes ſubſtantie: vt autor eſt Ariſt. 5. meta. tex. 15. Enimuero cũ ſubſtantia ⁊ accidẽs diſtinguant̃ per oppoſita. i. eſſe per ſe, ⁊ nõ eſſe per ſe, nõ eſt dare mediũ: ſed quidquid non eſt accidens, eſt ſubſtantia. Tertio modo accipitur pro eo quod eſt in recta linea primi predicamenti: vt videlicet excludit dr̃ias ⁊ partes ſubſtãtie, ⁊ cõprehẽdit omne illud de quo directe predicatur generaliſſimũ, ſiue ſit genus, ſiue ſpẽs, ſiue indiuiduũ. Primo modo nõ poteſt ſubſtantia diuidi in primã ⁊ ſecũdam: vt probat argumentũ: nec ſecundo modo: qꝛ illo modo nomine ſubſtan

Nominaliũ opinio

Subſtantie.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſte includũtur etiã partes: ⁊ tñ partes ſubſtãtie nec ſunt
genera, nec ſpecies ſubſtãtie: cũ non ſint in linea recta.
Si eñ pars animalis eſſet ſubſtãtia: eadẽ rõne eſſet ſub
ſiſtens: ⁊ eſſet animal: que directe ponuntur ſub ſubſtan
tia: quod eſt falſum: q᷑ materia, aut caput non eſt aial.
Subſtãtia ergo tertio modo diuiditur in primã ⁊ ſecun
dam. Eſt. n. in memoriã reuocandũ. Ariſtotelem tracta
re hic de rebus quatenus predicãtur mediantibus ter

Diuiſiõis ſenſus.

minis. ¶ Et ideo ſenſus diuiſionis eſt iſte. Id quod eſt in
recta linea primi predicamenti, aut eſt prima, aut ſecũ
da ſubſtãtia. i. aut eſt primũ ſubiectũ, aut eſt predicatũ.
Et enim quod in ſecũdo capite dixerat/ eorũ que ſunt,
alia neqꝫ de ſubiecto dicuntur neqꝫ in ſubiecto ſunt, alia
de ſubiecto dicuntur ⁊ in nullo ſubiecto ſunt/ hic dicit/
ſubſtantiarũ alia prima, alia ſecunda. Unde ad formã
argumenti cõceditur, ꝙ iſte due intẽtiones puta eſſe pri
mam, ⁊ eſſe ſecundã ſubſtãtiam, quod eſt eſſe ſubiectũ,
⁊ eſſe predicatũ, non habẽt vnam intentionẽ cõmunez:
⁊ ideo Ariſt. nõ expreſſit formaliter diuiſum huius diui
ſionis: ſed ſolũ expreſſit mẽbra diuidentia: nihilominus
ſubintelligitur diuiſum ad ſenſum expoſitũ. ¶ Circa ma
teriam cõfirmatiõis admonitos eſſe oportet dialecticos
ne in via. S. Th. decipiantur. Sunt enim apud docto-

Tres diſtinctiões

rem ſanctũ, tres diſtinctiones frequẽtes: quas falſo q̃s
poſſet tanꝗ eandem confundere. Una eſt diſtinctio, eſſe
ab eſſentia: altera nature a ſuppoſito: ⁊ tertia vniuerſa-

Eſſe et eſſentia.

lis a particulari, ſeu magis vniuerſalis, a minus vniuer
ſali. De prima diſtinctione nihil certi apud Ariſtotelem
habemus: ſed. S. Tho. de ente ⁊ eſſentia. cap. 5. ⁊ 2. con-
tra gentiles. c. 52. ⁊ prima parte. q. 3. artic. 4. ⁊ alibi ſepe
hanc cõſtituit dr̃iaz inter deũ ⁊ creaturas, ꝙ in ſolo deo
eſſe ⁊ exiſtere ſit de quiditate ⁊ eſſentia ſua: q᷑ cũ ſit pri-
ma cauſa, ſi de ſe non haberet eſſe, nullo modo poſſet ab
alio habere: ſed tñ in creaturis eſſe non eſt de eſſentia: q᷑
eſſentie ſunt perpetue: ſed tñ eſſe recipiũt ex tempore a
deo: quod capite precedenti, ⁊ ſuper prologũ Porphy.
q. 1. obiter expoſuimus. Nec locus eſt hic latius id diſpu
tandi. Sed id ſolũ addiderim ꝙ nõ eſt res tanti momen
ti hãc diſtinctionẽ, aut cõcedere, aut negare: dũ modo
non negetur dr̃ia inter nos ⁊ deum: ꝙ eſſe ſit de eſſentia
dei ⁊ non ſit de eſſentia creature: ſicut qui negauerit ſeſ-
ſionem diſtingui realiter a ſedẽte, nihil magnum nega-

Natura ⁊ ſuppoſitũ

bit, dũmodo non concedat ſedere eſſe de eſſentia homi-
nis: hanc enim antiqui appellabant diſtinctionem ⁊ for
te docte. ¶ Nec de ſecunda diſtinctione multa hic expe-
tentur plura, ꝗ que ſuper eundẽ prologũ. q. 3. adnota-
uimus: videlicet, ꝙ homo ⁊ humanitas cenſentur apud
S. Th. realiter diſtingui: eo ꝙ ſecluſa operatione intel-
lectus illa eſt falſa/ homo eſt humanitas/ in ſenſu forma
li: ꝗuis in ſenſu identico cõcedendũ ſit, ꝙ homo eſt res
que eſt humanitas. Et ideo hanc, forſan eſt diſputare
de nomine, appellare diſtinctionem realem, aut formas
lem. Hic modus loquendi oĩbus antiquis philoſophis
fuit ſemper receptiſſimus. Qui fundatur primo in Ari-
ſtotele tertio de anima, textu. 9. vbi ait, ꝙ aliud eſt mag
nitudo, ⁊ aliud magnitudinis eſſe. Et aliud eſt aqua, et
aliud eſt aque eſſe. i. quiditas: et. 1. de anima tex. 64. di-
cit, ꝙ actiones nõ ſunt formarũ: ſed ſuppoſitorũ, vt ani
ma non texit: ſed homo. Eadem ratione concedimus, ꝙ
homo intelligit ⁊ ambulat: negamus tñ ꝙ humanitas
ambulat aut diſputat. Item cõcedimus, ꝙ Chriſtus aſ
ſumpſit humanitatẽ: ⁊ negamus ꝙ aſſumpſit hominez.
Que loquutiões videtur inſinuare aliquã diſtinctionẽ
ex natura rei inter humanitatem ſignificatũ in abſtra-
cto, ⁊ hominẽ ſignificatum in cõcreto: que licet nõ ſit tã
ta q̃nta inter ſubſtantiã ⁊ accidens, nihilominus eſt tan
ta, quãta ſufficit ad negandã propoſitionẽ illam in ſen-
ſu formali. ¶ Quod ſi q̃s obijciat illud Ariſt. 7. met. tex.
21. In his que ſunt per ſe. i. in ſubſtãtijs, idem eſt qd̃ qd̃
eſt: ⁊ id cuius eſt/ reſpõdet: vt illic reſpõdet. S. Th. lect.
5. ꝙ quiditas ſignificata in abſtracto diſtinguitur a ſup
poſito: ⁊ hoc intendit Ariſt. loco citato. 3 de anima/ qui-
ditas vero in cõcreto non diſtinguitur ab illo: ⁊ hoc pre
tendit. 7. metap. Quod eſt dicere iſte ſunt vere in ſenſu
formali/ homo eſt animal/ homo eſt ratiõale: ſed iſte ſunt
falſe/ homo eſt animalitas/ homo eſt rationalitas. Et ra
tio eſt: quia homo dicit id quod habet humanitatem et
omnia accidentia: humanitas vero non eſt ſubiectũ acci
dentiũ: q᷑ non cõcedimus/ humanitas ambulat/ aut hu
manitas eſt alba/ ſed homo. Et ideo. 1. par. q. 3. art. 3. con

Humanitas nõ eſt ſpecies.

cludit. S. Tho. ꝙ in ſolo deo vbi nullũ eſt accidẽs, deus
⁊ deitas nõ diſtinguũtur realiter: ſed ſolũ ratione. ¶ Unñ
7. meta. infert ꝙ neqꝫ humanitas eſt ſpecies: ſed princi-
pium ſpeciei, nec animalitas eſt genus: ſed principiũ ge
neris: quia humanitas non eſt homo: ſed eſt id quo pe-
trus eſt homo. Atqui quod diximus de ente ⁊ eſſentia,
dicimus de natura ⁊ ſuppoſito: vcꝫ, ꝙ non eſt graue pec
catũ q̃tum ad nomen negare hanc diſtinctionẽ realem:
dũmodo cõcedat ꝙ homo diſputat: ſed humanitas non
diſputat: ⁊ ꝙ homo eſt habẽs humanitatẽ, ⁊ tñ humani
tas non habet hominẽ. Fateor tñ optime antiquos vo-
caſſe hanc diſtinctionẽ realem: poſtꝗ ſecluſa operatione

Ul'e ⁊ particulare.

intellectus eſt hec dr̃ia. ¶ Tertia diſtinctio eſt ad pro-
poſitũ inter vl'e ⁊ particulare: ſeu inter magis vniuerſa
le ⁊ minus vniuerſale. Quã ſuper prologum Porphy.
q. 3. ſcđm Scotuz diximus eſſe formalẽ: ſecundũ. S. Th.
eſſe ſolũ rationis. Unde ad formã cõfirmationis reſpon
detur, ꝙ ſecũda ſubſtantia ⁊ prima ſubſtãtia ſunt eadẽ
res: ſed differunt per operationẽ intellectus: homo. n. in
quantũ abſtrahitur a cõditionib⁹ ſingularibus, eſt ſpe
cies: ⁊ inquantũ abſtrahitur a cõditionibus ſpecierum,
eſt genus: ſed prima ſubſtantia eſt idem homo inquãtũ
cognitus notitia ſingulari: qua ratiõe eſt ſubiectũ oĩm
predicatorũ. Et hec ſola diſtinctio eſt ſufficiens vt ſpẽs
⁊ genera appellẽtur ſecũde ſubſtantie: ⁊ indiuidua ap-
pellentur prime. ¶ Ex dictis ſequitur primo, ꝙ/ ſecunda
ſubſtantia/ ⁊ prima ſubſtãtia/ ſunt nomina ſecũde inten
tionis. ¶ Sequitur ſecũdo, ꝙ illa diuiſio non eſt diuiſio
gñis in ſpecies (cuius meminit. S. Tho. de potẽtia. q. 9.
art. 2. ad. 6.) q᷑ vna ſpecies non predicatur de alia oppo
ſita: vt albũ non predicatur de nigro: ⁊ tñ ſecũda ſubſtan
tia predicatur de prima: vt homo de petro: ſed eſt diui-
ſio eiuſdem nature: vt ſubſtat diuerſis ſecundis intentio
nibus: ⁊ eſt diuiſio analogi, ſcđm Ariſto. qui ait ſolã pri-
mam ſuſtantiam eſſe maxime ſubſtantiam. i. ſimpliciter:
ſecunde vero ſunt ſubſtantie ſecundum quid: quia non
per ſe ſubſiſtant: ſed ſunt in indiuiduis.

¶ Ad ſecundum argumentum principale, ne
ſcio quid dominus Caietanus formidauerit concede-
re, ꝙ in diffinitione prime ſubſtantie diffiniat̃ ſecũda in-
tentio: quippe cũ res clariſſima ſit intelligenti que in ca-
pite de gñe diximus, diffiniri hic ſecundã intentionem,

Diffinit̃ ſcđa intẽtio.

ad ſenſuz illic expoſitũ. Diffinitur. n. hic ſubſtãtia ea rõ
ne, qua ſubſtat in predicatione vniuerſis predicatis cu
iuſcunqꝫ predicamẽti: ⁊ quẽadmodũ dici de ſubiecto/ cõ
notat ſecundã intentionẽ: ita ⁊ eſſe ſubm̃. Et confirma-
tur: quia prima ſubſtãtia condiuiditur contra ſecundaz
ſubſtantiã: ſed ſecunda ſubſtãtia, dicit ſecundã intẽtio-
nem: ergo ⁊ prima ſubſtantia. Cauendum tñ eſt (vt illic
admonuimus) ne concedatur, ꝙ hoc nomen/ prima ſub
ſtantia/ aut eius diffinitio ſupponat pro ſecunda inten
tione: q᷑ non ſecũda intentio: ſed Petrus, ⁊ Paulus,
ſunt prima ſubſtantia, que neqꝫ de ſubiecto dr̃, neqꝫ in
ſubiecto eſt: ſed ad hunc ſenſum concedimus diffiniri ſe
cundã intentionẽ: q᷑ diffiniuntur res ſingulares, ſcđm
ſuum eſſe intẽtionale: quod eſt eſſe primũ ſubm̃. Quod
quidẽ eſt cõmune omnibus primis ſubſtãtijs. Unde ad
formam

formã argumẽti rñdetur, ꝙ pro ſubſtracto ſeu ſignifica
to materiali, diffinitur quidẽ res ſingularis: ſed pro for
mali, ſeu per ſe ſignificato, diffinitur intentio cõmunis
prime ſubſtantie. ¶ Eſt tñ hic adnotanda dr̃ia inter hec

Indiu. ſingl. pri. ſubſtantia.

tria nomina/ indiuiduũ/ ſingulare/ prima ſubſtantia. In
diuiduum dicit reſpectũ ad inferiora: eſt. n. indiuiduum
id quod amplius diuidi nõ poteſt in quiditatiue inferio
ra: ſingulare vero dicit reſpectũ ad vniuerſale: appella-
tur namqꝫ ſingulare, eo ꝙ ratio vniuerſalis, ſit iam fa-
cta hec ⁊ incõmunicabilis per principia indiuiduatio-
nis: ſed prima ſubſtantia dicit reſpectũ ad omnia predi
cata tam ſubſtantie, ꝗ accidentiũ: eſt. n. prima ſubſtan
tia id quod omnibus ſubſtat. Quo fit vt tam indiuiduũ
ꝗ ſingulare reperiatur, nõ ſolum in recta linea ſubſtan-
tie: ſed in partibus eius, ⁊ in omnibus predicamẽtis ac
cidentiuz: vt/ hec manus/ hec albedo: ſed prima ſubſtan
tia ſolũ eſt ſubſtantia completa. Unde nec anima ratio
nalis, ꝗuis per ſe põt ſubſiſtere, eſt prima ſubſtãtia: vt
ait. S. Th. 1. par. q. 29. art. 1. ad vlti. quia ſuapte natura
eſt pars hominis. Atqui quod philoſophi vocant pri-

Subſtantia dupl'r.

mã ſubſtantiã, theologi appellant ſuppoſitũ. Quod ſi
fuerit ſuppoſituz nature rationalis, aut intellectualis,
appellatur perſona. ¶ Circa tertiũ argm̃ pro intelligen-
tia huius capitis notandũ eſt, ꝙ Ariſt. 5. met. tex. 15. in-
ter alias acceptiones, dicit ꝙ ſubſtãtia, vno modo acci-
pitur pro eſſentia ⁊ quiditate rei: alio modo pro ſuppo-
ſitis ſubſiſtentib⁹. Subſtãtia primo modo grece dicitur
vſia/ id eſt eſſentia: ⁊ ſecundo modo dicitur/ hypoſtaſis/
id eſt res ſubſiſtent. Et q᷑ ſubſtantia dicitur a ſubſtan-
do, idcirco ſubſtantia ſimpliciter accipitur in ſecunda
acceptione. Unñ ad formam argumẽti reſpõdetur, ꝙ ſe
cunde ſubſtantie appellantur magis entia, ⁊ magis ſub
ſtantie: q᷑ ſunt perpetue ad ſenſum expoſitũ ſuper pro-
logum Porphy. ſed nihilominus ſimpliciter loquendo,
illa eſt magis ſubſtantia q̃ pluribus ſubſtat: ⁊ ita loqui-
tur Ariſt. in hoc lib. ¶ Et eſt hic cõſiderandũ ꝙ Ariſt.
excogitauit hoc nomen/ ſcđa ſubſtantia/ aduerſus Pla
tonem. Cum. n. Plato poſuiſſet ſpecies realiter ſepara
tas a ſingularib⁹ ſequebatur ex opinione ſua, illas per
ſe realiter ſubſiſtere; atqꝫ adeo eſſe primas ſubſtantias:
quod eſſe impoſſibile probauit Ariſt. 7. meta. tex. 45. Si
enim ſunt vniuerſalia non ſubſiſtunt niſi in ſingularib⁹.
Et ideo ſimpliciter negauit vniuerſalia eſſe ſubſtãtias:
atqꝫ adeo impoſuit illis nomen, vt dicerentur ſcđe ſub-
ſtantie: q᷑ non per ſe ſubſiſtunt: ſed in ſingularibus.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur,
ꝙ dr̃ia quam conſtituit Ariſto. inter ſecundas ſubſtan-
tias ⁊ vniuerſalia accidentiũ, non eſt ſic intelligenda: vt
neget accidentia predicari nomine ⁊ rõne de ſuis infe-
rioribus quiditatiue. Enimuero, ſicut homo de Petro
⁊ animal de homine, ita albũ predicatur de hoc albo, et
coloratũ de albo, nomine ⁊ ratione: vt probat argumen
tum: ſed intelligit, ꝙ accidẽs de ſubſtãtia nõ predicatur
nomine ⁊ ratione. Unñ ad argumentũ conceditur ꝙ diffi
nitio albi predicatur quidẽ denominatiue de ſubſtãtia:
ſicut. n. hec eſt denominatiua/ corpus eſt albũ (ita ⁊ hec/
corpus eſt diſgregatiuũ viſus: hoc tñ non ſufficit: vt al-
bum predicetur ratiõe de corpore: ſed requiritur ꝙ diffi
nitio albi ſit diffinitio corporis: modo ꝗuis diſgregati
uum viſus ſit diffinitio albi pro formali: q᷑ eſt diffinitio
albedinis, tamen nõ eſt diſtinctio corporis. Et eadẽ ra
tione ꝗuis diffinitio colorati, ſit diffinitio inadequata
albi: ſicut diffinitio animalis eſt diffinitio hominis, tñ
non eſt diffinitio corporis. Dr̃ia ergo Ariſto. conſiſtit in
hoc, ꝙ omnia vniuerſalia predicãtur de ſuis inferiorib⁹
nomine ⁊ ratiõe: accidentia vero de ſubſtantia nõ predi
cantur niſi denominatiue. Ad replicam rñdetur ꝙ licet
diffinitio albi predicetur denominatiue de corpore ſicu-
ti/ albũ/ nõ ſufficit, vt p̃dicetur de illo rõne: q᷑ diffinitio
illa nõ eſt diffinitio corporis. ¶ Ad quintũ argumẽtũ re
ſpondetur ꝙ ſubſtantie poſſunt conſiderari, vel q̃tum
ad eſſentias, vel quantũ ad exiſtentias. Quantũ ad eſ-
ſentias, procedit argm̃ cum ſua cõfirmatione: nam cum
ratio ſuperioris includatur in rõne inferioris: ⁊ ratio in
ferioris addat aliquid ſupra ſuperius, ſequitur ꝙ id qđ
non eſt animal, non eſt homo: non tamen ſequitur ꝙ ſi
aliquid nõ ſit homo, cõtinuo nõ ſit animal. Quinetiam
q̃tum ad exiſtentias, cũ ſuperius in pluribus conſerue
tur ꝗ inferius, non ſequitur ſi nullus homo eſt, nullum
aĩl eſt: ⁊ econuerſo ſequitur: nec hoc vult negare Ariſt.
in preſentiaruz. Senſus ergo eius eſt, ꝙ cũ vniuerſalia
non ſubſiſtant niſi in ſingularibus, ſi nullũ exiſtit ſingu-
lare alicuius vniuerſalis, nec vniuerſale ipſum exiſtit.
Ex eo enim ante creationẽ mundi nõ exiſtebat homo in
vniuerſali: quia nullus erat homo ſingularis in quo exi-
ſteret. In quo etiam intẽdit condemnare Platonẽ, qui
cenſebat vl'ia exiſtere etiã deſtructis ſingularibus. ¶ Ad
ſextũ argumentũ iam reſponſum eſt, ꝙ Ariſt. vocat gñ'a
magis ſubſtantias ꝗ ſpecies: q᷑ ſunt in ratione eſſentie
magis abſtracta: ſed tñ in ratione ſubſiſtẽtie, contrario
modo ſpecies ſunt magis ſubſtãtie ꝗ genera. ¶ Ad ſep
timum argumẽtum reſpõdet̃, ꝙ accidẽtia poſſent quo-
dãmodo appellari ſubſtantie, in illa ſignificatione, qua
ſubſtãtia accipitur pro eſſentia: vt probant autoritates
Ariſt. ſed tñ quia hic loquimur de ſubſtãtia ſecũdũ pro-
priam ⁊ abſolutã eius ſignificationẽ: non appellant̃ ſub
ſtãtie, niſi ea que dicũt quiditatẽ ⁊ eſſentiã ſubſtantie. i.
per que reſpondet̃ ad queſtionẽ factam per quid de ſub-
ſtantia: qualia ſunt ſola genera ⁊ ſpecies. Querenti. n.
quid eſt Petrus? non reſpondebitur ꝙ eſt ratiõalis aut
albus: ſed determinate, ꝙ eſt homo: ⁊ confuſe, ꝙ eſt ani-
mal. Quare nec differentia eſt ſecũda ſubſtantia: nec po
nitur in recta linea: nec conſtat ex genere ⁊ dr̃ia: ſed eſt
conceptus ſimplex: vt. c. proxime dicebamus.

Articu. 2. An Deus ponat̃ in p̃dicamẽto.

¶ Articulus ſecũdus verſatur in reſponſioni
bus ad vltimum argumentum, ⁊ eius confirmationem.
Argumentum petit difficultatem illam celebrẽ: an deus
ponatur in predicamẽto. Quod inde in queſtionẽ venit
inter theologos, ꝙ res que ponũtur in predicamẽto cõ-
ſtant ex gñe ⁊ dr̃ia, ad modũ materie ⁊ forme: et huiuſ-
modi compoſitio vr̃ ſumme ſimplicitati dei repugnare.
Nihilominus ſunt due opiniões. Una eſt Holchot. Gre
gorij ⁊ Gabrielis. 1. ſenten. diſtin. 8. ꝙ Deus ponitur in
predicamẽto. Probant opinionẽ ſuam. Primo: q᷑ hoc
nomen/ ſubſtãtia/ vniuoce, ⁊ quiditatiue predicatur de
illo ⁊ de nobis: ⁊ hoc nomen/ ſpiritus/ vniuoce ⁊ quidita
tiue predicatur de deo ⁊ de angelis: ergo deus ponitur
in predicamẽto: tanꝗ indiuiduũ predicamenti ſubſtan-
tie. ¶ Scđo quia pater ⁊ filius ſunt nomina de predica-
mento relationis: ⁊ tñ predicãtur de deo: ergo ly/ pater/
cum dr̃ de deo eſt in predicamẽto relatiõis: ⁊ eadem rõ-
ne ly/ deus/ erit in predicamẽto ſubſtãtie ¶ Et cõfirma-
tur autoritate Boetij in lib. de trinitate, dicẽtis: tan-
tum duo predicamẽta eſſe in deo puta, ſubſtantiã, ⁊ re-
lationẽ. Alias multiplicat gregorius autoritates Ariſ-
totelis, que fines dialectice tranſcendũt: nec vllaz certe
habent efficatiam. ¶ Alia eſt opinio negatiua magiſtri
ſent. in primo diſt. 8. vbi ait, predicamẽta artis dialecti-
ce, dei nature minime cõuenire. Quem ſequũtur Sco-
tus eadem diſt. q. 3. ⁊. S. Th. 1. par. q. 3. art. 5. ⁊ fere theo-
logorũ nemo audet cõcedere deũ eſſe in predicamento.
Scotus: q᷑ tenet hec nomina/ ens/ ⁊ ſubſtãtia/ vniuoce
predicari de deo ⁊ creaturis, ea ſola ratione probat deũ
non poni in predicamento: quia vcꝫ, eſt res infinita: ⁊ id
quod ponitur in predicamẽto eſt res finita: nam ſpecies
predicamentalis conſtat ex gñe quod eſt in potentia vt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

contrahatur per dr̃iam: tanꝙ̃ per actum eius: quod aũt eſt in potentia ad nouã perfectionẽ non põt eſſe infinite perfectum. Unde ſequeretur eſſe aliquid in Deo quodã modo imperfectũ. ¶ At vero p̃ſentẽ queſtionẽ per tres ſubiectas cõcluſiones ordine cõgruo diſſoluã. Eſt enim animaduertendũ, ꝙ ex decẽ predicamentis ſola duo, q̃ ſunt/ſubſtãtia/ ⁊ relatio/ dicũtur proprie de Deo: cetera vero nõ niſi metaphorice, vt quinto de trinitate in principio autor eſt Auguſtinus.

Rñdetur

¶ Unde prima ⁊ manifeſta cõcluſio eſt hec. Nullũ attributũ Dei, quod in nobis eſt accidẽs ponitur in aliquo predicamento. Uel (vt de terminis dicamus) nullus terminus octo predicamẽtorum proprie predicatur de Deo. Cõcluſio eſt illic Auguſtini. c. 1. vbi ait, deum eſſe, bonũ ſine qualitate, magnũ ſine quantitate, ſine ſitu preſẽtem, ſine abitu oĩa continentẽ, ſine loco vbiq; totum, ſine tempore ſẽpiternũ, ſine vlla ſui mutatiõe mutabilia facientẽ, nihilq; patientem. Quod eſt dicere iſta gen̄aliſſima, quãtũ, quale, ⁊c. nõ predicari proprie de Deo: ſed metaphorice.

1. Conclu.

¶ Secunda cõcluſio. Deus nõ eſt in predicamẽto ſubſtantie vniuoce cũ creatura. Et q̄ ſubſtantia (vt ſupra dictum eſt) accipitur aut pro ſubſtantia aut pro eſſentia, vtroq; mõ probatur. In primo ſenſu ex profeſſo eã aſſerit Augu. 7. de trinitate. c. 5. vbi ait manifeſtum eſſe deum abuſiue ſubſtantiã vocari. Et p̄batur ratione: nã ſubſtãtia nõ ſolũ dicit id quod per ſe ſtat: ſed id qđ accidentibus ſubſtat: hoc. n. ſonat nomen/ſubſtãtia/ puta, ſubſiſtere: ſed Deus nulli prorſus accidẽti, aut forme ſubſtat: ergo nõ eſt ſubſtãtia vniuoce nobiſcũ.

2. Conclu

¶ Scđo probatur in ſecũda ſignificatiõe. Subſtãtia vt ſignificat eſſentiã non dr̃ vniuoce de Deo ⁊ de nobis: ergo nõ eſt in eodẽ predicamento nobiſcũ. Nõ intẽdimus hic negare, vnicũ conceptum formalẽ ſubſtantie cõẽ Deo ⁊ nobis: ſed ſenſus antecedentis eſt ꝙ ille cõceptus non ſignificat vnã rationem obiectiuam communẽ Deo ⁊ nobis: vt capite ſuperiori latius expoſitũ eſt. Probatur antecedens: ſicuti illic de cõceptu entis probatũ eſt. Eſſentia dicitur ab eſſe: ſed aliter in nobis eſſentia ſe habet ad eſſe, ⁊ aliter in Deo: ergo nõ eſt eadẽ ratio cõmunis Deo ⁊ nobis. Probatur minor. Eſſentia in nobis dr̃: q̄ habet eſſe per ſe. i. non in alio: licet habeat ab alio eſſentia vero in Deo dr̃: quia habet eſſe per ſe. i. neq; in alio nec ab alio: quia eſſe Dei eſt de q̃ditate Dei: eſſe vero nr̃m non eſt de quiditate noſtra: ſed receptũ a deo. Et q̃uis eſſe nõ diſtinguatur realiter a nobis: eſt nihilominus concedendũ, ꝙ non eſt de quiditate noſtra: ⁊ ſic alia ratiõe deus dicitur ſubſtãtia: ⁊ alia rõne creatura eius. Et hãc cõcluſionẽ p̃tendit Auguſtinus quinto de trinit. c. 2. vbi ait ꝙ deus eſt ſubſtantia: vel (ſi melius hoc appellatur) eſſentia: ⁊ ſuntingit hoc nomen ſoli deo propriiſſime cõuenire: q̄ ita eſt de eſſentia, vt ſit ſuũ eſſe. Unñ ſimpliciter exodi. 3. ait Deus, ego ſum qui ſum/ ⁊ qui eſt miſit me ad vos. Non quidẽ negat Auguſtinus quin creatura ſimpliciter ſit: ſed intelligit ꝙ eſſentia quã ſignificat ſubſtãtia, analogice dicitur de deo ⁊ de nobis: ſicut/ ridere/ dicitur de hoĩe ⁊ de prato: eſt enim eſſe noſtrũ quedã participatio ⁊ ſimilitudo eſſe diuini.

3. Conclu

¶ Tertia concluſio. Deus nullo modo ponitur in predicamẽto, ſiue vniuoce nobiſcũ, ſiue equoce (poſſet. n. quis opinari in deo eſſe genus ⁊ dr̃iam ſubſtãtie ſicut in angelis, aut in ſole licet alterius rationis.) Probatur cõcluſio. Primo: q̄ ex ſentẽtia Ariſtotelis. 3. metap. tex. 9. ⁊. 15. quam citat Porphy. c. de differentia, ſpecies conſtat ex genere quod ſe habet vt materia; ⁊ dr̃ia q̃ ſe habet vt forma (vt expoſitũ eſt. c. de genere) ſed ſimplicitati dei repugnat omnis compoſitio: ergo in deo nulla eſt proprie ſpecies aut genus: ⁊ per cõſequẽs nec ponitur in predicamento. ¶ At vero Greg. ⁊ ſequaces eius, hanc rõnem veluti ceteras que a metaphiſica proficiſcuntur, nihil faciũt: aiunt. n. ꝙ cõpoſitio metaphiſica ſpeciei nõ eſt ex veris partibus: ſed ſunt diuerſi cõceptus eandẽ eſſentiam ſignificãtes: licet conceptus gñis ſit magis vniuerſalis. Nihilominus explicatur vis rationis huius: que certe pluris debet eſſe apud philoſophos q̃ iſti exiſtimant. Genus (vt ſepe diximus) ſignificat rationẽ que eſt extra eſſentiã differẽtie: alias nõ contraheretur per differentiã tanꝙ̃ per nouum gradũ perfectionis (⁊ hac potiſſimũ ratione diximus ens non eſſe genus: q̄ eſt de ratione cuiuſcũq; realis dr̃ie) at eſſentia diuina eſt ita infinita, vt nihil in deo ſit quomodocunq; abſtrahibile, in quo realiter nõ includatur eſſentia: ſiue. n. abſtrahas ſapientiã, ſiue bonitatẽ: illic realiter, ⁊ certe formaliter includitur eſſentia diuina: ſicut ens includitur in omnibus rebus: ⁊ in hoc cõſiſtit ratio infinitatis diuine, puta ꝙ ſit omnino illimitata: itaq; nulla ſit particularis ratio ſapiẽtie aut ratio bonitatis ⁊c. que non includat eſſentiã.

Ratio infinitatis.

¶ Et hec potiſſimũ eſt rõ ſancti Thome ꝙ attributa diuina: imo relationes ipſe nõ diſtinguantur ab eſſentia, niſi ſola ratione: nam ſi formaliter diſtinguerentur) vt dicit Scotus) ſequeretur ꝙ daretur aliquid in diuinis qđ formaliter non eſſet aliud: quod non ſolũ repugnat ſimplicitati Dei: ſed etiã infinitati: nã/ hoc formaliter non eſſe hoc/ dicit limitationẽ: ⁊ infinitas Dei in hoc ſtat ꝙ ſicut eminenter eſt oẽs creature, ita formaliter ſit quidquid eſt in ipſo.

Attributa Dei.

¶ Et inde rurſus ſequitur ꝙ relationes: vt ſunt formaliter eſſentia, ita ſunt formaliter infinite perfecte: nam eadẽ perfectio que in patre eſt generare in filio eſt generari. Uerbũ hoc preter fines dialectice fecimus: vt oſtenderemus quomodo Dialectica theologie ancillatur. ¶ Ad propoſitũ redeũtes cõcludimus ꝙ propter infinitatem eſſentie diuine nulla eſt illic ratio cõtrahibilis neq; ratio cõtrahens: ⁊ per cõſequẽs neq; ratio gñis neq; ratio ſpeciei. Et eadem ratione nec deus eſt diffinibilis, nec eius attributa poſſunt de illo a priori demõſtrari. ¶ Secũdo probatur cõcluſio ratione S. Th. loco citato. Si deus poneretur in genere, deberet poni in genere entis: ſed ens ſecundum Ariſtotelem non eſt genus: ergo in nullo ponitur gñe. Sequelã maioris rari ſunt qui intelligant: eſt tñ optima: q̄ deus non põt poni in genere ſubſtantie: primo q̄ non ſubſtat accidentibus: ⁊ ſcđo q̄ ſubſtãtia videtur dicere aliquid limitatum: q̄ de ſe non ambit oĩa entia: ſed diſtinguitur contra accidentia: ⁊ ideo ſi in aliquo eſſet gñe, deberet maxime eſſe in genere entis: tum q̄ eſſe eſt de eſſentia dei, tum etiã q̄ ens dicit eſſentiã illimitatã qualis eſt eſſentia diuina. Una. n. ratio qua ſupra diximus ens nõ eſſe genus creaturarũ fuit: quia eſſe non eſt de eſſentia creature.

Angelus.

¶ Quod ſi quis hic percõtetur, vtrũ angelus ponatur in predicamento: nam ex dictis vr̃ ſequi pars negatiua: cum. n. angeli non conſtent ex materia ⁊ forma ⁊ genus ſumatur a materia ⁊ differẽtia a forma, vt ſupra dictum eſt, vr̃ ꝙ illic nec ſit ratio gñis nec ratio differentie. ¶ Rñdetur ꝙ angelus ponitur in predicamẽto: nã ſubſtãtia eſt genus ad nos ⁊ illos non obſtante cõmentatore qui in cap. de ſpecie oppoſitum opinatur. Nec genus (vt ſupra dictũ eſt) dicitur ſumi a materia propterea ꝙ tantũ naturã phiſicã ſignificet: ſed q̄ id quod ſignificat genus ſe habet vt materia ad id quod ſignificat dr̃ia. Et ita eſt in angelis cuius genus eſt ſpiritus/ qđ quodãmodo contrahitur ad eſſe huius aut illius ſpeciei per ſuas dr̃ias. Doctrina eſt. S. Tho. de ente ⁊ eſſentia cap. 3. ⁊ alibi ſepe. Tametſi in q̃libet ſpecie angelorũ nõ ſit niſi vnũ indiuiduũ: ſicuti in ſpecie ſolis. ¶ Ex quo ſequitur tandẽ ad notitiã oĩm predicamentorum, ꝙ res oĩs que ponitur in predicamento, quãuis nõ ſit neceſſariũ ꝙ cõponatur phiſice ex materia ⁊ forma: debet tamen cõponi ex genere ⁊ dr̃ia: ⁊ per conſequẽs erit res, cuius eſſe non erit de eius quiditate. Quales ſunt oẽs ⁊ ſole creature.

Que res ponuntur in predi.

¶ Igitur ad argumentũ primum Gregorii ⁊ aliorum

aliorũ reſpondetur, ꝙ quanꝙ̃ nomen/ſubſtãtia/ ⁊ nomẽ ſpiritus/ predicẽtur de Deo ⁊ de nobis, nõ tñ predicantur vniuoce vt dictũ eſt: neq; ly/pater predicatur de Deo ⁊ creatura vniuoce: nã pater in creaturis eſt nomen accidentale: cum tñ eſſe patrẽ in diuinis non ſit accidens: q̄ vt Auguſt. loco citato docet, in Deo nihil eſt per modũ accidẽtis: ſed relationes diuine ſunt ſubſiſtentes: vt docet. S. Thomas prima parte queſtione. 29. artic. quarto. ¶ Et ad confirmationem rñdetur ſententiã Boetii ſolũ eſſe ꝙ cũ nomina aliorũ predicamẽtorũ improprie dicãtur de Deo, ſubſtãtia tñ ⁊ relatio dicuntur proprie: non tñ vniuoce cum creatura. Nec vult dicere ꝙ illic ſit propria ratio predicamẽtalis. ¶ Ad octauũ vero argũ principale quod nos formauimus, cõcedimus ꝙ Deus ſicut non eſt in predicamento, ita nec proprie eſt prima, nec ſecunda ſubſtantia ſecundum diffinitionem Ariſto. quia nec ſubſtat accidentibus, nec eſt illic ratio vniuerſalis, puta generis aut ſpeciei, aut ratio predicabilis de pluribus per indifferentiam: ſed vna ſimpliciſſima, ⁊ infinita eſt tres perſone.

¶ Confirmationem ſubiecimus octauo argumento eo ꝙ quantũ colligi põt ex opinione nominaliũ. Chriſtus nõ ponitur directe in predicamẽto ſubſtantie: q̄ hic nõ ponuntur niſi termini abſoluti, ⁊ tñ/homo/ vt ſupponit pro Chriſto ſecundũ eos eſt terminus cõnotatiuus. Ratio in eorũ gratiã poteſt hec formari. Homo abſolute idem eſt quod compoſitũ ex materia ⁊ forma. Chriſtus non eſt compoſitus ex materia ⁊ forma (quia Chriſtus ſupponit pro ſuppoſito diuino) ergo Chriſtus nõ eſt homo illo modo. ¶ Diſtingũt ergo ꝙ homo accipitur tripliciter.

Hõ tripr

Uno mõ abſolute pro cõpoſito ex materia ⁊ anima rationali: ⁊ iſto modo dicunt humanitatem Chriſti eſſe hominẽ, ⁊ quãlibet partem hominis eſſe hominem. Alio modo connotatiue: ⁊ hoc dupliciter: primo vt ſupponit pro cõpoſito ex corpore ⁊ anima rõnali connotando ꝙ per ſe exiſtat: et hoc modo quilibet noſtrum eſt homo, ⁊ humanitas Chriſti non eſt homo. Unde ad illã conſequentiã. Deus aſſumpſit humanitatẽ: humanitas eſt homo: ergo Deus aſſumpſit hominẽ, rñdent ꝙ ſi homo accipiatur primo mõ, cõſequẽtia eſt bona, ⁊ conſequens eſt verũ: ſi autẽ accipiatur ſecundo modo, cõſequentia nõ valet: q̄ variatur appellatio. ¶ Tertio mõ accipitur/homo/ vt ſupponit pro aliquo connotando ꝙ ſuſtineat hũanitatẽ: ⁊ iſto modo ſupponit p̄ Chriſto. ¶ Et confir. ꝙ vt ſupponit pro Chriſto ſit cõnotatiuus: q̄ nũc ſupponit pro Chriſto, ⁊ poteſt deſinere ſupponere pro illo, ipſo manẽte (ſi dimittat humanitatẽ) ergo eſt terminus cõnotatiuus ſicut albũ. ¶ His tñ non obſtantibus ad hoc dubiũ dicimus tria: primũ ꝙ/homo/ vt dicitur de nobis nullo modo eſt terminus cõnotatiuus: nã homo vt ſupponit pro nobis eſt terminus de p̄dicamento ſubſtãtie. Scđm dictũ eſt ꝙ/homo/ eodẽ modo accipitur, vt ſupponit pro Chriſto, ⁊ vt ſupponit pro nobis. Hoc probatur: q̄ homo vniuoce dicitur de Deo ⁊ de nobis: vt dicit. S. Thomas tertio ſent. diſ. 7. q. 1. arti. 1. ad tertiũ. Nam cũ articulus fidei ſimpliciter ſit ꝙ Chriſtus eſt homo, non eſt tutum dicere ꝙ nõ eſt vniuoce nobiſcũ hõ. Et hoc ſignificat apoſtolus ad Philipen. ſcđo dicẽs ꝙ eſt habitu inuentus, vt homo. Tertio igitur reſpõdetur ad argumentũ ꝙ hoc nomen homo nõ accipitur niſi vno ſolo modo. ſ. vt abſolute ſignificat ſuppoſitũ humane nature. i. ſuppoſitũ ſubſiſtẽs in humana natura: quare nec humanitas Chriſti, nec aliqua pars hoĩs eſt aliquo modo hõ. Admirabile. n. eſſet dicere ꝙ caput meũ eſſet animal rõnale. Unñde qñ Ariſt. in hoc capite partes ſubſtantie non ponit in recta linea predicamentali, nihil aliud vult dicere: niſi ꝙ pars hoĩs non eſt ſubſtantia: ſed pars ſubſtãtie, ⁊ per conſequens ꝙ nec eſt aĩal neq; hõ.

¶ Et ideo ad confirmationẽ principalẽ negatur ꝙ Chriſtus non ponatur in predicamento ſubſtãtie. Imo ponitur tanquam prima ſubſtãtia ſicut ego. Et negatur ꝙ nõ ſit quiditatiue inferior ad ly/hõ. Quinimo hec eſt quiditatiua/ Chriſtus eſt homo/ ſicut hec/ Dominic9 eſt homo. Nec requiritur ad hoc ꝙ ſit quiditatiua, ꝙ humanitas ſit de eſſentia ſuppoſiti: ſed ſatis eſt ꝙ predicatum dicit naturam ſubſtantialẽ in qua ſubſiſtit ſuppoſitum: ⁊ ita eſt ꝙ Chriſtus ſubſiſtit in humanitate.

Chriſtus in predi.

¶ Et eodẽ modo ad argumentũ primũ modo formatũ negatur primo ꝙ homo idem ſit quod compoſitũ ex materia ⁊ forma: ſed eſt ſuppoſitũ hũane nature: qualis eſt Chriſtus: quare nõ ſequitur ꝙ Chriſtus ſit compoſitũ ex materia ⁊ forma: ſed ꝙ habet humanitatẽ compoſitam ex materia ⁊ forma. Nihilominus poſſumus quodãmodo cõcedere ꝙ Chriſtus ſcđm humanitatẽ eſt cõpoſitus ex materia ⁊ forma, ſicut cõcedit. S. Thomas tertia parte. q. 16. ar. 10. ꝙ Chriſtus ſcđm ꝙ hõ eſt creatura. i. ſubſiſtit in natura creata/ licet ſimpliciter nõ eſt concedendũ ꝙ Chriſtus eſt creatura: vt dixerat ar. 8. ne ſuboriatur ſuſpitio ꝙ ſit creatura ſecundũ diuinitatẽ: vt putabant Arriani. Hoc pariter modo licet nõ concedatur ſimpliciter ꝙ Chriſtus eſt cõpoſitus, põt tamen cũ addito cõcedi, poſtꝙ̃ habet humanitatẽ cõpoſitã.

Chriſtus eſt compoſitus.

¶ Ad vltimam confirmationẽ reſpondetur ꝙ nõ eſt ſignũ efficax termini cõnotatiui quãuis poſſit deſinere ſupponere manente re pro qua ſupponit: nam hoc eſt peculiare in Chriſto ꝙ poſſit modo ſubſiſtere in natura ſubſtãtiali, ⁊ modo non ſubſiſtere: ⁊ ideo/ homo (quod abſolute ſignificat ſuppoſitum nature humane, põt modo ſupponere ⁊ modo nõ ſupponere pro eo. ¶ Ad aliã conſequentiã. Deus aſſumpſit humanitatẽ: humanitas eſt homo ⁊c. nos negamus minorem. Et hec eſt ratio quare Anſelmus in libro de natura verbi ait vix poſſe cõcedi ſine errore ꝙ homo ſit humanitas: nam illa conceſſa ſequitur, aut ꝙ Chriſtus aſſumpſit hominem, aut ꝙ homo eſt nomen connotatiuum: quorum vtrunq; eſt falſum.

¶ Quæſtio ſecunda.

¶ Utrum ſex proprietates ſubſtantiæ ſint recte a Philoſopho aſſignatæ.

A Parte negatiua arguitur. Elementa ſunt ſubſtantie: ⁊ tñ ſunt in mixto vt videtur eſſe opinio Ariſto. ſecundo de generatione textu. 49. Item forma ſubſtantialis eſt ſubſtantia, ⁊ tamen eſt in ſubiecto, puta in materia: ergo non eſt propriũ ſubſtãtie/ non eſſe in ſubiecto. ¶ Secũdo cõtra ſecũdam proprietatẽ arguitur. Omnibus predicamentis cõmune eſt eorũ genera ⁊ ſpecies de ſuis inferioribus vniuoce predicari: ergo illa nõ eſt proprietas ſubſtãtie. Antecedẽs patet ex his que dicta ſunt in priori queſtione. Nam queãdmodũ/ animal/ nomine ⁊ rõne predicatur de ſuis inferioribus, ita/ color/ predicatur de albedine ⁊ nigredine, ⁊/ quãtitas cõtinua/ de linea ⁊ ſuperficie, et numerus/ de binario ⁊ ternario. ¶ Tertio cõtra tertiam proprietatẽ arguitur. In aliis predicamentis ſunt ⁊ indiuidua ⁊ vniuerſalia: vt puta/ hec quãtitas/ ⁊/ quantitas/ hec albedo/ ⁊/ albedo: ergo in quocũq; predicamento eſt dabile vnũ primũ ſubiectũ, quod ſignificat hoc aliquid, ⁊ predicata que ſignificant quale quid: ⁊ per conſequens hoc non eſt propriũ ſubſtantie. Probatur cõſequentia: q̄ ſignificare hoc aliquid/ eſt ſignificare quiditatẽ ſingularem ⁊ demonſtrabilem ad ſenſum: ⁊ ſignificare quale quid/ eſt ſignificare formã que eſt de quiditate ſubiecti: ſicut. n. querenti quid eſt hõ, reſpondetur eſſe animal, ita querenti quid eſt albedo, rñdetur eſſe colorem. ¶ Et confir. q̄ ſaltim dr̃ia eſſentialis non poteſt

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

negari, quin ſignificet quale quid, poſtq̃ ſignificat eſſẽtiam ſpeciei. ¶ Quarto arguitur aduerſus quartã proprietatẽ. Elementa ſunt ſubſtantie: que tñ ſibi inuicem ſunt contraria: vt ignis, aque: ꝛ aer terre: quod expreſſe aſſerit Ariſt. ſcðo de gñatione tex. 24. ¶ Et confir. 1. forma ſubſtãtialis eſt ſubſtantia poſtq̃ nõ eſt accidẽs, ꝛ tñ forme ſubſtantiali contrariatur priuatio: vt autor eſt Ariſt. 1. phiſi. tex. 80. nam hõ fit ex non homine tanq̃ ex cõtrario. ¶ Et cõfir. 2. Differẽtie eſſentiales diuiſiue generis, poſitiua ꝛ priuatiua: vt rõnale ꝛ irrationale, ſunt ſubſtantie: que tñ inuicem ſunt cõtrarie: vt colligitur ex Ariſt. 10. meta. tex. 13. ergo non conuenit omni ſubſtantie non habere contrariũ. ¶ Quinto aduerſus quintam proprietatẽ arguitur. Anima intellectiua eſt ſubſtãtia, non ſolũ q2 eſt pars ſubſtantie: ſed q2 poteſt per ſe ſubſiſtere: ꝛ tñ ſuſcipit magis ꝛ minus ſecundũ perfectionem eſſentialeꝫ: vt videtur ſentire. S. Thomas prima parte queſtione. 85. arti. 7. Item elementa ſecundũ Cõmentatorem tertio de celo cõmento. 67. ſuſcipiunt magis ꝛ minus: ait enim manere in mixto ſecundum eſſe remiſſum. Item genera vidẽtur ſuſcipere magis ꝛ minus, vt ſuperius cap. de equiuocis allegatum eſt ex autore ſex principiorũ dicẽte, ꝙ animalia ſunt magis animãtia q̃ plãte. Et. S. Thomas prima parte queſtione. 93. arti. 3. ad tertiũ videtur hanc proprietatẽ gloſſare de ſolis ſpeciebus ſpecialiſſimis: ergo ſubſtantia ſuſcipit magis ꝛ minus. ¶ Sexto aduerſus vltimã proprietateꝫ arguitur. Neqꝫ omni neqꝫ ſoli ſubſtantie cõuenit ſuſcipere contraria: ergo id nõ eſt maxime propriũ ſubſtãtie. Probatur prima pars antecedentis. Deus intelligentie, ꝛ celi ſunt ſubſtantie: ꝛ tñ non ſuſcipiũt contraria: alias eſſent alterabilia: quod eſt falſum, cum intelligẽtie nõ habeãt materiam, ꝛ celi non habeant materiã, que ſit in potentia ad alias formas: ergo non omnis ſubſtãtia ſuſcipit contraria. Et preterea, forma ſubſtãtialis eſt ſubſtantia (ſi quidem nõ eſt accidẽs) ꝛ tñ illa nõ ſuſcipit contraria: q2 forma nõ eſt que denominatur ab accidẽtibus: ſed ſuppoſitum. Secunda pars antecedẽtis probatur. Superficies recipit contraria: puta albedineꝫ ꝛ nigredinem: ꝛ linea recipit rectũ ꝛ curuũ: hec autẽ ſunt in genere quãtitatis: ꝛ eadẽ actio numero eſt ſtudioſa ꝛ praua ſucceſſiue (ſi nunc non ſit prohibita ꝛ poſtea ſit prohibita) ꝛ tñ actio eſt de predicamento actionis: ergo nõ ſola ſubſtantia ſuſcipit contraria. ¶ Et confir. Oratio recipit cõtraria per ſui mutationẽ: nam veritas (vt autor eſt Ariſto. 6. meta. tex. 8. ꝛ. S. Thomas prima parte. q. 16. arti. 2.) non eſt in rebus: ſed in intellectu: ꝛ per conſequens in ſe recipit veritatẽ ꝛ falſitatem: ergo male dicit Ariſtote. ꝙ oratio non ſuſcipit contraria per ſui mutationem. ¶ In contrarium eſt autoritas Ariſtotelis aſſerentis has ſex proprietates ſubſtantie. Elen eſum

Elemẽta. ¶ **Ad quæſtionem reſpondetur affirmatiue.** Unde ad primum argumentum negatur elementa eſſe in mixto tanq̃ in ſubiecto: q2 non ſunt formaliter in mixto: ſed virtualiter ſcðm ſuas qualitates. Et quãuis eſſent formaliter in illo, non tñ eſſent tanq̃ in ente completo: queãdmodũ accidẽtia ſunt in ſubiecto a quo ſubſtentantur: ſed eſſent tanq̃ partes ex quibus componeretur mixtũ. Forma vero ſubſtãtialis primo non eſt ſubſtãtia cõpleta: ꝛ preterea nec eſt in ſubiecto tanq̃ in ente completo a quo recipit eſſe: ſicut accidentia ſunt in ſubiecto ꝛ ſicut negatur ſubſtantia eſſe in ſubiecto: ſed eſt in ſubiecto, puta in materia prima que eſt ens in potẽtia cui format dat eſſe. ¶ Ad ſecundũ rñdetur vti ſuperiori queſtione diximus, ꝙ hec conditio que eſt predicari de inferioribus vniuoce nomine ꝛ rõne, non cõuenit ſoli ſubſtãtie: ſed oibus predicamentis reſpectu ſuorũ quiditatiue inferiorũ. Nihilominus quia, hic igitur de oibus predicamẽtis reſpectu prime ſubſtãtie hoc eſt propriũ predicatis de predicamento ſubſtãtie, predicari nomine ꝛ ratione de ſubſtantia, ſiue ſit ſpecies, ſiue genus, ſiue differẽtia: nam alia predicamẽta non predicanẽ de ſubſtantia nomine ꝛ ratione (vt ſupra diximus) ſed denominatiue. ¶ Ad tertiũ argumentũ conceditur in alijs predicamentis eſſe etiã indiuidua ꝛ vniuerſalia que de illis quiditatiue predicãtur, ꝛ quodãmodo quiditates (vt Ari. 7. meta. tex. 2. ꝛ. 15. docet) ꝛ ideo quodãmodo poſſunt vocari ſubſtantie: nam vt habetur. 5. meta. tex. 15. ſubſtãtia vno modo ſignificat quod quid erat eſſe omniũ predicamentorũ. Attamen q2 accidentia, ſicut ſimpliciter non ſunt entia, ita ſimpliciter nõ habẽt quiditates: ſed ſcðm quid, ꝛ ideo nõ appellãtur ſecũde ſubſtantie: ſed hoc nomen proprie ꝛ ſimpliciter cõuenit vniuerſalibus predicamẽti ſubſtãtie q̃ ſunt in linea recta. Unde dr̃e non ſunt ſecũde ſubſtãtie: q2 nõ predicanẽ in quid: nam ſubſtãtia ſolũ eſt illud: per quod rñdemus ad queſtionẽ factã per quid. ¶ Hic tñ eſt obiter adnotandũ quemadmodũ verba hec Ariſt. albũ nihil aliud q̃ quale ſignificat, non eſſe adeo efficacia ad probandũ albũ ſolũ ſignificare albedinem: tametſi ad hoc propoſitũ paſſim citẽtur, etiã a philoſophis ſuperioris note. Primo: q2 grece non habetur ſolam qualitatẽ ſignificat: ſed ſolum quale ſignificat, vt transfert Argiropylus: eſt enim poion, non poioteta. Et preterea quia hic non eſt queſtio apud Ariſtotelẽ de ſignificatione nominis denominatiui: vcꝫ an ſignificet ſubiectum materiale vel formã accidentalẽ: ſed ſolũ vult explicare ꝙ ſecũda ſubſtãtia non ſignificat quale ſimpliciter ſicut albũ: q2 albũ (inqt) non niſi quale ſignificat: ſubſtantia vero ſignificat quale quid. i. quale ſubſtantiale. Nihilominus credo ꝙ termini cõnotatiui ſignificãt formam accidentalẽ, cõſignificãdo ſubiectũ: vt. 5. met. tex. 14. aſſerit Cõment. aduerſus Auicenaꝫ. Qua de cauſa S. Thomas ſepe dicit ꝙ nomen denominatiuũ aliud ſignificat: puta formã: ꝛ pro alio ſupponit: puta ꝑ ſubiecto illius forme quod denominat. Auicena vero putabat ꝙ potius ſignificat ſubiectum illud pro quo ſupponit. Quẽ nominales ſequũtur. ¶ Ad quartũ argumentum rñdetur: ꝙ cõtrarietas multis modis accipitur, vt in poſtpredicamẽtis videbimus: oia enim ſibi oppoſita ꝛ quomodocũqꝫ repugnãtia dicũtur gñali nomine contraria: ſed vt loco mõ citato ait Ariſt. cõtraria proprie ſunt illa, que ſunt ſub eodẽ genere ꝛ mutuo ſe circa ideꝫ ſubiectũ expellunt: vt calidũ, frigidũ, albũ, nigrum ꝛc. Et in hac ſignificatione, ſubſtãtie nihil eſt cõtrariũ. Et ratio eſt quã in expoſitione litere inſinuauimus: q2 ſubſtantie nõ recipiũtur in ſubiecto. Et preterea q2 ſubſtãtie non ſe mutuo corrũpũt niſi mediantibus qualitatibus. Quapropter cõtrarietas per ſe primo cõuenit qualitatibus: ꝛ ratione illarũ conuenit ſubſtantie. Unde elementa nõ ſunt ſibi cõtraria niſi ratione qualitatũ: quas habent cõtrarias. ¶ Ad primã confirmationẽ reſpõdetur, ꝙ forma dr̃ contraria priuationi, nõ proprie: quia priuatio: vt, nõ homo, nõ eſt aliquid poſitiue: ſed improprie: q2 priuatio ꝛ forma fiunt ſucceſſiue circa eãdẽ materiã: ignis enim nõ fit ex igne: ſed ex non igne. ¶ Qð ſi arguas: ꝙ forme ſubſtãtiales etiã ſe expellũt circa eandem materiam: vt forma ignis, ꝛ forma aque: ergo ſunt proprie contrarie: negatur cõſequẽtia: q2 nõ ſe expellũt per ſe: ſed rõne qualitatũ, co. n. ꝙ ignis per calorẽ depellit frigiditatẽ aque, ſubſequẽter corrũpit formã. ¶ Ad ſcðam confirmationẽ rñdetur: ꝙ dr̃e oppoſite diuiſiue gñis non ſunt proprie cõtrarie: poſtq̃ non ſe expellunt circa idem ſubiectũ: quippe cũ fieri nequeat, vt idẽ animal modo ſit rationale, ꝛ poſtmodũ irrationale: ſed dicũtur cõtrarie: q2 vna eſt quodãmodo alteri⁹ priuatio. Cum enim ſpẽs eiuſdem gñis ſint perfectione inequales, perfectiſſima, que eſt aliarũ mẽſura, cenſetur: vt habitus, ꝛ relique imperfectiores habẽt ſe vt priuationes eius: ꝛ ideo prima explicatur nomine poſitiuo, rõnalis, ꝛ relique oẽs nomine priuatiuo, irrationales. ¶ Ad primam partẽ quinti argumenti de anima rationali rñdetur non eſſe mentẽ. S. Thome, nec poteſt eſſe alicuius philoſophi, ꝙ anima ſcðm ſuã eſſentiam recipiat magis et minus, nec ſit vna eſſentialiter perfectior alia: quãdo quidẽ omnes ſunt eiuſdẽ ſpeciei: Sed tñ qð. S. Th. locis citatis ꝛ philoſophi cõcedunt eſt: ꝙ vna anima põt eſſe perfectior in vno q̃ in alio indiuidualiter ex parte corporis: q2 cũ anima ſit actus corporis, debent ambo habere proportionẽ, vt in corpore melioris cõplexionis ſit anima quodãmodo melior iuxta illud ſecũdo de anima textu. 64. Molles carne, mente ſunt aptiores. ¶ Hoc tñ dupliciter põt intelligi. Uno modo ꝙ vna anima ſit in ſeipſa perfectior q̃ alia: veluti vn⁹ homo eſt maior aut pulchrior alio. Et hoc modo cenſet Caietanus loco citato prima parte vnã animam eſſe perfectiorẽ alia: vbi ait: cecos eſſe qui hoc non vident. ¶ At ingenue fateor me eſſe in numero horum cecorũ: qui nunq̃ intelligere potui quomõ animas eiuſdẽ ſpeciei potuerit deus, facere inequaliter perfectas: nã in perfectione eſſentiali nõ põt eſſe inequalitas. Sunt enim ſpecies in hoc ſicut numeri, ꝙ eorũ perfectio cõſiſtit in indiuiſibili: vt habetur 8. met. tex. 10. Qð ſi ſit perfectio accidẽtalis, hoc nõ põt eſſe niſi aut ratione intenſionis in ſubiecto: vt vnum eſt magis calidũ q̃ aliud: aut rõne extenſionis: vt vnũ corpus eſt maius q̃ aliud: aut ratiõe diſpoſitionis partiũ: vt vnũ eſt pulchrius alio: aut propter aliã ſimilẽ diſpoſitionem accidentalem: vt colligitur ex Ariſt. 7. phiſi. tex. 29. vbi ait ꝙ cõparatio nõ fit niſi in ſpecie ſpecialiſſima que eſſentialiter eſt eadẽ in ſuis indiuiduis: ſed accidẽtaliter variatur: hec tñ accidentalis variatio in anima intelligi nõ põt ſecundũ ſeipſam ſecluſis habitibus, et actibus intellectus ꝛ voluntatis. ¶ Alio ergo modo intelligitur ꝙ vna anima eſt perfectior alia: quia vcꝫ põt melioris actus producere tã ſpirituales, q̃ corporeos propter meliora inſtrumẽta et ſenſus et alia organa corporea que illi contingunt ex meliori diſpoſitione corporis. Et in hoc ſenſu concedendum eſt ꝙ vnus hõ eſt perſpicatioris ingenij q̃ alius: aut ꝙ anima Chriſti fuit perfectior quacunqꝫ alia creata. Nempe ꝙ temperatiſſimã corporis compoſitionem fuerit ſortita. Non loquimur de dotibus e us, tã intellectus q̃ volũtatis: ſed de nuda eſſentia anime. ¶ Unde non ſequitur ꝙ anima recipiat magis ꝛ minus. Imo nec ſecundum Caietanũ id ſequitur: q2 perfectio illa quã anima ſortitur in ſua creatione non variatur poſtea: etiã ſi corporis cõplexio mutetur. Sꝫ de hoc alias. ¶ Ad ſcðaꝫ partẽ argumẽti rñdetur ꝙ opinio illa Comẽtatoris nõ tenetur, nec eſt ad mentem philoſophi. Cenſet enim elemẽta manere in mixto, neqꝫ omnino ſecundũ eſſe completũ quod habent ſeparata, neqꝫ tantũ, ſecundũ eorum qualitates: ſed medio modo puta ſecũdũ ſuũ eſſe ſubſtantiale, ineſſe tñ remiſſio. Ita qꝫ putat ꝙ eſſentie elementorũ temperantur, ꝛ remittuntur in cõpoſitione mixti admodũ quo albedo ꝛ nigredo remittũtur in mixtione coloris viridis aut rubei. Et ita gloſſat iſtum locũ Ariſtotelis (.ſ. ſubſtantiã non ſuſcipere magis ꝛ minus) ꝙ intelligatur de ſubſtãtiis perfectis ꝛ mixtis. ¶ Sed re vera hoc eſt ad libitum peruertere doctrinã Ariſt. Nam cũ elementa ſint ſimpliciter ſubſtantie, nõ poſſunt eſſe in ſubiecto ſicut accidẽtia, ꝛ per cõſequens, nec intendi nec remitti: ſed manent in mixto tantũmodo virtualiter ſecundũ ſuas qualitates: puta colorem, frigiditatẽ, humiditatẽ, ꝛ ſiccitatem. ¶ Ad tertiam partem argumenti patet reſponſio, ex his que diximus cap 4. Natura enim gñis non ſuſcipit magis ꝛ minus: ſed q2 natura. v. g. animalis nõ eſt alia a natura ſpeciei, fit ꝙ eſſe animal in hoie ſit perfectius q̃ in equo: nõ ꝓpter intenſionẽ, ſed propter dr̃iam ſpecificam: q2 natura animalis ꝛ hominis in petro ſola rõne differunt. ¶ Ad vltimũ argumẽtum rñdetur, ꝙ Ariſto. loquitur de ſubſtãtia que eſt in predicamẽtis: deũ autẽ iam diximus nõ eſſe in predicamẽto: nihil enim eſt in illo, aut mutabilitatis aut potẽtie. Intelligentias vero negamus nõ poſſe recipere cõtraria: nam in intellectu ſuapte natura poſſunt recipere verũ, ꝛ falſum, ꝛ in voluntate, bonũ ꝛ malum: non tñ poſſunt recipere contrariũ, quod tendat ad corruptionem, aut generationẽ. Idem dicimus de celo, ꝙ non põt hoc modo recipere cõtrariũ: ſed nihilominus in celo diſtinguimus, dextrum, et ſiniſtrũ: et ſecundum partes habet motus contrarios: nam pars que mõ mouetur in orientem poſtea mouetur in occidentem quamuis ſecundũ ſe totum celũ non habeat motus cõtrarios. ¶ Ad aliud de forma reſpondetur: ꝙ eo modo quo forma eſt ſubiectum, recipit cõtraria: puta tanq̃ ſubiectũ quo (vt dixim⁹ de q̃titate) quare habit⁹ ineſt intellectui ꝛ aie, ſꝫ homini tanq̃ intelligẽti. Aie vero ſeparate qui habet modũ ſubſtãtie poſſunt ineſſe ſucceſſiue cõtraria. ¶ Ad ſecundã partẽ antecedentis eiuſdẽ argumenti reſpondetur: ꝙ ſuſcipere contraria ſtat dupliciter: vno mõ tanq̃ ſubiectũ quo, et hoc conuenit ſuperficiei et linee. Alio mõ tanq̃ ſubiecto quod: et hoc eſt propriũ ſubſtãtie. Uolo dicere, ꝙ ſuperficies nõ ſuſciperet albedinem: niſi q2 ſubſtãtia ſubſtẽtat illã: nec linea fieret curua aut recta: niſi q2 ferrum vbi eſt linea recipit curuitatem, ꝛ rectitudinem. Recipiuntur tamen huiuſmodi accidentia mediãte quantitate. ¶ Ad cõfirmationem reſpõdetur: ꝙ oratio aut iudiciũ per hoc ꝙ mutatur de veritate in falſitatẽ, ſolum amittit ꝛ acquirit reſpectũ nouuꝫ: eſt. n. veritas adequatio ſigni ad ſignatũ: et Ariſto. loquitur de cõtrarietate proprie, que eſt rerum abſolutarũ. Eodem modo reſpondetur de actione, ꝙ eadẽ actio numero ineſſe naturali, poteſt mutari de bona in malã moraliter: nõ tamen per mutationẽ realem ſui, ſed per mutationem legis aut tẽporis. v. g. cenare carnes feria quinta in medio noctis ante duodecimam eſt bona actio: et poſt duodecimã eſt mala actio propter mutationẽ temporis prohibiti. Et lectio hec mea que modo eſt bona, fieret mala ſi prohiberetur.

Albũ q̃le ſignificat.

Cõtrarietas.

Una anima perfectior alia.

Duplex ſubm̃.

¶ De quantitate. Cap. 6.

Quantum autem partim eſt continuũ partim diſcretum: & partim ex habẽtibus poſitionem partibus, partim, e non habentibus conſtat. Atqꝫ diſcretum quidem eſt, vt numer⁹ atqꝫ oratio: continuum autem, vt linea, ſuperficies, & corpus: & inſuper præter hęc, tẽpus, & locus. ¶ Partium enim numeri nullus terminus cõmunis eſt, quo ipſe copulantur, ceu quinqꝫ & quinqꝫ ſi ſint denarij partes, nullo cõmuni termino copulãtur: ſed ſunt ſeiuncta. Similiter tria & quinqꝫ cõmuni termino nullo copulantur. Neqꝫ omnino fit, vt numeri partiũ terminus cõmunis vllus ſumatur, ſed ſemper partes ſeiunctę ſunt: quare diſcretum numerus eſt. Similiter & oratio diſcretum eſſe videtur: nam quantum ipſam eſſe ex eo patet, quia longa breuiqꝫ ſyllaba menſuratur. Eam vero orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullo partes ipſius cõmuni termino copulãtur: neqꝫ enim terminus cõmunis vllus eſt, ad quem ſyllabæ coaleſcant: ſed quæqꝫ per ſe ſunt ſeiũctæ. ¶ Linea vero cõtinuum eſt, ſumi namqꝫ cõmunis terminus,

quo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quo partes lineæ copulētur, punctū poteſt: idem vt ſuperficiei linea Plani namq; partes communi quodam termino copulantur. Similiter & in corpore ſumere aſſignareq; lineam ſuperficiē ve cōmunem terminū poteſt quo partes corporis copulantur. ¶ Porro autē & tempus & locus generis huius ſunt. Tempus enim præſens cū exacto futuroq; copulatur. Rurſus & locus cōtinuus eſt: corporis enim partes, quæ quidē aliquo cōmuni termino copulantur, locū occupant: igitur & loci partes, quas quæq; pars corporis occupat, eodē ſane termino copulātur quo copulātur & partes corporis. Quare locus etiam cōtinuus erit, quippe cū partes ipſius vno cōi termino copulentur.

T. 2. ¶ Præterea partim vti diximus ex habentibus poſitionē partibus, partim e non habentib⁹ conſtat: nā lineæ quidē partes poſitionē habent: quæq; enim ipſarum alicubi ſitum habet: atq; qua in parte plani quæq; ſita eſt, quaq; cū parte copulatur: ſumere aſſignareq; poteſt. Similiter & plani partes poſitionem quandam nimirū habent: ſimili nāq; modo quæq; partiū vbi iacet, quaq; cū parte copulata eſt, aſſignabitur. Partes etiā ſolidi loci ve poſitionem identidē habent. At in numero nemo demōſtrare partes ipſius poſitione quā habeāt, aut vbi ſint ſitæ, aut quę quib⁹ cum copulentur, poteſt. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autē non permanet, id quo nam pacto poſitionem habebit? Sed ordinē habere potius dices, propterea quod hæc pars ſit prior temporis, hęc poſterior. Et in numero ſimili modo: ex eo plane, quia prius vnū, quā duo, & duo quā tria, & tria quam quatuor numerantur, Atq; hoc quidē pacto ordinē quendā habent, poſitionem autē ipſarum non vtiq; ſumas. Oratio quoq; ſimiliter ſeſe habere videtur: nulla enim ipſius pars permanet: ſed iam quę dicta eſt, præhendi amplius non poteſt. Quare partiū ipſius poſitio ſane non erit, cum nulla prorſus permaneat. Quæ cum ita ſint, patet, partim ex habētibus poſitionem partibus, partim e non habentibus poſitionem conſtaret.

T. 3. ¶ At qui hæc ſola quæ dicta ſunt, proprie quanta dicūtur: cętera vero vniuerſa per accidēs. Ad hoc enim aſpicientes, & cętera quāta dicimus: velut album, ex eo multū dicitur, quia multa ſuperficies eſt: & actio longa, motus ve, quia tēpus eſt longū: non enim per ſe vnumquodq; horum dicitur quantū. Etenim ſi quiſpiam quanta nā ſit actio aſſignauerit, tēpore ſane ipſam definiet, biēnem dicēdo aut trienē eſſe, aut alio ſimili modo. Et albū etiam quantum ſit ſi aſſignauerit, ſuperficie nimirum definiet: quāta enim eſt ſuperficies, tantū dicet & albū eſſe. Quare ea ſola quæ dicta ſunt, propriæ & per ſe quanta dicūtur: cæterorū vero nihil per ſe, ſed per accidēs dicitur quantū.

tur in quantitate, tanq̃ paſſiones eius. ¶ Ad confirmationē reſpondetur, ꝙ Ariſt. illic ſolū intendit dicere ꝙ linea infinita in actu non poteſt eſſe mēſura ſcdm ſe totā, pōt tñ ſcdm partē finitā eſſe menſurā. Et ideo linea ſcdʒ mathematicos, qui tractāt de linea recta inq̃tum cōſtituit angulū, diffinitur ꝙ ſit longitudo clauſa inter duo pūcta: quod ſolū cōuenit linee finite. Nihilominus linea infinita eſt etiā in pꝛeditamento ſicut linea finita: ⁊ in rōne q̃titatis ſunt eiuſdē ſpeciei: nā linea licet ſit infinita extenſiue, eſt tñ finita ⁊ limitata ſcdm eſſentiam (poſtq̃ eſt creatura vt dicit. S. Th. 1. p. q. 7. arti. 3. ¶ Ad ſextū argm̄ rñdetur, cū. S. Th. in eodē loco, ꝙ cū Ariſt. in. 5. met. tractet de quātitate ſcdm eſſe naturale, que eſt rō diuiſiōis: tēpus ⁊ motū collocauit inter quātitates p accidēs, eo ꝙ/ motus/ non per ſe diuiditur: ſed diuidit̄ ad diuiſionē ſpacij per qđ fit motus: eſt. n. pꝛioꝛ pars motus, illa qua mobile mouetur ſuper pꝛimā partē ſpacij: ⁊ poſterioꝛ eſt illa, qua mouetur ſuper ſcdaʒ partē: ⁊ pariter tēpus diuiditur ad diuiſionē motus: eſt nāqʒ pꝛiuſ ⁊ poſterius in tēpoꝛe: ſicut in motu pꝛimi mobilis. At vero, accipiēdo in rōne mēſure, tp̄s eſt per ſe quātitas ⁊ menſura durationis: ⁊ ideo hic poſuit tēpus inter quantitates per ſe: nihil tñ hic meminit de motu: qꝛ nō eſt in motu alia rō menſure, q̃ in tēpoꝛe. Eadē de cauſa nihil meminit illic de oꝛ̄one: qꝛ in rōne quātitatis nō diſtinguit̄ tēpus ⁊ oꝛatio: nā quelibet ſyllaba eſt q̃titas continua: ſed tñ in rōne mēſure, oꝛ̄o, q̄ eſt mēſura diſcreta, diſtinguitur a tēpoꝛe, qđ eſt mēſura cōtinua. Vel dicendū eſt ꝙ oꝛ̄o in ratiōe q̃titatis cōtinetur ſub nomine numeri: qꝛ in rōne numeri nihi refert, ꝙ ſit permanēs vel ſucceſſiua: ſed tñ in rōne menſure differt, ꝙ ſit menſura pmanētis vel ſucceſſiui. ¶ Ad pꝛimā confir. rñdetur, ꝙ q̃uis

Locus.

eadē res ſit ſuperficies ⁊ locus, nihilominus hec hēt reſpectu diuerſoꝛū: nam reſpectu coꝛpoꝛis locātis eſt ſpēs quātitatis intrinſeca: ſed reſpectu locati eſt ſpēs quātitatis extrinſeca: quia eſt tr̄us intrinſecus locantis, ⁊ extrinſecus locati. Et his rationibus diuerſis pertinet ad diuerſas ſpecies quantitatis. ¶ Ad ſecundā confirmationē reſpōdetur, ꝙ q̃uis aqua ⁊ aer continentes baculuʒ ſint duo in gn̄e ſubſtātie: ⁊ ſuperficies earum verſus baculum ſint etiā due tanq̃ tr̄i intrinſeci aeris ⁊ aque, tamen in ratione loci ſunt vnus locus: quia adequate ambiunt idem locatum.

¶ Ad ſeptimum argumentum (quod contra ſcdam partem textus foꝛmatū eſt) rñdetur, ꝙ nō eſſe in ſubiecto, eſt pꝛopꝛiū quarto modo ſubſtātie nulli cōueniens accidenti: ⁊ ideo connumeratū eſt inter pꝛopꝛietates ſubſtātie: tū/ eſſe in ſubiecto, nō eſt pꝛopꝛiū q̃titatiſ: ſed eſt oī accidēti cōe, ⁊ ideo non debuit poni pꝛopꝛium quātitatis: at per oppoſitū extremū colligitur ex ppꝛietate ſubſtātie. Eodem mō pꝛedicari de ſuis quiditatiue inferioꝛibus noīe ⁊ rōne: qꝛ eſt oībus pꝛedicamētis cōe, ſatis eſt expoſitū eſſe in pꝛedicamēto ſubſtātie, cui p ſe pꝛimo cōuenit hec pꝛopꝛietas: nā pꝛedicari noīe ⁊ rōne, eſt pꝛedicari nomine ⁊ diffinitione, ⁊ accidētia: qꝛ nō habēt quiditatē ita pꝛopꝛie ſicut ſubſtātia, nec habent ita pꝛopꝛie quiditatiuā diffinitionē. ¶ Ad ꝯfir. rñdetur, ꝙ q̃titati non conuenit eo mō/ cū ſit vna numero recipere cōtraria, quo mō eſt pꝛopꝛiū ſubſtātie: nam quantitas, nō recipit cōtraria, niſi tanq̃ ſubm̄ quo: ſubſtātia vero eſt q̄ ſuſtinet accidētia: ⁊ quātitas in ſacramēto altaris

Longuʒ.

ſupernaturaliter fungitur hac vice ſubſtantie. ¶ Ad octauum argm̄ rñdetur, ꝙ longū vno mō accipr̄ abſolute vt ſignificat dimenſionē linee: dicimus. n. lineā eſſe lōgitudinē ſine latitudine: ⁊/ ſuperficiē, latitudinē ſine pꝛofunditate ⁊c. ⁊ iſto mō/ longū/ eſt de pꝛedicamēto q̃titatis: qꝛ nullū dicit exceſſum nec reſpectū. Vñ Ariſt. 2. de celo tex. 12. dicit ꝙ lōgitudo alalis eſt diſtantia a ſurſuʒ vſqʒ deoꝛſum: ⁊ latitudo a dextro in ſiniſtrū: et pꝛofunditas ab ante retroꝛſum. Quare/ longū/ ⁊ latū: iſto modo nō habēt cōtrariū: nam quidquid eſt diuiſibile ſcdʒ lōgitudineʒ, q̃tumcūqʒ bꝛeuiſſimū, eſt longū: ſicut quidquid eſt diuiſibile ſcdm latitudinē, q̃tumcūqʒ anguſtiſſimum eſt latum. Sed alio mō/ longum/ accipitur vt dicit exceſſum, ⁊ ſic nō pertinet ad quātitatē ſed ad relationem: et opponitur bꝛeui: nō ſimpliciter, ſed reſpectu eiuſdē: vt in expoſitione textꝰ dictū eſt. Et idem pꝛoꝛſus dicendū eſt de magno ⁊ paruo. ¶ Nam magnū vno mō accipr̄ abſolute, vt dicit Ariſt. 5. met. tex. 18. (qđ notat illic. S. Tho. lectione. 13.) ⁊ iſto mō non habet cōtrariū ⁊ pertinet ad quantitatem: ⁊ alio mō accipitur reſpectiue de quo loquitur hic Ariſt. tex. 4. ¶ Ad confir. rñdetur, ꝙ magnū

Magnuʒ ⁊ paruuʒ.

⁊ paruum adhuc accipitur dupliciter. Vno mō vt dicit ſolū quantitatē abſtrahēdo a quocūqʒ ſubiecto naturali (vt mō dicebamꝰ vel abſolute, vt pertinet ad quātitatem, vel reſpectiue, vt pertinet ad relationē) Alio mō accipitur vt dicit tr̄os rei naturalis. Ait. n. Ariſ. 2. de aia. tex. 41. ꝙ vnicuiqʒ viuentium datus eſt certuſ tr̄us augmenti ⁊ decremēti. Pꝛocedit augmētatio a minimo naturali vſqʒ ad maximū: ⁊ diminutio retrocedit ecōuerſo. Et inter hos tr̄os eſt cōtrarietas: non quidem inquantū ſunt de pꝛedicamēto quantitatis: ſed inquātum reductiue ponūtur in pꝛedicamēto ſubſtantie, tanq̃ tr̄i ſubſtantie. ¶ Qđ ſi quis adhuc arguat/ Bicubitū ⁊ tricubitum expellūt ſe mutuo circa idē ſubm̄, vt patet in rarefactione cere qñ calefit: g ſicut frigidū ⁊ calidū cōtrariantur, ita bicubitū ⁊ tricubitū. Rñdetur, ꝙ quātitates nō augētur, aut minuūtur, aut coꝛrumpuntur, niſi per actionē pꝛimarū qualitatū. Vñ ſicut diximus elemēta non eſſe per ſe cōtraria: ſed rōne qualitatū: ita dicendū de quātitate. ¶ Ad tertiā confir. Diſtinguitur de loco ſicut mō

Locus.

diſtinguebamuſ de magno ⁊ paruo. Accipr̄. n. locuſ/ tripliciter. Vno mō vt ſolū dicit ſuperficiē cōtinētis. Alio modo pꝛo/ vbi, vt dicit certū reſpectū ad centrum terre vel ad aliud punctū fixum. Et pꝛimo mō hactenus diximus pertinere ad quātitatem ⁊ nō habere cōtrarium: ⁊ ſcdo modo, diximuſ habere cōtrariū, ⁊ eſſe relatiuū ſcdʒ dici. Sed tertio mō accipitur pꝛo loco rei naturalis: vt dicit nō ſolū ſuperficiē cōtinētis: ſed virtutē naturalē cōſeruatiuā locati, ſicut locus radiciſ arboꝛis eſt terra, ⁊ nō aqua: ⁊ caues eſt locus cōſeruatiuus vini. Et hoc mō locus cōtrariatur loco, vt locus ignis, loco aque: ⁊ loci calidoꝛū, locis frigidoꝛū ratione qualitatū conſeruatiuarum. ¶ Ad nonuʒ pꝛincipale negatur conſequentia: nā magis ⁊ minus albū accipitur ſcdm intentionē ſub eadem extēſione, ſecundū ꝙ albedo magis, aut minus actuat ſubm̄, aut plures, aut paucioꝛes habet gradus albedinis: ſʒ tñ magis aut minus longū ſolū dr̄ ſecundū extenſionē. Vnde qñ Ariſt. dicit ꝙ quātitas nō ſuſcipit magis aut minus, intelligit ꝙ nō magis aut minꝰ radicatur in ſubiecto aut non pluresſ gradus acquirit. ¶ Ad autoꝛitatem. S. Th. rñdetur ꝙ foꝛſan locis citatis non eſt legendum/ intenſionis/ ſed extēſionis: ꝙ ſi legatur/ intenſionis/ nihil aliud vult ſentire. S. Thomas, niſi ꝙ quemadmodum qualitas, aliquando augetur extenſione additione noue qualitatis per maius ſubiectum, (vt quando caloꝛ ſucceſſiue penetrat partes interioꝛes ferri) aliquando vero augetur per maioꝛem radicationem in ſubiecto ſine additione noue qualitatis (quod augmentum vocatur intenſio) ita quantitas aliquando augetur per additionem noue quantitatis (quemadmodum augetur animal per additionē noui alimenti) aliquādo vero augetur ſine additione noue quātitatiſ per extēſionem eiuſdem que antea erat: vt in rarefactione: in quo habet ſimilitudinē cum intēſione qualitatis, nō tamen ꝙ hec pꝛopꝛie ſit intēſio. ¶ Ad decimum ⁊ poſtremū reſpōdetur, ꝙ quādo Ariſt. dicit pꝛopꝛiū eſſe quan-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

titati equale vel inequale, intelligit de equalitate in extēſione. Nihilomin⁹ adeo proprium eſt quātitati, equalitas vel inequalitas ⁊ ratio menſure, vt perfectiones ſubſtantie ⁊ intenſiones qualitatis non dicantur equales aut inequales, niſi per ſimilitudinē ad quantitatem quia omnia menſurātur vnitatibus: nam ſubſtantie dicuntur equaliter perfecte que habēt eoſdē gradus perfectionis: ⁊ qualitates ſunt equales in intenſione, que habent eoſdē gradus intenſionis. Quinetiā in diuinis metaphorice eſt illic equalitas: quia metaphorice eſt illic quātitas: nam ſecundū Auguſtinū. 6. de trinitate. In his que non mole magna ſunt, idem eſt maius, quod melius. ¶ Ad tertiā probationē antecedentis eiuſdē argumenti reſpōdetur communiter, ꝙ equale ⁊ inequale formaliter ſignificat relationē, tamen fundamentaliter dicit q̄titatē. Nihilominus (ni fallor) vtrūqꝫ quodāmodo dicit formaliter. Enimuero ratio qua vnum eſt equale alteri certe eſt quātitas, ſicut ratio qua aliquid eſt albū eſt albedo: ſed quia equalitas nō eſt niſi inter duo extrema, equale dicit relationē. Et ideo vtrunqꝫ concedendū eſt ſuo modo formaliter. ſ. ⁊ ꝙ res formaliter ſunt equales quantitate, ⁊ ꝙ ſunt formaliter equales relatione. Niſi ꝙ quantitas eſt fundamentū proximū relationis. Et ideo equale ⁊ inequale poteſt poni ratiōe fundamenti in predicamento quātitatis (vt diximus capite de proprio) quandoquidem quantitas eſt ratio equalitatis: ⁊ hoc modo mathematici loquuntur de equali. Et nihilominus ponitur in predicamento ad aliquid ratione relationis: ſicut maius ⁊ minus, duplum ⁊ ſubduplū. Tametſi hec relatio ſit paſſio quantitatis.

¶ Quæſtio ſecunda.

¶ Vtrū quantitas diſtinguatur a re quanta.

ADuerſus partem affirmatiuam ſtatim ſeſe offert argumentum illud vulgatum. Fruſtra eſt pluralitas ſine neceſſitate: ſed omnia que philoſophi de quantitate predicant, ſaluari optime poſſunt ſine diſtinctione quātitatis a ſubſtantia ⁊ qualitate, dicendo quod ſubſtantia eſt ſua magnitudo ⁊ qualitas item ſua: ergo non eſt huiuſmodi diſtinctio aſſerenda. Probatur minor. Officium primum quantitatis eſt (vt hactenus dictum eſt) extendere partes ſubſtātie, ⁊ facere eas loco diſtare vt ſint apte diuiſioni: ſed hoc ſubſtantia per ſe habere poteſt ⁊ qualitas per ſe: ergo intentū. Minor oſtenditur. Si quantitas diſtinguitur a ſubſtantia, poterit Deus ſeparata quantitate ſeruare ſeorſum ſubſtantiam (ſicut enim in ſacramento altaris ſeruatur quātitas ſine pane, potuiſſet Deus ⁊ panem ſine quantitate ſeruare) tunc ſubſtantia panis eſſet vna: ergo haberet partes continuas, ⁊ diſtantes loco ⁊ ſitu ſicut antea (nam poteſt Deus illam ſeruare ſicuti erat) atqꝫ adeo eſſet diuiſibilis ſecundum extēſionem ⁊ occuparet locū: ergo ſine diſtincta quantitate poterit per ſe ſubſtantia habere quidquid quantitati attribuimus: ⁊ per conſequens quantitas non eſt accidens diſtinctum. ¶ Et confirmatur preterea. Partes ſubſtantie ſeipſis vniuntur, vt caput collo ⁊ collum ſcapulis: ergo ſeipſis extēduntur. Antecedens probatur, quia partes ſubſtantie non videntur poſſe vniri mediante accidenti. ¶ Secundo arguitur. Si quantitas eſſet accidēs diſtinctum a ſubſtantia, ſequeretur ꝙ eſſet ſubiectum aliorum accidentium (vt aſſerit iſta opinio) ⁊ per conſequens eſſet vna numero ſuſceptiua contrariorū: quod eſt contra Ariſtotelem ſuperiori capite aſſerentem hoc eſſe proprium ſubſtantie. ¶ Tertio arguitur. Si quantitas ponitur accidens diſtinctum, vt faciat partes ſubſtātie loco ⁊ ſitu diſtare, ſequitur ꝙ in rarefactione, vbi partes magis diſtant quam prius, noua q̄titas acquiritur: nam ſi per eandem numero quantitatem partes ſubſtantie, nunc minus nunc vero magis diſtarent, idē poſſemus attribuere ſubſtantie, vt ſeipſa haberet partes magis, aut minus diſtantes. Quod autem acquiratur noua quātitas, videtur eſſe contra Ariſtotelē quarto phiſicorum textu. 84. vbi inſinuat ꝙ in rarefactione nihil nouū acquiritur: ſed ſole partes magis extēdunt. ¶ Quarto principaliter arg. Si quantitas diſtingueretur a ſubſtantia ⁊ qualitate, ſequeretur ꝙ eadem ratione ſpecies quantitatis eſſent inter ſe diſtincte: vt puta punctum, linea, ſuperficies, ⁊ corpus: conſequēs eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Probatur minor: ſi punctū diſtingueretur a linea, ſequeretur, ꝙ eſſet accidens indiuiſibile continuans partes linee. Contra quod tripliciter arguitur. ¶ Primo quia accidens indiuiſibile non poteſt eſſe niſi in ſubiecto indiuiſibili: ſed tam ſubſtantia q̄ linea ſunt ſubiecta diuiſibilia: ergo nec in ſubſtantia, nec in linea ſubiectaretur: et per conſequens in nullo eſſet ſubiecto. ¶ Secundo ſequeretur ꝙ diuiſa linea produceretur nouū punctum quod antea non erat: naꝫ vnicum eſt punctum continuans medietatē linee: ſed tū facta diuiſione vnum eſt terminans vnam medietatem atqꝫ alterum, alteram. ¶ Et tertio arguitur. Si puncta ſunt accidentia diſtincta a linea, Deus tunc poterit ſeparare omnia accidentia a linea: ⁊ tunc vel partes linee manebunt cōtinue: et ſic puncta ſunt ſuperflua: aut diſcontinua: et ſic continuum erit diuiſum in quamlibet ſui partem: quod contradictionem implicare videtur.

¶ Similia argumenta formari poſſunt aduerſus lineam, que eſt indiuiſibilis ſecundum latitudinem et aduerſus ſuperficiem que eſt indiuiſibilis ſecundum profunditatē: de qua perſpicatius procedit ſecunda ratio cum frangitur baculus: nam tunc due reſtant ſuperficies terminantes partes fractas cum tamē ante fractionē non eſſet niſi vnica continuans ambas: ⁊ queritur a quo producta eſt illa noua ſuperficies que certe nō videtur per ſolam diuiſionem poſſe produci. ¶ De tempore poſſet etiam argumentum fieri, ꝙ non ſit accidens diſtinctum a motu celi: ſed de illo nec locus eſt hic, nec nobis eſt animus vſqꝫ ad quartum phiſicorum dicere. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si quantitas continua eſſet accidens diſtinctum, ſequeretur pari ratione ꝙ quantitas diſcreta (puta numerus) diſtingueretur a rebus numeratis ſuiſqꝫ vnitatib⁹, vcꝫ ꝙ ternarius eſſet vna forma, ⁊ quaternarius alia ⁊c. ſed conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Probatur minor: quia ſi ternarius. v. g. Pape ⁊ Imperatoris, ⁊ Regis Francie diſtingueretur ab illis, deberet eſſe in oibus ſimul tanq̄ in ſubiecto adequato: eſt tū impoſſibile, ꝙ vna res ſit in tribus ſubiectis diſtinctis atqꝫ adeo diſtātibus. ¶ Et cōfir. Eadē ratione ſequeretur: ꝙ vnitas q̄ eſt principium numeri eſſet res indiuiſibilis, ſicut punctū quod eſt principiū quantitatis: cōſequens eſt falſum: q2 certe in tribus lapidibus nō videtur quid aliud ſit, q̄ tres quātitates ſeparate q̄ ſunt ternarius. Quibus colligit̄ ꝙ quātitas non diſtinguitur a re quāta. ¶ A parte affirmatiua queſtionis videtur ſtare autoritas Ariſto. in hoc capite: vbi loquitur de quantitate tanquā de accidente diſtincto: dicens ꝙ linea, ſuperficies ⁊c. ſunt per ſe quantitates: cetera vero non ſunt quantitates, nec equalia vel inequalia niſi ratione iſtorum. Et idem latius enuntiat. 5. met. tex. 18.

¶ In hac quæſtione quæ prima mota eſt de diſtinctione predicamētorū, operepreciū eſt in priori articulo de diſtinctione oim in genere vnū verbum prefari: ⁊ deinde in ſecūdo deſcēdemus ad particularē reſpōſionē de quantitate. ¶ Haud nos latet q̄ ſit pſuaſu difficile, oiā decem predicamēta ſic eſſe realiter diſtincta, vt ex

vt ex

vt ex realibus multi vidētur cōtendere: nempe ꝙ diſtinguātur oia ſicut albedo diſtinguitur a ſubſtātia, quā in ſacramēto altaris ſine ſubſtātia certo credim⁹ exiſtere. Quinetiā mihi nunq̄ perſuaſum erit relationem, ⁊ ſex vltima predicamenta hoc modo a ſubſtātia eſſe realiter diſtincta. Nihilomin⁹ (vt citra iniuriā dixerim hominum alias doctorū quibuſqꝫ honorē ſemper deferā) modū loquēdi aliquorū nominaliū ſatis in hac parte ꝓbare nō poſſum: ſane qui hmōi propoſitiones concedunt / ſubſtātia eſt quātitas / ſubſtātia eſt relatio / ſedens eſt ſeſſio / et ſimiles. Nō ꝙ ego ſim tanti, vt contendā eas omnino repudiare: ſed certe ꝙ vidētur pugnare, nō ſoluꝫ cum doctrina Ariſtotelis: ſed etiam cum communi modo concipiendi. Et ideo excogitatus illis eſſet modus aliquis quo nō concederētur: etiā ſi negarent oia predicamēta eſſe realiter prorſus diſtincta tanq̄ ſubſtantiā ⁊ colorē.

Fūdamētum. ¶ Quocirca ſtatuitur hic cōcluſio tanq̄ fundamentū diſtinctionis predicamentorū. Nullum predicamentū formaliter predicatur de alio: niſi predicatione denominatiua. Quod eſt dicere. In cōcreto / ſubſtātia eſt quanta, ⁊ qualis, ⁊ alba, ⁊ ſimilis. Et ita in reliquis vnū predicamentū predicat̄ de alio. Sed tū in abſtracto / ſubſtantia, nec eſt quātitas nec relatio, nec ſeſſio, nec actio ⁊c. Probatur cōcluſio. ¶ Primū oim manifeſtū eſt hanc eſſe intētionem Ariſt. 5. met. tex. 14. diſtinguentis ens reale in decē predicamēta: nam metaphiſica nō eſt de terminis: ſed de rebus: cū ergo animus eſſet illic tractandi de ente, quod eſt ſubiectū metaphiſice, diſtinxit ens in decem gn̄a reruꝫ omnino diuerſa: ſicut qui tractaret de arboribus, diſtingueret diſtinta gn̄a arborum: niſi ꝙ ens non dicit̄ de illis vniuoce. Et ideo apud Ariſtotelē multo perſpicatiores ſunt hmōi negationes, ſubſtantia non eſt quātitas, ſubſtantia nō eſt qualitas, quātitas nō eſt qualitas, ſubſtātia nō eſt ſeſſio, nō eſt habitus ⁊c. q̄ iſte / homo nō eſt equus, equus nō eſt bos ⁊c. ergo qui cōtrarias affirmatiuas cōcedit, artē Ariſtotelis palā confundit. ¶ Secundo probatur ex eodē Ariſ. qui. 5. meta. tex. 12. dicit, ea tantū ſpecie differre quecūqꝫ continētur ſub eodē predicamento: ſed ea differre gn̄e, que differūt predicamēti figura. Et. 10. met. tex. 12. tantā cenſet eſſe differentiā inter predicamēta, vt nō concedat ea differre, ſed eſſe primo diuerſa. Itaqꝫ queadmodū Ariſt. 7. met. tex. 59. docet predicationē identicā: puta, homo eſt hō, eſſe immediate verā, neqꝫ querenti quare homo eſt hō, redendā eſſe aliā cauſam veritatis, niſi q2 homo eſt hō: ita. 10. meta. intelligit negationē rei vnius predicamenti de re alterius eſſe immeditate veram: nec querēti, quare ſubſtātia nō eſt ſeſſio reddēda eſt alia ratio, niſi q2 ſunt rōnes ꝑmo diuerſe. ¶ Et tertio id patet: q2 vbicūqꝫ Ari. querit quiditatē alicuius rei, ſtatim diſcurrit per omnia predicamenta: ad denotandum ꝙ ſunt res diuerſiſſime. Primo de anima ſtatim querit, anima an ſit ſubſtantia an vero quātitas, ⁊ primo phiſi. tex. 13. contra Parmenidē ⁊ Meliſum, aſſerentes omnia eſſe vnū, ſtatim percontatur, ſint ne omnia vna ſubſtātia, an vna quātitas an vna qualitas ⁊c. Quo argumento non vteretur niſi apud omnes philoſophos, etiā apud ipſum Parmenidē, receptiſſimū eſſet, predicamenta eſſe per ſe primo diuerſa. Et iſte eſt manifeſte ſenſus verborum, quidquid aliī dicāt, ſi ſubſtātia ⁊ quantitas ſunt, duo ſunt: ⁊ credo idem dixiſſet de quocunqꝫ alio predicamēto: puta, ſi ſubſtantia ⁊ relatio ſunt ⁊c. niſi ꝙ poſuit exēplum de quātitate, que eſt res ad ſenſum magis cognita. ¶ Et quo ſemel finiā, tanta eſt diſtintio, inter accidentia oim nouē predicamentorū ⁊ ſubſtātiā: vt. 7. meta. tex. 2. doceat accidentia, non habere proprie quiditates, nec eſſe ſimpliciter entia: ſed entis entia. ¶ Quarto arḡ: ꝙ concedere ſubſtantiā eſſe quantitatē, aut aliud ceterorū predicamentorū ſit contra cōem modum cōcipiēdi: nam querenti quid ſit homo: rn̄detur ꝙ eſt ſubſtātia, ⁊ non rn̄demus ꝙ eſt quātitas, nō ſolum propter cōnotatiōes terminorū: ſed re ipſa vidētur eſſe duo: homo, ⁊ quātitas. Item cōcedimus ꝙ quātitas eſt accidēs hominis: et tū nullus cōcederet, ꝙ ſubſtātia eſt accidens. Item concedimus propriū eſſe quantitati, ſecundū eam equale vel inequale dici: quod tū non eſt propriū ſubſtātie. Et concedimus ꝙ propriū eſt relatiuorū dici ſimul ad conuertentiā: quod non eſt propriū ſubſtātie aut quantitatis. Et cōcedimus ſeſſionē eſſe diſpoſitionem partium in ordine ad locū: ſed null⁹ cōcederet, ꝙ ſubſtātia dicit diſpoſitionē in ordine ad locū. Item concedimus ꝙ tēpus eſt accidēs celi, eſt menſura durationis: ⁊ tū celū non eſt menſura durationis. Omnia iſta profecto cōfundunt qui cōcedunt res diuerſorū predicamentorū de ſe inuicem formaliter affirmari. ¶ Et hinc prolapſi ſunt, vt cōcedant ꝙ intellectus eſt voluntas, ⁊ ꝙ voluntas eſt ſenſus, ⁊ ꝙ voluntate intelligimus, ⁊ intellectu amamus, ⁊ vtroqꝫ ſentimus: quas profecto enūciationes extra ſcholas nemo ꝓferret. Adde ꝙ Ocham ipſe. 1. parte logice. c. 44. ait. Quantitas non diſtinguitur a re quanta: ſiue iſta propoſitio / ſubſtantia eſt quantitas / ſit concedenda, ſiue non. Vbi inſinuat, ꝙ licet nō diſtinguatur, nihilominus illa propoſitio eſt neganda. Niſi ꝙ diſcipuli eſſe pergunt ſuper magiſtrum

¶ Attamen dubium reſtat quo modo poſſet hmōi affirmationes euitare qui non concederet inter ſedentem ⁊ ſeſſionem eam diſtinctionē, que eſt inter duas res (quā / neqꝫ ego profecto cōcedere poſſuꝫ) Nam ſi non ſunt due res: ergo eadē res que eſt ſedens, eſt ſeſſio. Vn̄ continuo ſequitur, hec res eſt homo (demonſtrando hominem ſedentē) ⁊ eadē res eſt ſeſſio: ergo ſedēs eſt ſeſſio. ¶ Fateor hūc ſyllogiſmum, potuiſſe cōuincere (ſicut coegit Ocham ⁊ eius diſcipulos) vt illius modi predicationes concederentur. Attamen ⁊ Ariſto. ⁊ antiqui philoſophi negāt conſequentiā. Et certe q̄uis ſit apparētiſſima potius eſt negāda, q̄ ſint concedēde propoſitiōes ſupra impugnate. ¶ Ad cuius igitur intelligentiā notandum eſt, duplicē eſſe predicationē apud antiquos. ſ. identicam ⁊ formalem. Predicatio identica eſt illa, in qua denotatur rem ſignificatā per predicatū / eſſe eandē cuꝫ re ſignificata per ſubiectū. Predicatio ꝟo formalis eſt illa, in qua denotatur rem ſignificatā per predicatū eſſe formā ſeu rationē rei ſignificate per ſubiectū. Vnde qn̄ predicatū eſt terminus cōnotatiuus in cōcreto, ſemper facit ſenſum formalē: ſed qn̄ accipitur in abſtracto, tunc poteſt vtroqꝫ modo accipi. Dicebant ergo antiqui, ꝙ ex premiſſis in ſenſu idētico, nō ſequitur predicatio formalis: ⁊ talis defectus cōmittitur in dicto ſyllogiſmo, nam illi termini res / ens / id quod / faciūt ſenſum identicum. ſ. hec res eſt ſedens, hec res eſt ſeſſio (q2 ens, ⁊ res, eſt trāſcendens pertinēs ad omnia predicamēta) ſed cōſequens puta, homo eſt ſeſſio, facit ſenſum formaleꝫ: q2 extrema ſunt diuerſorū predicamētorum. ¶ Poſſumus iam mō defectū iſtum reducere, ad defectum appellatiōis. Vbi habeatur pro regula: ꝙ quādo res vnius predicamenti in abſtracto, predicatur de re alterius, denotatur, ꝙ rō et diffinitio rei ſignificate per predicatū: eſt ratio ⁊ diffinitio rei ſignificate per ſubiectum. Vnde perinde eſt arguere, hec res eſt homo, ⁊ hec res eſt ſeſſio: ergo homo eſt ſeſſio, ac ſi argueres, hec res eſt homo, et hec res eſt ſeſſio: ergo homo inq̄tū homo, eſt ſeſſio inq̄tum ſeſſio, aut (quod idem eſt) ratio hois eſt ratio ſitus. Et ideo cōcludendū eſſet, res que eſt hō eſt ſeſſio: que propoſitio ad modū concipiendi verū ſonat. In cōcretis vero optime ſequitur / petrus diſputat / petrus eſt homo: ergo homo diſputat / ois homo eſt albus / omne riſibile eſt homo: ergo omne riſibile eſt albū. ¶ Sed ſunt cōtra iſtū modum

Predicatio identica ⁊ for.

Regula appellationis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicēdi argumenta duo. Primū: qꝛ nō videtur defectus iſte ſyllogiſmi fundamentū habere in Dialectica. ¶ Ad quod rñdetur fundamentū eſſe p̄mo: qꝛ cū mediū puta/ res/ aut ſi dicas hoc ens/ ſint termini tranſcēdentes, ſignificāt rem cuiuſcūq; predicamēti: ⁊ ideo cū quibuſcunq; talibus poſſunt facere ſenſum identicum. ¶ Et preterea qꝛ defectus appellatiōis ⁊ alij dialectici non habuerunt fundamentū aliud q̄ modū concipiendi hominuꝫ: vnde ſicut in iſtis ſyllogiſmis/ Petrus eſt monachus et Petrus eſt albus: ergo petrus eſt monachus albus/ cognoſco corruſcū, corruſcus eſt veniēs: ergo cognoſco veniētē/ ꝓpter modū cōcipiēdi dicimus eſſe peccatū appellatiōis, eadē ratione in propoſito. ¶ Et poſtremo defectus iſte habet fundamētum in Ariſt. qui. 3. phiſi. tex. 19. ⁊ infra concedit actionē ⁊ paſſionē eſſe eundē motū: motus enim ad calorē, vt exit ab igne, eſt actio ⁊ vt recipitur in aqua, eſt paſſio: ſicut eadē (inquit) eſt via a thebis ad athenas, que eſt ab athenis ad thebas. Ubi negat hanc conſequentiā/ hic motus eſt actio, ⁊ hic motus eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio/ qꝛ inquit eſt eadē res actio ⁊ paſſio: ſed alia eſt ratio actionis, ⁊ alia eſt ratio paſſionis. ¶ Atq; doctrinā hanc intelligere mihi videor apud Ariſt. capite de ſubſtātia in hoc libro, vbi ait ꝙ genera ⁊ ſpēs predicantur de ſuis inferioribus nomine ⁊ ratione. Accidētia vero licet predicentur de ſubſtantia, nomine: tñ ratione vnū predicamentum non predicatur de alio. Quod verbū preſertim ad hoc propoſitū cōmendatum eſſe velim: eſt enim dicere ꝙ vnū predicamentum in concreto predicatur de alio: ſed tamē in abſtracto nō predicabitur: quippe qua predicatione denotabitur rōnem vnius predicamēti eſſe rationē alterius. Habemus ergo, ꝙ q̄uis concedatur ꝙ res que eſt homo eſt relatio aut ꝙ homo eſt res que eſt actio ⁊c. tñ nequaq̄ cōcedendum eſt: homo eſt actio, vel homo eſt relatio: ⁊ ſic de alijs predicamentis. ¶ Secundum ac maius argumentum eſt, aduerſus modū iſtum dicendi. Nempe ꝙ videtur id in creaturis admittere, quod in diuinis cōfitemur altiſſimū eſſe myſteriū. Concedit enim fides catholica: ꝙ res que eſt pater eſt filius, negans, ꝙ pater ſit filius; atq; adeo negat illam conſequentiaꝫ. Hec eſſentia diuina eſt pater, ⁊ hec eſſētia diuina eſt filius: ergo pater eſt filius. Quod ſi nos pariter in creaturis damus, nihil magni attribuimus Deo. ¶ Reſpōdet nihilominus latiſſimam eſſe hic ⁊ ibi diſtantiā: hic enim ſolū negamus huiuſmodi ſyllogiſmos propter varios modos ſignificādi terminorū: qꝛ videlicet premiſſe faciūt ſenſum identicum: concluſio vero ſenſum formalē: illic vero nō ſolū propter ſignificationeꝫ terminorū: ſed propter ipſam naturā rei q̄ vna ſimpliciſſima non ſolum realiter: ſed formaliter eſt plures res: ⁊ ille plures nō ſolum ſunt plures formaliter propter ſignificationē terminorū: ſed plures res. i. plura ſuppoſita. Exēpli gratia. Cōcedimus ꝙ actio nō eſt paſſio: aut ꝙ homo nō eſt ſeſſio: nō tñ dicimus ꝙ he ſunt due res. Item in ſenſu identico cōcedimus illas premiſſas/ hoc eſt actio, ⁊ hoc eſt paſſio: ſed non in ſenſu formali. In diuinis vero non ſolum in ſenſu idētico: ſed in ſenſu formali: eſſentia eſt pater ⁊ eſſentia eſt filius: ⁊ concluſio eſt falſa: pater eſt filius: imo pater diſtinguitur a filio tanq̄ res a re. Itaq; ſunt realiter ⁊ formaliter eadeꝫ res. i. eadem eſſentia: ⁊ formaliter ⁊ realiter diſtincte res. i. diſtincte perſone. Nam res (cū ſit tranſcendēs) et pro eſſentia ⁊ item pro perſona ſupponit. ¶ Et per hec item patet dr̃ia inter has propoſitiōes: homo eſt humanitas/ ⁊ Deus eſt deitas: prima. n. eſt falſa: ⁊ ſecūda vera: quia homo dicit id quod habet humanitatē cuꝫ ceteris alijs accidētibus (in quo differt ab humanitate) deus autem ſimpliciſſimus nihil habet ſed oīa eſt. Unde antiqui in creaturis inter ſuppoſitū ⁊ naturā appellabant diſtinctionē realem: ſed in diuinis nō niſi diſtinctionē ratiōis ex ſolo modo ſignificādi terminorum. Hec ſatis eſt pro primo articulo adnotaſſe, vt qui cōformiter ad Ariſt. et ad cōmunem modū concipiēdi citra tantā diſtinctionē predicamentorū loqui velint, modū habeant quo ſuos defendant ſermones.

¶ His prefactis in articulo ſecundo videndum nobis eſt proprie de quantitate, diſtinguatur ne a ſubſtantia ⁊ qualitate realiter: quēadmodū albedo diſtinguitur a ſubſtātia, vt nō ſolū negemus ſubſtantiam eſſe formaliter quātitatē in ſenſu iam expoſito: ſed neq; cōcedamꝰ, ꝙ ſubſtātia eſt res que eſt quātitas. De qua queſtione (alijs omiſſis) ſunt due opiniones. Una Ochā in prima parte ſue logice cap. 44. ⁊. 45. quā fere nominales ſequunt. Et alia eſt realiū oīm. [Articulꝰ ſecundus.] ¶ Prima opinio eſt, ꝙ nulla ſpecies quantitatis diſtinguitur a ſubſtātia vel qualitate: ſed lignū eſt ſua quātitas: ⁊ materia ligni ſua: ⁊ forma, item ſua: ⁊ quotquot preterea ſunt accidentia corporalia in ligno, tot ſunt quantitates: vt color ſit ſua, ⁊ ſapor ſit ſua ⁊c. [Due opiniones.] Quocirca omnes illas ſpēs quātitates exponūt ſecunde intētionaliter. Exēpli gratia, iſte terminus, linea, ſignificat rem cōnotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecundū vnam dimenſionē: ⁊ ly/ ſuperficies/ ſignificat rem cōnotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecundū duas: ⁊ ly/ corpus/ ſignificat rem cōnotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecundum tres dimēſiōes. Neq; concedunt rem aliquā eſſe in corpore quouiſmodo indiuiſibilē. Rationes huius opinionis precipue ſunt ille que in principio queſtiō. s ſunt propoſite. ¶ Reales vero omnes ſunt in cōtraria ſententia: veꝫ quantitatē a re quāta diſtingui: vt. S. Th. 1. p. q. 77. ar. 2. ⁊ Sco. 2. d. 12. ⁊. 4. d. 12. Quorum opinio ſic intelligitur. Quēadmodum albedo eſt quoddā accidēs quo ſubſtātia formalr̃ eſt alba: ita quātitas cōtinua eſt accidēs quo partes ſubſtātie extendunt, puta vt caput ſit in alio loco q̄ collum: ⁊ collū in alio q̄ pectus ⁊c. Et ratione eius ſubſtātia diuidit, ⁊ mouetur ⁊ habet oēs alias actiōes corporales. Quo fit vt corpus de predicamento ſubſtātie ſit ſubm̄ corporis de predicamēto quātitatis. Ratio. n. ſubſtātie corporalis conſiſtit in hoc, qꝺ eſt/ eſſe capacem quātitatis: nec aliud eſt ſubſtantiā eſſe ſuapte natura indiuiſibilē, q̄ eſſe incapacem quantitatis. Quomodo partes corporis de predicamēto quantitatis vniantur per ſuperficies, ⁊ ſuperficies per lineas, ⁊ linee per puncta ſupra expoſitum eſt. ¶ Neutra iſtarū opinionū eſt adeo demonſtrabilis quin altera ſit probabilis. Nihilominus ad queſtionem reſpōdetur duabus concluſionibus que ſunt vero ſimiliores.

¶ Prima concluſio. Quantitas quo ad tres eius ſpecies nominatas diſtinguitur a ſubſtantia: ⁊ punctum a partibus linee. [1. Conclu.] Hec cōcluſio primum, ⁊ potiſſimum probari ſolet ex illo Ariſt. primo phiſi. tex. 13. contra Parmenidē. Si ſubſtantia ⁊ quantum ⁊ quale ſunt non vnum: ſed multa ſunt. Quod infra tex. 15. repetit. Si ſubſtantia ⁊ quantum ſunt, duo ſunt. Ad hanc autoritatem reſpondet Ocham prima parte logice, cap. 45. ꝙ non intelligit Ariſto. ſubſtantiam ⁊ quantitatem eſſe duas res diſtinctas, ſed ꝙ ſi ſubſtantia eſt quanta, habet plures ptes. ¶ At certe ſenſus iſte accōmodari nō pōt litere. Primo qꝛ Parmenides aſſerēs totū mundū eſſe vnū ens: non negabat illū habere partes: ſed dicebant totū munduꝫ eſſe vnū, ſicut ego ſum vnus: ⁊ ideo Ariſt. non volebat probare ſolū ꝙ mundus haberet partes: ſed ꝙ eſſent plura genera rerum. Et ideo facit argumentū: aut illud vnū eſt finituꝫ, aut infinitum, ⁊ ſiue ſit finitum ſiue infinitum, debet eſſe quantū: nā finitū ⁊ infinitū ſunt paſſiones quantitatis: ⁊ rurſus ſi ſubſtantia ⁊ quantitas ſunt, duo genera rerū ſunt. ¶ Unde minus cōſona talia expoſitio aliorū (videlicet ꝙ loquitur Ariſ. de ſubſtātia ſpirituali: intelligēs ꝙ ſi ſubſtātia ſpiritualis ⁊

lis ⁊ ſubſtātia materialis ſunt, due ſubſtātie ſunt). Minus (inq̄) hec expoſitio cōuenit litere: nam ſi eſſet ſermo de ſubſtātia ſpirituali, non aſſumpſiſſet Ariſ. aut eſt finita, aut infinita. Item qꝛ Parmenides nihil ſuſpicabatur de ſubſtātijs ſpiritualibus: alias nō eſſet tam ebes, vt diceret ſubſtātias corporales ⁊ ſpirituales eſſe vnuꝫ ens. ¶ Sed quid plurībꝰ opus eſt: luce clarius eſt argumentum. Ariſt. aduerſus Parmenidē. Nihil. n. aliud voluit illi obijcere, niſi ꝙ ſi oīa ſunt vnū: quodnā vnuꝫ: an ſubſtātia, an quantitas, an qualitas ſicut primo de anima inquirēs, quid eſt anima: querit ſitne ſubſtantia, an quātitas, an qualitas ⁊c. [Ariſt. contra Par.] Erat. n. receptiſſimū inter oēs philoſophos, eſſe plura rerum gñā: ſaltim illa tria notiſſima que ſunt, ſubſtantia, quantitas, ⁊ qualitas. Nec Parmenides hoc negabat: ſed erat in opinione quam nunc ſubſtinēt nominales. ſ. ꝙ ſubſtātia ⁊ quātitas ſunt eadem res: ⁊ addebat ꝙ eadē res erat qualitas. Quod niſi fides nos doceret accidētia in ſacramēto altalis eſſe ſine ſubiecto: qui ſubſtinēt quantitatē non diſtingui a ſubſtātia, idem (reor) dicerēt de qualitate. Et ideo quantum coniicio Ariſt. arguebat cōtra Parmenidē ex conceſſis ab illo: puta ꝙ ſubſtātia, quātitas, ⁊ qualitas erāt tria gñā rerum: ⁊ inde inferebat ꝙ eſſent res diſtincte. Unde ſi aliqua reſponſio poſſet nominalibus fauere, eſſet ſcḋm dicta in ſuperiori articulo: videlicet Ariſtotelē cōcludere ꝙ in ſenſu formali, ſubſtātia nō eſt quātitas, ⁊ ita debēt reſpōdere ad ſimiles oēs autoritates Ariſt. ¶ Nihilominus profecto Ariſt. plus intēdebat cōcludere: nam forſan in ſenſu formali non conceſſiſſet Parmenides ꝙ ſubſtantia eſt quantitas, aut qualitas propter modū diuerſum ſignificādi: ſed in ſenſu identico dicebat ꝙ eadem res q̄ eſt ſubſtantia, eſt quātitas, ⁊ qualitas, ⁊ homo, ⁊ equus, ⁊ aer, ⁊ ignis ⁊c. Et ideo Ariſto. volebat concludere, ꝙ nec in ſenſu identico ſubſtantia eſſet quātitas, aut qualitas. ¶ Uñ nos ſuminus nouum argumentum. Tantā diſtinctionē poſuit illic Ariſto. inter ſubſtantiā ⁊ quantitatē, quantā inter ſubſtantiā ⁊ qualitatem: ſed inter ſubſtantiam ⁊ albedinem eſt diſtinctio realis: ergo eadē eſt inter ſubſtantiā ⁊ quantitatē ſecundum Ariſt. Et confirmatur: quia poſtq̄ vtrunq; eſt accidens abſolutū, eadem eſt ratio diſtinctionis vtriuſq;. Et certe vt paulo ante dicebamus, niſi fides ſacramēti altaris id vetaret, qui negāt quantitatē diſtingui: idem negarent de omni qualitate. [Alie autoritates.] ¶ Alia multa loca Ariſto. adduci poſſent ad hāc concluſionē. Nam. 3. met. tex. 17. ex profeſſo probat aduerſus antiquos: punctū, lineā, ⁊ ſuperficiē non eſſe ſubſtātia: ſed accidētia ſubſtātie: quod non pōt gloſſari ſecūde intentionaliter. i. ꝙ linea ſupponit pro ſubſtātia cōnotando ꝙ aliqualiter ſe habeat: nā in hoc nō contradiceret antiquis: qꝛ idem cōcederent: ſed expreſſe probat ꝙ ſubſtātia nō eſt linea aut punctū. Et certe apud Ariſt. barbarus eſſet qui hmōi propoſitiones concederet. Et. 7. meta. tex. 8. dicit ꝙ materia nec eſt, quid, nec quantitas. Et breuiter vbicūq; de ſubſtantia ⁊ quātitate incidit ſermo, loquitur tanq̄ de duabus rebus. Quocirca euidentiſſimū eſt apud Ariſto. ſaltim in ſenſu formali nunq̄ debere concedi, ꝙ ſubſtantia eſt quātitas aut linea. Quod primo articulo ſatis puto pſuaſum eſſe. Sed eſt preterea maximum argumentū, ꝙ omnino quātitas realiter diſtinguat a ſubſtantia, ſicut qualitas. Nam ex equo vbicūq; diſtinguit hec tria. Imo frequentius diſtinguit quantitatē q̄ qualitatem. [Argm̄. ſecundum.] ¶ Rationibus etiā multis corroborāt philoſophi hanc cōcluſionē: quas paſſim quiſq; videre pōt. Nos vero hoc potiſſimū vtimur argumēto: quod ſit hic ſcḋm. Si quantitas nō diſtinguitur re quāta, ſequitur, ꝙ tot ſunt quātitates in ſuppoſito, puta in ligno, quot ſunt illic res corporee: nempe ꝙ materia ligni eſt ſua quātitas: ⁊ forma, ſua quantitas: ⁊ calor, item ſua. ⁊ color, ſua ⁊c. ꝯñs eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Sequelam autores opinionis ipſi cōcedunt: ſed probatur minor. Si plures eſſent quātitates in eodē ſuppoſito penetratiue ſe habentes, ſequeretur, nullā poſſe aſſignari rationeꝫ naturalē, cur duo diſtincta corpora nō poſſent ſe naturaliter penetrare in eodem loco: quod tñ natura abhorret. Sequela ſic oſtenditur. Quod lapis ⁊ lignū non poſſunt ſimul ſe penetrare in eodē loco, nulla eſt alia rō: niſi qꝛ due q̄titates nō poſſunt eſſe ſimul in eodē loco (hac. n. de cauſa ꝯcedimꝰ ⁊ plures angelos ſimul eſſe in eodē loco: ⁊ ſacratiſſimū corpꝰ Chriſti in ſacramēto altaris eſſe ſcḋm oēs ptes in eodem puncto: qꝛ videlicet nō eſt admodū quātitatis). Sꝫ plures quātitates, puta materie ⁊ forme, ligni ⁊ omniū accidentiū, ſunt ſimul coextenſe in eodē loco: ergo eadē ratiōe nihil vetaret, quo minꝰ lignū ⁊ lapis ſimul ſe poſſint penetrare. ¶ Nam qui rñderet lignū ⁊ lapidem non poſſe eſſe ſimul, qꝛ nō vniuntur vt faciant vnum: materiam vero ⁊ formā eſſe ſimul, qꝛ faciūt vnū: profecto nō ſatisfaceret argumento. Primo qꝛ ſolutio videtur petere principiū: hoc enim cōtendit argumentū, ꝙ ſi materia ⁊ forma haberēt diſtinctas quātitates, nullo modo forma informaret materiam: qꝛ nō poſſent ſe penetrare magis q̄ lignū ⁊ lapis: nam ea rōne qua quātitates nō poſſunt ſe penetrare, repugnaret illis vniri in eodē loco adequate: aut ſi nō repugnaret illis vniri, pari ratione nec repugnaret eſſe ſimul licet non vnirentur. ¶ Et preterea, quia ſi deus amoueret quantitatem a lapide, poſſet eſſe ſimul in eodem loco cum ligno veluti angelus: quamuis non informaret lignū: ergo repugnantia exiſtendi in eodē loco, non eſt ꝙ non vniantur: ſed re vera ꝙ ſunt due diſtincte quātitates. Argumētum profecto cōcludit, non eſſe in vno ſuppoſito: niſi vnā ſolā quantitatem qua extēduntur, ⁊ partes ſuppoſiti, ⁊ partes materie, ⁊ partes forme: atq; adeo partes oīm que illic ſunt, corporaliū accidentiū. Et cum non appareat quod iſtorum ſit illa quantitas, colligitur eſſe vnū accidēs ab omnibus diſtinctū. Quocirca opinionē nominaliū facilius deffenderet, qui diceret ſolā materiā eſſe quātitatē ſuppoſiti, qua forma ⁊ accidētia extēduntur. ¶ Tertio arguitur, ꝙ punctū diſtinguatur tanq̄ quid indiuiſibile. [Argm̄ tertium.] Primo id aſſerit Ariſto. 5. met. tex. 12. vbi ait punctū eſſe quid indiuiſibile habens poſitionē in continuo. Et. 4. phiſi tex. 90. dicit ꝙ punctū non pōt eſſe immediatū alteri puncto. Et tex. 107. dicit ꝙ punctum non eſt pars linee: ſed continuans eius partes. Et. 6. phiſi. tex. 88. dicit ꝙ continuum non cōponitur ex punctis. Et tertio de celo tex. 14. dicit ꝙ punctū eo modo ſe habet ad lineam: quo linea ad ſuperficiē: ⁊ ſuperficies ad corpꝰ. Et multa alia id genus paſſim offendūtur apud Ariſt. que videntur exprimere diſtintionē inter punctū ⁊ tres quantitatis ſpēs. ¶ Sed ratione argr̃ (quod fuerit hic quartum argumentum) Si detur globus perfecte ſphericus ſuperficiei plane ſuperpoſitus, contingere eam non pōt niſi puncto indiuiſibili: ergo dabile eſt hmōi punctum. [Argm̄ quartū.] Probatur antecedens. Dato oppoſito, videlicet ꝙ globus tangat ſuperficiem ſecundum aliquā breuiſſimam lineā rectā, ſequitur ꝙ globus ille nō erat perfecte ſphericus, vt vel ad oculū patere pōt ignorāti geometriam: naꝫ geometra facile id demōſtraret, ſignata illa linea recta in ſuperficie globi. Tunc. n. ductis tribus lineis a cētro illius ſphere, vna ad punctū mediū illius linee, ⁊ alijs duabus ad extremitates, ille linee non erūt equales (qꝛ media erit minor) ⁊ per conſequēs ſuperficies globi nō eſt perfecte circularis: quādoquidem nō oēs linee ducte a centro ad circunferentiā ſunt equales. Ducito lineam rectā tranſuerſalē in pariete ſuper quā circulum deſcribito: que illā tangat: ⁊ fiet res manifeſta. ¶ Reſpōdebūt (ſcio) autores contrarie opinionis, ꝙ globus ille tanget ſuperficiē, non ſecundū aliquā partē adequate,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſed ſcđum aliquam inadequate. Quod eſt dicere. Data particula globi verſus ſuperficiẽ, illa tanget ſuperficiẽ non ſecundũ ſe totã: ſed ſcđm medietatẽ ſui que eſt verſus ſuperficiẽ: nec illa medietas tãgit ſecũdum ſe totã, ſed ſecundum quartam, ⁊ quarta ſolum ſecundum octauam: ⁊ ita in infinitum. ¶ Sed profecto eſt mirabile ꝙ globus tangat planum, ⁊ tamen nihil in globo ſignari poſſit quod ſe toto tangat planum. ¶ Simile argumentum fit de linea: ſi enim ſuper planam ſuperficiez ponas taxillum, non plane: ſed ſecundum lineam angularem, videbis ꝙ taxillus tantum tangit planum ſecundum lineam diuiſibilem ſcđum longitudinẽ, ⁊ indiuiſibilem ſecundum latitudinem. Quod ſi plane ſuperponas taxillum, videbis ꝙ tangunt ſe duo ſuperficies indiuiſibiles ſecundum profunditatẽ. Imo nulla duo corpora tangere ſe poſſunt, niſi ſcđm ſuperficies. Que ſi nõ ponantur indiuiſibiles ſecũduz profunditatẽ, nihil põt ſignari in corpore quod ſe toto adequate tãgat aliud corpus. Nã data quacũq; parte, illa erit diuiſibilis ſcđm profundi-

5. Argũ.

tatem: ⁊ ſecundũ partem interiorẽ non tanget aliud corpus. ¶ Quintũ poteſt fieri de linea argumentũ in area plana, vbi lumen ſolis obiecta vmbra facit lineã. Signetur in concurſu illo ſolis ⁊ vmbre linea diuidẽs lumen ⁊ vmbrã que procedit in longũ. Illa eſt indiuiſibilis ſcđm latitudinẽ: nam dato oppoſito ſi diuidatur ſcđm latitudinem, medietas erit in lumine, ⁊ medietas in vmbra: et

6. Argũ.

per conſequens non eſt data linea que ſe tota diuidat lumen ⁊ vmbrã. ¶ Sexto arguitur. Cum video parietem albũ, ſolam video ſuperficiẽ longã ⁊ latam, ⁊ nõ profundam: ergo dabilis eſt talis ſuperficies. ¶ Reſpõdetur ꝙ nulla eſt dabilis pars ſcđz profunditatẽ adequate viſa, ſed quacũq; data, illa videtur ſcđm particulã anteriorẽ verſus ſuperficiẽ. At contra hoc arguitur. Nihil vr̃ niſi mediãte lumine: ergo id ſolũ parietes videtur qđ recipit lumen: ſed partes nõ recipit lumen ſcđm partes interiores: ſed ſolũ ſecundũ ſuperficiẽ: ergo illa ſola adequate videtur. ¶ Formãt alij preterea argũ. Si acus ſecundũ cuſpidẽ moueas cõtinuo per mẽſam planã vſq; ad lineã extremã, tunc nõ finietur (inquiunt) motus quoadusq; cuſpis ſit in vltima linea indiuiſibili terminãte mẽſam: nam in quocunq; puncto mẽſe ſit acus, vel reſtat aliqđ vltra diuiſibile, ⁊ tunc non erit terminus motus: q2 aliquid reſtat per tranſeundũ: vel nihil reſtat, ⁊ tunc ſequitur ꝙ acus eſt in linea indiuiſibili terminante menſam. Hoc tñ argumentũ facile aduerſarij diluerẽt, dicentes: ꝙ motus acus nõ terminatur intrinſece: ſed extrinſece in primo inſtanti non eſſe acus in menſa, puta quando exiuit. Et ita ſoluẽtur oĩa argumẽta de motu, q̃ proinde

7. Argũ.

nos miſſa facimus. ¶ Eſt tñ vltimũ argumentum de ſacratiſſimo myſterio euchariſtie: nam fidei lumen multa etiã naturalia illuſtrat. Et myſteriũ euchariſtie multo fit nobis intelligibilius ſi ponamus quantitatem eſſe in ſacramẽto velut ſubiectum aliorum accidentium: quod cum ſit accidens materiale per ſe extẽſum quo mediante panis ſubſtinebat accidentia, poteſt abſente pane ipſius officiũ retinere: alias qualitates eſſent illic diſiuncte, ⁊ cum hoſtia caleſit, tunc calor in nullo reciperetur ſubiecto: multaq; alia ſequerentur inconuenientia: que poſita quantitate, euitantur.

2. Concl.

¶ Secunda concluſio. Neq; numerus qui eſt quãtitas diſcreta diſtinguitur ab vnitatibus ex quibus componitur: neq; vnitas a quantitate continua. Ad cuius intelligẽtiam notandũ eſt: opiniõem hactenus realium eſſe, ꝙ vnitas cuiuſcũq; indiuidui quanti eſt quedam res omnino indiuiſibilis addita eius q̃titati: ⁊ preterea ꝙ numerus: puta ternarius triũ lapidũ pro per ſe ſignificato, nec eſt tres lapides ſimul ſumpti, nec eiꝰ vnitates: ſed ſignificat de formali vnã ſimplicem formã que eſt in omnibus tribus, a qua habent vt ſint ternarius. Ratio prioris partis eſt ꝙ Ariſto. 5. meta. tex. 12. expreſſe dicit, ꝙ tam vnitas (que eſt principium numeri) quaz punctum (quod eſt principium quantitatis) ſunt indiuiſibilia: niſi ꝙ punctum habet poſitionem in continuo: vnitas vero non. Et. 10. meta. eo dicit vnitatem eſſe primam menſurã: quia eſt indiuiſibilis. Ratio vero ſecunde partis opinionis eſt: quia nihil formaliter ponitur in predicamento: niſi ſit ens reale ⁊ ſimplex: cum ergo ternarius, quaternarius ⁊c. ſint diſtincte ſpecies formales quantitatis, ſequitur ꝙ quemadmodum linea dicit rez que eſt vna: ⁊ ſuperficies dicit rem aliam: ita ternarius dicit vnã formã ſpecificam, ⁊ quaternarius vnã aliam: ⁊ cũ tres lapides non ſint vna res, ſequitur ꝙ ternarius dicit de formali, ſeu de per ſe ſignificato vnam formã exiſtentẽ in tribus lapidibus per quam illi lapides ſunt ternarius. Contra hãc imaginationẽ ſtatuimus ſcđam cõ-

Vnitas.

cluſionẽ. ¶ Et ꝙ vnitas qua ego ſum vnus in gñe quantitatis nõ ſit res indiuiſibilis diſtincta a quãtitate mea, certe abunde mihi perſuadet ꝙ nõ eſt id neceſſarium ad ſaluandũ ea que philoſophi dicũt de vnitate: quẽadmodum enim quecũq; res mundi eo ipſo ꝙ eſt ens, eſt vnũ vnitate tranſcendẽtali, ita quecũq; res corporea, eo ipſo ꝙ eſt quãta, eſt vna vnitate predicamẽtali: nec eſt credibile aliud indiuiſibile eſſe in me, vt ſim initium nume-

Numerus

ri. Quod vero neq; numerus dicat aliquã ſimplicẽ formam exiſtẽtem in rebus numeratis, ſatis perſuaſum mihi habeo quinto argumento ſupra formato. Intelligere enim nõ poſſum quomõ vna numero res ſit in tribus diſtinctis ſubiectis. Atq; hanc mihi legẽ in his, preſertim metaphiſicis diſtinctionibus cõſtitui, vt niſi prius intellexero, non credã: cũ de ſolis fide reuelatis ſcritpum ſit, niſi credideritis, non intelligetis. Iam enim ſecula illa abierunt qñ precipua homines ſtudia in his metaphiſicis ponẽtes, nec res aut intelligere, aut exponere adeo curabant: dũmodo verba ſyllabatim, vt ſcripta legebãt deffenderẽt. ¶ Ergo vnitatẽ eſſe indiuiſibilez ego ſic in-

Indiuiſibilis.

telligo. Quanq̃ rõ quãtitatis conſiſtat in hoc quod eſt eſſe diuiſibile, tamen alia eſt diuiſio magnitudinis, que eſt quantitas cõtinua: ⁊ alia multitudinis, que eſt quãtitas diſcreta: nam rõ manitudinis eſt, ꝙ ſit diuiſibilis in partes que nõ erant actu plura: ſed potẽtia (cũ eſſent continue) ⁊ per diuiſionẽ fiunt actu plura. Sed rõ multitudinis eſt, ꝙ ſit diuiſibilis in partes que ante diuiſionem erant actu plura, ſicut ſenarius ſex hominũ diuiditur in duos ternarios, aut in tres binarios. Et ideo pũctum (quod eſt principiũ magnitudinis) eſt ſimpliciter indiuiſibile: vt opponitur prime diuiſioni: ſed vnitas (q2 eſt principiũ multitudinis) eſt indiuiſibilis ſolum, vt opponitur ſcđe diuiſioni. Itaq; quãtitas mea quãuis in ratione cõtinui ſit diuiſibilis, tñ in ratione vnitatis eſt indiuiſibilis. Exẽpli gratia: numerus octonarius hominum diuiditur in duos quaternarios: ⁊ quaternarius in duos binarios: ⁊ binariꝰ in duas vnitas: vnitates ꝟo (qualis ego ſum) nõ eſt amplius hac ratione diuiſibilis: ſed ſi ego diuidar tanq̃ quantitas cõtinua, deſinã eſſe vnitas ⁊ efficiar binarius. Et hac de cauſa dixit Ariſt. 8. met. tex. 10. ꝙ diuiſio quãtitatis cõtinue procedit in infinitũ: diuiſio vero numeri, minime. Vñ quantitas mea eo eſt vnitas, q2 nõ eſt actu plura. Et ita eſt gloſſandus Ariſt. et. S. Thomas. Et certe credo ſi illi eſſent modo interrogati, ita cõcederent. Qđ ſi quis ɔtẽderit verba il-

Numerus

lorũ aliud ſonare: profecto nihil autoritatis detractum erit ſummis philoſophis, q̃uis nõ credamus has indiuiſibiles vnitates aut numeros. ¶ Eadem ratione dico, ꝙ tres quantitates triũ lapidũ ſunt ternarius. Nec opus eſt aliã indiuiſibilẽ atq; in intelligibilem vnitatem ſuperadere. Et ad argumẽtum ꝙ ternarius, ⁊ quaternarius ſunt diſtincte ſpecies, ⁊ per cõſequens debet eſſe in quo-

cunq;

cunq; vna forma ſpecifica: rñdemus cum. S. Thoma. 8. met. lectiõe. 3. ꝙ vltima vnitas adueniens numero dat illi ſpẽm. Vltima inquaz ſcđm conſideratiõẽ intellectus .ſ. ꝙ vnitas addita binario, facit ternariũ: ⁊ addita ternario, facit quaternariũ. ¶ Ex hoc ſequitur ſenſus illiꝰ diuiſionis numeri. Alius eſt .n. numerus numerãs .ſ. aĩa vel eius cõceptꝰ: ⁊ aliꝰ numerus numeratꝰ / q̇ eſt in rebꝰ. Et hic ẽ duplex .ſ. formalis ⁊ materialis: formalis eſt vnitates, vt abſtracte ab hac, ⁊ illa materia: ⁊ materialis eſt tres hoĩes, tres lapides ⁊c. Vnde ternarij oẽs ſunt formaliter eiuſdem ſpẽi: licet materialiter ſpẽ differant. ¶ Contra hanc tñ expoſitionem videtur eſſe autoritas Ariſt. 5. met. tex. 19. vbi ait ꝙ ſex non ſunt bis tria: ſed ſemel ſex: vbi videtur negare ꝙ ſenarius ſit aggregatũ ex duobus ternarijs. ¶ Rñdetur ꝙ potius autoritas eſt pro nobis: nã dicit ꝙ ſenarius eſt ſemel ſex vnitates: ſed qñ dicit ꝙ ſex nõ eſt bis ter, loquitur de ſenario: vt diximus queſtione prima, inq̃tum eſt numerus ſuperficialis triangularis: nam tres binarij faciũt numerũ triangularẽ: ⁊ ideo ſunt ſicut figura numeri: ⁊ q2 figura non eſt ſubſtãtia rei: ſed accidens eius: ideo dixit ꝙ ſenarius nõ eſt ter duo. ¶ Vltimã autoritatem ſcio mihi obijciẽt oẽs thomiſte. 7. met. lectione. 13. vbi. S. Thomas ſupra textũ. 49. dicit ꝙ dualitas nõ eſt due vnitates: ſed aliqđ ex duabus vnitatibus compoſitũ. ¶ Rñdetur primo ꝙ S. Thomas nõ dicebat hoc ex propria opinione: ſed vt exponeret opininem Democriti quam illic impugnabat Ariſ. Et propterea ipſe ſe expoſuit. 8. met. vt modo citatum eſt. Et quando. S. Thomas id crediſſet, ꝙ numerus eſt res ſimplex diſtincta a rebus numeratis, nihil perdet autoritatis, licet rem tam parui momenti non credamus.

Subſtantia ſine q̃ntitate.

¶ Supereſt ad argumenta principalia reſpondere. Ad primum negatur ſuperflue poni quantitatem diſtinctam. Imo eſt neceſſariũ ad illud officiũ vt extendat partes ſubſtãtie in loco: q2 nõ poſſumus rem corpoream ab incorporea aliter diſtinguere: niſi q2 corporea eſt capax quantitatis: incorporea vero non. Vñ Augu. quinto de tri. lib. 5. cap. 10. in his que magnitudinis participatione magne ſunt, aliud eſt magnitudo, aliud ꝙ ab ea magnitudine magnum eſt. Et prorſus non hoc eſt magnitudo, quod eſt magna domus. Et q̃uis ſint qui non admittãt ſubſtantiã per Dei omnipotentiã ſeruari ſine quãtitate (vt ſcđo ſent. d. 18. refert Capreolus) Nihilominus admittitur caſus. Hoc tamen admiſſo dicit Paulus venetus. 5. meta. (quem multi ſequuntur) ꝙ omnes partes ſubſtãtie fluerent ad punctũ mediũ. At tamen ſalua autoritate grauiſſimi philoſophi, certe illud eſt falſum: nã res corporea, nec mouetur, nec agit, nec patitur: niſi ratione quãtitatis. Et ideo ſubſtantia remota quãtitate, eſt oĩno immobilis quocunq; genere motus, quare partes nõ fluerẽt ad punctũ: eo vel maxime, ꝙ ſi ad imaginationem daretur corpus infinitum nõ poſſet ſignari punctũ mediũ ad quod partes fluerẽt. ¶ Rñdetur ergo, ꝙ partes tunc manebunt in eodẽ ſitu quo antea erãt. Sed inde nõ ſequitur quantitatem eſſe ſuperfluam: q2 nos loquimur ſecundũ naturas rerũ, cui nõ repugnat Deũ per miraculum ſupplere vicẽ quãtitatis: ſicut nõ ſequitur, Deus põt ſine ſole mũduz miraculoſe illuminare: ergo ſuperuacaneus eſt ſol. Itaq; q̃uis quãtitas ſit naturalis ratio extendẽdi partes, ⁊ ponẽdi eas in loco: ammota vero ſuper naturaliter quantitate manebũt in eodẽ loco, ⁊ ſitu ſicut antea nõ tamen occupabant locum: imo poterit in eodẽ loco penetratiue ſe habere cũ illa ſubſtãtia aliud quantum. Nec tñ illa ſubſtantia poterit agere quidq̃ aut pati, aut diuidi naturaliter, niſi a ſolo Deo per miraculum: potius q̃ corpus Chriſti in ſacramento altaris. ¶ Sed circa materiam confirmationis profecto dubium eſt. Vtrum partes in-

Partes ſubſtãtie.

tegrales ſubſtãtie vniantur formaliter per quantitatez. Integrales inquam, quia eſſentiales non vniuntur per quantitatem: ſed forma ſeipſa immediate vnitur materie tanquam proprius actus proprie potentie. Sed dubium eſt vtrum caput vniatur collo, ⁊ collum pectori formaliter per quantitatem. Quod quamuis hactenus apud reales in queſtionem non viderim reuocatum: ſed omnes videantur ſupponere partem affirmatiuam, poteſt tñ eſſe dubium. Primo: q2 non videtur ꝙ partes ſubſtantie vniantur per aliud ſed per ſe ipſas. Et preterea quia Ariſto. nunquam videtur hoc attribuiſſe quantitati: ſed ſolum dicit hic ꝙ partes corporis de predicamento quantitatis vniuntur per ſuperficiees, ſicut ſuperficies per lineas: non tamen dicit ꝙ partes ſubſtantie vniantur per quantitatem. ¶ Item quia videtur poſſe Deum ſupnaturaliter facere: vt forma equi vniatur materie ſine quantitate, ⁊ tñ ꝙ habeat caput ⁊ pedes, ⁊ manus. Sicut Durandus. 4. d. 10. q. ſecunda opinetur ꝙ in ſacramento altaris ſit corpus Chriſti ſine propria q̃titate: quod licet non credam verum eſſe de facto, videtur tñ eſſe poſſibile. Et tñ ſi partes integrales formaliter vnirentur per quantitatẽ, videtur ꝙ nec ſupernaturaliter poſſint vniri ſine illa: põt .n. Deus ſupplere vicẽ cauſe efficiẽtis, nõ tñ formalis: vt licet poſſit ſine igne calefacere, non tñ põt facere ꝙ paries ſit albus ſine albedine. Et ſic certe vr̃ ꝙ partes ſubſtãtie licet extẽdantur per quãtitatẽ non tñ vniãtur. Et ſcđm hoc rñderemus ad confirmationẽ ꝙ ſecluſa quãtitate partes ſubſtantie manerẽt entitatiue ⁊ ſubſtantialiter per ſeipſas vnite: ⁊ illa ſubſtantia eſſet vna trãſcendentaliter, nihilominus naturaliter nõ eſſet diuiſibilis: q2 diuiſio naturaliter nõ fit niſi per quantitatẽ vt habetur. 1. phiſi. tex. 18. At q̃uis cõcederetur ꝙ partes ſubſtãtie entitatiue vniũtur ſine quantitate, non tñ poſſent naturaliter habere aliquã figurã, nec aliquod prorſus accidẽs corporale (niſi de potentia Dei abſoluta) q2 hec oĩa cõueniũt ſubſtãtie rõne quantitatis. ¶ At tamen tenẽdo cõem opinionẽ realiũ: ꝙ videlicet partes ſubſtãtie formaliter vniũtur per quãtitatẽ: tũc forte negãdus eſſet caſus argumẽti, videlicet ꝙ poſſet Deus cõſeruare ſubſtantiã ſine quãtitate. Sicuti iã mõ negaturi ſumus ꝙ poſſit Deus ſeparare oĩa puncta a linea: vtpote q2 tũc ſequeretur, lineã eſſe diuiſam in oẽm ſuã partẽ quod implicat contradictionẽ. Et idem ſequeretur de ſubſtãtia: q2 certe vt dicebamus effectũ cauſe formalis Deus nõ põt ſupplere. ¶ Poteſt nihilominus illo dato rñderi ꝙ nõ eſt tam formalis effectꝰ quantitatis vnire partes ſubſtãtie q̃ albedinis, dealbare, aut q̃ puncti vnire partes linee: ſed eſt quodãmodo effectus extrinſecus. Vñ quẽadmodũ partes ſubſtantie põt Deus ſupnaturaliter ſeruare extẽſas ⁊ figuratas q̃uis naturaliter iſti ſint effectus formales quodãmodo quãtitatis: ita q̃uis ſit effectus quantitatis vnire partes ſubſtãtie: poſſunt nihilominus manere vnite ſupernaturaliter ſine quãtitate. Naturaliter vero quodcũq; agens corrũperet quantitatẽ, corrũperet ſubinde ſubſtantiã. ¶ Ad ſcđm argũ rñdetur, ꝙ ſuſcipere cõtraria tanq̃ ſubm̃ qđ, hoc eſt propriũ ſubſtãtie: ſz tanq̃ ſubie-

Subm̃ quo.

ctum quo: vnũ accidens poteſt eſſe ſubiectum alterius, q2 qualitas recipitur in ſubſtãtia mediãte quãtitate, vt dicit. S. Th. 3. p. q. 77. ar. 1. ¶ Et q2 hoc, etiã illi qui concedũt quãtitatẽ diſtingui a re quãta, non credunt: libet hac rõne id explicare. Quãtitas eſt accidẽs ɔñs materiã) q2 rõ materialitatis cõſiſtit in hoc, ꝙ res ſit capax quãtitatis) qualitas vero conſequitur formã (nã diuerſas formas ſubſtantiales ſequũtur diuerſe qualitates) Hinc fit vt quẽadmodũ ſubſtãtia nihil agit, niſi mediãte accidẽte tanq̃ virtute agẽdi (vt ignis mediãte calore) ita ſubſtãtia nihil corporale patiatur, niſi mediãte quã-

 titate:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

titate: hac.n.rõe coꝛpꝰ Chꝛiſti in ſacramẽto, nec eſt alterabile, nec coꝛruptibile: qꝛ nõ eſt per modũ quãtitatis, ⁊ hoc eſt quantitatẽ eſſe ſubm̃ quo.i.rõe cuius ſubſtãtia recipit accidẽtia coꝛpoꝛea. Ut ſicut materia eſt pꝛimuȝ ſubm̃ reſpectu foꝛme ſubſtãtialis, ita quãtitas ſit ſubm̃ quo reſpectu alioꝝ accidẽtiũ. ¶ Hinc rurſus fit vt quẽadmodũ caloꝛ ſeparatꝰ tanq̃ ꝟtus ignis calefaceret, ita q̃titas in ſacramẽto altaris tanq̃ virtꝰ paſſiua ſubſtãtie ſubſtineat alia accidẽtia. Vñ certe coꝛroboꝛatur opinio ꝙ q̃titas ſit accidẽs diſtinctũ: nã alias debet cõcedi (vt cõcedit cõtraria opinio) oĩa accidẽtia illic ſũt ſeoꝛſum diſiũcta, vt puta coloꝛ a ſapoꝛe ⁊ ſapoꝛ a caloꝛe ⁊c. qđ certe eſt cõtra experiẽtiã. ¶ Itẽ ex hoc coꝛroboꝛatur argm̃ ſcđȝ ſupꝛa factũ, puta ꝙ ſunt illic plures q̃titates penetratiue ſe habẽtes in eodẽ loco, ⁊ nõ faciẽtes vnũ, ⁊ ideo nõ poſſet dari rõ, quare lignũ ⁊ lapis nõ poſſint ſe penetrare: niſi dicãt ꝙ ꝓter exiſtẽtiã accidẽtiũ ſine ſubiecto, eſt nouũ miraculũ ꝙ ſe penetrẽt quod pꝛofecto eſt mere gratis dictum: imo eſſet miraculũ ſi non manerent ſimul. ¶ Ad tertiũ varij ſunt modi rñdendi. Gregoꝛius 2.d.12.q.2. opinatur quantitatẽ adeo eſſe coeuã materie: vt nulla mutatiõe naturali coꝛrũpi poſſit. Itaq; nõ ſolũ in rarefactione cere vbi nulla ſubſtãtia noua accreſcit pꝛeterite: ſed neq; in argumẽtatione vbi addit̃ ſubſtãtia per nutritionẽ, neq; in gñatiõe vbi acquiritur noua foꝛma in eadẽ materia: acquiritur nec deperditur noua quãtitas: ſȝ illa antiqua extẽditur aut conſtringit̃. Hec tñ opinio eſt falſa: nã quecũq; ſubſtantia adducit ſecum ſua pꝛopꝛia accidẽtia: ⁊ ideo in augmẽtatiõe aĩalis, neceſſe eſt dicere ꝙ additur noua q̃titas pꝛeterite. Et in generatiõe coꝛrũpitur tota q̃titas pꝛeterita et acquiritur noua: qꝛ quãtitas eſt accidẽs totius ſuppoſiti: quo coꝛrupto neceſſe eſt, ⁊ eius accidentia coꝛrũpi. Scotus in.4.d.12.q.4. Quãuis vtrãq; ꝑtẽ ſub dubio relinquat vr̃ tñ tanq̃ pꝛobabile opinari per contrariũ extremũ ꝙ nõ ſolũ in gñatione aut augmẽto viuẽtis: ſȝ etiã in rarefactione acquiritur noua pars quãtitatis: qꝛ rarefactio ⁊ condenſatio ſunt motus contrarij, ⁊ per ꝯñs trĩ: puta maioꝛ vel minoꝛ q̃titas debẽt eſſe contrarij: qđ fieri nõ poſſet niſi q̃titas maioꝛ eſſet alia a q̃titate minoꝛi. At vero. S. Thomas medio mõ incedit.ſ. ꝙ in gñatione tota q̃titas coꝛrupti perdit̃: ⁊ tota geniti acquiritur. Et in augmẽtatione acquirit̃ noua pars q̃titatis, ſicut noua pars ſubſtãtie: qꝛ accidẽs ſequitur mutationẽ ſubiecti. Sed tñ in rarefactiõe ⁊ cõdenſatiõe, ſicut nec acquiritur, nec deperditur ſubſtãtia: ita neq; q̃titas: vt habetur.1.2.q.52.art.2.ad pꝛimũ. Et ſcđa ſcđe.q.24.art.5.ad pꝛimũ. Et certe hec vr̃ eſſe ſentẽtia Ariſ. 4.phi.tex.84. vbi dicit rarefactionẽ fieri ſine alicuius rei acquiſitione pꝛeter q̃ ꝙ eadẽ materia maioꝛem occupat locũ. ¶ Ad quartũ cõceditur oẽs ſpẽs q̃titatis eſſe per ſe diuiſas ⁊ punctũ a partibꝰ linee. Vñ ad pꝛimã impugnationẽ rñdetur ꝙ punctũ nõ eſt neceſſe habere ſubm̃ adequatũ indiuiſibile ſicuti ipſum eſt: qꝛ pũctũ non eſt per ſe pꝛimo in ſubſtãtia: ſed rõne linee, ⁊ linea rõne ſupꝭficiei, ⁊ ſuperficies rõne coꝛpoꝛis. Vñ coꝛpꝰ eſt in ſubſtantia tanq̃ in ſubiecto adequato, relique vero ſpẽs ſunt in ſubſtantia quodãmodo inadequate. ¶ Ad ſcđam impugnationem cõceditur ꝙ per diuiſionẽ cõtinui pꝛoducũtur noua puncta ⁊ linee ⁊ ſuperficies: nã diuiſo baculo, ſuperficies ille due terminãtes partes, vbi facta fuit diuiſio, nõ erãt ante diuiſionẽ immediate: qꝛ due ſupꝭficies non poſſunt eſſe immediate, ſicut nec duo pũcta: vt ait Ariſ.4.phi. tex.90. Nec ſuperficies q̃ continuabat illas partes potuit diuidi in duas: cũ eſſet indiuiſibilis ſcđm pꝛofunditatem. Quare ille ſuperficies non erãt actu: ſed facte ſunt actu per diuiſionẽ. Eadẽ rõne ſi partes ille reunirẽtur, iterum coꝛrũpꝫerent̃ ille due ſuperficies, ⁊ pꝛoduceretur vna noua cõtinuãs. ¶ Quod ſi quis arguat Ariſtotelẽ 3.met.tex.17. dicere ꝙ puncta ⁊ linee ⁊ ſuperficies nõ generantur, nec coꝛrũpuntur. Rñdetur, ꝙ nihil aliud illic vult, niſi ꝙ huiuſmodi dimẽſiones nõ ſunt ſubſtãtie: ſed accidẽtia: ⁊ ideo non gñantur ſimpliciter, ſicut nec reliqua accidẽtia: ſed cõgenerantur ⁊ coꝛrũpuntur ad gñationẽ ſubſtãtie. Quod eſt dicere: ſicut per diuiſionẽ non pꝛoducunt̃ ſimpliciter duo: ſed partes que potẽtia erãt duo, fiunt actu duo, ita ſupꝭficies fiunt actu que erant in potẽtia in ꝯtinuo. ¶ Ad tertiã impugnationẽ negatur per aliquã potentiã poſſe ſeparari oĩa puncta linee, aut oẽs lineas ſupꝭficiei: qꝛ ſequeretur cõtinuũ eſſe diuiſum in omnes ſuas partes: quod implicat contradictionem. ¶ Quinto argumento eiuſq; cõfirmationi, iam ſuas cõceſſimus concluſiones.

Rarefactio.

¶ De his, quæ ad aliquid. Cap. 7.

EA vero dicuntur ad aliquid, quæ id, quod ſunt aliorũ eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicũtur, veluti duplum, id, quod eſt cuiuſpiã dicitur, duplum enim alicuius ſcilicet: & maius id, quod eſt, alio dicitur maius: aliquo namq; maius dicitur: ſimiliter & cætera: quæ iſtiuſmodi ſunt. *Sunt & hæc etiam* ex hiſce, quæ ad aliquid ſunt: vt habitus, diſpoſitio, ſciẽtia, atq; poſitio: omnia enim hæc id quod ſunt aliorũ eſſe, aut ad aliud aliquo alio modo dicũtur: & nõ aliud quidq̃. Habitus enim cuiuſpiã habitus, & ſcientia alicuius ſciẽtia, & poſitio alicuius poſitio dicit̃ eſſe, cæteraq; ſimili modo. Ea igitur ſunt ad aliquid, quæ id, quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliqd aliquo alio modo dicuntur: ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. *Simile* quoq; cuipiã ſimile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodẽ modo dicuntur. Sunt autem & recubatio, & ſtatio, & ſeſsio, poſitiones quædam: poſitiones vero ad aliquid ſunt. Recubare autem, aut ſtare, aut ſedere, poſitiones non ſunt: ſed a dictis poſitionibus denominatiue dicuntur. Tex.2. ¶ Eſt autem & cõtrarietas in hiſce, quæq; ad aliquid ſunt: virtus namq; vitio contrariũ eſt, quorũ vtrunq; ad aliquid eſt: & ignorationi ſciẽtia. Non tamen vniuerſis cõtrarietas ineſt: duplo namq; & dimidio, & ſimilibus, contrarium eſt nihil. Tex.3. ¶ Videntur etiã ea, quæ ſunt ad aliquid, & gradus ſuſcipere, vt magis, minuſue talia ſint: ſimile namq; & magis, & minus dicitur ſimile, & diſsimile, & equale, & inequale ſimiliter: quorũ vtraq; ad aliqd ſũt, Quippe cũ ſimile cuidã ſimile, & diſſimile cuidam diſsimile, & inequale cuidã inequale dicat̃. Non vniuerſa tamen hant ſubeunt legẽ: duplum enim non magis, minuſue dicit̃ duplum, neq; qdq̃ talium vllum. Tex.4. ¶ Atqui vniuerſa, quæ ſunt ad aliquid, ad ea dicunt̃, quæ cõuertunt̃: ſeruus enim heri dicitur ſeruus, & herus ſerui dicitur herus: & duplũ dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium dicitur: & in cæteris ſimili modo: quanq̃ interdum dictio caſu differt. Sciẽtia enim ſcibilis ſcientia, & ſcibile ſcientia ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile dicitur.

dicitur. ¶ Verum interdum conuerſio fieri non videbitur, ſi ad id ad quod dicitur, non accommodate fuerit aſſignatum, ſed qui aſſignat errauerit: veluti ſi ala auis fuerit aſſignata, nõ cõuertitur auis ale: non enim primo accõmodate eſt aſſignata ala auis: nam nõ hoc ala ipſiꝰ dicitur, quod eſt auis, ſed quo eſt ales: complurium enim & aliorum ale ſunt, quæ aues non eſſe cõſtat. Quare ſi accõmodate fuerit aſſignata fiet cõuerſio ſane: veluti ala alitis ala, & ales ala eſt ales. ¶ Atqui interdum & nomẽ facere neceſſe eſt ſi poſitũ nomen ad quod accõmodata fuerit aſſignatio, nõ ſit: ceu ſi clauus nauigij aſſignabitur, nõ accommodata ſit aſſignatio, nõ enim eo clauꝰ ipſius dicitur, quo nauigiũ eſt, ſunt enim nauigia, quorum claui nõ ſunt. Sed forſitam accõmodatior aſſignatio fuerit, ſi clauus clauati clauꝰ, aut aliquo alio ſimili modo dicatur, non enim poſitum nomẽ eſt. Atq; conuertitur, ſi accõmodata fuerit aſſignatio: clauatum.n. clauo eſt clauatum. Idem fuerit & in cæteris modus: veluti caput accõmodatius fuit aſſignatũ, ſi capiti caput, quam ſi animalis eſſe dixerimus: nõ enim eo caput habet, quo animal eſt: complura namq; animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillime quippiam eorũ nomina ſumet, quibus nomina poſita non ſunt, ſi a propoſitis primũ vocibus etiam his imponat nomina, quæ cũ primis cõuertũtur: vt in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & a clauo clauatum aſſignabatur. ¶ Vniuerſa igitur ea quæ ſunt ad aliquid, ſi accommodate quis reddat, ad ea ſane dicuntur quæ conuertuntur.

¶ Nam ſi ad quoduis vnumquodq;: & non ad id ad quod dicitur aſſignetur, non fit ſane conuerſio: neq; enim quicquam eorum, quæ ſine cõtrouerſia ad ea dicuntur quæ conuertuntur, nomenq; habent, conuertitur: ſi non ad id quod dicitur, ſed ad accidentium aliquid aſſignetur. Veluti ſi ſeruus non heri, ſed hominis, aut bipedis, aut cuiuſpiam ſimilium fuerit aſſignatus, non fuerit ſane cõuerſio: non.n. accõmodata eſt aſſignatio. ¶ Præterea ſi accõmodate ad id quod dicitur fuerit aſſignatum, ſublatis quidem cæteris omnibus quæ ſunt accidentia, relicto aũt eo ſolo ad quod eſt aſſignatum accõmodate, ad illud ſane dicetur: ceu ſi ſeruus ad herum dicatur, ſublatis quidẽ cæteris vniuerſis quę accidunt hero, bipede inquã, ſcientiæ ſuſceptiuo, hac homine: relicto autem tãtummodo hero, ſeruus ad ipſum ſemper dicetur: ſeruus enim heri dicitur ſeruus. Quod ſi non accõmodate ad id, ad quod tãdem dicitur, fuerit aſſignatũ, cæteris quidem ſublatis, eo vero ſolo relicto ad quod eſt aſſignatum, nõ ad ipſum ſane dicetur. Aſſignatus enim ſit ſeruus hominis, alaq; auis: atq; ab homine herꝰ auferatur, nũ ad hominẽ ſane ſeruus dicetur. Nam cũ herus nõ ſit, neq; ſeruus eſt ſane. Similiter & ab aui ales auferatur, non vlterius ala profecto ad aliquid erit: ſi enim ales non ſit, neq; erit ala cuiuſquã. Quare quodq; aſſignetur ad id, ad quod tandẽ dicitur accõmodate, oportet. Atq; ſi ſit quidem poſſitũ nomen, facilis aſſignatio fit, ſin vero non ſit, nomina fortaſſe ponãtur neceſſe eſt. Quod ſi hoc aſſignentur modo, ea quæ ad aliquid ſunt, vniuerſa ad ea ſane dicẽtur quæ conuertuntur, vt patet.

T.5. ¶ At vero ea quæ ſunt ad aliquid, ſimul natura eſſe videntur: atq; in plurimis quidẽ vera eſt hæc ſententia, in quibuſdam autem vera nõ eſt. Simul enim duplum eſt & dimidium: & ſi eſt dimidiũ, duplum eſt, & cõtra: & ſi ſeruus eſt, herus eſt etiam: ſimiliter & in cæteris. Quin & mutuo hæc interimunt ſeſe. Nam ſi duplum nõ eſt, dimidium non erit: & ſi dimidiũ non eſt, duplũ non erit. Idẽ eſt & in cæteris modus, quæ rationis ſunt ſimilis. ¶ Non tamen in vniuerſis quæ ſunt ad aliquid, verũ hoc eſſe videtur, ſimul in quã natura vt ſint: ſcibile namq; ſciẽtia prius eſſe videbitur. Plerũq; enim rerum quæ antea ſunt, ſcientias nos accipimus: in paucis enim, aut nulla in re prorſus, ſcientiam fieri quiſpiam cũ ſcibili ſimul videbit. Præterea ſi ſcibile tollatur, tollitur & ſcientia: ſciẽtia vero ſi tollatur, non tollitur ſcibile. Nam ſi ſcibile nõ ſit, ſciẽtia nõ eſt: nullius enim prorſus ſciẽtia erit. Scientia vero etiam ſi non ſit, ſcibile eſſe nil prohibet: quadrationis.n. circuli & ſi ſcibilis eſt, ſciẽtia quidem nondũ eſſe videtur: eſt autem ſcibilis ipſa. Præterea animali ſublato, ſciẽtia quidem animalis non erit, cum complura interim quæ ſcibilia ſint animalium exiſtant. ¶ Sic & in ſenſu res ſeſe habere videtur: ſenſibile.n. antecedere ſenſum videtur: ſi ſenſibile namq; tollatur, tollitur & ſenſus: at ipſum ſi ſenſus auferatur, non tollitur. Senſus enim circa corpus & in corpore ſunt: itaq; ſenſibili ſublato, corpus e medio tollitur: eſt enim & ipſum corpus ſenſibile: ſi corpus vero non ſit, etiam ſenſus aufertur. Quare fit, vt ſecum ſenſibile ſenſum auferat. At ſenſus ſecum ſenſibile non tollit: nam ſi animal tollatur, tollitur quidem ſenſus, ſenſibile vero non tollitur. Eſt enim ſenſibile corpus: vt calidum, frigidum dulce, amarũ, & cætera oĩa quæ ſunt ſimilis generis. Præterea ſenſus quidem cũ ſenſitiuo ſimul emergit: nam vna cum animali, & ipſe ſenſus efficitur. Senſibile autem eſt & antea quam ſenſus ſit ortus: eſt enim ignis, & aqua cæteraq; talia, e quibꝰ animal cõſtat & antea quã ſit omnino animal aut ſenſus: quare ſenſibile prius ipſo ſenſu videbitur eſſe.

T.6. ¶ Exiſtit autẽ hoc loco dubitatio quædam, vtrum nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid, quẽadmodum & videtur: an hoc in aliquibus ſubſtãtiis ſecundis contingat: in primis namq; ſubſtantiis verũ eſt. Nã neq; tota, neq; partes ad aliquid ſane dicũtur, quidã enim homo nõ dicitur cuiuſdã quidam homo, neq; quidã equus cuiuſdã quidã equus. Et itidem in partibus, quædã enim manꝰ non cuiuſdam quædam manus, ſed cuiuſdam dicitur manus: & quoddã caput, non cuiuſdã quoddam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dam caput, ſed cuiuſdam dicitur caput. Eadē & in pluribus ſecūdis ſubſtātiis dici poſſunt: homo namqꝫ nō cuiuſdā dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, ſed alicuius poſſeſſio dicitur. Talia igitur patet nō ad aliquid eſſe. In quibuſdā autem ſecundarum ſubſtantiarū eſt dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus: & vnūquodqꝫ tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid eſſe.

T.7. ¶Si igitur eorum quæ ſunt ad aliquid, definitio eſt aſſignata: aut omnino eſt difficile aut impopoſſibile, nullā ſubſtantiā ad aliquid eſſe oſtendere: ſin vero non ſufficienter eſt aſſignata, ſed ea ſunt ad aliquid quorū eſſe idem eſt ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſeſe habere, fortaſſe ad hæc aliquid dici poteſt.

Tex.8. ¶Prior autē definitio ſequitur quidē ea, quæ ſunt ad aliquid, omnia: non tamen idem eſt, propterea quod ipſorū ad aliqd eſſe, eſt id quod ſunt aliorū eſſe dici. Ex his igitur patet, ſi quiſpiā aliquid eorū quæ ſunt ad aliquid, definite ſcit, ſimul id quod ad illud dicitur definite ſciet. Hoc autem patet quidē ex his ipſis. Nam ſi ſcit quiſpiā hoc aliquid eſſe, eſt autem eorum quæ ſunt ad aliquid eſſe, idem ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſeſe habere: & illud profecto ſciet, ad q̄d hoc aliquo modo ſe habet. Si enim neſcit omnino id, ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neqꝫ ſi ad aliquid hoc modo ſe habet ſciet. Patet autē & ex ſingulis: nam ſi quiſpiam hoc ſcit definite duplum eſſe, & id cuius duplum eſt cōtinuo definite ſciet. Nam ſi nullus definite duplū ſcit illud eſſe, neqꝫ ſi eſt duplum omnino ſcit: ſimiliter & hoc ſi ſcit præſtabilius eſſe, & quo præſtabilius eſt definite ob hæc eadem ipſum ſcire neceſſe eſt. Nec indefinite ſciet, hoc præſtabilius eſſe deteriore: hæc .n. opinatio eſt, non ſcientia. Non enim exacte iam deteriore præſtabilius eſſe ſciet: nā ſi forte ſic accidat, nihil eſt deterius ipſo. Quare patet neceſſariū eſſe, vt quidquid eorum quæ ſunt ad aliquid quiſpiam definite ſciat, & id ſdētidem ad quod illud dicitur vt ſciat. Tex.9. ¶Fit autem vt caput & manus, & quæcunqꝫ talium quæ ſubſtātiæ ſunt, id quod eſt ipſum definite ſciatur: at nō fit neceſſario, vt id ad quod difinite ſciatur. Cuiꝰ .n. hoc caput, aut cuiꝰ eſt manus, nō fit vt definite ſciatur. Quare hæc nō ad aliquid erūt. Quod ſi hæc nō ſunt ad aliquid, vere dicere licet, nullā ſubſtātiā ad aliquid eſſe. Difficile aūt eſt fortaſſe, de talibus vehemēter aſſerere cū, qui nō perſepe cogitationem in his poſuerit: circa tamen vnum quodqꝫ ipſorum non eſt inutile dubitaſſe.

Ad aliqd. AD aliquid Zeno aliiqꝫ Platone antiquiores philoſophi (vt ex Alexādro refert Albertus) non cenſebant predicamentum eſſe diſtinctum ab aliis, ſed eſſe omnibus permiſtū tanq̄ cōem omnium cōditionē ⁊ proprietatē. Vt .n. omnibus predicamentis cōe eſt habere genus aut ſpēm, ita ⁊ referri: nam in predicamēto ſubſtantie ſecūda ſubſtātia dicitur reſpectu prime: ⁊ in predicamēto q̄titatis eſt magnū ⁊ paruū: ⁊ in predicamento qualitatis ſimile et diſſimile. At vero Plato primus docuit hoc eſſe ſpeciale genus entis: ita vt quēadmodū in rebꝰ aliud eſt eſſe quid, aliud quantū, aliud quale, ita ſit ſpecialis rō entis eſſe ad aliquid. Cui ſubinde, cū antea habitudo hec relatio appellaretur, nomen primus impoſuit /ad aliquid. Horum rationē queſtione prima expoſituri ſumus. ¶Attamen circa ordinē heſitare quis merito pōt, cur predicamētum hoc fuerit quātitatis predicamēto ante poſitū: cū ordo naturalis rerū poſtulabat, vt accidētia abſoluta precederent relatiuū: ſi quidē relatio ois in rebus abſolutis fundetur: et res ois prius natura in ſe ſit q̄ referatur vnde. 5. phiſi. tex. 10. relatio nō producitur per ſe: ſed cōproducitur ad productionem alicuius abſoluti. Ordo. ¶Et ſecundo q2 relatio inter entia realia minime eſt entitatis, vt ait Comentator. 12. meta. co. 19. q2 nō habet eſſe fixum, ſed pendēs a termino: pōt .n. res quecunqꝫ in ſe eſſe ſubſtātia, ⁊ quanta, ⁊ qualis: ſimilis vero aut maior aut minor nō, niſi poſito termino ad quē referatur. ¶Et poſtremo q2 in quinto meta. vbi Ariſt. ordinē naturalē rerum cōſiderauit, predicamēto /ad aliquid/ predicamentum pretulit qualitatis. ¶Boetius ⁊ Ammonius aliā cauſam huius ordinis nullā aſſignant, niſi ꝙ in predicamento quātitatis factus eſt ſermo de magno ⁊ paruo que dicuntur /ad aliquid/ ⁊ hac de cauſa ne diutius protraheretur cognitio relatiuorū, ſtatim appoſita ſunt predicamēto quātitatis. Sed certe hec non erat tanta neceſſitas, que cogere naturalē ordinē peruertere. ¶Et ideo iuditio meo forte dicendū eſt, vt cap. ſuperiori dicebamus, ꝙ hic nō ſeruat Ariſt. ordinē nature, aut perfectionis rerum, ſed ordinē quo cetera predicamēta predicātur de ſubſtantia (q2 tractatur: hic Logice de predicamētis nō ſcdm ordinē eſſendi, ſꝫ ſcdm ordinē predicādi) ⁊ de ſubſtātia poſt quātitatem prius predicatur eſſe ad aliud, q̄ eſſe quale: nā ſtatim cōſiderata ſubſtātia quāta, ſecluſa quacūqꝫ alia qualitate, mēſuratur quantitate, et eſt dupla ad ſuam medietatem ⁊ tripla ad ſuam tertiam, ⁊ habet ſurſum, deorſum ⁊c. que omnia dicunt relationem. Diuiſio. ¶Atqui caput preſens in tria diuiditur membra. In primo, qui vnicus eſt textus conſtituitur et explicatur diffinitio huius predicamenti que tempore Ariſt. circumferebatur inter dialecticos. In ſecundo exponuntur quatuor eius proprietates: quod propterea in quatuor ſecuimꝰ textus. In poſtremo vero, quod quatuor item textus habet, terminatur dubitatio de partibus ſubſtantie, an ſint ad aliquid: atqꝫ adeo cōcluditur exacta diffinitio eorum que ſunt ad aliquid ſecūdum propriam ſententiam Ariſto. Quo fit vt totum caput per nouem textus ſit diſtributum.

¶Ea (inquit) dicuntur ad aliquid, quæ id quod ſunt, aliorum eſſe dicūtur, aut ad aliquid aliquo modo. Diffinitio Traſlatio Boetij ſic habet. Ad aliquid talia dicuntur, quecunqꝫ hoc ipſum quod ſunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Atqui Albertus Paulus et alij in ſingulis verbis myſteria ſcrutantur. Vt talia/ et/ quecunqꝫ/ conſulto exiſtimēt eſſe poſita ad denotandum ꝙ cuiuſcunqꝫ relationis fundamentum eſt accidens (quod exprimitur per ly/ talia) tamen primum ſubiectum eſt ſubſtantia (quod per ly/ quecunqꝫ deſignatur.) At vero grece non eſt illud verbum/ talia: nec ſunt plura verba q̄ Argiropyli habet traductio. Nec cenſeo quicq̄ illic latere myſterij. ¶Aiunt preterea et Boetius, et Ammonius dictū eſſe pluraliter quecunqꝫ/ et/ dicuntur/ ad ſignificandū ꝙ vna res ſingulariter nō dicitur ad ſe relatiue (ſicuti vna res poteſt eſſe qualis

lis et quāta) ſed relatio ſemper eſt inter duo extrema: puta fundamentū ⁊ terminū. Attamen q̄uis tantorū hominū expoſitio cōtemnenda non ſit, nihilominus verbū hoc plurale nō videtur deſignare duo extrema eiuſdem relationis: alias dictū eſſe potius. Ad aliquid ea dicūtur quorū eſſe vnius eſt ad alterū. Et ideo forte plurale Sēſus dif. accipitur loco ſingularis (qui frequens eſt mos Ariſt.) vt ſit ſenſus. Ad aliquid dicitur illa res, cuiꝰ eſſe, alteriꝰ dicitur aut ad aliquid alio modo refertur: terminus .n. relationis exprimitur (credo) per nomē oblicū potius q̄ nomine plurali includatur. Niſi ad bonum ſenſum intelligas, quecunqꝫ aliorum ſunt, ideſt quecunqꝫ ſic inuicē ſe habēt vt vnū eorum ſit ad alterum. ¶Vexantur hic expoſitores ꝙ idem diffiniatur per idem, ſcilicet ad aliquid dicitur id cuius eſſe ad aliquid dicitur. Sed tamē omnes mihi apparent in equiuoco laborare: nam /ad aliquid/ in diffinitione non accipitur loco vnius nominis, ſicuti eſt diffinitū, neqꝫ eſt relatiuum: ſed eſt ly/ aliquid traſcendens: ac ſi dixiſſet cuius eſſe dicitur ad aliquod ens, vt exprimatur terminus relationis. Potuiſſet .n. dicere cuiꝰ eſſe eſt ad aliud/ niſi qđ eſt aliqua relatio eiuſdem ad ſeipſum, conſideratū vt duo vt identitas. ¶Nominales more ſuo diffinitionē hanc contendūt etiā terminis accōmodare: dicentes ꝙ relatio accipitur prime intētionaliter pro rebus, ⁊ ſecūde intētionaliter pro terminis, vt iſti termini pater ⁊ filius/ ſint relationes. At vero abuſus eſt terminos appellare relationes: nō .n. eſſe horū terminorū eſt eſſe ad aliud: ſed id qđ in re eſt eſſe patrē, hoc eſt eſſe aliud: termini vero dicūtur nomina relatiua, ideſt nomina ſignificātia relationes. Et ideo diffinitio Ariſto. ſolum conuenit rebus: ſed termini ſunt in hoc predicamento tanq̄ ſigna relationum. ¶Sed eſt preterea hic adnotandum ad diffinitionis et exemplorum intelligentiam, ꝙ terminus relationis aliquando exprimitur ſola reflexione obliqui caſus: aut genitiui, aut datiui, aut ablatiui: aliquando vero per accuſatiuum cum prepoſitione: mons enim dicitur magnus cuius terminus non poteſt exprimi niſi cum prepoſitione accuſatiui: eſt enim magnus ad paruum, ideſt reſpectu parui: et ideo dicitur aliorū vel ad aliud aliquo modo. Item reflexione obliqui dupliciter, aut ꝙ ſimili obliquo referantur ambo extrema: vt pater eſt filij pater, et filiꝰ patris filius: et ſimile eſt alteri ſimile et alterūm huic: et maius eſt minore maius, ⁊ minus maiore minus. Aut diſſimili, vt ſcientia eſt rei ſcibilis ſcientia, ſcibile vero nō eſt ſcientie ſcibile, ſed ſciētia ſcibile. De quibus omnibꝰ ſubdit Ariſt. exēpla. Veluti duplū/ ſubdupli eſt duplū: ſubduplū/ dupli ſubduplū. Apud grecos genitiuus eſt pro ablatiuo: ⁊ ideo tantū valet/ ſubdupli duplū/ ac ſi dicas ſubduplo duplū: conſtruitur enim duplū cum ablatiuo, ſicut maius et minus. Latini vero dicunt hoc eſſe duplū ad illud. ¶Subiungit Ariſt. Sunt et hec etiā ad aliquid, habitus diſpoſitio ⁊c. Vbi (dum hoc queſtione prima latius exponimus) interim notandū eſt hāc diffinitionē non eſſe poſitam ab Ariſt. tanquā bonam et ex propria ſua ſententia: ſed eſt diffinitio que ſuo tempore circūferebatur: quā Boetius dicit fuiſſe Platonis. Et ideo in toto capite vſqꝫ ad textū ſeptimū multa dicit que non ſunt intelligenda tanquā a ſe approbata: ſed potiꝰ ſunt inducta ab illo (vt eggregie notauit Ammonius) tanq̄ inconuenientia que cōſequuntur ad hanc diffinitionē: quibus manifeſtet eius inſufficientiam atqꝫ adeo ſuā propriā concludat. Et inſufficiētia ſtat in verbo/ dicūtur/ quod Ariſt. mutat in verbū/ eſt/ ſtat enim vera ratio ad aliquid in hoc tota eius quiditas ſit eſſe ad aliud, (que appellantur relatiua ſecundum eſſe) vt tota quiditas huius quod eſt eſſe duplū, eſt eſſe ad ſubduplū: ſed tamē diffinitio poſita includit omnes res que dicūt reſpectū ad aliud, licet quiditas earū nō ſit eſſe ad aliud: q̄ propterea dicuntur relatiua ſecundum dici: vt habitus nō eſt relatiuum ſecundū eſſe quia quiditas eius nō eſt eſſe ad aliud: ſed eſt perfectio que nō poteſt exprimi niſi per reſpectū ad ſubiectū: eſt enim habitus perfectio rei habituabilis: ⁊ diſpoſitio, perfectio rei diſponibilis. Et ideo poſt exēplum eorū que vere ſunt ad aliquid (vt duplum et maius) ſubiungit. Sunt etiam, ideſt ſecundū poſitam diffinitionem dicuntur etiam ad aliquid (que tamen vere non ſunt ad aliquid) vt habitus et diſpoſitio que dicunt reſpectū ad ſubiectum (eſt enim habitus perfectio ſubiecti ad ſuum finē: vt virtus perfectio ſtudioſi ad agendū ſecundū rationem) ⁊ ſcientia (que dicit reſpectū ad obiectū) ⁊ poſitio que dicit habitudinē partiū in ordine ad locū: vt recubatio ſtatio ſeſſio ⁊c. Addit tū ꝙ quāuis abſtracta ſint relationes, tū concreta vt cubare ſeu cubās ſtans ⁊ ſedēs non ſunt relationes ſed ſubſtātie, que illis relationibus denominantur.

¶In textu ſecundo qui incipit. Eſt autem & contrarietas. Incipit ſecundum membrum, vbi ſtatuūtur quatuor proprietates huius predicamenti. Quarū prima eſt, ꝙ relatiuo aliquid eſt contrarium: vt virtus vitio: ſcientia ignorantie. 1. Proprietas. ¶Dubium eſſe hic ꝙ Ariſto. videtur ſibi contrarius: cum capite ſuperiori dixerit relatiuo nihil eſſe contrariū: niſi ex iam modo dictis diſſolueretur: non enim ex propria ſententia hanc aſſerit proprietatem: ſed ſecundū poſitam diffinitionē quam explicando impugnat. Et ideo non ponit exemplum niſi de relatiuo ſecundum dici: nam virtus et vitium/ ſcientia et ignorantia/ non ſunt relatiua ſecundum eſſe: ſed ſunt in predicamento qualitatis. Eſt tamen virtus, ſicuti habitus, relatiuū ſecundū dici, quia eſt qualitas ſecundum eſſe abſoluta: licet dicat ordinem ad ſubiectum: eſt enim virtus ſtudioſi habitus: et vitium, vitioſi vitium. ¶Subiungit tamen Ariſto. ꝙ hec proprietas non conuenit omnibus relatiuis: imo ⁊ intelligit ꝙ nullis vere relatiuis que ſunt relatiua ſecundum eſſe, aliquid eſt contrarium Duplo nihil eſt contrariū: nec ſimili, aliquid eſt contrarium: quia idem eſt ſimile ⁊ diſſimile reſpectu diuerſorum. ¶In tertio textu qui incipit. Videntur etiā ſubditur ſecunda proprietas, videlicet ꝙ relatiua vidētur ſuſcipere magis ⁊ minus: nam iſte due proprietates 2. Proprietas. vniuerſaliter ſe conſequūtur: quia per minorem mixtionem contrarij ſit intenſio: ⁊ per maiorē, remiſſio. Dato enim ſumme calido quod ſit. v. g. vt octo, calidū vt ſeptem eſt illi magis ſimile, q̄ calidum vt ſex. Item quadricubito tricubitum eſt magis equale q̄ bicubitum: ⁊ bicubitum, magis inequale. Subiungit Ariſto. ꝙ hec nō conuenit omnibus relatiuis: nam duplum non ſuſcipit magis et minus: tam duplus enim eſt quaternarius ad binarium, q̄ octonarius ad quaternarium. ¶In textu quarto qui incipit. Atqui vniuerſa. ſubſequitur tertia 3. Proprietas. proprietas que re vera proprietas eſt relatiuorum: videlicet. Relatiua conuertuntur. Quod Boetius vertit. Dicuntur ad conuertentiam. Vt ſeruus, heri eſt ſeruꝰ: et herus, ſerui eſt herus. ¶Dici ad conuertentiam (ne quis hic fallatur) non eſt ꝙ affirmatio vnius inferat alterius affirmationem: et econuerſo: vt ſi ſeruus eſt, herus eſt: hoc enim pertinet ad quartā proprietatem: que eſt relatiua ſimul eſſe natura. Dici ad cōuertētiā. Neqꝫ eſt ꝙ termini relatiui ſint cōuertibiles. Relatiua ꝗ̃ cōuerti eſt ꝙ vtrūqꝫ de ſeipſo predicet̃ cū alterius geminatiōe in obliquo exprimēte relationē: vt herꝰ eſt ſerui herus: et ſeruꝰ eſt heri ſeruꝰ. ¶Quo circa proprietas hec nihil aliud eſt q̄ explicatio quedā nature relatiuorum. Itaqꝫ ſicut homo ⁊ riſibile, ſunt termini conuertibiles: q2 ſi homo eſt riſibile eſt: ita ſeruꝰ, ⁊ heri ſeruus, herus/ ⁊ ſerui herus/ conuertūtur. Que poteſt etiam appellari reciprocatio. Significantius Argiropylus traduxit herus q̄ Boetius/ dominus:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nus: nam dominus non ſolum dicitur reſpectu ſerui, ſed reſpectu dominij quarumcunq; rerum: vt eſt illud Vergilij Romanos rerum dominos. Eſt etiam nomen honoris: quod grece dicitur / Cyrios. Sed tamen / diſpotes quod hic eſt grece, latine eſt / herus / qui ſolum dicit reſpectum ad ſeruum. ¶ Sunt autem in hoc textu (qui longiuſculus eſt) particule quinq;. In prima vt viſum eſt conſtituit proprietatem. In ſecunda que incipit. Verū tamen ⁊c. incipit exponere dictam proprietatem. Ait enim ꝙ vt relatiua dicantur ad conuertentiam et reciprocationem, neceſſe eſt apte fieri nominum accōmodationem. Si enim quis dicat / ala et auis / eſſe relatiua, fallitur: quia non dicuntur ad conuertentiam: nam habere alam, ſuperius eſt q̄ eſſe auem. Unde licet ſequatur, ſi auis eſt, alas habet: non tamen vice verſa: nam ſcarabei et veſpe habent alas: que tamen animalia, non eſſe aues, monſtrat Ariſt. in libro de animalibus. Correlatiuū ergo ale eſt ales: nam ſcarabei aut veſpe non dicuntur alites. Et forte melius vertiſſet Argiropylus, vti Boetius, Ala alati ala, eſt namq; grece / pterotu / qđ eſt alati. Quo nomine ſignificantius promitur relatio ale: eſt enim ala, alati ala: ⁊ alatum ala alatum. Nec ita proprie dicere poſſumus ꝙ ales ſit ala ales: cum ales ſit nomen abſolutū: alatum vero eſt denominatiuū ab ala. ¶ At quia huiuſmodi fallacia in aſſignandis correlatiuis aliquando prouenit ex ignorantia denominatiui: vt in exemplo modo poſito: aliquādo vero ex inopia nominum que nō ſunt impoſita. Et ideo ſubiungit ſecūdi exemplum in tertia particula: que incipit. Atq; interdum. Ait enim ꝙ aliquando neceſſe eſt nomen facere vnius correlatiui ſecundum alterius vocem: quam greci vocant, onomatopoiam: vt ſi quis opinatur / clauus et nauigium / eſſe relatiua, decipietur: nam quāuis omnis clauus (qui eſt temo) ſit nauigij clauus, non tamen omne nauigium habet clauum: ſunt enim parue ſchafe que clauo non gubernātur. Boetius tranſtulit / remus / ſed tamen grece eſt / pedaliom / quod latine eſt clauus, ſeu temo, quo pupis gubernatur. Faciendum eſt ergo nomen denominatiuum a clauo: vt dicamus / clauus eſt clauati clauus: et clauatum, clauo clauatum. Eodem modo / caput ⁊ animal / non mutuo reciprocantur. Sunt enim animalia multa capite carentia: vt cancri, vermes cōchilia, et alia multa: ergo ſi volumus ad conuertentiam dicere, faciamus a capite / capitatum: eſt enim caput, capitati caput: et capitatum capite, capitatū. Et ita vniuerſaliter concludit Ariſt. ꝙ ſi ſecundum vocem abſtracti faciamus nomen concretum, in vniuerſum dicentur ad conuertentiam. ¶ Ex quo infert ad maiorem declarationem in quarta particula: que incipit. Nam ſi ad quoduis, infert inq̄, ꝙ ſi aſſignatio vnius relatiui fiat ad quoduis aliud nomen quod accidentaliter conuenit alteri correlatiuo, tunc non dicentur ad conuertentiam. Et intelligit accidere alteri, non ſolum illa que ſunt vere accidentia, ſed illa omnia que non ſunt de intellectu alterius correlatiui. V. g. herus eſt herus ⁊ eſt bipes et eſt homo: ſeruus tamen non dicitur ad conuertentiam niſi cum lȝ / herus: non enim ſequitur ꝙ ſi ſit ſeruus ſit bipedis aut hominis ſeruus: nec econuerſo ſequitur ꝙ ſi eſt homo eſt ſerui homo. ¶ Quod confirmat Ariſtot. tali ratione. Secluſis omnibus alijs ideſt dato per impoſſibile, herus nec eſſet ſuſceptiuus diſcipline, nec bipes neq; homo, dum modo eſſet herus, dicerētur ad conuertentiam ſeruus et herus. ¶ In quinta tandem et poſtrema particula que incipit. Quod ſi non accōmodate ⁊c. concludit canonem huius proprietatis: videlicet ꝙ ad aſſignandum proprium correlatiuum, aſſignandum eſt tale nomen, vt ſublatis ceteris omnibus illud conuertatur cum ſuo correlatiuo: illo tamen dempto, nulla ſit conuertentia: vt in exemplis factum eſt manifeſtum.

Onomatopoia.

Canon.

¶ In textu quinto qui incipit. At vero ea que ſunt ad aliquid / ponit Ariſt. quartam et vltimā proprietatem huius predicamenti: videlicet ꝙ ea que ſunt ad aliquid ſunt ſimul natura: quia ſimul ſe ⁊ inferunt ⁊ perimunt. Quamobrem ſolent relatiua comparari duobus lignis ſibi inuicem obnitentibus, quorum altero ſublato, alterum haud quaq̄ ſtabit. Et habet hic textus particulas tres. In prima enim explicat proprietatem. Et in ſecunda facit argumentum de ſcientia et ſcibili: que cum appareant eſſe relatiua, non tamen videntur ſimul eſſe natura. Et tertio facit argumentum de ſenſibili et ſenſu. ¶ Ad euidentiam proprietatis huius conſiderandum eſt (vt eggregie adnotauit Paulus venetus) duo exigi vt alique res ſint ſimul natura. Primum ꝙ mutuo ſe inferant mutuoq; ſe tollant per verbum ſubſtantiuum ſecundum adiacens. Et preterea ꝙ neutrū ſit cauſa alterius. Que conditiones expreſſe ſunt Ariſt. in poſt, predicamentis capi. de ſimul. Ubi ait ea eſſe ſimul natura que cum eſſendi conſequentia conuertuntur, neutrum tamen eſt alterius cauſa: quare ſol ⁊ lumē eius non ſunt ſimul natura: licet ſequatur / ſol eſt / ergo lumen eſt: et econuerſo: quia ſol eſt cauſa luminis. Et eadem ratione neq; ſubiectum ⁊ propria paſſio ſunt ſimul natura. Itaq; ſimul natura ſunt que ſeſe mutuo inferūt ⁊ tollūt per conſequentiam conditionalem: neutrū tn̄ infert aliud per notam cauſalem: vt duplum et ſubduplum ſunt ſimul natura: quia ſi duplum eſt, ſubduplum eſt: et ſi duplum non eſt, ſubduplum non eſt: non tamen quia duplum eſt, ſubduplum eſt aut ecōuerſo. ¶ Quod ſi quis hinc inferat / pater ⁊ filius / non eſſe relatiua neq; cauſa ⁊ cauſatū: qꝛ pater eſt cauſa filij: et in vniuerſum cauſa eſt cauſa cauſati. Negatur ſequela: nā in relatiuo eſt cōſiderare ⁊ ſubm̄ materiale, et fundamentum, ⁊ relationē ipſam. Res que eſt ſubiectum vnius relationis eſt cauſa rei que eſt ſubiectū alterius: ⁊ eſt cauſa per fundamētum proximū talis relationis: tamen relatio vna nō eſt alterius relationis cauſa. Exempli gratia. Paulus pater eſt cauſa dominici filij: ⁊ id quidē per generationē que eſt fundamentū proximū paternitatis: tamen paternitas ſeu eſſe patrē non eſt cauſa huius quod eſt eſſe filiū, potius q̄ econuerſo. Ita deus fuit cauſa oīs creature: et id quidē per creationē que fuit fundamentū proximum relationis: ſed tamē eſſe actu cauſam (quod eſt creare) non eſt cauſa nec prius q̄ creari: ſed ſunt ſimul. Et ideo relationes creatoris ⁊ creature ſunt ſimul natura. Eodē modo res que eſt binarius prior eſt q̄ quaternarius: tamē binarius nunq̄ erit ſubduplus quo adúſq; ſit quaternarius. Et ideo nō eſt prius ſubduplus q̄ quaternarius ſit duplus. Quo fit vt cōditio hec ſit propria relatiuorū quarto mō: omnibus.n. et ſolis relatiuis conuenit. ¶ In ſecunda particula que incipit. Non tamen / facit argumētum de ſcientia ⁊ ſcibile ꝙ non dicantur ſimul natura: imo ꝙ ſcibile ſit prius quam ſcientia. Quod probat tripliciratiōe. Primo quia ſcibile eſt obiectum ſciētie: obiectum aūt eſt cauſa ſciētie (ſummūtur enim ſcientie a rebus) ergo ſcibile eſt prius q̄ ſcientia. ¶ Inſerit tamē parenteſim quandā: videlicet: ꝙ in paucis aut in nulla re prorſus ſcientia ⁊ ſcibile ſunt ſimul. Ad cuius noticiā notanda eſt differētia inter ſcientias ſpeculatiuas in nobis ⁊ ſcientias praticas: ſpeculatiue enim omnes ſummūtur a rebus: ſcientie vero pratice ſunt cauſe rerū. In nobis inquā, quia ſciētia diuina nō eſt ſumpta a rebus, ſed fuit cauſa omniū rerum: vt prima parte queſtione.14.articu.8. notauit. S. Thomas. Ammonius ergo dupliciter exponit hanc literā primo in paucis / puta in rebus que nullū habent eſſe vt chimera obiectū non precedit ſcientiā, ſed intellectus per ſciētiam confingit obiectū. Sed aditur correlatiue / aut in nullis / quia cū huiuſmodi res nō ſint vere ſcibiles, nulla eſt

4. Proprietas.

Simul natura.

Scientia ⁊ ſcibile.

eſt inſtantia. Secundo exponit de omnibus ſcientiis practicis vt ſunt morales ⁊ mechanice que ſunt pauce reſpectu ſpeculatiuarum. In quibus ſciētia videtur precedere ſcibile: qui enim primus excogitauit ſcientiā nauis, prius habuit ſcientiā, q̄ eſſet ſcibile: et ita in eo qui primus excogitauit organa aut alias artes. Sed additur etiā correctiue / aut in nullis / qꝛ adhuc in iſtis quodāmodo obiectū antecedit ſcientiam: q̄uis enim nō fuerit nauis ante primū inuentorē, tamē nullus inuenit talem ſcientiā, niſi quia forte vidit natare tabulam ſuper aquā aut aliquid aliud, vnde excogitauit artem: ⁊ ideo ſemper quodāmodo ſcibile antecedit ſciētiā. ¶ Forſan cōgruentior eſt alia expoſitio quam inſinuat Paulus: nam Ariſto. nō dicit ꝙ in paucis aut nullis ſciētia precedit ſcibile: ſed ꝙ in paucis aut nullis ſcibile ⁊ ſcientia ſunt ſimul natura. Inſtātie vero aducte non oſtendunt niſi ꝙ ſcientia aliquādo precedit ſcibile. Et ideo forſan Ariſt. intelligit de ſciētiis ſubſtantiarū ſeparatarū (que pauce ſunt apud Ariſto.) que cū ſint perpetue ⁊ actu intellectuales, nō ſummūt ſcientias a rebus: ſed ſimul natura in illis eſt ſcibile ⁊ ſcientia: vt ſimul natura fuit ſciētia intelligētie motricis orbis, ⁊ orbis ipſe. Dicit tamen correctiue / in nullis / quia ad huc in illis q̄uis ſcibile et ſciētia ſecundū ipſum ſint perpetua, tamē ratio obiecti inq̄tum obiecti natura precedit rationē ſcientia ¶ Secunda ratio qua ſcibile probatur eſſe prius q̄ ſcientia, eſt, quia ex negatione ſcibilis ſequitur negatio ſcientie, non tn̄ econuerſo vt patet (inquit) de quadratura circuli: que eſt ſcibilis, cuius tamen hactenus nō eſt ſcientia. ¶ Ad cuius intelligentiā notandum eſt ꝙ quadrare circulum non eſt inuenire circulū et quadratum quorū peripherie .i. linee terminātes aream, ſint equales: nā facile idem filū quod habet formā circuli poteſt formare in quadratū: tamē area quadrati nō erit tāta quāta area circuli: quia circulus eſt capaciſſima figura: quod nō eſt hic locus explicare. Quadrare ergo circulū eſt ꝙ ſignato quouis circulo inueniatur vnū quadratū cuius area ſit equalis aree circuli: quod Ariſt. 1. phiſi. tex. 11. probauit eſſe poſſibile, quia ſi datur intra circulū quadratū minus ⁊ extra circulū quadratū maius, poſſibile eſt dare equale: ⁊ tamen talis ſcientia nōdum eſt inuēta. Non ergo ſequitur, non eſt ſcientia quadrature circuli, ergo circulus nō eſt quadrabilis. ¶ Tertiā rationē ſubdit illic Ari. Preterea animali ſublato, ⁊ grece quidē nō ſunt niſi hec ſola verba que tranſtulit Boetius. ſ. animali ſublato nō eſt ſcientia cum tn̄ ſint ſcibiliū plura / ⁊ eſt tūc litera clariſſima. Argiropylus vero neſcio cur addidit ſcientia quidē animalis non erit, exiſtunt tn̄ cōplura ſcibilia animaliū. Demantur ergo / animalis / et / animaliū / que literā obſcurāt. Et ratio ſtat in hoc. Si animal non eſt, ſciētia non eſt: quia cū ſciētia non ſit niſi in homine (loquitur.n. de ſciētia humana) ſi nō eſt animal nullum eſt ſubm̄ ſcientie: et per conſequens nec eſt ſcientia: et tn̄ ſublato animali, ad huc reſtant multa corpora inſenſibilia que ſunt ſcibilia: ergo ſcibile eſt prius ſciētia ⁊ per cōſequens nō ſunt ſimul natura. ¶ In tertia particula textus q̄ incipit. Sic ⁊ in ſenſu. facit ſimile argm̄ ꝙ ſenſus ⁊ ſenſibile nō ſint ſimul natura, qꝛ ſenſibile eſt prius ſenſu: nam ex negatiōe ſenſibilis, ſequitur negatio ſenſus et nō econuerſe. Nomine ſenſus intelligit ſemper ſenſationē. Et facit etiā duas ratiōes. Prima eſt. Omnis ſenſus ⁊ circa corpꝰ eſt (ſcilicet tanq̄ circa obiectū) ⁊ in corpore. ſ. tāq̄ in ſubiecto (puta in animali) tūc ſic. Si ſenſibile nō eſt, neq; corpus eſt (qꝛ cōuertuntur) et ſi corpus nō eſt, animal nō eſt: et ſi animal non eſt (quod eſt ſubiectū ſenſus) nec ſenſus eſt: ergo de primo ad vltimū ſi ſenſibile nō eſt, ſenſus nō eſt. Ecōuerſo tamē nō ſequitur, ſenſus nō eſt: ergo ſenſibile nō: quia ſublato animali (qđ eſt ſubm̄ ſenſus) non tollitur ſenſibile: quia adhuc reſtant corpora inanimata, puta calida ⁊ frigida, que ſunt ſenſibilia. ¶ Facit ſecundā rationem illic / preterea ſenſus / q̄ talis eſt. Senſus non incipit eſſe niſi quando incipit eſſe animal: ſed prius natura q̄ ſit animal ſunt ſenſibilia elementa ex quibus componitur: elementa vero, vt ignis ⁊ aqua, ſunt ſenſibilia: ergo ſenſibile eſt prius ſenſu. An tamen fuerit ne intentio Ariſt. ex propria ſcientia determinare ꝙ ſcietia ⁊ ſcibile, ⁊ ſenſus ⁊ ſenſibile, ſint relatiua, ⁊ non ſint ſimul natura, queſtione prima videbimus.

Quadrare circulū.

¶ In textu ſexto qui incipit. Exiſtit autem hoc loco ⁊c. inchoatur tertium membrum huius capitis: vbi mouet Ariſto. dubitationē de partibus ſubſtantie, an dicantur ad aliquid cuius intentio eſt manifeſte aperire q̄ ſit inſufficiens diffinitio poſita Platonis: poſtq̄ enim oſtendit ex illa diffinitione ſequi accidentia abſoluta dici, ad aliquid / vt habitus ⁊ diſpoſitio item poſitionem eſſe ad aliquid, et per cōſequens ſex vltima predicamenta: concludit tandem ꝙ ſecundū eandē diffinitionē etiam ſubſtātia atq; adeo oīa predicamenta dicerētur, ad aliquid. ¶ Et ſunt hic quatuor textus. In primo facit argumentū contra diffinitionē: ⁊ argumentū eſt hoc. Si diffinitio poſita eſt bona, ſequitur ꝙ partes ſecūde ſubſtātie dicūtur / ad aliquid / vt caput manꝰ ⁊c. Ait ergo primā ſubſtantiā manifeſtū eſſe non dici / ad aliquid. Petrus.n. non eſt alicuius petrus, nec alicuius homo (eſto ſit patris filiꝰ aut heri ſeruus) nec partes prime ſubſtātie, puta hoc caput hec manus dicūtur / ad aliquid (qđ ſtatim explicabimꝰ). Item ſecūde ſubſtantie que ſunt in recta linea nō dicuntur / ad aliquid / homo.n. non eſt hominis homo, aut equi homo. Et q̄uis equꝰ ſit hominis equus, nō tamē genitiuus ille explicat relationē, ſed poſſeſſionem equi. Partes vero ſecūde ſubſtātie: dicūtur ad aliquid vt caput eſt alicuius caput. ¶ Sed eſt hic ſtatim dubiū quomodo caput in genere dicatur / ad aliquid / ⁊ tamen in indiuiduo / hoc caput / nō dicatur / ad aliquid / nam per regulā ante predicamentalē quidquid conuenit generi aut ſpeciei conuenit indiuiduo. ¶ Boetiꝰ exponit caput dici relatiue (vt dictū eſt in tertia proprietate) reſpectu capitati: ⁊ ſecundū hoc clarū eſt ꝙ caput eſt capitati caput: tamē hoc caput nō refertur vt ſit huius capitati hoc caput: nā hoc caput: nō eſt propriū abſtractū huius capitati: cū potuit hoc eſſe capitatum alio capite: ⁊ hoc eſſe caput alterius capitati: ſed tamen caput in cōmuni nō poteſt eſſe niſi capite capitatū. Si vero mens fuerit Ariſt. arguere ꝙ partes ſubſtātie referuntur ad ſubſtantiā: non ſolū vt abſtractū ad denominatiuū: ſed tanq̄ pars ad totū (eſt enim caput pars, ⁊ ꝑ conſequēs alicuius pars) tūc proportionabiliter dicendum eſt) vt Ammonius inquit ⁊ Albertus) ꝙ hec pars quatenus hec pars nō refertur ad hoc totū alia relatione q̄ pars in cōmuni refertur ad totum in cōmuni: quia ſingularitas illa nō dicit relationē: vt hoc ſit huius hoc: cum hoc caput non includat in ſua ratione ꝙ ſit huius animalis ſicut caput ꝙ ſit animalis. Licet inquantū eſt hoc ens, indiuiduatur per hoc quod eſt in hoc ſuppoſito. ¶ In textu ſeptimo q̄ incipit. Si igitur ea / ⁊c. Ariſt. ex ſuperius dictis, ⁊ potiſſimū ex hac dubitatione concludit diffinitionē poſitā non eſſe ſufficientē, et per conſequēs veram diffinitionē eſſe hanc. Ea ſunt ad aliquid quorū eſſe idem eſt ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe habere. Neminem confundat datiuꝰ / ei / ſenſus enim eſt. Quorum eſſe eſt idem illi eſſe .i. eſt tale eſſe quale eſt ad aliquid aliquo mō ſe habere. Vel (ſicut vertit Boetius). Ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum eſſe, eſt ad aliud quodam modo ſe habere. Et ſubiūgit Ariſto. ꝙ ex diffinitione priori ſequūtur inconueniētia hactenus deducta: que tamē oīa per hāc ſecundā facile diluūtur: nā illa que datur per lȝ / dicūtur / cōpetit relatiuis ſecundū dici

Dubium.

Diffinitio propria.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dici: hec autē que datur per ly/ eſſe/ ſolū conuenit relatiuis ſecundū eſſe: vt partim ſupra expoſitum eſt: ⁊ latius iam modo exponetur. ¶ In textu octauo infert Ariſto. hoc coꝛolariū ex hac ſcd̄a diffinitione videlicet: ꝙ ſi quis diffinite nouerit vnū relatiuoꝛū, diffinite etiā nouit ⁊ reliquū. Que pōt conſtitui quinta pꝛopꝛietas relatiuoꝛū ſecundū eſſe. Ratio coꝛolari eſt manifeſta: nam ſi tota quiditas relatiui eſt eſſe ad aliud, diffinitio quiditatiua eſſe non poteſt, niſi explicet terminū illius habitudinis: nā cum habitudo ſit inter duo extrema, quiditatiue cognoſci non poteſt, niſi extremis cognitis: vt ſi tota quiditas dupli eſt bis cōtinere ſubduplū, qui nouit hanc quiditatē, cognouit et quiditatē ſubdupli: que eſt bis contineri a duplo. ¶ In textu demū nono ⁊ poſtremo qui incipit. Fit autem ⁊c. per datam diffinitionem, et coꝛolarium reſpondet ad dubitationem de partibus ſubſtantie: quas inde conſtat non eſſe/ ad aliquid/ quia ſtat diffinitiue cognoſcere quid eſt caput non cognita natura animalis. Ponit exemplum in ſingulari: vt ſi quis videat manum alicuius, homine nō viſo (qui ſcilicet ſit velata facie aut oſtēdat manū per feneſtram) cognoſcetur tunc manus, nō cognito cuius ſit. Sed tamē ad huc in genere poteſt quis habere diffinitionem capitis aut manus non cognoſcendo quiditatiue animal. Eſt.n. caput pars animalis talis figure / qua diffinitione non explicatur quiditas animalis. Et eadem ratione omnia relatiua ſecundum dici excluduntur a ratione relatiuoꝛū: vt ſubſequenti queſtione palam fiet.

Si quis diffinite nouit.

¶ Quæſtio prima.

¶ Vtrum textus ad aliquid verus ſit.

A Parte negatiua arguitur primo contra diffinitionem. Pꝛima diffinitio competit omnibus relatiuis ſecundum dici: ſed relatiua que tantum ſunt relatiua ſecundum dici, nullo modo pertinent ad hoc pꝛedicamentum: ergo illa diffinitio nihil ad rem huius pꝛedicamenti faciebat. Pꝛobatur minoꝛ. Si relatiua ſecundum dici pertinent ad hoc pꝛedicamentū, tunc (vt docte infert Ammonius) omnia accidētia quomodocūq; abſoluta eſſent in hoc pꝛedicamento: quia accidēs in genere dicit reſpectum ad ſubiectum: imo quātitas inquantū quantitas dicit menſurā ſubſtantie: et qualitas, diſpoſitionē eius. Quinetiam ſubſtantia, cū dicatur eo ꝙ ſubſtat accidentibus (qui eſt quidā reſpectus) pertineret ad hoc pꝛedicamentū: vnde ſequeretur pꝛedcamentoꝛū cōfuſio. ¶ Secundo pꝛincipaliter arguitur. Ad aliquid ſolū dicit comparationē ⁊ relationem vnius ad aliud: ſed referri eſt actus intellectus: quēadmodū.n. ratio generis, aut ratio ſpeciei ſolū habet eſſe per operationē intellectus abſtrahentis, ita relatio dicit actū intellectus cōparantis vnū ad aliud: ergo/ ad aliquid/ non dicit ens reale: ſed ſolū ens ratiōis: et per cōſequens nō adnumeratur decē pꝛedicamentis: que ſecundū Ariſt. quinto me. tex. 14. ſunt entia realia. ¶ Tertio pꝛincipaliter arguit̄. Si relatio eſſet ens reale, aut realis habitudo (non.n. diſputamus modo an relatio diſtinguatur a fundamēto) ſequeretur ꝙ relatio vere pꝛoduceretur ſicut alia accidentia: nam accidens reale non eſt niſi pꝛoducatur: ſed Ariſto. 5. phiſi. tex. 10. ait ad relationē non eſſe per ſe motū: ergo hoc pꝛedicamentum non pertinet ad entia realia. ¶ Quarto aduerſus pꝛimā pꝛopꝛietatē arguitur: aut illam pꝛopꝛietatem intelligit Ariſt. ſecundū pꝛopꝛiam opinionem de relatiuis ſecundum eſſe ⁊ hoc nō quia cap. de ſubſtātia dixerat relatiuo nihil eſſe cōtrariū: aut intelligit eam ſecundū diffinitionē antiquoꝛū ſolum de relatiuis ſcd̄m dici: ⁊ cōtra hoc arguitur. Relatiua ſecundum eſſe vere ſunt contraria reſpectu eiuſdē: q2 nihil pōt eſſe ſimile ⁊ diſſimile reſpectu eiuſdē: aut equale et inequale: aut pater ⁊ filius ⁊c. ¶ Quinto aduerſus ſecundam pꝛopꝛietatē arguitur. Si aliqua relatiua ſuſciperent magis ⁊ minus, maxime eſſent illa duo quoꝛum extant Ariſto. exempla: puta ſimile ⁊ diſſimile equale vel inequale (nā duplo ⁊ alius ipſe negat cōpetere hanc pꝛopꝛietatem) ſed illa nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ergo nulla. Minoꝛ colligitur ab ipſo autoꝛe. 5. meta. tex. 20. vbi ait ꝙ ſimilitudo et equalitas conſiſtit in vnitate: ait inq̄ ꝙ vnitas in ſubſtantia facit idem: vnitas in qualitate facit ſimile, et vnitas in quantitate facit equale: ſed vnitas non ſuſcipit magis et minus: ergo nec ſimile nec equale, ſicut neq; idem. ¶ Sexto pꝛincipaliter arguit̄ contra tertiā pꝛopꝛietatē. Alia q̄ relatiua dicuntur ad cōuertentiam: ergo hec nō eſt pꝛopꝛietas relatiuoꝛū: ſaltē quarto modo vt inſinuauimus. Minoꝛ oſtēditur. Quodcunq; denominatiuum cuiuſcunq; ſit pꝛedicamenti dicitur ad conuertentiam cū ſuo abſtracto: etenim ſi quantum eſt, quantitate quātum eſt: et ſi quātitatis eſt, quanti quantitas eſt: et ſi calidum eſt, caloꝛe calidum eſt: et ſi caloꝛ eſt, calidi caloꝛ eſt: que tamen non ſunt ad aliquid. ¶ Septimo pꝛincipaliter aduerſus quartam pꝛopꝛietatem arḡr. Aut illa pꝛopꝛietas cōſtituitur tanq̄ gn̄alis pꝛopꝛietas omnium relatiuoꝛū ſecundum eſſe ⁊ ſecundū dici: aut tanq̄ pꝛopꝛia relatiuoꝛū ſecundum eſſe: nō pꝛimum quia ſtatim Ariſ. ſcibile/ ⁊ ſcientia/ que ſunt relatiua ſecundū dici excludit ab hac pꝛopꝛietate: ſꝫ ꝙ nō conueniat ſolis relatiuis ſcd̄m eſſe, arḡr in ipſo eodē exēplo Ariſt. Scibile et ſcientia ſunt ſimul natura: ergo male id negauit Ariſto. Pꝛobatur an̄s. Si ſcibile in actu eſt ſcientia in actu eſt: et econuerſo: et ſi ſcibile in potētia eſt, ſcientia in potentia eſt ⁊ ecōuerſo. Et in exēplo Ariſt. id patet: nā ſi quadratura circuli eſt ſcibilis in potentia, certe poſſibilis eſt ſcientia de illo. Inſtātie vero Ariſt. ſolum pꝛobant ꝙ nō ſequitur: ſi ſcibile in potentia eſt, ſciētia in actu eſt: q̄ nihil videtur pꝛobare, q2 ſcibile in potētia ⁊ ſcientia in actu nō dicūtur relatiue. ¶ Octauo ⁊ poſtremo contra quintā pꝛopꝛietatē arḡr. Si cognoſcēs diffinite vnū relatiuoꝛū, diffinite cognoſceret ⁊ reliquū, ſequeretur ꝙ in diffinitione vnius relatiui deberet poni ⁊ reliquū: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ an̄s. Pꝛobatur minoꝛ. Diffinitio debet eſſe clarioꝛ diffinito vt hētur p̄mo topi. ca. 4. et li. 6. cap. 3. ſed ſi vnū relatiuū diffiniatur per aliud ⁊ conuerſo, non pōt diffinitio eſſe clarioꝛ diffinito: quia eſſet circulatio: ergo vnum non debet diffiniri per alterū.

¶ Ad quæſtionem (vt autoritas eſt Ari.) reſpondetur affirmatiue. Vn̄ circa pꝛimū argm̄ ad euidentiā totius huius capitis notādum eſt duplicia eſſe relatiua (que ſit pꝛima diuiſio atq; adeo baſis ⁊ huius pꝛedicamenti ⁊ vltimoꝛū ſex) alia quidē ſunt relatiua ſcd̄m eſſe, alia vero ſecundū dici: vt meminit. S. Tho. pꝛima parte. q. 13. ar. 7. ad pꝛimū ⁊ de potentia. q. 7. arti. 10. ad vndecimū. Relatiua ſcd̄m eſſe ſunt illa que ſunt impoſita ad ſignificandū habitudines ipſas relatiuas. Relatiua vero ſcd̄m dici ſunt qū nomina ſunt impoſita ad ſignificandū qualitates vel res alias abſolutas: quas conſequuntur quedā habitudines. Exēpli gratia: ſimile et diſſimile ſunt relatiua ſcd̄m eſſe: q2 hec noīa non ſunt impoſita ad ſignificandū qualitatē) ſicut ly/ albū) ſꝫ ad ſignificandū habitudinē inter duo alba. At vero ſciētia q̄uis ſignificet qualitatē, quā cōſequitur relatio ad obiectū (eſt.n. ſcientia cognitio obiecti) nō tn̄ illud nomen impoſitū eſt ad ſignificandū illā habitudinē: ſed qualitatē ipſam pꝛout eſt habitus perficiēs intellectū. Eodē mō mouens q̄uis ſignificet de foꝛmali motū quem ſequitur oꝛdo ad mobile, tn̄ non ſignificat oꝛdinē illum et habitudinem: ſed motū: ⁊ ideo ſciētia ⁊ mouēs ſunt relatiua ſecundū

Relatio ſcūꝫ eſſe ⁊ ſcd̄m dici.

dici. Eodem mō caput eſt relatiuū ſcd̄m dici: q2 nō ſignificat de foꝛmali habitudinem capitis ad capitatum, ſed partē que certā habet figurā. Et q̄uis per nomina id explicem⁹, nihilominus res ipſe ſunt relationes ⁊ relatiua que pꝛincipaliter in pꝛedicamēto ponuntur. Vnde quo vno verbo rem explicemus relatiuū ſcd̄ꝫ dici eſt res, cuius quiditas non eſt eſſe ad aliud: ſed tn̄ explicari non pōt, niſi per oꝛdinē ad aliud. Relatiuū vero ſecundū eſſe, eſt illa res, cuius quiditas nihil aliud eſt q̄ eſſe ad aliud. Quiditas.n. intellectus aut volūtatis nō eſt eſſe ad aliud: imo ſunt res abſolute: ſed explicari nō poſſunt, niſi per oꝛdinē ad obiecta. Eſt enim intellectus potentia cognoſcitiua vniuerſalium: attamē duplum inquantum duplum, nullam rem dicit abſolutam ſed habitudinē ad ſubduplū. Et hac de cauſa inuēta ſunt hec nomina/ ſecundū dici/ et ſecundū eſſe: que ſumpta ſunt ex differētia diffinitionū Ariſto. quarū pꝛima dabatur per ly/ dicūtur: et ſecūda per ly/ ſunt. Et eſt attente notādum ꝙ relatiua eo dicūtur ſecūdū eſſe, q2 ſimpliciter et in rei veritate ſunt relatiua: atq; alia eo dicuntur ſecundum dici, quia vere nō ſunt relatiua: ſed ſunt res que dicunt reſpectus. i. que vnū ſignificant, ⁊ aliud reſpiciunt: ⁊ ideo ſunt relatiua ſcd̄m quid: vt illa particula ſecūdum dici/ ſit diminuens: ſicut ethiops eſt albus ſcd̄m dentes. Huius incōſideratiōe (ſi nos nō fallimur) decepti ſunt qui his tempoꝛibus de pꝛedicamētis ſcripſerūt. ¶ Tripliciter ergo exponunt hunc textū. Doctoꝛes. n. huius tēpoꝛis vtraq; hec relatiua equaliter reponunt in hoc pꝛedicamēto ad aliquid: decepti coꝛtice litere: q2 Ariſt. vtraq; connumerat. Et ita ſecundum iſtos habitus, diſpoſitio, ſcientia equaliter ponuntur in pꝛedicamento qualitatis et in hoc. ¶ At Paulus venetus, hanc modificās opinionem, dicit ꝙ nulla res eque pꝛincipaliter ponitur in diuerſis pꝛedicamētis: ſed relatiua ſecūdum dici ponuntur pꝛincipaliter in pꝛedicamento ſecundum pꝛimariū ſignificatum: ⁊ ſecūdario ponūtur in iſto. Exēpli gratia. Habitus, diſpoſitio, ⁊ ſcientia virtus ⁊ vitiū pꝛincipaliter ponuntur in pꝛedicamento qualitatis: ſed minus pꝛincipaliter in iſto: ſtans ⁊ ſedens pꝛincipaliter ponuntur in pꝛedicamēto ſitus: ⁊ hic minus pꝛincipaliter: eſſe in gimnaſio pꝛincipaliter ponitur in pꝛedicamēto vbi: et minus pꝛincipaliter hic: ⁊ caput ⁊ manus ſecūdum pꝛimarū ſignificatū reductiue ſunt in pꝛedicamento ſubſtantie: ⁊ ſecūdario in iſto. ¶ Nihilominus, ſi mentem Ariſt. attigimus, repetimus hic concluſionē quam in cap. ſuperioꝛi diximus eſſe fundametum huius artis. Nulla res aut nomen vniuoce et foꝛmaliter ponitur in diuerſis pꝛedicamētis. Foꝛmaliter inq̄, q2 ſi relatio nō diſtinguatur a ſubſtātia, nihil vetat petrū inquantū eſt homo eſſe in pꝛedicamēto ſubſtātie: et inquatum eſt pater, eſſe in pꝛedicamēto ad aliquid: ſed foꝛmaliter intelligo ꝙ idē nomen ſecundū eandē ſignificationem aut eadem res ſecundū eandem rationē non eſt in diuerſis pꝛedicamētis. ¶ Huic annectimur ſecundā concluſionē: ꝙ in hoc pꝛedicamēto tantūmodo ponūtur ſimpliciter relatiua ſcd̄m eſſe. Pꝛobatur p̄mo ex ipō noīe: nā relatiuū ſecundū eſſe hoc ſignificat: ꝙ ſit vere relatiuū ⁊ vere ad aliquid: reliqua vero ſunt non relatiua, ſed reſpectiua. ¶ Et cōfirmatur, q2 nomen ponitur in pꝛedicamēto ſecūdum eius foꝛmale ſignificatū: ſed relatiua ſecundum dici nō ſignificant de foꝛmali habitudinē ⁊ relationē: ſed qualitatē potius aut rem aliā abſolutam quā conſequitur relatio: ergo illa nō ponūtur in hoc pꝛedicamento. ¶ Et ſecūdo pꝛincipaliter arguitur. Si eadē res poneretur in diuerſis pꝛedicamentis, tota machina pꝛedicamentoꝛū rueret, qua Ariſt. intendit decē rerum gn̄a impermiſta conſtituere (vt patet. 1. poſt. t. 21. ⁊ eſſet recidere in opinionē Zenonis et alioꝛū antiquoꝛū: qui ea de cauſa nō putabāt/ ad aliquid/ eſſe ſpeciale pꝛedicamētum: quia cenſebant omnia relatiua ſecundū dici eſſe vere relatiua: vnde ſequebatur omnia accidētia, et etiā ſubſtātiam eſſe relatiua: quā opinionē Ariſto. intendit in hoc capite repudiare. ¶ Et confirmatur: quia certe ſi habitus, et diſpoſitio, ⁊ virtus, ⁊ ſciētia, ſunt in hoc pꝛedicamento: eadē ratione intellectus ⁊ volūtas, ⁊ omnes potentie ⁊ omnes foꝛme, quin etiā ⁊ quātitas ⁊ ſubſtātia, omnia pertinerēt ad hoc pꝛedicamentū: non ſolū materialiter ꝙ eadē res diuerſis rationibus eſſet in diuerſis pꝛedicamentis: ſed foꝛmaliter ſecundū eandē rationē: nam ratio ſubſtantie expꝛimitur per hoc quod eſt ſubſtare accidētibus: ⁊ ratio quātitatis per oꝛdinē ad ſubſtātiam: et ratio potentie per oꝛdinē ad obiectum: quod ſi ſufficeret ad rationē relatiuoꝛū, omnia accidentia ſecūdum pꝛopꝛias rationes pertinerent ad hoc pꝛedicamētum. ¶ Tertio id pꝛobatur. Quidquid ſit de ſcientia, tamen habitus et diſpoſitio, et virtus ⁊ vitium manifeſtiſſimum eſt, ꝙ nullo modo ſunt in hoc pꝛedicamento: q2 nec pꝛopꝛie ſunt relatiua ſecundum dici: nam ſcientia (vt Ariſto. ipſe. 5. meta. tex. 20. docet) non refertur ad intellectum qui eſt eius ſubiectum: ſed ad ſcibile quod eſt terminus. Vbi inſinuat ꝙ res non dicitur relatiue pꝛopꝛie, nec ſcd̄m dici, per reſpectū ad ſubiectū: ſꝫ per reſpectum ad aliquid quod ſe habet tanq̄ terminus. Habitus vero non dicit oꝛdinē niſi ad ſubm̄. ¶ Quarto et poſtremo arguitur. Si relatiua ſcd̄ꝫ dici ponerētur in hoc pꝛedicamēto, tunc nihil fuiſſet opus, addere ſex vltima pꝛedicamenta: quippe que oīa ſunt relatiua ſcd̄m dici. Vnde eo Ariſt. docuit illa eſſe diſtincta: quia intellexit vere nō eſſe relatiua: licet expꝛimantur per relationes atq; hoc eſt memoꝛie comēdandū ꝓ illoꝛū intelligentia.

¶ Ad pꝛimū igitur pꝛincipale argm̄: conceditur ex diffinitiōe antiquoꝛū cōſequi oīa relatiua ſcd̄m dici eſſe in hoc pꝛedicamēto: ſed hac ſolum de cauſa hic eſt pꝛopoſita vt per hoc inconueniēs, quod inde ſequebatur eius inſufficiētia pꝛoderetur. ¶ Hinc ſumitur pꝛima ratio qua Plato appellauit hoc pꝛedicamentū/ ad aliquid/ nam relatio videtur competere omnibus relatiuis ſecundū dici: q2 expꝛimūtur per reſpectū ad aliquid ſed/ ad aliquid/ expꝛimit quiditatē relatiuoꝛum eſſe ad aliud. Et eſt nomen concretū. Quo circa hec diffinitio quam impugnat Ariſt. foꝛſan nō eſt Platonis vt dicit Boetius: ſed Zenonis ⁊ antiquoꝛum: nam (vt Ammonius ex Goꝛgia Platōis adnotauit) idem ſenſit Plato in hac parte, quod Ariſt. ¶ Ex dictis ſequitur pꝛimo cōcoꝛdia inter duas extremas opiniones que de/ ad aliquid/ circunferuntur. Pꝛima eſt quā Gregoꝛius in pꝛimo. d. 18. multis cōtendit pꝛobare, videlicet ꝙ nulla res ſit in mundo relatiua: ſed omnis abſoluta: pꝛopterea q2 omnis res aut ſubſiſtit per ſe aut in alio: ⁊ ſubſiſtentia, quomodocūq; ſit, dicit rem independentē (⁊ per ↄ̄ns abſolutam) a quocunq; alio pꝛeter eius ſubm̄. Alia per extremū oppoſita fuit opinio Gilberti: quā citat. S. Thomas pꝛima parte. q. 28. ar. 2. videlicet ꝙ relatio nullum habebat eſſe fixum: ſed totum eſſe eius erat ad aliud: et per cōſequēs potius erat res affixa, ſeu aſſiſtens, q̄ exiſtens. At vero. S. Thomas diſtinguit illic ꝙ relatio ⁊ eſt accidēs ⁊ eſt relatio. Et ideo ſecūdum eſſe cōmune accidētis eſt in ſubiecto, ſed ſecundū eſſe particulare relationis quiditas eius eſt ad aliquid. ¶ Ex quo ſequitur ſecūdo: ꝙ relatiōis non eſt dare ſolū ſubm̄, ſicut aliorum accidentiū, ſed etiā fundamentū. Subiectum relationis eſt id quod denominatur a relatione: fundamentum vero eſt id ratione cuius talis relatio cōuenit ſubiecto, quod pꝛopterea vocatur etiam ratio fundandi relationem: vt ſubiectū ſimilitudinis eſt ſubſtantia que dicitur ſimilis: fundamentum vero, eſt albedo aut figura ratione cuius eſt ſimilis. Sunt qui ſubm̄ apellant fundamentum

Quid ſit relatiuū ſecūdū eſſe, ⁊ q̄d ſcd̄m dici.

Nota.

1. Conclu.

2. Conclu.

Nomē ad aliquid.

Fundamētum relationis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mentum remotum: rationem vero fundandi vocant fun
damentum proximū: ſignificātius vero dicitur illud ſub
tectum (quippe cui accidit relatio) et hoc, fundamētum
in quo fundatur.

In ſecundo argumento petitur ſecunda di
uiſio relationis. Ubi notandum eſt ꝙ vt ait Comenta-
tor. 11. ſue meta. ſuper duodecimum. Ariſtotelis comen
to. 19. cū relatio ſit minime entitatis, opinati ſunt anti-
qui relationē ſolū dicere actum intellectus. Et re vera
nomen relatio (cū ſit verbale) ſignificat actionē cōpara
tiuā que non pōt eſſe niſi actio intellectus. Et hāc conii
ctioꝛ ſcdꝫ fuiſſe cauſaꝫ Platoni: vt imponeret nouū no
men/ ad aliquid/ quod ſignificat habitudines ipſas rea

Ad aliqd.

les ſine ordine ad intellectū. Et hoc eſt qd dicūt veteres
.ſ. ꝙ relatio ſignificat relationē vt cōceptam: ſed ad ali-
quid/ ſignificat eā vt exercitā: qꝛ relatio ſignificat actū
intellectus: ſꝫ ad aliquid ſignificat naturā rei. Quod
aūt ſint alique relatiōes reales ex natura rei probat. S.
Thomas prima parte. q. 13. ar. 7. ⁊ de potētia. q. 7. ar. 9.
Et Scotus ſcdo ſen. d. 1. q. 5. qꝛ ex natura rei ſūt alique
relatiōes que dicūt reales perfectiōes rerū: vt ordo rex
in quo cōſiſtit perfectio vniuerſi ſcdm Ari. 12. met. tex. 52.
ordo exercitus, vnio partiū in toto, eſſe patrē, eſſe cau-
ſam ⁊c. Oēs in quā iſte ſunt relatiōes, que ex natura rei
dicunt perfectiōes: ⁊ per ꝯñs ſunt relationes reales. Cū
dico/ reales/ nō affirmo ꝙ diſtinguātur realiter: ſꝫ ꝙ ſūt
rōnes reales rerū: ſiue diſtinguantur a ſubſtātia ſiue nō.

Relatio realis et rationis.

Secūda ergo diuiſio relatiōis eſt: in relationē realē et
relationem rōnis. Relatio realis eſt habitudo inter duo
entia realiter diſtincta que habet eſſe ſecluſa operatiōe
intellectus, vt patet in exēplis poſitis. Unde tria dicit
Scotus in primo. d. 31. exigi ad relationē realem. ſ. ꝙ ſit
inter res reales, ⁊ realiter diſtinctas, ⁊ ſecluſa operatio
ne intellectus. At vero in hoc qd eſt realiter diſtingui/ in
cludit ꝙ ambo extrema ſint realia. Relatio vero ratio-
nis (per oppoſitū) eſt relatio, quā intellectus facit inter
duo: que, aut nō ſunt entia realia, aut nō realiter diſtin-

Triplex relatio rationis.

guntur. Quo fit vt tribus modis cōtingat relatio ra-
tionis: vt loco citato refert. S. Thomas. Primo modo
qū extrema nō ſunt vere entia: quod pōt contingere ad
huc dupliciter: qꝛ aut nullū habēt in re fundamētum: vt
entia preterita, aut futura, aut ficta: quare ego ſum po
ſterior Adam ⁊ prior Antichriſto ſolū relatiōe rationis.
Et/ chimerā/ eſſe opponitur huic quod eſt/ chimerā non
eſſe/ ſolū per relationē ratiōis: qꝛ nec Adā nec Antichri
ſtus, nec chimera ſunt: ſed intellectus cōcipit illa ſub ra
tione entis. Aut ſunt entia que habēt fundamētū in re:
ſicut relatio gñis ad ſpēꝫ et ſpeciei ad genus eſt hoc mō
rōnis: qꝛ genus ⁊ ſpecies licet habeāt fundamētū in re,
tñ res nō eſt actu ſpecies, niſi per operationē intellect⁹.
Sed tertio modo relatio eſt rōnis: que licet ſit inter res
que ſunt vere res, tñ non ſunt due, nec diſtincte, niſi per
operationē intellectus, vt identitas que eſt mihi ad me
ipſum: in qua relatiōe intellect⁹ me cōſiderat tanꝗ duo
cū non ſim niſi vnū. Et hoc eſt valde notandū apud. S.
Thomā, ꝙ videlicet non ſequitur/ diſtinctio eſt relatio
rōnis: ergo extrema ſunt entia rōnis, in quo frequenter
laborāt impugnatiōes Scoti ⁊ aliorū aduerſus eū. Eſt
.n. ſententia. S. Thome. ꝙ attributa diuina, puta iuſti
tia ⁊ miſericordia diſtinguntur ratiōe. Infert ſtatim Sco-
tus/ ergo iuſtitia ⁊ miſericordia in deo ſunt entia ratio-
nis. Et tñ ꝯña nullā habet apparentiā: non. n. intelligit
S. Thomas ꝙ intellectus ſicut facit genus eſſe actu ge-
nus, ita facit iuſtitiam eſſe iuſtitiā, aut miſericordiā eſſe
miſericordiā (ſunt. n. hec realiter in deo) ſed intelligit ꝙ
iuſtitia ⁊ miſericordia de ſe non ſunt duo: magis ꝗ ego
et ego: ſed ſola operatione intellectus cōparātis deū ad
diuerſos effectus eſt in cauſa ꝙ eſſentia diuina cognoſ-
catur ſub ratione duorum, puta iuſtitie ⁊ miſericordie.
Et hoc eſt quod. S. Thomas. 1. ſent. d. 2. q. 1. ar. 3. et. 4.
et. 5. et. 1. p. q. 13. ar. 4. intendit dicens attributa dei non

Nō ratiocinās ⁊c.

ſolū differre ratione ratiocinante: ſed etiā ratione ratio
cinata. Ratio enim ratiocinās eſt intellectus vel cōcep
tus. Ratio vero ratiocinata eſt cōceptus obiectiuus ſeu
quiditas in re expreſſa per diffinitionē, vult ꝗ dicere ꝙ
attributa dei nō ſunt ſolū cōficta ab intellectu: ſed ſunt
in re formaliter: niſi ꝙ ex parte rei nō ſunt due res: ſed
diſtinctio eorū eſt fundamētaliter in deo, ⁊ formaliter in
intellectu. Et idem docet in primo. d. 33. q. 1. ar. 1. et pri-
ma parte. q. 28. art. 2. de relationibus diuinis reſpectu
eſſentie. Eodē enim modo ꝗuis eſſentia ⁊ relatio ex na-
tura rei ſint in deo, ⁊ per cōſequēs relatio diuina ſit rea
lis: ſicut pater realiter eſt pater, nihilominus eſſentia,
et relatio ex natura rei non ſunt duo: ſed intellectus cō-
parās paternitatē filiationi cū qua habet oppoſitionē,
quā nō habet eſſentia, ideo cognoſcit eſſentiā ⁊ relatio-
nē ſub ratione duorū: ⁊ hoc eſt eſſentiā ⁊ relationē in deo
diſtingui ratione. Hinc ſequitur ꝙ ſicut nihil obſtat eſſe
relationē realē que ſolū ſit relatio ſcdm dici: ita per oppo
ſitū nihil vetat ꝙ ſit relatio ſcdꝫ eſſe, ⁊ tñ ſit rōnis ut pa
tet in exēplis poſitis. Verba ſunt. S. Th. De potētia. q.
7. ar. 10. ad. 11. Ad ſcdꝫ ꝗ principale argm̄. cōceditur ꝙ
comparatio dicit actū intellectus nihilominus/ aliquid/
dicit habitudinē rerum que eſt in illis ſecluſa operatio
ne intellectus. Et ille dicuntur relationes reales: ꝗ ſole
ponūtur in hoc predicamento: nam vt ſepe dictū eſt ſolū
ens reale diſtinguitur in decem predicamenta.

Circa tertium principale. notādum eſt ex
quinto metaphiſi. tex. vigeſſimo triplex eſſe genus rela

Triplex genus relationis.

tionis realis ſcdm triplicem naturā fundamēti (que ſit
tertia diuiſio relationis). Relatio primi generis eſt rela
tio que fundatur ſuper quantitatem: vt duplū magis
equale ⁊c. Relatio ſecundi gñis eſt que fundatur ſuper
actionē ⁊ paſſionē: vt pater ⁊ filius: combuſtiuū ⁊ cōbu-
ſtibile ⁊c. Relatio tertij gñis eſt relatio que fundatur ſuper
rationē menſure: vt relatio ſcientie ad ſcibile. Menſure
inquā; nō quantitatis/ nam hec pertinet ad primū gen⁹/
ſed mēſure que eſt veritatis ad eſſe rei: ab eo n. ꝙ res eſt
vel non eſt propoſitio eſt vera vel falſa. Ob idꝗ veritas
enūciationis cōſiſtit in adequatiōe propoſitionis ad rē
.i. in hoc quod propoſitio ſignificat rem ita eſſe ſicut eſt.
Et hoc eſt ſcibile eſſe menſurā ſciētie: ⁊ ideo relatio ſcien
tie ad ſcibile eſt mēſurabilis ad menſurā. Et hinc palāꝫ
fit quomodo ſciētia ſit relatiuū ſcdm dici: naꝫ ꝗuis ſciē
tia menſuretur per ſcibile: tñ nomen ſcientie non ſignifi
cat illā relationē: et ideo ſciētia eſt de predicamēto qua
litatis: ſed menſurabile eſt de predicamento relationis.
Qd ſi quis arguat cōtra ſufficientiā huius diuiſionis.
ꝙ calidius eſt relatio que fundatur in qualitate, ⁊ ſimile
⁊ diſſimile. Reſpondet illic. S. Thomas ex mente Ariſt.
ꝙ nulla relatio fundatur in qualitate, niſi inꝗtuꝫ qua
litas habet rationē actionis, aut quātitatis: ſimilitudo
.n. fundatur in vnitate qualitatis: illa. n. ſunt ſimilia que
habēt vnā qualitatē: et illud eſt calidus quod habet ex-
ceſſum quodāmodo quātitatis in qualitate. Et ad hoc
propoſitū dicit illic Ariſt. ꝙ vnitas ſubſtātie facit idem:

Relatio mutua ⁊ non mu.

vnitas vero quātitatis, facit equale: ſed vnitas qualita
tis facit ſimile. Ex hac tertia diuiſione relationis ſub
ſequitur quarta. Eſt nāꝗ relatio duplex. ſ. mutua ⁊ non
mutua. Quam diuiſionē explicat. S. Thomas prima
parte. q. 13. ar. 7. Relatio realis mutua eſt illa que eſt rea
lis ex vtroꝗ extremo. i. que ex vtraꝗ parte habet funda
mentū reale. Relatio vero non mutua eſt que ex altero
tātum extremo eſt realis, ⁊ ex altero rationis. V. g. ſimi
le dicit relationē realem: qꝛ ſicut vnū ſimile realiter refer
tur ad primum eodem modo duplū ratione quantitatis
refertur

refertur ad ſubduplū: ⁊ ſubduplū etiam ratione quan-
titatis ad duplum: ꝗuis ſit diſquiparantia. Et ideo iſte
ſunt relationes mutue: ſed tamē ſcientia (vt eſt expreſſa
ſententia Ariſto. loco modo citato) realiter refertur ad
ſcibile: ſcibile vero ſola ratione refertur ad ſcientiam.
Quod eſt dicere, ſcientia quia eſt realis effectus ſcibi-
lis, ex ſua natura habet ꝙ mēſuretur ab obiecto: et ideo
realiter refertur ad ipſum. Scibile vero non eſt effectus
realis ſcientie: ⁊ ideo non dicitur menſura ſcientie per a-
liquam realem rationem que ſit in illo: ſed per hoc quod
ſcientia refertur ad ipſuꝫ, id eſt realiter adequatur ipſi:
⁊ ideo eſt relatio mutua: quia in ſcientia eſt relatio rea-
lis ⁊ in ſcibile relatio rationis: quod adhuc in ſolutione
ſeptimi argumenti euidētius fiet. Eodem modo conce-
dit illic. S. Thomas ꝙ relatio Dei ad creaturā (qualis
eſt relatio dominij) eſt relatio rationis: licet ſeruitus in
nobis ſit relatio realis. quia cū Deus nō ordinetur reali
ter ad nos: ſed nos ad ipſuꝫ. Deus nō refertur ⁊ realiter

Relatio equipa. ⁊ diſquipa.

ad creaturā: ſed creatura ad Deū. Hoc tamē nō eſt pre-
ſentis ſpeculationis. Hinc rurſus ſequitur aliam eſſe
quintā diuiſionē relationis in relationē equiparantie,
⁊ diſquipāte. Relatio. n. equiparantie eſt relatio eſt eiuſ
dē denominationis in vtroꝗ extremo: vt ſimile/ equale
⁊c. Relatio vero diſquiparātie eſt relatio que nō eſt eiuſ
dem denominationis in vtroꝗ extremo: vt pater filius:
dñs ſeruus/ duplum ſubduplum/ Quare ſtat vt relatio
mutua ſit diſquiparātie. Igitur, vt ad reſponſionem
argumenti tertij principalis redeamus, non eo negat
Ariſt. ad relationē eſſe per ſe motum, quia neget eſſe ac
cidens reale: niſi quia relatio per ſe non producitur: ſed
comproducitur ad productionem ſui fundamenti. Eſt
enim tantum triplex motus (preter generationē que eſt
mutatio ſubſtantie in ſubſtantiaꝫ) ſcilicet augmētatio:
que eſt motus ad quantitatem (quā conſequitur equali
tas ⁊ inequalitas duplum ſubduplum ⁊c.) ⁊ alteratio:
que eſt motus ad qualitatem (quam conſequitur ſimile
⁊ diſſimile) ⁊ motus localis: qui eſt motus ad vbi (quod
conſequitur propinquum remotum ⁊c.

At vero Scotus dictum hoc Ariſto. limita
re contendit: excogitans vnam nouam diuiſionem rela-
tionis in relationem intrinſecus aduenientem ⁊ relatio
nem extrinſecus aduenientem: vt eſt videre apud ipſum
in tertio. d. 1. q. 1. ⁊ in quarto. d. 13. q. 1. ⁊ quodlibet. 11. Cu-

Relatio intrinſec. et extrin. adueniens.

ius opinio conſiſtit in tribus propoſitionibus. Pri-
ma eſt. Relatio intrinſecus adueniens eſt relatio neceſ-
ſario conſequens fundamentū intrinſecum, puta quan
titatem (quam ſequitur equalitas) qualitatem (quam ſe
quitur ſimilitudo ⁊c.) aut eſt relatio que neceſſario con-
ſequitur fundamento ⁊ termino in actu poſitis. Relatio
vero extrinſecus aduenies eſt illa, que non conſequitur
aliquod fundamentum intrinſecum, vel que non neceſ-
ſario conſequitur ambobus extremis poſitis. Ponit
duplex exemplum extrinſecus aduenientis. Primum
de vnione: ſi enim (inquit) materia ⁊ forma ligni eſſent
in eodem loco quo modo ſunt, nō vnite, ⁊ poſtea vniren
tur, illa vnio non conſequitur aliquā rationem fundan-
di abſolutū: puta quantitatem aut qualitatē: ⁊ ideo ſta-
bit ambo extrema eſſe, ſcilicet materiā ⁊ formam, ⁊ ta-
men ꝙ non eſſet vnio. Idem dicit de vnione humanita-
tis ad verbum: ſtat enim (inquit) ambo extrema eſſe, et
ꝙ non ſit vnio. Secundum exemplū ponit de/ vbi/ quam
putat eſſe relationem extrinſecus aduenientē. Tertium
exemplū addunt aliqui de propinquitate quam [illegible] an
tur eſſe relationem extrinſecus aduenientem: quia ſtat
me eſſe ⁊ columnā eſſe cui ego ſum propinquus, ⁊ tamē
ꝙ non ſit propinquitas: vt ſi hinc diſcedam. Secun-
da eius propoſitio eſt. Quod ad relationeꝫ extrinſecus
aduenētem eſt per ſe motus: quod primo enim per mo-
tum ego acquiro eſt eſſe in hoc loco: quod (ſecundū euꝫ)
dicit ſolum talem reſpectum ad centrum terre vel ad o-
rientem ⁊c. vt in capite de quātitate expoſuimus. Ter
tia propoſitio eius eſt. Quod ſex vltima predicamenta
ſunt relationes extrinſecus aduenietes. Et quia hoc
eſt precipuū punctum in ſex vltimis predicamentis, ne
ceſſarium eſt hec intelligere et examinare. Imprimis
hec diuiſio nulli ante Scotum inter philoſophos re-
peritur. Et arguitur ꝙ nulla ſit relatio extrinſecus ad-
ueniēs. Primo quia Ariſto. 5. methaphi. tex. 20. ſufficiē
ter exiſtimauit diuiſiſſe omne genus relationis in tria:
quia (inquit) omnis relatio, aut conſequitur quātita
tem, aut qualitatem, aut actionem: quare omnis relatio
conſequitur aliquod extrinſecuꝫ fundamentum. Se

Unio.

cundo arguitur in ſuis exemplis. Unio materie ad for-
mam conſequitur aliquod intrinſecus fundamentum,
ſcilicet actionem qua forma vnitur materie: ſicut enim
poſita in me albedine ſum ſimilis alteri albo: ita poſita
actione qua forma vnitur materie conſequitur vnio. Et
eodem modo vnio humanitatis ad verbū conſequitur
actionem qua humanitas aſſumitur: vnde fit vt ſint re-
lationes intrinſecus aduenientes. At vero de vbi ma
nifeſtiſſimum eſt apud Ariſtoteleꝫ non eſſe vere relati-
uum, puta relatiuum ſecundum eſſe: nam quinto phiſi-
corum textu. 10. poſtꝗ dixerat ꝙ ad relationem non eſt
motus: et ad ſubſtantiā non eſt niſi mutatio (. ſ. gñatio)
ſubiungit ꝙ eſt motus ad quantitatē, ⁊ ad qualitatē et
ad vbi. Unde apud Ariſt. non magis/ vbi/ eſt relatio, ꝗ
quantitas aut qualitas. Imo ſequitur bene/ ad nullā re
lationē eſt motus: ad vbi eſt motus: ergo vbi nō eſt rela-
tio. Quocirca ꝑ libito limitatur maior ad certas relatio-
nes, cū ſit vniuerſalis. Et cōformatur qꝛ/ me eſſe hic/
ꝗuis nō poſſit explicari, niſi per reſpectū ad centrū vel
ad orientē, tñ eſſe hic nō ſignificat illū reſpectū, ſꝫ eſſe in
hoc loco/ dato per impoſſibile ꝙ nullus eſſet reſpectus.
Et ideo ſolū eſt relatiuū ſcdm dici: ⁊ propterea facit ſpe
ciale predicamentū: qꝛ nō eſt relatiuū. Qd ſi dicat quis
Scotum idē intelligere per relationē extrinſecus adue-
nientē, quod nos appellamus relatiuū ſecundū dici: id
non pōt ſtare cū ſuis exēplis: nam certe vnio materie ad
formā ⁊ humanitatis ad verbū eſt relatio ſcdm eſſe: qa
tota quiditas huius quod eſt vniri/ eſt eſſe ad aliud. Et
ꝓpinquitas (de qua alij ponunt exēplū) eadē ratione eſt
relatiuū ſecundū eſſe. Et per hoc impugnatur ſecūda
diffinitio relatiōis extrinſecus aduenientis. ſ. quod ſit il
la relatio: quā ſtat ambobus extremis poſitis nō poni:
nā vel intelligit de fundamētis remotis, ⁊ tūc etiā ſimi-
litudo eſſet extrinſecus adueniens: qꝛ ſtat me eſſe ⁊ pau
lum eſſe qū non ſit ſimilitudo albedinis que modo eſt in
ter nos: vt puta ſi alter efficiatur niger. Si vero intelli-
gat de fundamento proximo, falſum eſt ꝙ ſtet fundamē
tum proximū vnionis eſſe puta actionē, qua forma vni
tur materie, quin ſit vnio. Sed in hoc (ſalua eius auto-
ritate) deuiauit Scotus, ꝙ nullū credit eſſe fundamen
tum proximū vnionis preter res vnitas. Per hec ma
nifeſte impugnatur ſecunda propoſitio eius. ſ. ꝙ ad rela
tionē ſit per ſe motus: nam motus ſeu actio qua forma
ligni vnitur materie nō terminatur ad relationē: ſed ad
ſubſtantiā: actio. n. qua vnirentur, eſſet gñatio: ⁊ ideo ter-
minaretur ad eſſe lignū. Et eadem ratione actio quā hu
manitas vnitur verbo non terminatur ad ſolā vnionem
que ſit relatio: ſed ad hoc quod eſt Chriſtū eſſe hominē:
quod eſt predicatū ſubſtantiale: ſicut vnio qua accidēs
vnitur ſubiecto eſſet alteratio, ⁊ per cōſequens non ter-
minaretur ad relationē: ſꝫ ad calidū aut ad albū ⁊c. Itaꝗ
vnio, ſi dicat motū, precedit natura informationē qua
forma informat materiā, ſeu accidēs ſubiectū: ſed vt di-
cit relatiōnē, ſequitur informationē, ⁊ illa eſt proxima
ratio fundādi relationē. Eo. n. ꝙ per informationem fit

 lignum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lignũ, cõſequitur relatio vnionis partiũ: ⁊ ex eo ꝙ Chꝛiſtus eſt homo, cõſequitur relatio vnionis humanitatis: ⁊ ex eo ꝙ ego ſum albus, cõſequitur relatio vnionis accidẽtis. Et motus localis cuius terminatur ad vbi: tamẽ

Pꝛopinquitas. vbi nõ eſt relatio ſcdm eſſe: ſed ſcdꝫ dici. ¶ Et per hoc fit manifeſtũ quomodo pꝛopinquitas ſit relatio intrinſecus adueniens: q̃ cõſequit̃ actionẽ qua ego ſum in hoc loco. non. n. ſtat me eſſe hic, ⁊ te eſſe iſtic, quin ſimus pꝛoximi: ⁊ me eſſe hic/ eſt fundamentũ pꝛopinquũ illius relationis. ¶ Hinc demum ſequitur ꝙ ſex vltima predicamẽta nullatenus ſunt relationes extrinſecus aduenietes, ſed res abſolute extrinſecꝰ adiacẽtes: qꝛ neqꝫ ſunt vere relatiua: ſꝫ ſolũ relatiua ſcdm dici: vt illic latiꝰ videbimꝰ.

¶ Ad quartũ principale rñdetur ꝙ primam

Recipere contraria pꝓprietatẽ nõ aſſignauit Ari. ex pꝛopꝛia ſentẽtia: ſed tanq̃ incõueniens quod ſequebatur ex opinione antiquoꝛum: nã contrarietas: vt dictũ eſt cap. de ſubſtãtia, ſolũ cõuenit rebus ratione quatuoꝛ pꝛimarũ qualitatuꝫ: ex quibus qualitates ſcde cõſtant: relatiões vero nec ſunt pꝛime qualitates, neqꝫ ex illis compoſite. Sed relatiua ſcdm dici, vt ꝟtus ⁊ vitiũ cõtrariantur, nõ inquantũ relatiua: ſed inquantũ qualitates. Unde (quod Ammonius ⁊ alij antiqui adnotarũt) non intelligitur ꝙ virtus ſit oppoſita illi ad quod refertur: refertur namqꝫ ad ſubiectũ (virtus. n. eſt ſtudioſi virtus: ſicut vitiũ vitioſi, vitium) ⁊ tñ inter ſe opponunt̃: virtus vitio: qꝛ habentẽ ad contrarios diſponũt fines: puta ad bene ⁊ male agendum. Sicuti ſcientia refertur ad ſcibile: opponitur vero ignoꝛãtie. Ignoꝛantie quideꝫ pure negationis, opponitur pꝛiuatiue: ſed ignoꝛãtie pꝛaue diſpoſitiõis. i. erroꝛi, opponitur cõtrarie. ¶ Ad replicã vero reſpondetur ꝙ equale ⁊ inequale, ſimile ⁊ diſſimile nõ opponũtur ſimpliciter: qñ quidẽ ſimpliciter poſſunt conuenire eidẽ (vtpote reſpectu diuerſoꝛũ). Sed opponuntur ſcdm quid: vt ſi dicas ſimile ⁊ diſſimile reſpectu eiuſdẽ. ¶ Ad quintũ pꝛincipale

Magis ⁊ minus. le rñdetur: ꝙ ſicuti relatio inquantũ relatio non recipit cõtrarium: ita neqꝫ recipit magis ⁊ minus: ſed ſicuti cõ pꝛoducitur (vt ait Ariſt. 5. phiſi.) ad pꝛoductionẽ fundamẽti: ita intẽditur ⁊ remittitur ad intenſionẽ ⁊ remiſſionem eius: vt ſicuti alio acquirẽte albedinẽ quã ego antea habebã, incipioꝛ ego eſſe ſimilis illi: ita intenſa eius albedine efficioꝛ magis ſimilis. ¶ Sed de equalitate eſt dubiũ quomodo intendatur: nã id maxime fieret ſi ego ſum ſeptupedalis, ⁊ alius qui erat quintupedalis incipiat augeri: tunc. n. efficimur magis equales: ſed tñ arguitur ſic. Quãtitas que eſt fundamentũ relationis nõ intẽditur: ergo neqꝫ equalitas. Rñdetur ꝙ aliqui textꝰ ſcdm traſlationẽ Boetij in hac ſecũda pꝛopꝛietate non hẽt/ equale/ ſed ſolũ/ inequale/ pꝛopterea ꝙ cuꝫ inequalitas cõſiſtat in indiuiſibili: puta in vnitate quantitatis, vbi nullus eſt exceſſus (vt ſentit Ariſto. loco citato in argumento) non põt recipere magis ⁊ minus. Nihilominꝰ in textu greco habetur/ equale: ⁊ ideo/ equale/ non accipitur hic pꝛopꝛie ſed abuſiue, vt vbi eſt minoꝛ exceſſus, appelletur maioꝛ equalitas ſicut etiaꝫ ſimile ſimpliciter dicit eundẽ gradũ qualitatis: ſed abuſiue dicuntur ſimilia non obſtante aliquo exceſſu intenſionis. Unde ad replicam rñdetur ꝙ q̃uis quãtitas non intẽdatur, tñ ratione eius augmẽti equalitas abuſiue, ⁊ ſecundum vulgares dicitur intẽdi. ¶ Qui putãt relationẽ eſſe rem diſtinctã fundamento diſcrutiant ſe, an illa relatio que eſt ſimilitudo ſit accidẽs intẽſibile. Nos vero nõ credimus diſtingui ſimilitudinẽ ab albedine: ⁊ ideo intẽtio non fit niſi per intenſionẽ albedinis: aut per remiſſionẽ: nam ſi ego ⁊ petrus ſumus equaliter albi, per intenſionẽ albedinis in altero noſtrũ, altero manẽte inuariato, remittitur intenſio. ¶ Ad ſextũ pꝛincipale rñdetur: ꝙ illa tertia pꝛopꝛietas eſt gñalis oĩbus relatiuis ſcdm eſſe ⁊ ſecundũ dici: ⁊ per cõſequẽs extẽditur ad omnia denominatiua: vt patet ex ipſa litera Ari. Sicut. n. caput eſt, capitati caput eſt: ⁊ ſi capitatũ eſt, capite capitatũ eſt: eodem mõ coloꝛ eſt coloꝛati coloꝛ: ⁊ coloꝛatũ coloꝛe coloꝛatum: ⁊ ita in ceteris. Niſi ꝙ coloꝛ non ſignificat intrinſece illã habitudinẽ ad ſubiectũ: et ideo non eſt relatiuum niſi ſcdm dici: ⁊ id quidẽ largo modo: nam ⁊ quiditas albedinis explicari poſſet ſine oꝛdine ad ſubiectũ: ſi haberemus nomen pꝛopꝛie: dñe contrahẽtis coloꝛẽ ad eſſe albedinis. ¶ Propter ſeptimũ argm̃ Ammonius ⁊ pꝛiſci expoſitoꝛes dicũt ꝙ ſi ſcibile ⁊ ſciẽtia accipiatur vtrũqꝫ in actu, aut vtrũqꝫ in potẽtia, ſunt ſimul natura: nã ſcibile in actu eſt cuius actu habetur ſciẽtia: ſicut dicit Ariſto. tertio de anima tex. 8. ꝙ quando recipiũtur ſpecies intelligibiles in intellectu, per eas obiectũ fit intelligibile in actu, ⁊ potẽtia, intellectus in actu: ſed pꝛius ſicut obiectum ſolum erat intelligibile in potentia, ita et intellectus habebat ſciẽtiã in potentia. ¶ At vero reſtat dubium duplex apud Ariſtotelem pꝛimum quare de aliquibus relatiuis nẽpe duplum ⁊ ſubduplum tanq̃ notum reliquit ꝙ ſint ſimul natura: et id dubitauit de ſciẽtia ⁊ ſcibile. Et ſcdm ꝙ videtur ſophiſticum feciſſe argumentum pꝛobãdo ꝙ ſcibile in potẽtia ſit pꝛius q̃ ſciẽtia in actu: qꝛ de illo nulla erat difficultas. ¶ Sꝫ ad vtrũqꝫ reſpondet egregie. S. Thomas pꝛima parte. q. 13. arti. 7. ad ſextum argumentũ. Ubi ait ꝙ ad cognoſcendum quomodo relatiua ſint ſimul natura nõ debemus reſpicere ad res ſignificatas (nam res que eſt pater pꝛecedit rem que eſt filius) ſed reſpiciendũ eſt ad ſignificationes. Eſt tamen dña inter relatiua ſcdm eſſe, ⁊ relatiua ſcdꝫ dici. Nã relatiua ſcdm eſſe omnia ſe actu includũt in ſignificatione: non. n. eſt pater, niſi actu habeat filiũ: nec duplũ, niſi actu habeat ſubduplum: ⁊ econuerſo. Relatiua vero ſcdm dici aliqua quidẽ actu ſe mutuo includunt: vt non eſt capitatũ, niſi actu hẽat caput: nec eſt caput, niſi actu ſit capitatũ: nã abſciſſum caput non eſt capud vniuoce. Aliqua vero ſunt quoꝛũ vnuꝫ ſimpliciter includit aliud in actu: ſed tñ aliud ſimpliciter ſolũ includit pꝛimũ in potẽtia: vt ſciẽtia nõ eſt ſimpliciter ſcientia, niſi actu

Simul natura.

Scibile ⁊ ſcientia. ſit. i. actualiter habitus ſit in intellectu: ⁊ ſi hoc mõ ſcientia eſt, ſcibile actu eſt. i. illud obiectũ quod fuit cauſa illius habitus actu eſt qñ pꝛoducit habitum: ⁊ ideo ſcientia dicit relationẽ realẽ ad ſcibile: qꝛ eſt effectus realis eius. At vero vt ſcibile ſit ſimpliciter ſcibile, non exigit actu ſcientiã: qꝛ nomina in bile/ ſolũ dicũt potentiã. Dicitur. n. ſimpliciter ſcibile qꝛ põt de illo eſſe ſciẽtia: ⁊ pꝛopterea ſolũ dicit relationẽ rõnis ad ſcientiã: quã alij vocant aptitudinalẽ. Hac de cauſa egregie dicit Ariſto. ꝙ ſcibile ſimpliciter loquẽdo eſt pꝛius ſcientia: nã quadratura circuli ſimpliciter eſt ſcibilis ꝓ hoc ꝙ poſſit eſſe ſciẽtia de illa: ſed tñ ſimpliciter non eſt ſcientia: qꝛ nõ eſt inuentus talis habitus: cũ quo ſtat ꝙ ſcibile in actu ſit ſimul natura cũ ſcientia: ⁊ ꝙ ſciẽtia in potentia ſit ſimul

Relatiuũ dif. ꝑ reli. natura cũ ſcibile. ¶ Octauũ argm̃ petit illã difficultatẽ/ vtrũ vnum relatiuũ debeat diffiniri per reliquum. Et id quidẽ nõ hic aſſerit expꝛeſſe Ariſt. ſed ſolũ ait ꝙ qui ſciuerit naturã vnius relatiui, ſcit naturam alterius: vñ ſolum ſequitur ꝙ diffinitio vnius non põt intelligi niſi intellecta diffinitione alterius. Sed tñ ſexto topycoꝛũ cap. tertio cuꝫ docuiſſet diffinitionẽ debere dari per notioꝛa ⁊ pꝛioꝛa diffinito (quia datur innoteſcendi cauſa) ſtatim excipit relatiue oppoſita ꝙ videlicet vnum diffiniatur per aliud: vt duplum (inquit) eſt quod bis continet dimidium: ⁊ dimidium quod bis continetur a duplo. Et inde Poꝛphyrius cap. de ſpecie deſumpſit ꝙ vnum relatiuum ponitur in diffinitione alterius. ¶ Eſt ergo concluſio: ꝙ hoc eſt pꝛopꝛiũ relatiuoꝛũ ſecundum eſſe, vt vnũ diffiniatur per reliquũ. Unde Ariſ. hic tanq̃ coꝛrolariũ diffinitionis relatiuoꝛũ ſcdm eſſe intulit ꝙ vnũ cognoſcitur

citur in oꝛdine ad aliud: nam ſi quiditas huius quod eſt eſſe patrẽ/ nihil aliud eſt q̃ genuiſſe filium, certe diffinitio quiditatiua nõ poteſt dari niſi per oꝛdinẽ ad filiũ: et ſi eſſe filiũ nihil aliud eſt q̃ eſſe genitũ ab alio, in diffinitione filij ponetur pater. Enimuero ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci: ob idqꝫ ſicut ſunt ſimul natura, ita ſunt ſimul cognitione. ¶ Ait verumtamen hic Albertus ꝙ aliud eſt vnũ relatiuũ diffiniri per alterũ. Aliud vero eſt vnũ diffiniri in oꝛdine ad alterũ. Pꝛimũ. n. eſt verum ⁊ ſcdm falſum. Nam ly/ per/ dicit cauſam: ⁊ ideo patrem diffiniri per filiũ/ deſignat cognitionem filij eſſe cauſam cognitionis patris: ⁊ tunc eadẽ rõne cognitio patris eſſet cauſa cognitionis filij. Quod quidẽ non eſt verũ: tũ quia eſſet circulus in eodẽ genere cauſe: tum qꝛ ſicut eſſe patrem non eſt cauſa huius quod eſt eſſe filiũ, nec econuerſo: ita neqꝫ cognitio vnius põt eſſet cauſa cognitiõis alterius. Sed tñ ly/ ad/ ſolũ dicit oꝛdinẽ ⁊ ſic pater cognoſcitur in oꝛdine ad filiũ ⁊ filius in oꝛdine ad patrem. Addiderim tñ ꝙ non eſt neceſſe vnũ relatiuum foꝛmaliter ſemper poni in diffinitione alterius: ſatis. n. eſt ſi ponat̃ eius ſubm̃, vt ſi dicas pater in creaturis eſt animal quod genuit aliud eſſentialiter ſibi ſimile: ⁊ filius eſt animal quod ab alio ſibi ſimili genitum eſt. ¶ Igitur ad argumentũ conceditur ꝙ in diffinitione vnius relatiui debet poni reliquũ: negatur tñ inde ſequi ꝙ idẽ ſit notius ⁊ ignotius (in quo plurimi gratis toꝛquentur) non. n. vnũ relatiuum ponitur in diffinitione alterius tanq̃ notius aut pꝛius notum: ſed tanq̃ eque notũ ⁊ ſimul cognoſcibile: hec. n. eſt pꝓpꝛia natura relatiuoꝛũ vt ſint ſimul cognitione. ¶ Nõ ſi quis foꝛte replicuerit ex Ariſto. 2. topicoꝛum cap. 2. vbi ait ꝙ loco nominis poſiti in diffinitione licet ponere eius diffinitionem: vt ſi hõ eſt animal rationale, loco de ly/ animal poſſumus dicere, hõ eſt coꝛpꝰ ſenſibile rationale: vnde foꝛmet quis hoc argm̃. Si duplum eſt id quod bis continet ſubduplũ, tunc loco de ly/ ſubduplũ/ poſſumus dicere: duplũ eſt quod bis continet illud: quod bis cõtinetur a duplo: ⁊ per conſequẽs idem diffiniretur per idẽ. Reſpondetur ꝙ non eſt eadẽ ratio in relatiuis ⁊ in abſolutis: in diffinitione. n. relatiui non ponitur aliud tanq̃ pꝛincipale relatiuum: ſed tanq̃ terminus relationis illius que diffinitur: ſi tñ loco illius termini ponas eius diffinitionẽ, explicatur tũc, non tanq̃ terminus: ſed tanq̃ pꝛincipale relatiuũ cuius terminus eſt fundamentum pꝛioris relationis: ⁊ ideo fit circulus: qui non contingit ſi loco nominis abſoluti poſiti in diffinitione ponas eius diffinitionem. Et ideo loco relatiui in diffinitione non licet ponere eius diffinitionem.

¶ Quæſtio ſecunda.

¶ Vtrum relatio diſtinguatur realiter a ſuo fundamento.

PRo parte affirmatiua arguitur pꝛimo ex ipſa quiditate relatiui. Quiditas ⁊ relatio eſſentialis relatiui plus differt a quiditate ſubſtantie q̃ quiditas accidentis abſoluti puta quantitatis aut qualitatis: nam quiditas relatiui eſt eſſe ad aliud vt hic docet Ariſto. quiditas vero abſoluti eſt eſſe in ſe. i. non ad aliud, ſed accidẽtia abſoluta realiter diſtingũtur a ſubſtantia: ergo ⁊ accidens relatiuũ. ¶ Secundo pꝛincipaliter arg̃r ex Ariſt. 5. meta. tex. 20. vbi aſſerit omne genus relationis conſequi accidens abſolutũ: ⁊ quinto phiſi. vt dictũ eſt, dicit ꝙ motus nõ terminatur ad relationẽ: ſed ad aliud accidẽs abſolutum quod cõſequitur relatio: in quibꝰ locis videtur ponere dñam inter relatiuũ accidens ⁊ abſolutũ. ¶ Tertio pꝛincipaliter arguitur. Pꝛedicamenta (vt ſepe hactenus dictum eſt ex Ariſt. 5. meta. tex. 14.) ſunt etia realia: ergo omnia pꝛedicamenta realiter inter ſe diſtinguntur. Patet cõſequẽtia: qꝛ idem eſt decẽ eſſe entia realia/ quod/ decem eſſe realiter diſtincta: ſi. n. nõ diſtinguerentur realiter, non eſſent decem realiter. ¶ Quarto pꝛincipaliter arguitur vt arguit. S. Th. pꝛima parte. q. 13. ar. 7. ⁊ 28. ar. 1. ⁊ de potentia. q. 7. arti. 9. ⁊ alibi ſepe: ⁊ Scotus in. 2. d. 1. q. 5. ⁊ in multis alijs locis. Sunt alique relationes que dicũt perfectiones reales vt oꝛdo vniuerſi, vnio materie ⁊ foꝛme, inherẽtia accidentis ad ſubiectum, relatio cauſe ad effectũ realem, eſſe partem ⁊c. que oẽs relatiões dicũt perfectiões ex natura rei ſecluſa operatione intellectus: ergo ille ſunt relationes reales: ꝙ ſi ſint reales, realiter diſtingũtur. Pꝛopter hoc argm̃ ait illic Scotꝰ ꝙ negare relatiões diſtingui eſt negare totũ oꝛdinem vniuerſi. ¶ Quinto pꝛincipaliter arguitur ex mente Scoti in. 3. d. 1. q. 1. Stat aliquãdo quodcunqꝫ accidẽs abſolutũ quod pꝛius erat in petro manere, deſtructa eius relatiõe: ergo relatio petri realiter diſtinguitur a quocunqꝫ abſoluto quod ſit in illo. Pꝛobatur antecedens. Petrus albus eſt ſimilis alijs albis: deſtruantur alia alba: petrus deſinit eſſe ſimilis nullo accidente abſoluto coꝛrupto in petro: ergo ſimilitudo petri diſtinguebatus ab albedine: alias cũ albedo maneat ⁊ ſimilitudo non maneat, ſi albedo erat ſimilitudo, eadẽ res manet ⁊ non manet. ¶ Et confirmatur argm̃ ſimili modo. Stat ſimilitudinẽ petri intendi, nullo eius accidẽte abſoluto intenſo: ergo relatio diſtinguitur ab illo, vt ſi petrus ſit albus vt ſex, Paulus vero vt quatuoꝛ, tunc ſunt aliquo modo ſimiles: ſed ſi poſtmoduꝫ albedo petri remittatur ad quatuoꝛ, fit magis ſimilis paulo: ergo ſimilitudo petri intẽditur albedine eius remiſſa. ¶ Eodem modo arguunt ꝙ poſſunt multiplicari ſimilitudines in Petro ſi plures homines generentur albi, albedine tñ Petri non multiplicata: ergo relationes ille diſtinguntur ab albedine. ¶ Sꝫ qꝛ ad hoc quintũ argm̃ poſſet reſpõderi ꝙ oẽs iſte variationes in petro fiũt pꝛopter mutatiões alioꝛũ extremoꝛũ, ſexto pꝛincipaliter arguit̃ argumẽto ocham in. 1. d. 8. q. 1. Impoſſibile eſt contradictoꝛia verificari de eodem ſucceſſiue, niſi aut mutato loco, aut tẽpoꝛe, aut re noua pꝛoducta, aut deſtructa: ſed poſito. v. g. ꝙ materia ⁊ foꝛma ligni ſint in eodẽ loco penetratiue ⁊ non vnite, tunc poſſunt eſſe vnite adeo, nec tẽpoꝛe, nec loco mutatis, nec re aliqua deſtructa: ergo ſi antea nõ erãt vnite ⁊ modo ſunt vnite, eſt pꝛopter pꝛoductionẽ noue rei que eſt vnio. Simile argm̃ facit in. 3. q. 1. ad pꝛobandum ꝙ vnio humanitatis ad verbũ ſit relatio diſtincta. Plura congerũtur alia argumenta vt eſt videre apud Gregoriũ pꝛimo ſent. d. 18. q. 2. ſed omnia ſunt velut catena cuius ſi vnum annuluꝫ infringas, tota diſſoluitur. ¶ In contrarium eſt autoꝛitas Ariſto. 5. phiſi. tex. 10. vbi ait/ ad relationem non eſſe per ſe motum, quia ſtat inquit altero mutato, alterum immutatum relatiue dici. i. ſtat aliquem ſine noua rei acquiſitione realiter referri, qualiter antea non referebatur.

¶ Quæſtio hæc inter dialecticos huius temporis maioꝛis foꝛſan momenti eſt, q̃ fuiſſet apud antiquos: ſed qꝛ inſtitutum noſtrum non eſt ſolũ opiniones recitare: aut aliquã pertinatius ſequi, q̃ ratio conuicerit, ad queſtionẽ duabus concluſionibus reſpondemus. Pꝛima eſt. Nulla pꝛoꝛſus eſt relatio a fundamento realiter diſtincta tanq̃ res noua: vt videlicet ſint due res, ſicut ignis ⁊ caloꝛ. Et pꝛimũ omniũ nemo ante Scotuꝫ (quem ego viderim) ita expꝛeſſe ſub iſtis terminis conceſſit ꝙ relatio diſtinguatur realiter a fundamento: ſed ille conceſſit pꝛimus qui. 3. ſent. d. 1. triplex inquit eſt relatio. Alia cui repugnat eſſe ſine eius termino: vt relatio creature ad Deũ: ⁊ hec (inquit) nõ diſtinguitur a creatura. Alia vero eſt cuius fundamentum põt eſſe ſine tali re

1. Conclu.

Hh ij latione:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lationē: vt equalitas, ſimilitudo ⁊c. (nā poteſt homo ma-
nere albus ſine relatiōe ſi alia alba corrūpant) ⁊ hec inqͣt
oīs diſtinguitur a fundamento: ſiue ſit intrinſecus, ſiue
extrinſecus aduenieēs. ¶At. S. Thomas nuſꝗ̃ hoc for-
maliter aſſeruit: ſed eius diſcipuli illud verbum adiece-
runt. Unde Paulus ſoncinas ſolerctiſſimus ſcrutator
S. Thome. 5. met. q. 28. ait ꝙ circa hāc queſtionē nulli-
bi expreſſe habetur qđ ſenſerit philoſophus aut cōmen-
tator aut. S. Thomas aut alij peripatetici: ⁊ ideo iunio
res varia ſenſerunt. Unde ipſe tenet partē negatiuam:
licet Capreo. in primo. d. 30. ⁊ alij thomiſte teneant affir
matiuam. Addiderim ego ꝙ. S. Thomas potius fuerit
opinionis negatiue, ⁊ primo ſi opuſculū illud quadrage
ſimū octauū de predicamētis eſt. S. Thome (vt non ab
re creditur) expreſſe illud tenet in tractatu de predica-
mento/ad aliquid/cap. 2. vbi ait ꝙ ſimilitudo ſortis in al
bedine ad Platonem non eſt alia res diſtincta albedine:
ſed ſolum ipſa albedo vt ſe habet ad albedinem Plato-
nis. Et ſubdit. Si. n. ſimilitudo adderet ſupra albedinē
aliquam rem, nullo mō poſſet aliquis fieri alicui ſimilis
ſine ſui mutatione: quod eſt falſum. Nā ſi quis (inquit) in
india fieret modo albus, fierem ego ſimilis illi, nulla in
me facta mutatione. Hec ille. Et quinto phiſi. lectiōe ter
tia exponens illud/Ad relationē nō eſt per ſe mot⁹/dicit
ꝙ cum ego habeo quātitatē, per eam cōuenit mihi, vt
ſim equalis oībus illis qui eandē habent. Et ideo cū qͣs
de nouo accipit illā, nihil de nouo mihi aduenit per quā
ſim ſimilis illi. ¶Et re vera id expreſſe aſſerit Ariſto. in
illo textu. Cuius verba ſunt. Neqꝫ motus eſt in aliquid:
altero. n. ſubeunte mutationē non ſubeuntem vere dici
pōt. i. per hoc ꝙ alter mutatur, me in mutato, incipio eſ
ſe ſimilis aut equalis. Quinetiā hoc explicat diffinitio
ad aliquid. ſ. hoc ipſum quod ſunt, aliorū ſunt: nempe ꝙ
nullū aliud eſſe habēt, niſi eſſe ad illud: vt patet per hoc
ſolū formaliter eſt pater: quia habet filiū: ⁊ dñs, qꝛ hēt
ſeruū. Itaqꝫ ꝗ̃uis denominatio eſt formaliter in patre,
denominatur tñ a filio. Unde. S. Tho. 3. q. 16. arti. 6. ad
ſcđm, ⁊ alibi frequenter cōcedit ꝙ relatio cōuenit alicui
ſine ſui mutatione. Idē dicit Auguſ. quinto de trinitate
cap. vltimo. Et Anſel. mon. capi. 25. ⁊ oēs in vniuerſum
philoſophi. ¶Scio rñſionem eſſe tenentium contrarium
opinionē: ꝙ ꝗ̃uis qui incipit eſſe ſimilis aut equalis non
mutetur mutatione per accidēs abſolutū, nihilominus
mutatur mutatione accidēs reſpectui. At vero cū vni-
uerſaliter Ariſt. dicat nullā eſſe neceſſariā mutationem
in eo qui incipit eſſe ad aliquid, voluntaria eſt iſtorū re
ſtrictio. ¶Attamen concluſionē nō teneo ſolū ꝑpter au
toritatem Ariſto. aut. S. Thome. Imo certior eſt mihi
concluſio, ꝗ̃ ꝙ fuerit opinio ipſorū. Et potiſſimum mihi
argumentum eſt id quod modo faciebamus. Quis em̄
credet per hoc ꝙ aliquis incipiat in indis eſſe albus ori-
ri in me aliquā rem: quā prius nō habebā: cum ſecundū
iſtos deberet pullulare in numere entitates: nam incipio
eſſe illi diſtinctus, ſimilis, maior ⁊c. Et qñ Petro naſcit
filius, neſcio quomodo accreſcat illi aliqua entitas ma-
gis ꝗ̃ ſi eſſet mortuus anteꝗ̃ filius animā reciperet: cū
tñ autores huius opinionis concedant: ꝙ quotieſcunqꝫ
res aliqua producitur, pullulat in omni creatura mūdi
in celo ⁊ in terra noua entitas: qua formaliter eſt ab iſta
diſtincta. Quinetiā quotieſcūqꝫ res aliqua mouetur lo
caliter, in quocunqꝫ inſtanti motus ⁊ in re illa, ⁊ in omni
corpore mundi, ſunt noue/entitates: nam in quocūqꝫ in
ſtanti res illa reſpectu oīm corporum mundi fit magis,
aut minus propinqua: quod ille credat qui capere po-
2. Argū. teſt. ¶Scđum argū ad concluſionē eſt. Si relatio eſſet
res diſtincta a fundamēto, poſſet Deus illā ſeparare ma
nente fundamēto ⁊ termino: vt ſi ego ſum ſimilis Petro
in albedine entitate diſtincta ab albedine: me ⁊ Petro
manētibus albis, pōt eam Deus corrūpere: ſed tunc ad
huc erimus formaliter ſimiles ſine illa entitate: ergo il-
la eſt ſuperuacanea. Probatur maior: qꝛ poſtꝗ̃ nec fun
damētum eſt de eſſentia illius relationis nec econuerſo,
certe nulla eſt repugnantia quo minus poſſit Deus fun
damenta ſeruare ſine illis entitatibus. Scio Scotum in
quarto. d. 12. q. 1. ⁊ Capreolū in primo. d. 30. hanc maio-
rem negare: qꝛ naturaliter ſequitur poſitis duobus al-
bis in vtroqꝫ eſſe ſimilitudinē. ¶At vero ſi intelligāt na-
turaliter ſequi illa eſſe ſimilia, verum eſt: quinetiā nec ſu
pernaturaliter poſſet fieri: vt non eſſent ſimilia. Si vero
intelligāt ſubſequi naturaliter entitatē diſtinctam que
eſt ſimilitudo: tunc eſt argū, ꝙ nihilominus pōt Deus
illam naturalē ſequelā impedire: vel illā entitatē produ-
ctam ſeparare. Nec valet reſponſio ꝙ ſicut nō pōt Deus
facere album ſine albedine, ita nec ſimile ſine ſimilitudi-
ne diſtincta. Non inquam valet: qꝛ primū non pōt intel-
lectus capere: ſed tñ poſitis duobus albis ſecluſa qua-
cunqꝫ entitate ſunt ſimilia. ¶Quođ ſi quis reſpondeat ꝙ
ꝗ̃uis ſupra naturaliter poſſint eſſe ſimilia ſine albedi-
ne diſtincta, nihilominus naturaliter eſt neceſſaria illa ſi
militudo: ſicut diximus de quātitate, ꝙ naturaliter ſub-
ſtantia per quātitatē habet partes extēſas, ꝗ̃uis ſupra
naturaliter Deus poſſit illas extēſas ſeruare ſine quāti
tate. Contra hoc replicatur ꝙ ſit longe aliter de quanti
tate: nam de quātitate fecimus alias nouas rōnes ad ꝓ
bandum ꝙ ſit diſtincta. Et preterea qꝛ data ſubſtantia
ſine quātitate, non haberet quidquid haberet per quan
titatē: qꝛ nec poſſet Deus tūc facere ꝙ illa occuparet lo-
cum vt non poſſet aliud eſſe illic corpus: ſed tñ duo alba
circunſcripta quacunqꝫ alia entitate tam ſimilia oīno eſ
ſent ac ſi haberēt illam. ¶Simile argū pōt fieri per op-
poſitum: ꝙ ſi paternitas eſt noua entitas in patre, poſ-
ſet Deus illam ſeruare mortuo filio: qñquidē neutrū eſt
de eſſentia alterius: ⁊ per cōſequens tunc pater denomi
naretur pater ab illa relatione, cum tñ nō haberet filiū. 3. Argū.
¶Tertiū argū eſt ſimile illi quod faciebamus de nume
ro, de ternario ⁊ quaternario. Sequeretur. n. ꝙ duplici
tas qua quaternarius quatuor hominum eſt duplus bi
nario eſſet entitas diſtincta a quaternario: ⁊ per conſe-
quens ꝙ vnū ſimplex accidēs eſſet ſubiectiue in quatuor
diſtinctis ſubiectis quod eſt creditu difficile. ¶Gregori-
us Arimin. primo. d. 28. q. 2. viginti fere congerit argu-
menta in confirmationē huius cōcluſionis: ſed illis re ve
ra qui hec facta deuorauerint fruſtra aliud qđpiam obij
cietur. Preſertim ꝙ qui hmōi entia multiplicāt, ipſi te
nentur probare: qui vero negāt, inde ſuā abunde ſenten
tiam aſſerūt ſi argumētis obiectis reſpōdeant. Nec tā-
ta cura eſſe debuiſſet ſcholaſticis hmōi diſtinctiōes ſub-
ſtinere, quas intellectus tā fert moleſte: dum tñ neqꝫ locu
tio ſit tā auribus diſſona, vt ſimpliciter ⁊ formaliter con
cedatur ꝙ ſubſtātia, aut qualitas, aut quātitas eſt rela
tio poſtꝗ̃ habēt diſtinctā rationē ⁊ diffinitionē. ¶Scđa 2. Cōclu.
cōcluſio. Relatio formaliter diſtinguitur ab eius funda
mēto: atqꝫ adeo a ceteris oībus predicamētis tanꝗ̃ rō
ſpecialis entis. Cōcluſio hec capite ſuperiori ſatis fuit
(opinor) ⁊ expoſita ⁊ confirmata. Unde ꝗ̃uis ſcđm pri-
mam cōcluſionē cōcedendū ſit ꝙ eadē res que eſt quan-
titas eſt equalitas: ⁊ eadem res que eſt albedo eſt ſimili
tudo: ⁊ eadē res que eſt potētia gñandi eſt paternitas:
nihilominus tñ negandū eſt ꝙ ſimpliciter quantitas ſit
equalitas: aut ꝙ albedo eſt ſimilitudo: nā iſte propoſitio
nes faciunt ſenſum formalē, puta ꝙ quantitas inquan-
tum quantitas aut albedo inquantum albedo ſint rela
tiones, id eſt ꝙ ratio ⁊ diffinitio quantitatis aut qualita
tis ſit ratio ⁊ diffinitio relationis: quod falſum eſt.

¶Igitur ad primum argumentū concesso
antecedēti. ſ. ꝙ quiditas relatiōis que exprimitur ꝑ diffi
nitionē plus differat a ſubſtantia ꝗ̃ quiditas relationis
abſolute

abſolute: negatur tñ conſequentia cū infertur ꝙ ſi abſo-
lutū accidēs eſt alia res a ſubſtātia, ⁊ relatio ſit alia res:
imo propterea ꝙ quiditas relatiōis, nihil aliud dicit ꝗ̃
eſſe ad aliud, ſequitur vt non ponat nouam rem preter
eius fundamentum. ¶Ad ſcđm rñdetur ꝙ autoritates
Ariſt. potius pugnāt pro nobis ꝗ̃ contra nos vt in ar-
gumento ſed cōtra, ⁊ inter probandā primā cōcluſionem
oſtenſum eſt. ¶Ad tertiū rñdetur ꝙ decē predicamenta
ſunt decē entia realia, vt docet Ariſt. inde tñ non ſequit
ꝙ ſint decē res realiter diſtincte, ſicut ignis ⁊ calor: ſꝫ ꝙ
ſint decē diſtincte rationes entis ſecluſa operatiōe intel
lectus primo diuerſe: qꝛ habent diſtinctas quiditatiuas
diffinitiones rōne cuius nullum eorū de alio affirmatur
in ſenſu formali, vt concluſione ſcđa expoſitū eſt. ¶Ad
quartū principale rñdetur ꝙ ſolū probat ordinē vniuer
ſi, ordinē partium, vnionē partiū ſubſtantialium inhe-
rentitiā accidētis ad ſubm̄, reliquaſqꝫ id genus relatio-
nes, eſſe relationes reales: qđ nos ingenue fatemur, cū
cōueniant rebus ex natura ſua ſecluſa operatione intel
lectus: non tñ probat ꝙ ſint res diſtincte a ſuis funda-
mentis. Nec qui hoc negat, negat cōpoſitionē orbis vt
Scotus cenſet. Quinimo cum inter res alias poſuiſſet
diſtinctionē formalē ex natura rei: que tñ non eſt realis,
vt inter attributa diuina ⁊ inter proprietates entis, vbi
minus erat apparētie, vt in predicabilibus capitulo de
proprio, ⁊ in hoc lib. cap. 4. diſputatū eſt, multo eā me-
lius ſtatuiſſet inter fundamentū, ⁊ relatiōnē, ⁊ ſex alia
predicamenta. ¶Ad quintū principale rñdetur ꝙ ſi ſen
ſus maioris ſit: ꝙ ſtat rem illam que eſt relatio corrūpi,
quocūqꝫ alio abſoluto manēte in variato falſa eſt: res. n.
que eſt ſimilitudo eſt albedo ipſa. Si vero ſit ſenſus for-
malis. ſ. ꝙ ſtat rem illā deſinere eſſe relationē qñ non de-
ſinat eſſe res abſoluta, cōceditur: ſed inde nihil ſequitur
cōtra concluſionē. Cū. n. petrus deſinit eſſe albus nulla
in me res corrūpitur, ſed albedo mea deſinit eſſe ſimilitu
do. Et eodē modo concedimus ꝙ ſtat albedinē inquan-
tum eſt albedo remitti: ⁊ inquantū eſt ſimilitudo intēdi:
⁊ inquātū eſt albedo nō multiplicarari, ⁊ inquantū eſt ſi
militudo multiplicari, numero alborū creſcente quibus
ego ſum ſimilis. Sed eſt notandū ꝙ ego non ſimpliciter
denominor ſimilis a ſola albedine: ſed ab albedine ſimul
⁊ termino relationis: ſicut homo nō denominatur pater
a potētia tantūmodo gñandi: ſed a termino quia habet
filiū. ¶Ad ſextū Ocham rñdetur cōceſſio ꝙ nunꝗ̃ ꝯtra
dictoria ſucceſſiue verificant đ aliquo: niſi aliqua muta
tio fiat, aut in illo, aut in alio, aut in tēpore, aut in alia
quacunqꝫ re: quod Gregorius loco citato late tractat.
Et in particulari caſu argumēti rñdetur ꝙ ſi nunc mate
ria ⁊ forma nō ſunt vnite: ⁊ poſtea ſunt vnite, ambe ſunt
mutate per actionē qua ſunt vnite per quā incipit eſſe
cōpoſitum quod non erat: ⁊ ſi nūc humanitas nō eſt vni
ta verbo ⁊ poſtea eſt vnita, eſt quia ipſa eſt mutata per
actionē qua eſt aſſumpta per quā factū eſt, vt Deus ſit
homo: ⁊ argū peccat in hoc ꝙ ſupponit per vnionē que
eſt relatio immediate vniri partes, ⁊ tamē non vniuntur
niſi per vnionē vt dicit actionē: quam preſupponit vnio
ꝙ eſt relatio: neqꝫ hō nominū alias obſeruatiſſim⁹ debuiſ
ſet tam facili argumēto diſtinctionē cōcedere relatiōis.

¶De quali, & qualitate. Cap. 8.

Qualitatē vero dico, qua quales qui-
dam dicūtur. Eſt autem qualitas ex
hiſce, quæ multis modis dicuntur.
Atqꝫ vna quidē ſpecies qualitatis,
habitus, diſpoſitioqꝫ vocetur. ¶Dif
fert autē habitus a diſpoſitione: nā magis perma
net, atqꝫ diuturnior eſt. Tales ſunt ipſe ſcientiæ,
& virtutes, Scientia namqꝫ ex eorū numero vide
tur eſſe, quæ permanēt, & cū difficultate dimouē
tur, etiā ſi quiſpiā mediocriter ſcientiā acquirat,
niſi magna mutatio, vel a morbo, vel a re quapiā
alia ſimili fiat: ſimiliter & virtus: vt iuſtitia, tempe
rantia, & quæcūqꝫ tales, haud facile dimoueri mu
tariue videntur. Diſpoſitiones autem eæ ſunt,
quæ faciliter dimoueri, mutariqꝫ poſſunt: vt cali-
ditas, frigiditas, modo, morbus, & quæ ſunt hice
ſimilia. Nam his ipſis homo aliquo modo diſpo-
nitur, & facile quoqꝫ mutatur, ex calido frigidum
ſubiēs, & ex valetudine morbū: & in cæteris etiā
ſimili mō. Niſi & harum ipſarū aliqua ob diutur
nitatē verſa iam in naturā ſit, dimoueriqꝫ neque-
at, aut ſumma cū difficultate mutari poſſit: quam
quidem hac ratione quiſpiā habitū iam nuncupa
uerit. ¶Patet autem, ea homines habitus dicere
velle, quæ ſunt diuturniora, neqꝫ dimoueri faci-
le poſſunt: eos enim, qui ſcientias non admodum
tenent. ſed eas amittere facile poſſunt, habitū ha-
bere non dicunt ea licet ſciētia aliquo modo dete
rius meliuſue diſpoſitos videant. Itaqꝫ ſic a diſpo
ſitiōe habit⁹ differt: vt illa facile dimoueri poſſit,
habitus autem diuturnior ſit: & cum difficultate
moueatur. ¶Sunt autem habitus quidem, & diſ
poſitiones, diſpoſitiones vero haud neceſſario
habitus ſunt. Qui namqꝫ habent habitus, ij ali-
quo modo etiam diſponuntur: atqui diſponun-
tur, ij non oīno & habitus habent. T. 2. ¶Aliud
autē qualitatis genus eſt, quo ad luctam aliquos
aut ad curſum, aut ad ſanitatē, aut ad morbū ap-
tos eſſe dicimus: & ſimpliciter ea, quæ per poten-
tiā naturalem impotentiāue dicūtur. Non enim
quicquā horū ex eo dicitur tale: qa aliquo diſpo-
nitur modo: ſed quia naturalē potentiā habet: vt
facile quippiam aut faciat, aut non patiatur. Vt
ad pugillatum curſumue apti dicūtur: ideo non
quaſi rerū earū facultatē iam aliquā teneant: ſed
tantū quia naturalē, aut vim, aut imbecillitatem
facile aliquid faciēdi habent: ſic apti ſanitati: quia
vim naturalem haud facile obnoxiā: morbidi con
tra, quia obnoxiam facile, ſeu quia vi non facile
obnoxia careant, dicuntur. Eiuſdem generis eſt
& durum, ac molle. Durum enim ex eo dicitur: qa
potentiam habet, vt non facile diuidatur: molle
autem ex eo: quia eiuſdem habet impotentiam.
Tex. 3. ¶Tertiū qualitatis eſt genus, qualitates
paſſiuæ, ac paſſiōes, quæ quidē talia ſunt: vt dul-
cedo, amaritudo, & ea, quę ſunt generis ſimilis: ca
liditas præterea, frigiditaſqꝫ & albedo, atqꝫ ni-
gredo. ¶Has igitur qualitates quidē eſſe, perſpi
cuū eſſe videtur. Ea namqꝫ, quę hęc ſuſceperunt,
qualia ſane dicūtur: vt mel ex eo dicitur dulce, qa
dulcedinem ſuſcepit: & corpus etiam album, quia
ſuſcepit albedinē: ſimiliter & in cæteris res ſe ha
bere vr̄. ¶Qualitates autē paſſiuæ dicūtur, non
ideo quod ea, quæ ſuſceperūt, paſſa aliquid ſunt:
neqꝫ enim mel ex eo: quia paſſum aliquid eſt, dul-
ce dicit: neqꝫ cæterorū taliū quicꝗ̃: ſimiliter & cali
ditas & frigiditas: nō ex eo paſſiuæ qualitates di

 cuntur,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cuntur, quia ea, quæ ſuſceperũt aliqd paſſa ſunt: ſed quia quæq; qualitas dicta, paſſiõis in ſenſib9 eſt efficax. Dulcedo nãq; paſſionẽ quandã in guſtu facit, & caliditas in tactu, cæteræq; ſimili modo. Albedo autẽ, & nigredo, cæteriq; colores, nõ eodẽ modo qualitates paſſiue dicũtur: ſed quia a paſſione ſunt factæ. ¶Nã quod per paſsionem mutationes cõplures colorum fiant, certum eſt. Puduit enim quempiã, atq; erubuit: & timuit quiſpiam, atq; palluit. Quare ſi quiſpiã etiam natura taliũ paſsionum incurſuũue aliquid ſubiit, ſimilẽ colorem veriſimile eſt illum habere. Quæ namq; nunc dum pudet diſpoſitio circa corpus emerſit, eadem & in naturali conſtitutione diſpoſitio fieri poteſt: vt & color natura ſimilis fiat. ¶Quæcũq; igitur affectionũ talium initium ab aliquib9 ſumpſerunt paſsionibus, quæ permanent, cum difficultateq; dimouentur, paſſiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in naturali cõſtitutione pallor, aut nigredo ſit orta, qualitas dicitur: nam circa eadẽ quoque dicimur quales: ſiue ob diuturnum morbum, aut calorẽ hęc eadem acciderint, modo non facile diſſoluãtur, aut per vitã permaneant, qualitates ſane paſsiuæ & ipſæ dicuntur, cum hiſce ſimiliter quales dicamur. Quæ vero ab hiſce fiunt quæ facile diſſoluuntur, paſsiones dicuntur, non qualitates: non enim per haſce quales dicuntur: neq; enim erubeſcẽs, ob verecundiã rubeus: neq; pallẽs, ob timorẽ pallidus appellatur: ſed aliquid paſſus potius dicitur eſſe: quare paſsiões hę res, & non qualitates dicuntur. ¶Similiter & in anima qualitates paſsiuæ, paſsioneſq; dicunť. Quæ enim in generatione continuo a paſsionibus quibuſdam ipſa, quæ ſine difficultate dimoueri non poſſunt, ſunt orta, qualitates dicũtur: vt inſania, iracundia, & quæ ſunt ſimilis generis: quales eñ ob hæc ipſa dicuntur: vt iracundi, atq; inſani. Similiter & quæcunq; mentis egreſsiones non naturales: ſed a quibuſdam aliis caſibus factæ ſunt, quæ aut ſine difficultate dimoueri non poſſunt, aut omnino immobiles ſunt, qualitates itidem & hæ dicuntur: quippe cum hiſce quales dicantur. Quæ vero ab iſce fiunt, quæ facile diſſoluuntur, atq; expirant, paſsiones dicuntur: veluti ſi turbatus quiſpiam: iracundior fuerit: non enim iracundus dicit̃, qui tali in perturbatione iracũdior eſt: ſed potius aliqd paſſus dicitur eſſe: quare paſsiones talia nõ qualitates dicunť. Tex. 4. ¶Quartũ qualitatis genus eſt figura, & ea, quæ circa vnumquodq; eſt forma, & inſup rectitudo, & curuitas: & quidquid eſt hiſce ſimile: horũ enim vnoquoq; quale quippiã dicitur. Ex eo namq; quia triangulus: aut quadratum quidpiã eſt, quale quid dicit̃: & quia rectũ identiden eſt, aut curuũ, forma etiã quodq; dicit̃ quale. Rarũ autẽ, & denſum, & aſperum, atq; lene, quale quidẽ ſignificare quid videbuntur, a qualitatis tamen diuiſione remota eſſe videnť: partiũ enim potius poſitionẽ videnť quãdam ſignificare. Et enim denſum quidem ex eo quippiam eſt: quia partes ipſius ſibiipſis propinquæ ſunt: rarũ autẽ ex eo: quia a ſeſe diſtant: lene etiã eſt ex eo: quia recte partes ſunt ſitæ: aſperũ vero ex eo: quia quædã partiũ eminentes, quędã humiles ſunt. Atq; forſitan quidẽ & alius quiſpiã qualitatis modus videbiť eſſe, qui tñ maxime dici ſolent, tot fere ſunt. Ea igit̃, quæ diximus, ſunt qualitates, vt patet. Tex. 5. ¶Qualia vero ſunt ea, quæ denominatiuæ ab ipſis, aut aliquo modo dicuntur. In pleriſq; igitur, quin potius fere in omnibus, denominatiuę dicuntur: vt ab albedine albus, a muſica muſic9, & a iuſtitia dicitur iuſtus, & in cæteris ſimili modo. ¶Sed in quibuſdam ex eo: quia non ſunt nomina qualitatibus poſita, nõ fit, vt ab ipſis denominatiuę dicãtur: vt aptus ad luctam, aut ad curſum, qui quidem naturali potẽtia talis dicitur, a nulla qualitate dicitur denominatiue. Potentiis enim hiſce quib9 hi quales dicuntur, non poſita nomina, ſicut artibus, quibus militares, aut curſores ob diſpoſitionẽ dicuntur, ſunt. Militaris enim dicit̃ ars, & curſoria, atq; ab his iſ, qui diſponũtur denominatiue dicunť. ¶Interdum etiã eſt poſitũ & qualitati nomen, non tamen id, quod ipſa quale dicitur, nomine illius denomitatiue dicitur. A virtute namq; honeſtus quiſpiam dicitur, ex eo ſane: quia virtutẽ habet: ſed non denominatiue dicitur a virtute. Non tamen in multis idipſum fit. Ea igitur qualia dicuntur, quæ a dictis qualitatibus denominatiue, aut aliquo alio modo dicuntur. Tex. 6. ¶Atqui contrarietas in qualitate eſſe videtur: iuſtitię namq; contrarium eſt iniuſtitia, & albedini nigredo, & cætera eodem modo. Ea etiam, quæ ab ipſis qualia dicuntur, contraria eſſe videntur: vt iniuſtum iuſto, & nigrũ albo. Non tamen in omnibus hoc eſſe videtur. Flauo enim, aut fuſco, aut talibus coloribus, quæ quidem ſunt qualia: nihil eſt contrarium. ¶Ad hæc, ſi contrariorum alterum qualitas eſt, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc autem ita eſſe patet ex ſingulis pręedicamentis: nam ſi iuſtitia contrarium eſt iniuſtitiæ, atq; iuſtitia qualitas eſt, eſt & iniuſtitia. Nam cæterorum pręedicamentorum, neq; quantũ, neq; ad aliquid, neq; vbi, neq; aliorũ quicquam omnino: niſi qualitas iniuſtitiæ accommodatur. Eadem & in cæteris, quę ſunt in qualitate, contrariis dici poſſunt. Tex. 7. ¶At vero qualia ipſa gradus ſuſcipiunt, ac magis talia minuſue dicuntur: album. n. aliud alio magis minuſue dicitur, & iuſtum alio magis minuſue. Et ipſa etiam intẽſionem ſuſcipiunt: fit enim, vt albũ albius ſe euadat. Non tñ oĩa: ſed plurima cõditionẽ hanc ſubire videnť. ¶Nam dubitauerit quiſpiam. ſi magis, minuſue iuſtitia dici poſsit, & de diſpoſitionibus etiã cęteris ſimili modo. Sunt enim, qui talibus cõtendũt: iuſtitiã namq; aut iuſtitia, aut ſanitatẽ ſanitate magis, minuſue dici debere, haud oĩno dicunt. ¶Sed aliud ſanitatẽ, iuſtitiãue, aut grãmaticen, aut id genus diſpoſitionẽ magis, aliud minus hahere, concedunt admodũ. Attamen ea, quæ hiſce qualia dicũtur, gradus ſine controuerſia ſuſcipiũt, magiſq; talia

atq; minus dicuntur. Iuſtior. n. & ſanior alius alio dicit̃, & in cęteris ſimili mõ. ¶Triangul9 autẽ, & quadratũ, cætereq; figurę nõ videnť talẽ cõditionem ſubire: nã ea quidẽ, quæ triãguli rationẽ circuliq; ſuſcipiũt, trianguli ſimiliter aut circuli ſunt omnia. Eorum vero, quæ rationẽ hanc nõ ſuſcipiunt, nihil alio magis, minuſue tale dicetur: non enim quadratum magis q̃ altera ex parte longius, circulus eſt: quippe cũ neutrũ circuli ſubeat rationem: atq; ſimpliciter, ſi nõ ſubeãt propoſiti rationem, alterũ altero magis tale, minuſue minime dicetur. Nõ ergo oĩa qualia grad9 ſuſcipiũt, vt magis talia, minuſue dicanť. T. 8. ¶Eorũ igitur, quę dicta ſunt, neutrũ propriũ qualitatis eſſe videť, ſimilia autẽ, dimiliaq; per qualitates ſolas dicũtur. Simile enim quippiã cuipiã nulla alia ꝑfecto ratione eſſe videť, q̃ ea, qua quale eſt. Quare ꝓpriũ qualitatis erit hoc: ipſa ſimile, atq; diſsimile dici. T. 9. ¶Non autẽ perturbari oportet, ſi quiſpiã nos duxerit de qualitate tractãtes cõplura eorũ, quæ ſunt ad aliquid cum qualitatibus ipſis enumeraſſe. Habitus enim & diſpoſitiões ad aliquid eſſe dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidẽ ad aliquid eſſe dicuntur, ſingularium vero nihil. Sciẽtia namq;, quæ quidem eſt genus, hoc ipſum quod eſt alicui9 dicitur eſſe: cuiuſdam enim ſcientia dicit̃: ſingularũ vero ſcientiarũ nulla idipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: vt grãmatica non dicitur alicuius grãmatica, neq; muſica cuiuſpiam muſica, niſi generis ratione ad aliquid & ipſæ dicantur. Grammatica enim alicuius ſcientia dicitur, non alicuius grammatica: & muſica cuiuſdam ſcientia, non cuiuſpiam muſica. Quare ſingulæ nõ ſunt, vt patet, ad aliquid, at quales ſingulis his dicimur quippe cum & has ipſas habeamus. Scientes enim ex eo dicimur, quia ſingularum aliquas ſcientiarum habemus. Quare ſingulæ erunt qualitates, quibus, & quales, qui eas habent dicuntur. At hæ non ſunt ad aliquid, vti diximus. Pręterea ſi quid idem, & quale, & ad aliquid ſit, in vtriſq; ipſum generibus collocari, enumerariq;, haud abſurdum erit.

Vod prædicamentum hoc qualitatis, predicamento ad aliquid fuiſſet preferendum, id merito ſupra in dubium reuocatum eſt: at cur poſt predicamentum ad aliquid ante ſex vltima predicamẽta collocetur, nulla eſt ambigendi cauſa. Cum enim ſeries predicamentorum ex ordine ad ſubſtantiam ſumatur, & qualitas ſit accidẽs inherẽs ſubſtãtie: ſex vero vltima predicamẽta ſint res extrinſecus illi adiacẽtes, vt eſſe in loco aut in tẽpore &c. manifeſtuz eſt qualitatẽ priorẽ eſſe illis. ¶Et preterea qz ſubſtantia corporea ſuapte natura eſt primũ ens mouens & mobile. Prima autẽ conditio mouentis & mobilis eſt quãtitas: vt. n. cap. de quãtitate dictũ eſt, ſubſtãtia ſine quantitate nec agere quicq̃ põt naturaliter nec pati: at quã primũ eſt quanta, eſt mouens & mobile: quod eſt eſſe ad ad aliquid: motus vero ad formaz nõ eſt niſi per qualitatẽ. Et hac rõne quatuor hec predicamenta hũc ordinem predicãdi de ſubſtãtia ſeruãt. Sed qz motus ſit ꝑ actionẽ & paſſionẽ tẽpore & loco &c. poſt hec ſequuntur ſex vltima. ¶Quatuor ſunt huius capitis mẽbra. Primum eſt de qualitate in abſtracto: alteruz vero de quali in concreto (inſcribitur nãq; hoc predicamentũ (vt notauit Alex.) de qualitate & quali: ſed tertiũ membrũ eſt de proprietatibus qualitatis: atq; adeo in poſtremo determinatur dubitatio quedã. In primo mẽbro ſcdm numeruz ſpecierũ qualitatis ſunt quatuor text9: in ſcdo vnus: in tertio iuxta numerũ proprietatũ ſunt tres: & in quarto, vnicus. Unde totũ caput continet textus nouem.

¶In primo textu deſcriptiõe qualitatis præmiſſa, exponitur prima eius ſpecies. Ait ergo. Qualitatẽ vero dico qua quales quidã dicũtur. Boetius vertit Secundũ quã quales eſſe dicimur. In quo verbo prime perſone. Albertus cenſet eſſe myſteriũ, vt/dicimur/ dicať de hominibus in quibus ſunt qualitates tam corporee q̃ ſpirituales. Sed tñ neq; in greco eſt niſi tertia perſona: vt vertit Argiropylus: neq; Ariſto. myſterium aliud cogitauit: niſi ꝙ qualitas eſt forma qua res dicuntur quales: ad differentiã ſubſtantie, qua res dicuntur quid: & quãtitatis, qua res dicũtur quãte: & relationis, qua dicũtur ad aliquid. Et ly/qua/ deſignat genus cauſe formalis. ¶Sed dubiũ eſt apud Boetiũ ꝙ ſi qualitas diffiniatur per quale, eadẽ ratiõe quale diffinietur per qualitatẽ, vt infra patebit. Si. n. querenti quid eſt qualitas, rñdetur eſſe id quo res eſt qualis eadẽ rõne querenti quid eſt quale, reſpõdebitur eſſe id quod habet qualitatẽ: & ſic erit circulus in diffinitione: quod eſt vitiũ ſexto topicorũ cap. 3. condemnatũ. ¶Boetius tñ ipſe reſpondet ꝙ hec diffitinio non eſt quiditatiua & propria: nã generaliſſima, vt ſupra dictũ eſt, non habent hmõi diffinitiones: ſed eſt deſcriptio quedã q̃ datur per notiora quo ad nos: nã vt ait Cõmẽtator primo phiſi. cõmẽto 3. Cõpoſitũ notius eſt q̃ forma: & ideo notius eſt nobis albũ, quod videmus per ſe ſubſiſtere: q̃ albedo, quam non experimur quomõ diſtinguatur ab albo: & in ſpiritualibus notior eſt nobis ſapiẽs, cuius opera conſpicimus, q̃ ſapientia, cuius entitatem ſolo intellectu attingimus. Et ideo infra deſcribitur quale/ per qualitatẽ: q̃ eſt notior quo ad naturaz. ¶Qđ ſi quis arguat ꝙ quãtitatẽ quinto metaphi. nõ diffiniuit Ariſt. per ordinẽ ad ſubiectũ: ſed per ordinẽ ad effectũ: qui eſt/ ſcdm quantitatẽ res diuidi: ergo pariter debuiſſet qualitatẽ diffinire. Reſpondetur ꝙ nullus eſt alius gñalis effectus oĩum qualitatum, q̃ afficere ſubſtantiã & denominare eam qualem. ¶Secũdo notandũ eſt circa nomen qualitatis ꝙ quale vt Ariſto. docet. 5. meta. tex. 19. multipliciter dicit̃: vno modo oĩs differentia tam ſubſtantie q̃ aliorũ quorũcunq; predicamentorũ dicit̃ qualitas, qz per eam rñdetur ad queſtionẽ factaz per/ quale. Et eſt qualitas reſpectu generis quod contrahit tanq̃ materiã ad eſſe ſpeciei: vt in predicabilibus expoſitum eſt. Imo vniuerſalia predicamenti ſubſtãtie ſunt quodãmodo qualitates reſpectu prime ſubſtãtie: qz ſignificant quale quid: vt cap. de ſubſtantia dictũ eſt. At vero iſte nõ ſunt ſimpliciter qualitates: ſed ſcdm quid: nam vniuerſalia ſignificant quale quid: & differentie ſignificãt qualitatẽ ſubſtantialẽ. Secundo mõ adhuc accipitur/ quale/ vt diſtinguatur cõtra eſſentiale. Et iſto modo cõuenit omni predicamẽto accidẽtis, reſpectu ſubſtantie: de qua nouẽ predicamẽta predicantur in quale: ſed iſte modus eſt generalis & non proprius qualitatis. Tertio ergo modo accipitur qualitas vt diſtinguitur contra alia accidẽtia: & eſt affectio ſubſtãtie ſpeciale cõſtituens predicamentum: quod non habet aliud peculiare nomen q̃ qualitas, & iſto modo accipitur quale in diffinitione: vt ſit ſenſus. Qualitas eſt qua res ſimplr & proprie dicuntur q̃les. ¶Tertio notandum eſt ꝙ nominales diffinitionẽ hãc intelligũt non ſolum

Deſcriptio qualitatis.

Qualitas multiplr.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nominales.

lum prime intētionaliter de rebus:ſed etiā ſecūde inten
tionaliter de terminis. Sed tñ contextus diffinitionis
non pōt terminis adaptari:non.n. iſte terminus albū eſt
forma qua dicimur quales:ſed certe res que eſt albedo.
Nec ſpecies qualitatis poſſunt adaptari terminis:quis
enim dicat hoc nomen ſcientia/ eſt habitus, aut ꝙ hoc
nomen calor/ſit paſſibilis qualitas:aut ꝙ hoc nomen in
tellectus/ſit potētia, aut ꝙ hoc nomen triangulus/ſit fi
gura. Igitur q̄uis negari nō poſſit, quin termini ponā
tur in predicamento:tñ diffinitiones qualitatis ⁊ ſpērū
eius manifeſte intelligit Ariſto. de rebus. Termini vero
ſunt in predicamēto tanq̄ nomina ⁊ ſigna qualitatum.
¶ Premiſſa deſcriptione qualitatis, ſubdit diuiſionem
eius in ſuas ſpēs dicens, ꝙ qualitas multipliciter dici-
tur. Non tñ/multipliciter/idē eſt quod equiuoce, ſed idē
quod generice:vt.n.cap.4. expoſitum eſt in genere quo-
dāmodo latere equiuocationes: eo ꝙ cōtinet ſpecies in
equaliter ꝑfectas. Senſus ergo eſt ꝙ qualitas non eſt
ſpēs ſpecialiſſima : ſed eſt genus:cū. n. qualitas dicitur
de vniuerſali in predicamento ſubſtātie ⁊ de drīa ſubſtā
tie ⁊ de quarto predicamēto, tūc dicitur equiuoce:ſ3 de
ſuis ſpeciebus dicitur tanq̄ genus. Et prima eius ſpēs

Habit⁹ ⁊ diſpoſitio

eſt habitus ⁊ diſpoſitio. ¶ Et differt(inquit)habitus a
diſpoſitione, ꝙ habitus magis permanet ⁊ eſt diutur-
nior q̄ diſpoſitio. Hec eſt ſecūda particula huius text⁹
(nā quatuor habet particulas) in qua explicat differen
tiā inter habitū ⁊ diſpoſitionē q̄ ſolū attenditur ex hoc
quod habitus eſt difficile mobilis, diſpoſitio vero, faci-
le mobilis. Et id primo explicat exēplis. Sciētia inquit
⁊ virtutes ſunt habitus:eo ꝙ ſunt difficile mobiles:ſciē
tie.n. poſtq̄ mediocriter acquiſite ſunt cum difficultate
dimouētur:niſi morbo aliquis forte magnā aut amētiā
aut aliā id genus obliuionē ſcientiarū incurrat. Cū ait
ſciētis aut virtutes/loquitur formaliter de ſcientia ineſ-
ſe ſciētie ⁊ virtutes ineſſe virtutis:nā propter duos aut
tres actus nullus dicitur ſciēs ſimpliciter aut ſtudioſ⁹:
ſed ſolum diſpoſitus ad ſcientiā vt habetur primo ethi.
cap.7. ſed ille dicitur ſciens aut ſtudioſus qui habet ha
bitū ⁊ facilitatē ad operandū. Diſpoſitiōes aūt ſunt vt
calor ⁊ frigus:inter que facilis eſt trāſmutatio:niſi for-
ſan ob diuturnitatē hmōi qualitas verſa ſit quodāmo-
do in naturā(vt in ethicis quibus cōſuetudo caloris et
febris fere naturalis facta eſt: ⁊ in paraliticis, vbi frigi-
ditas magna etiā cum difficultate dimouetur. Cur po-
ſuerit exemplū de calore ⁊ frigore: que ad tertiā potius
ſpēm pertinere videntur, ſtatim in queſtiōe videbiꝛ. Er
rore forſan calcographi deeſt in Argiropylo inter exem
pla diſpoſitionum/ſanitas/quod eſt grece ⁊ in verſione
Boetij addatur ergo textui. ¶ In tertia particula que
incipit. Patet autem/ confirmat differentiam hanc ex
vſu loquēdi hominum:nam ea hoies habitus dicere ſo-
lent:que diuturniora ſunt:ea vero appellant diſpoſitio-
nes:que facile mutantur ⁊ tranſmutātur. ¶ In quarta
particula que incipit. Sunt autē/addit ꝙ oīs habitus
eſt diſpoſitio non tñ conuertitur. In quo vꝛ ſiui ipſe con
tradicere:nā hactenus diſpoſitionē ex equo diuidebat,
cōtra habitū: nulla vero eſt cōtradictio: quia diſpoſitio
vno mō eſt nomen gñis ad omnē qualitatē qua hō bene
vel male diſponitur : ſiue facile ſit ſiue difficile mobilis:
⁊ hoc modo accipitur hic. Sed alio modo ſpecialiuſ acci
pitur vt diſtinguitur cōtra habitū : ⁊ iſto modo accepe-
rat prius. Inopia.n. nominū eſt in cauſa vt nomen ge-
neris proprie accōmodetur ſpeciei. Sicut ſpiritusſanc-
tus, quod cōuenit oībus perſonis diuinis, accōmoda
tur tertie. ¶ In textu ſecūdo qui incipit. Aliud aūt/ſub

Naturalis potentia.

ditur ſecūda ſpecies qualitatis q̄ eſt naturalis potētia
vel impotētia. Nec putet quis myſterio quopiā uocatā
eſſe priorē/ſpēm: ⁊ hoc/genus: qꝛ hec omnia ſunt genera
ſubalterna habentia ſub ſe alias ſpēs: ⁊ ideo indifferen
ter poſſunt vocari aut ſpēſ aut genera. In hac ſpecie po
nūtur intellectus, voluntas ⁊c. ⁊ aptitudo naturalis ad
luctā, vel ad curſu3, vel ad ſanitatē, vel ad morbū Boe
tius vertit per nomina ſimplicicia, vt pugilatores curſo
res ⁊c. Ubi adnotandū ꝙ pugil: aut curſor poteſt quis
dici aut ab arte quam exercitatione ⁊ induſtria acquiſi-
uit: ⁊ hoc pertinet ad primā ſpēm qualitatis: ſed pōt ēt
quis eſſe curſor aut pugil propter naturales vires ⁊ agi
litatem ex membrorum compagine : ⁊ hoc pertinet ad
hanc ſpeciem. Et hoc eſt quod dicit Ariſto. ꝙ aptos hic
vocat non propter facultatē aut habitū acquiſitū:ſed ꝓ
pter naturalē aut vim, aut imbecillitatē. Sunt.n. aliqui
ſuapte natura apti aut inepti ad aliquid agēdū vel pa
tiendu3. Et vt Boetius tradit drīa hec ſumitur ex vi-
ctoria forme ſuper materiā aut ecōuerſo:vbi.n. forma
bene denominatur materie, cōplexio ⁊ compago corpo-
ris ſit apta ad exercitia corporea ⁊ ad reſiſtendū morbo
rū cauſis:qui hoies dicūtur ſalubres vt vertit. Boetius:
ſed qꝛ hoc nomē non eſt tā latinū in hac ſignificatione,
Argiropylus per periphraſym vocat ꝓtos ad ſanitatē:
nam ſanus aut infirmus nec dicit habitū nec naturalē
potentiā: ſed diſpoſitionē prime ſpēi. Si vero forma nō
plene dominetur materie:ſed aliqua cauſa corporali im
pediatur, hoies naſcuntur debiles ⁊ morbidi egre reſi-
ſtentes morborū cauſis: ⁊ hec dꝛ naturalis impotentia.
Explicat hoc alio exēplo: vt durū dicit naturalē poten
tiā reſiſtentem diuiſioni ⁊ corruptioni, molle autē dicit
naturalē impotentiā. Ubi adnotato facilē potētiā paſſi
uam potius eſſe impotentiā vt molle reſpectu diuiſioniſ
⁊ ſi cū reſpectu caloris: ſed difficultas patiendi cenſetur
naturalis potentia, vt durū. Quēadmodu3 ferrum aut
adamas naturalē potētiā habet reſiſtēdi. Poſſuit Ari
ſto. exemplū in potentijs corporalibus: tū qꝛ magis ſen
ſibiles: tū etiā, qꝛ in ſpiritualib⁹ nō ita occurrit exēplū
naturalis impotentie. Nihilominus ſunt etiā potentie
ſpirituales in hac ſpecie vt intellectus ⁊ voluntas. ¶ In
tertio textu qui incipit. Tertiū qualitatis: ſubiungitur
tertia ſpēs qualitatis q̄ eſt paſſio vel paſſibiliſ qualitas.
In quo texta ſunt particule ſex: in p̄ma ponit exēpla hu

Paſſio et paſ. q̄litas

ius ſpeciei in obiecto guſtus. ſ. dulcedo ⁊ amaritudo(in
greco eſt etiam acerbitas ſeu auſteritas vt vertit Boe-
tius qui eſt medius ſapor)in obiecto tatus, caliditas ⁊
frigiditas. In obiecto viſus albedo ⁊ nigredo. Odorem
⁊ ſonum q̄ ſunt obiecta odoratus ⁊ auditus: credo nō a-
lio myſterio pretermiſit, niſi vel quia hec ſufficiebant, vt
ſtatim videbimus, ad explicādas paſſibiles qualitates:
vel qꝛ odor ⁊ ſonus nō ſunt nobis qualitates adeo note:
aut forſan qꝛ odor vt ait Ariſto. 2. de anima tex. 93. eaſ-
dem drīaſ ⁊ nomina ſortitur, que ſapor. Dicitur.n. odor
dulcis ⁊ amarus: ⁊ pariter ſonus. ¶ In ſecūda particula
que incipit. Has igitur/reddit rōne3 nominis quare iſte
dicūtur paſſibiles qualitates. Et primo ꝙ dicunꝛ quali
tates probat ex diffinitione qualitatis ſupra poſita hoc
modo. Qualitas eſt ſecundū quam quales dicimur: ſed
his accidentibus dicimur quales(nā querenti quale eſt
mel, reſpondetur eſſe dulce: ⁊ qualis eſt nix, rñdetur eſſe
albā)ergo hec accidentia ſunt qualitates. ¶ At ꝙ dicun
tur paſſibiles ſeu paſſiue, probat ſtatim in tertia parti-

Paſio.

cula q̄ incipit. Qualitates autem, ad cuius intelligen-
tiā(q̄ lōga eſt ⁊ ſubobſcurior) nontandū eſt primo ꝙ paſ-
ſibile dicitur a paſſione: ſicut cōbuſtibile a combuſtione.
Nam paſſio ſecundū propriā ſignificationē(qꝛ eſt nomē
verbale) dicit motū/ vt ait Ariſto. 3. phiſi. tex. 19. ſed paſ-
ſibile dicit ordinē ad paſſionem. At paſſio vt ſignificat
motū eſt duplex. ſ. vel corporalis vel ſpiritualiſ. Et vtra
q3 eſt triplex. Generaliter.n. paſſio idem eſt qꝺ receptio
alicuius ſiue perficiētis ſubiectū ſiue diſponētis ad cor
ruptionē: ⁊ hoc mō illuminatio aeris, ⁊ acquiſitio ſcien-
tie dꝛ paſſio vt habetur. 3. ꝺ anima tex. 12. Proprie vero
paſſio

paſſio eſt trāſmutatio cū abiectione contrarij: ſicut cale
fieri que diſponit aquā ad corruptionē. Sed metapho-
rice motus appetitus, vt ira ⁊ gaudiū, dꝛ paſſio: vel qꝛ
eſt motus anime quā cōſequitur aliqua mutatio corpo
ralis: vel qꝛ nō ſemꝑ eſt in noſtra ꝑtāte: ſ3 voluntas per
has paſſiōeſ quodā mō patiꝛ violentiā. Attñ quarto mō
accipitur hic paſſio ab Ari. qñ diſtinguit inter paſſionē
⁊ paſſibilē qualitatē: nō.n. accipiꝛ pro motu: ſ3 pro quali
tate q̄ eſt tꝛus motus, facile tñ trāſit vt eſt rubor ex vere

Paſſibile

cūdia. ¶ Scꝺo notandū eſt, ꝙ paſſibile a paſſione diciꝛ
quadrupliciter. Primo mō paſſibile eſt ſubiectū qꝺ pati
tur: ſicut lignū eſt cōbuſtibile. Scꝺo mō accidens ipſum
pō dici paſſibile in quātum eſt forma qua ſubm̄ patitur.
Tertio mō accipiꝛ actiue vt accidēſ dicatur paſſibile: qꝛ
eſt cauſa paſſionis. Et quarto modo: qꝛ eſt effectus paſ-
ſionis. Impreſentiarū paſſibilis qualitas non dꝛ primo
modo: ⁊ qꝛ illud eſt manifeſtum, ſilentio pretermiſſus eſt
primus modus ab Ariſto. Perſpicuū.n. eſt dulcedinem
melis non dici paſſibilem qualitatē eo ꝙ aliquid patiaꝛ.
Sed ſcꝺo modo poſſet eſſe dubiū, vtrū dicatur paſſibi-
lis: quia eſt forma qua mel patitur: et dicit Ariſt. ꝙ non
eſt illa cauſa. Nō negat quin recipiens dulcedinē aut al
bedinē aut calorē vere patiatur: ſed hic ſolū intendit ꝙ
nō eſt hec ratio vt dicatur paſſibilis qualitas: qꝛ mel nō
efficitur dulce per paſſionē proprie dictā, cū non corrū-
patur mel per dulcedinē: ſed potius hec ſit natura ⁊ per
fectio melis: ⁊ eadē ratione neq3 ignis dꝛ calidus: qꝛ pa
titur calorē: neq3 hō riſibilis: qꝛ patitur riſibilitatē, imo
perficitur ſicut aer per lumē. Reſtat ergo vt dicaꝛ qua-
litas paſſibilis tertio aut quarto modo ⁊ vtrunq3 aſſerit
Ariſto. Dulcedo.n. ⁊ qualiditas dicūtur paſſibiles qua
litates tertio mō: qꝛ. ſ. ſunt cauſa paſſionis in ſenſibus:
vt dulcedo in guſtu et caliditas in tactu: ſed tñ albedo ⁊
nigredo dicūtur paſſibiles qualitates quarto modo : qꝛ
. ſ. ſunt qualitates reſultātes ex actione primarū quali
tatū, ⁊ per conſequēs ſunt effectus paſſionū. ¶ In quar
ta particula que incipit. Nā qꝺ ⁊c. oſtēditur, quo mō co
lores ſint effectus paſſionū: tā colores naturales, q̄ illi
qui ex ſubita paſſione fiunt. Imo per hos ſecundos tan-
q̄ per notiores nobis manifeſtat priores. Ratio ſtat in
hoc. Sicut experimur in motibus ſubitis hominum, ita
credendū eſt fieri in naturalibus: ſed ex motu ſubito ve-
recundie experimur rubore fieri in facie propter ſangui
nē: qui a corde proferꝛ ad faciē: ⁊ ex metu cōſpicimuſ pal
lorē relinqui in facie ex abſentia ſanguinis qui cōfugit
ad cor: ergo ⁊ naturalis rubor, qui eſt in homine fit etiā
ex ſimili cauſa naturali: puta, qꝛ copia ſanguinis a nati
uitate fuit in facie: ⁊ alij pariter colores fiunt ex altera-
tione primarū qualitatū. ¶ Sed reſtat hic dubium ad
maiorem intelligētiam tertie particule. Color eſt cauſa
paſſionis in viſu ſicut albedo in guſtu, ⁊ caliditas in ta-
ctu: ergo color eſt paſſibilis qualitas tertio mō: ſicut dul
cedo ⁊ caliditas. Itē ſapor eſt effectus primarum quali
tatū ſicut color: ergo etiā dulcedo eſt paſſibilis qualitaſ
quarto mō ſicut albedo/ ⁊ per cōſequens male poſita eſt
drīa inter ſapores ⁊ colores. Reſpondeꝛ ꝙ q̄uis ſapor
ſit effectus paſſionis primarū qualitatum, nihilominuſ
tñ quia etiā eſt cauſa paſſionis in guſtu: ⁊ ratio cauſe eſt
dignior q̄ ratio effectus, dꝛ paſſibilis qualitas per ordi
nem ad ſenſum: colores vero: qꝛ non ſunt in viſu cauſa
paſſionis proprie dicte(nā viſus nō afficiꝛ colore per al-
terationē corruptiuam: ſicut guſtus ⁊ tactus) ideo colo
res non dicuntur paſſibiles qualitates tanq̄ cauſe paſ-
ſionis: ſed tanq̄ earum effectus. ¶ Et hac de cauſa non
poſſuit Ariſto. niſi tria exēpla paſſibilis qualitatis. ſ. ca
liditas ⁊ ſapor quarū vna eſt qualitas prima: ⁊ alia q̄li-
tas ſecūda, ⁊ ambe faciūt paſſionē proprie dictā in ſen-
ſu: ⁊ itē color qui non facit proprie paſſionem in ſenſu.
Odor.n. eodē modo ſe habet ad odoratū, ſicut ſapor ad
guſtū(qꝛ etiā calefacit) ſonus vero eodēmodo ſe habet
ad auditū, ſicut color ad viſum: qꝛ non inficit, ſed perfi
cit ſenſum. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ quāuiſ omne obiectum
ſenſus ſit paſſibilis qualitas huius ſpēi, tñ nō oē dꝛ paſ
ſibilis qualitas per ordinē ad ſenſum: ſ3 ſolū obiecta tac
tus, ⁊ guſtus ⁊ odoris: alia ꝟo duo dicūtur paſſibiles q̄-
litates: qꝛ ſunt effectus paſſionū. ¶ In quinta ꝑticula q̄
incipit. Quecūq3 igiꝛ ⁊c. reuertiꝛ Ariſt. ad propoſitū hu
ius text⁹, dicēs: ꝙ ille q̄litates q̄ ſunt effect⁹ paſſionū, ſi
ſunt difficile mobiles, dicunꝛ paſſibile, q̄litates: ſiue fiāt
ex paſſionib⁹ naturalib⁹ a natiuitate(vt nigredo ethio-
pis ⁊ pallor colerici) ſiue ex morbo diuturno id accidat:
vt qui ex diuturna febre māſit ꝑpetuo pallid⁹. Si vero
ſunt qualitates facile trāſeūtes(vt in illo qui erubeſcit)
dicunꝛ paſſioneſ. Uocat paſſionē, qualitatē, q̄ eſt effect⁹
paſſiōis: qꝛ nō hēt aliud nomē quo illā diſtinguat a paſ-
ſibili qualitate: ⁊ ſolemus nomen cauſe attribuere effec-
tui, ſicut cōbuſtā domū vocamus/cōbuſtionē. Probat
hāc drām: qꝛ q̄uis tā iſte q̄ ille ſint paſſibiles. i. effectuſ
paſſionū: tñ ille ſunt ſimpꝛ qualitates, he vero nō: nā ab
illis dicimur quales, nō tñ ab iſtis: nō.n. ꝓpter ruborē
verecundie dꝛ iuuenis ſimpꝛ rubeus, ſ3 paſſus ruborē:
tñ ꝓpter diuturnū ⁊ ꝑpetuū ruborē, dꝛ, quis ſimpꝛ ru
beus: ⁊ per ꝯñs ſimpꝛ qualis. ¶ In ſexta ꝑticula q̄ inci
pit. Similꝛ ⁊ in aīa/ſubiūgit exēplū ſcꝺm in qualitatib⁹
ſpūalibus: vc3 ꝙ ille q̄ ſunt difficile mobiles, aut qꝛ ſunt
naturales aut ex infirmitate facte ꝑpetue ille quidē ſūt
paſſibiles qualitates: vt inſanus vel furioſus, vel a nati
uitate vel ex infirmitate ꝑpetus : qꝛ illi ſimpꝛ dicuntur
tales. Si vero ſit paſſio facile trāſiens, illa nō eſt paſſibi
lis qualitas, ſ3 paſſio vt ſi qs aliqua cā iraſciꝛ, nō dꝛ ſim
pꝛ iracūdus: ſ3 paſſus motū ire. Et accipiꝛ hic paſſio,
vt notatū eſt, metaphorice. ¶ In textu quarto q̄ incipit

Figura ⁊ forma.

Quartū qualitatis/ſubſequiꝛ quarta ⁊ vltima ſpēs q̄li-
tatis: q̄ eſt figura vel forma: vt rectū, curuū, triāgulus,
quadrāgulus ⁊c. eſt.n. qualitas cōueniēs ſoli ſubſtātie
corporee rōne quātitatis. Traſlatio Boetij hēt/ forma
⁊ circa aliq̄d cōſtans figura. Unī aliquibus ambiguū eſt:
vtrū cōſtans/ſit nominatiu⁹ adiectiuus de ly/ figura. i.
figura cōſtans: an accuſatiu⁹ adiectiuus de ly/aliq̄d/vt
ſit ſenſus. Figura alicuius cōſtātis ⁊ ꝑ ſe habentis tꝛum
ſuarū partiū: vt ſunt ſicca ⁊ dura: ad drīam liquidorū q̄
nō habēt propriā figurā: ſ3 alienā ꝯtinētis vaſiſ. At ꝟo
litera greca tollit hanc equocationē: eſt.n. yparxuſa: ad
iectiuū femininū de ly/forma(nam in greco figura poniꝛ
p̄mo loco ⁊ forma in ſcꝺo) ⁊ eſt participiū a ſum es fui:
quare nō op⁹ eſt trāſferre/conſtās/ſed ſine aliquo parti
cipio, vt vertit Argiro. ⁊ ſit ſenſus. Quartū genus eſt
figura, ⁊ illa q̄ eſt vni⁹ cuiuſq3 rei forma. Nā qꝺ Boeti⁹
trāſfert/circa aliq̄d/grece eſt circa ſingꝉa/aut/circa vnū
quodq3. Quomō figura ⁊ forma differūt: itē/an rarū et
dēſum/aſperū ⁊ lene/ad hoc ꝑtineāt predicamentū: ⁊ an
ſint plures qualitatis ſpēs: que omnia in hoc textu tan-
guntur, diſputatione queſtionis elucidabimus.

Qualis.

¶ In textu quinto qui incipit. Qualia vero
ſunt/ſequitur ſcꝺm mēbrū huius capitiſ: vbi deſcribitur
quale. S3 dubiū eſt q̄re cū in ceteris p̄dicamētis nō tra
ctauerit Ari. ſeorſum ꝺ abſtracto ⁊ cōcreto, id fecerit ꝓ
prie in hoc p̄dicamēto. Rñdetur id parꝝ referre: ſ3 forte
id fecit(vt colligiꝛ ex Alexandro) qꝛ qualitas comodius
ꝺſcribi nō potuit q̄ ꝑ ordinē ad quale: ⁊ ideo tanq̄ rela
tiua ſcꝺm dici deſcripſit alterū ꝑ alterū: vt qualitas deſ
criberetur ꝑ quale: qꝺ eſt noti⁹ nobis: ⁊ q̄le ꝑ quātitatē:
q̄ eſt notior natura. Relatio vero diffiniꝛ per ordinē ad
tꝛum: ⁊ q̄titas per ordinē ad diuiſionē: ⁊ ideo nō opus
fuit illic tractare de abſtracto ⁊ cōcreto ſeorſum. Uel for
te cā fuit ꝙ q̄uiſ omne accidēs denominatiue p̄dicetur
de ſubiecto, tñ id ꝑſpicatius eſt in hoc p̄dicamēto: nā in
predicamēto q̄titatis nō ſolū ſubſtātia dꝛ quāta a q̄ti-
tate, ſ3 ipſamet quātitas, vt puta linee ⁊ ſuꝑficies/ſunt
quāte ꝑ ſe. ¶ Atqui tres ſunt particule in hoc textu: in
prima

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

prima.n.ponit deſcriptionē: ⁊ in ceteris explicat illā. Ait .n. ꝙ qualia ſunt q̄ ſcðꝫ has q̄litates dnominatiue dicūt aut quomōlibet aliter ab his. Tūc res dnominat ab aliquo accidēte (vt ex ante p̄dicamētis ꝯſtat) qñ abſtractū ⁊ ꝯcretū cōueniūt noīe in p̄ncipio differūt in fine. Et idō ſubiūgit Ari. ꝙ in plurimis quidē ⁊ fere in oibus/qualia dnominatiue dicunt a qualitate: vt a cādore cādidus a grāmatica grāmatic⁹, a iuſtitia iuſt⁹ ⁊c. in aliquib⁹ vero nō eſt propria dnominatio. Cuius cauſa pōt eſſe duarū altera. Aut q2 nullū eſt nomē impoſitū talis q̄litatis: aut q2 lꝫ ſit nomē impoſitū q̄litati, nō tñ hēt propriū dnominatiuū. In ſcða particula textus explicat p̄mū modū in ſcða ſpē qualitatis. Eñ vero naturalis potētia pugillādi aut currēdi nō hēt nomē impoſitum: nā pugilatores aut curſores nō dicunt a naturali potētia: ſed ab arte q̄ acquirit in paleſtra, q̄ pertinet ad primā ſpēꝫ qualitatis: ſed ꝓpter inopiā nominū explicamus ēt ſcðm ſpēm per noīa prime ſpēi. Nō negat quin ſint aliqua noīa aliquarū potētiarū: vt intellect⁹, a quo quis dr̄ intellectiu⁹: et ſenſus, a quo dr̄ ſenſitiu⁹. ¶ In tertia particula que incipit. Interdū/aūt ⁊c. addit ſcðm exēplū de virtute et ſtudioſio: quāuiſ.n. virtus ſit propriū nomē qualitatis, nō tñ hēt ꝓpriū denominatiuū: q2 nō cōuenit in principio noīs. Eodē mō a grāmatica ſciētia, nō dr̄ mulier grammatica dnominatiue, ſꝫ equiuoce: q2 eſt in totū ſimilitudo vocis: et ideo cōcludit ꝙ qualia dicuntur a qualitatibus aut denominatiue, aut alio quouiſmodo. ſ. vel equiuoce vel non ſcðm omnes conditiones denominatiui.

Cōtrarietas.

¶ In tex. 6. qui incipit. Atqui contrarietas ⁊c. incipit tertiū mēbrū vbi aſcribuntur qualitati tres ꝓprietates: ⁊ p̄ma explicat in hoc textu: q̄ hēt duas ꝑticulas. In p̄ma ponit propetas. ſ. ꝓpriū eſt qualitati habere ꝯtrariū: vt albedo opponit nigredini: ⁊ iuſtitie iniuſtitia. Et rōe formaꝝ ꝯuenit qualib⁹ ipſis: vt albo cōtrariat nigrū: ⁊ iuſto, iniuſtū. Subiūgit tñ ꝙ hoc nō eſt propriū quarto mō: q2 lꝫ cōueniat ſoli, nō tñ oī: nā flauo inquit aut fuſco nihil eſt cōtrarium. Rōem huius in q̄ōne explicabim⁹: q2 cōtrarietas eſt maxima oppoſitio inter ea q̄ maxime diſtant vt inter albū ⁊ nigrū qui ſunt extremi colores. ¶ In ſcða ꝑticula que inipit. Ad hec ⁊c. ſubdit, nō nouā ꝓprietatē (vt eſt in quorūdā opinione) ſed apendicē potius p̄oris. Et eſt ꝙ ſi vnū ex cōtrariis eſt in p̄dicamento qualitatis, ⁊ reliquū erit in eodē ⁊ nō in aliquo alio: vt ſi iuſtitia ⁊ iuſtū ſunt in p̄dicamēto qualitatis, iniuſtitia ⁊ iniuſtū ſunt in eodē predicamēto. ¶ In textu ſeptimo q̄ incipit. At vero ⁊c. ſubdit ſcða ꝓprietas q̄ eſt ſuſcipere magis ⁊ minus. Ambe.n. iſte proprietas vbicūq; ſunt germane vt cui adeſt vna, adſit ⁊ alia: ⁊ cui vna abeſt, alterā neceſſe ſit abeſſe: q2 remiſſio ex miſtiōe fit cōtrariorū: ⁊ intēſio fit, eo ꝙ vnū altero depurat. Et ꝓbat dupl̄r ꝙ albū ſuſcipiat magis ⁊ min⁹: tū q2 cōtingit vnū albū eſſe magis albū alio: tū ēt q2 fieri pōt vt idē

Magis et minus.

ſucceſſiue ſit ſeipſo magis aut minus albū. ¶ Subiūgit tamen ꝙ hec proprietas, ſicut ſuperior, licet conueniat ſoli nō tñ omni. Eſt verū tñ de aliq̄bus dubiū, ⁊ de aliis certū ꝙ nō recipiūt intenſionē. Ait ꝙ in ſcða ꝑticula textus ꝙ q̄uis qualia ſuſcipiant magis ⁊ minus, dubiū tñ eſt apud quoſdā an accidētia in abſtracto ſuſcipiāt magis ⁊ min⁹: ⁊ inclinat magis in ꝑtē negatiuā, ꝙ q̄uis aliq̄s ſit magis aut min⁹ iuſt⁹ aut magis aut min⁹ ſanus: q2 magis aut minus ꝑticipat iuſtitiā aut ſanitatē: tñ iuſtitia ⁊ ſanitas non ſuſcipiūt magis ⁊ minus: cū tñ vna iuſtitia nō eſt magis iuſtitia q̄ alia aut vna ſanitas magis ſanitas. ¶ In tertia ꝑte text⁹ q̄ incipit. Triāgul⁹ aūt ſubdit ꝙ d aliq̄b⁹ q̄litatib⁹, puta q̄ ꝑtinēt ad q̄rtā ſpēꝫ: nulla eſt dubitatio: ſꝫ certū eſt ꝙ nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus. Et manifeſtat hoc dupl̄r: p̄mo in formis ſpecificis: et ſcðo in gñicis. Ait.n. ꝙ quecūq; ſuſcipiūt diffinitionem triāguli aut circuli. i. duorū quorumcūq; triāgulorū aut circulorū, neuter eſt magis triangulus q̄ alter, aut magis circulus: vt triāgul⁹ inequaliū angulorū tā triangulus eſt, q̄ triāgul⁹ eq̄later⁹: ⁊ circulus minor tā circul⁹ eſt q̄ circul⁹ maior: ⁊ pariter inter diuerſas figuras ſi detur quadrāgulū altera parte lōgius tā figura eſt, ⁊ tā quadrāgulum q̄ quadratū equilaterū. ¶ In textu octauo q̄ incipit. Eorū igitur cōcludit tertia proprietas q̄litatis vꝫ ꝙ propriū eſt qualitati ſcðm eā ſimilia aut diſſimilia dici vt duo alba ſunt ſimilia ſcðm albedinē: duo triāguli ſcðm figurā ⁊c. Et ait ꝙ cū propetates ſuꝑiores nō ſint propria quarto mō, q2 nō cōueniunt omni. Hoc tamen eſt proprium ſimpliciter quarto modo.

¶ In nono & poſtremo textu qui incipit. Nō aūt perturbari, mouet ⁊ terminatur vna dubitatio q̄ ex ſupradictis oritur. Cū.n. in predicamēto ad aliquid collocauerat habitū ⁊ diſpoſitionem: hic vero cōſtituit illa tanq̄ primā ſpēm qualitatis, vr̄ Ari. eādem rē in diuerſis predicamētis reponere cōtra eius doctrinā p̄mo poſteri. tex. 21. vbi ait p̄dicamenta debere eſſe impermixta. Ad qð dubiū rñdet dupl̄r. Primo rñdet ꝙ q̄uis genus habitus/ſit ad aliq̄d, tñ ſpēs ſunt q̄litates. Exempli gr̄a. Sciētia q̄ eſt genus habitus refert ad ſcibile tanq̄ menſurabile ad mēſurā, vt dictū eſt: tñ grāmatica nō refert ad ſcibile inq̄tum grāmatica, ſed ſolū inq̄tum ſciētia. Qð eſt dicere. Grāmatica inq̄tum grāmatica nō mēſuratur ſcibile: ſꝫ inq̄tum eſt quedā veritas q̄ cōſiſtit in adequatione ad obiectū: ⁊ ideo ſciētia in cōmuni refertur ad ſcibile: eſt.n. ſciētia ſcibilis ſciētia: ⁊ ſcibile, ſciētia ſcibile: nō tñ dicimus ꝙ grāmatica eſt grāmaticabilis grāmatica. Eodē mō nō dicimus, ꝙ theologia eſt theologicabilis theologia: q2 ſolū inq̄tum ſciētia (cuius veritas cōſiſtit in adequatiōe ad obiectū) mēſuratur ab obiecto. Nō negam⁹ quin ſciētie diſtinguāntur ſpē ex diſtinctione obiectorum, vt queſtiōe tertia prohemiali moſtratū eſt: ſꝫ dicimus ꝙ inq̄tuꝫ ſciētie particulares nō dicūt relationē ad obiectū tanq̄ menſurabilis ad menſurā. Vñ cōcludit Ari. ꝙ ex eo habitus ⁊ diſpoſitio poſita ſunt in predicamēto ad aliquid, q2 in gñe dicūtur relatiue: ſed ideo poſita ſunt in predicamēto qualitatis, q2 in ſpē nō dicuntur relatiue. ¶ Scða ſolutio eſt in calce textus ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ habitus et diſpoſitio pertineant ad duo predicamēta: q2 dicūt ⁊ relationē ⁊ qualitē. ¶ Sed ne iterū huc reuertamur argr̄ cōtra ambas ſolutiones. Cōtra primā. Spēs q̄ditatiue cōtinetur ſub gñe: ꝙ non pōt genus ꝑtinere ad vnū predicamētū, ⁊ ſpēs ad aliū. Et cōtra ſcðaꝫ argr̄: q2 vt ſupra dictū eſt reſpiciendū eſt ad ſignificatū formale noīs ⁊ ad rōeꝫ formalē rei: ⁊ ſcðꝫ illā ponēda eſt res in vnico p̄dicamēto. ¶ Ad vtrūq; rñdetur ꝙ relatiuū ſcðꝫ eſſe, qð vere eſt relatiuū, nō pōt eē quiditatiue genus reſpectu qualitatis aut rei alterius predicamēti: ſicut.n. quātitas nō pōt eſſe genus ſubſtātie, ita/nec ad aliq̄d, genus q̄litatis: at ſciētia nō eſt relatiuū ſcðꝫ eſſe, ſꝫ ſcðꝫ dici: ⁊ ideo vere nō eſt in p̄dicamento ad aliq̄d. Sꝫ qð determinat hic Ari. id ſolū eſt, ꝙ ſtat genus dicere reſpectū quē nō dicit ſpēs: nō ꝙ ille reſpectus ſit de quiditate gñis: alias eſſet etiā de q̄ditate ſpēi. Et ad hūc ſenſum dicit in ſcða ſolutiōe ꝙ nō incōuenit idē eſſe in diuerſis predicamentis: in vno quidē vere ſecundū eſſe: ⁊ in alio quodāmodo extrinſece: ⁊ ita ſcientia ſecundū eſſe eſt in p̄dicamento qualitatis: lꝫ eius q̄ditas exprimat per reſpectū q̄ ꝑtinet ad p̄dicamētū relatiōis.

¶ Quæſtio vnica.

¶ Vtrū textus de qualitate ſit verus.

A Parte negatiua arguitur. Primo contra ſufficientiā ſpērum qualitatis. Diſpoſitio eſt generale nomē conueniēs omni qualitati: nā omnis qualitas diſponit ſubiectum: que ſi ſit diuturnior heret per modum habitus: ergo habitus ⁊ diſpoſitio nō faciunt ſingularē

ſpeciem. Et ſcðo. Oīs qualitas cuiuſcūq; ſpēi eſt actiua: nā aliq̄s habit⁹ eſt actiu⁹: ⁊ calor q̄ ꝑtinet ad tertiā ſpēm: ⁊ figura aliqua eſt apta ad motū: vt figura circularis velocius mouetur q̄ angularis: ergo oīs qualitas eſt potētia, ⁊ per conſequēs potētia nō facit ſingularē ſpeciē. Et tertio. Omnis qualitas eſt tr̄us paſſionis: nā omnis de ſe producitur per alterationē: ergo paſſio vel paſſibilis qualitas non eſt particularis ſpecies. Et quarto. Omnis qualitas eſt forma ſubiecti, ergo forma nō facit ſingularē ſpēꝫ. ¶ Et cōfir. Ari. in fine quarte ſpēi inſinuat eē alios plures modos, ⁊ ſpēs q̄litatis q̄ iſti quatuor: ꝙ numerus eſt inſufficiēs. ¶ Scðo p̄ncipaliter argr̄. Habitus dr̄ ab habēdo: habere vero nō ſolū ꝑtinet ad qualitatē, ſꝫ ad alia etiā p̄dicamēta: dicim⁹.n. hēre q̄titatē, veſtem, amicū ⁊c. ꝙ habitus nō eſt prima ſpēs qualitatis. ¶ Et cōfir. Habit⁹ ⁊ diſpoſitio ſolū differūt penes difficile ⁊ facile remoueri: ſꝫ hec ſunt accidētales drīe q̄ nō mutāt ſpēm: ꝙ nō debuiſſet Ariſt. in duo mēbra diuidire admodū duarū ſpērum. ¶ Tertio principalr̄ argr̄ cōtra tertiā ꝓprietatē. Vel tertia ſpēs differt a p̄ma in hoc ꝙ qualitas ſcðe ſpēi eſt actiua: ⁊ q̄litas prime ſpēi nō eſt actiua: ⁊ hoc nō: q2 ſunt multi habit⁹ actiui vt ſcientia ⁊ vtutes. Aut in hoc qualitas ſcðe ſpēi eſt qualitas a natura, ſꝫ qualitas p̄me ſpēi eſt acquiſita: ⁊ hoc non: q2 multe ſunt q̄litates p̄me ſpēi etiā naturales: vt ſanitas ⁊ pulchritudo: ⁊ ecōuerſo aliq̄ eſt potentia aduēticia: vt charater ſacramētalis quē. S. Th. tertia ꝑte q. 63. ar. 2. reducit ad ſcðaꝫ ſpēꝫ qualitatis. Aut differūt penes ſubm̄: ⁊ hoc nō q2 vtriuſq; ſpēi qualitates ſūt ⁊ in aīa ⁊ in corpore, vt hētur in litera: ꝙ ſcða ſpēs nullo mō differt a p̄ma. ¶ Et cōfir. primo Ari. 5. me. tex. 19. vbi tractat de q̄litate, ſolas alias tres ſpēs poſuit pretermiſſa ſecūda: ꝙ nō debuiſſet hic illā interponere. ¶ Et cōfir. ſcðo Impotētia ſolū dicit priuationē potētie: ꝙ potētia ⁊ impotētia nō ſūt due qualitates differētes ſpē: ⁊ ꝑ ꝯñs nō debuit explicari duobus noībus: nā p̄uatio vt cecitas nō ponit in p̄dicamēto de ꝑ ſe: ſꝫ reductiue vbi ponit viſus. ¶ Quarto p̄ncipl̄r argr̄ cōtra tertiā ſpēm. Caliditas et frigiditas ponunt ab Ari. in p̄ma ſpē: ꝙ nulla fuit rō, vt ꝓpter has q̄litates ſenſibiles cōſtitueret tertia ſpēs. ¶ Et cōfir. Paſſio ⁊ paſſibilis qualitas nō differūt ſpē, ſꝫ ſolū ſcðꝫ eſſe remiſſuꝫ ⁊ intēſum: ꝙ illa ſpēs nō eſt bimēbris. ¶ Quinto principaliter argr̄ cōtra quartam proprietatē. Aut forma accipit illic gñaliter: ⁊ ſic nō eſt ꝓpria ſpēs q̄litatis, cū oīs q̄litas ſit forma: aut accipr̄ ſpāliter ꝓ figura q̄titatis: ⁊ tūc nulla eſt drīa inter figurā ⁊ formā: ⁊ ꝑ ꝯñs ſpēs illa nō hēt duas ꝑtes. ¶ Et cōfir. Aſperū ⁊ lene dicunt figurā: ꝙ male excludunt ab Ariſt. ab illa ſpē qualitatis. Probat añs, q2 ſicut curuū eſt id cui⁹ mediū exit ab extremis, ⁊ rectū cuius mediū non exit ab extremis: ita aſperū eſt cuius partes ſuperficiales inequalr̄ prominent alie aliis: ⁊ lene eſt cuius partes equali ſuperficie terminantur: vnde ſicut rectū ⁊ curuū pertinent ad hāc ſpeciē: ita aſperū ⁊ lene. Rarū vero ⁊ dēſum videntur pertinere ad ſcðam ſpeciē: ſicut mole ⁊ durū. ¶ Qð ad ſecundū mēbrum text⁹ attinet, cōtra primā proprietatem ſexto principaliter arguitur. Cōtrarietas nō conuenit oīm qualitati: vt Ari. ipſe cōfitetur: nec ꝯuenit ſoli: ꝙ nullo mō eſt propriū q̄litatis. Probat ſcða pars añcedētis. Aut cōtrarietas accipit large, vt includat p̄uatiue ⁊ relatiue oppoſita: ⁊ has manifeſtū eſt conuenire drīis ſubſtātialib⁹, vt rōale ⁊ irrationale, ⁊ relatiuis vt ſurſū deorſum. Aut accipit ꝓprie ꝓ illis accidētibus q̄ ſe circa idē ſubm̄ expellūt: ⁊ hec ſolū cōuenit duab⁹ p̄mis q̄litatibus. ſ. caliditati ⁊ frigiditati: quare male poſitū eſt exēplū de albedine ⁊ nigredine, q̄ cū non ſint q̄litates actiue, nō ꝓprie ꝯtrariātur: aut ſi cōtrariātur: eadē ratione flauū ⁊ fuſcū ꝯtrariant: q2 mediꝫ colores nō poſſunt eſſe in eodē ſubiecto ſicut nec extremi. ¶ Septimo ꝯtra ſcðaꝫ ꝓpetatē argr̄. Aut intēſio fit ꝑ additionē grad⁹ ad gradū admodū noialiū: aut ꝑ maiorē radicationē in ſubiecto. Si p̄mū, nulla eſſet vna q̄litas q̄ intenderet vt infert Burle⁹: nā grad⁹ p̄exiſtēs nūq̄ eſt maior: ſꝫ aggregatū ex illo ⁊ ſuꝑueniēte: ſi ſcðꝫ, tunc argr̄ ſic. Gñale eſt oīb⁹ accidētibus ineſſe ſubiecto: ergo gñale eſt oibus magis aut minus radicari in ſubiecto: ⁊ per ꝯñs nō eſt hoc proprium qualitatis: ſed cōuenit etiā quātitati ⁊ relationi. ¶ Et cōfir. Subm̄ recipit magis ⁊ minus rōne qualitatis: ergo a fortiori ſi cōcretum recipit magis ⁊ minus, ⁊ abſtractum recipit magis ⁊ minus: qð eſt cōtra determinationē Ariſt. ¶ Octauo tandē argr̄ cōtra vltimā proprietatē. Nō ſoli equalitati cōuenit ſcðm eā res eſſe ſimiles aut diſſimiles: ꝙ nō eſt hoc propriū quarto modo: vt Ariſt. intēdit: nā ſubſtātie eiuſdē ſpēi ſunt ſimiles in ſpē ſcðm rationē ſubſtātie: imo propterea gñatio aliqua dr̄ vniuoca, q2 ſubſtantia geniti eſt ſimilis ſubſtātie gñrantis. Item due paternitates ſunt ſimiles, ⁊ paternitas ⁊ filiatio diſſimiles in gñe relatiōis: ⁊ due calefactiōes ſūt ſimiles ⁊ calefactio ⁊ frigefactio diſſimiles in gñe actionis. Imo in deo, vbi nulla eſt q̄litas, fili⁹ eſt ſimilis pr̄i.

¶ Ad quæſtionem veluti ad ſuperiores affirmatiue reſpōdetur. Et ideo in primo articulo queſtiōis rñdebimus ad quinq; argumēta cōtra ſpēs qualitatis: et in ſecūdo libro ad alia tria cōtra tres eius proprietates. Circa materiā primi argumenti Boetius propter autoritatem Ari. adductā in cōfirmatiōe cenſet alias eſſe plures ſpēs qualitatis: ſꝫ q2 Ari. introductiōis modo hic rem tractauit, nō enumerauit oēs: vt nos animatos relinqueret ad alias perſcrutādas. Nihilomin⁹ vt Ammonius ⁊ aliꝫ dicunt, credendū non eſt Ariſtotelem, qui vbiq; copioſus eſt, ſpēm aliquā ꝑtermiſiſſe. Nominales vti ſolēt diſtingūt quatuor iſtas ſpēs per cōnotationes nominum. Aiunt.n. ꝙ quatuor iſte ſpēs nihil aliud ſunt q̄ quatuor binariꝫ nominū nō coincidentes in ſua ſignificatione: vt hi termini habitus diſpoſitio ⁊c. At maniſeſtiſſimū eſt Ariſto. non loqui hic de nominibus vt patꝫ inſpiciēti exēpla litere. Nomē.n. habitus/nō eſt difficile mobilis, ſꝫ res q̄ eſt habitus: nec naturalis potentia eſt nomē, ſed aptitudo naturalis: nec paſſibilis qualitas eſt nomē, ſꝫ accidēs immutatiuū ſenſus: itē q2 noīa ſolū ponūtur in predicamēto tanq̄ ſigna rerū. ¶ Petit ꝙ argumentū vñ ſummat ſufficiētia quatuor ſpērū qualitatis, vt nec plures ſint nec pautiores. Quā. S. Thomas prima ſcðe. q. 49. ar. 2. impugnata opiniōe ſimpliciꝫ, egregie deducit hoc mō. Rō qualitatis eſt eſſe modū ſubſtātie: ⁊ modus ſcðm Auguſtinū ſuper geneſim eſt mēſura rei. i. terminatio alicuius potētie rei. Vñ q2 potētia materie terminatur per formā, drīa ſubſtantialis que ſummitur a forma dicitur qualitas ſubſtantialis rei. Et eadē rōne modus accidētalis terminās aliquā potentiam ſubiecti, appellatur qualitas. Modus aūt iſte pōt ſummi vel in ordine ad naturā ſubiecti, vel in ordine ad eius actionē, vel in ordine ad eius quātitatē. Si ſit modus rei in ordine ad naturā, pertinet ad primā ſpēm: vñ habitus vel diſpoſitio eſt qualitas perficiēs ſubm̄ ſcðꝫ ſuā propriā naturā. Exēpli gr̄a. Propria natura ⁊ ꝑfectio aīalis cōſiſtit in vita: ſanitas ergo (puta debita ꝓportio humorū) q̄ perficit rem ad iſtū finē, pertinet ad primam ſpēm qualitatis. Itē propria natura aīe inq̄tum rōnalis eſt vita ſcðm rōneꝫ: habitus ergo tam intellectus q̄ volūtatis q̄ perficit aīam ad iſtū finē, ꝑtinēt ad p̄mā ſpēꝫ qualitatis. Et ad eādē pertinēt eorū cōtraria. ſ. egritudo ⁊ iniuſtitia ⁊ reliqua id gen⁹. Vñ Ariſ. 7. phi. tex. 17. habitus inq̄t eſt diſpoſitio ꝑfecti ad optimū. i. qualitas diſponēs rem q̄ hēt eſſe naturale ad optimū eius finem. Si vero ſit mod⁹ ſeu determinatio ſubiecti ſcðꝫ actionē ⁊ paſſionē, tūc ſi ꝑtinet ad principiū oꝑatiōis, eſt naturalis

Ad primū

Sufficientia ſpēruꝫ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ralis potētia vel impotētia pertinēs ad ſcđam ſpēʒ: ꝙ ſi
ſit tꝰ actiōis, ꝑtinet ad tertiā ſpēʒ: eſt.n. paſſibilis q̄-
litas id qđ ꝑ alterationē producitur. Attamē ſi modus
ſit determinatio ſubiecti q̄tum ad quātitatē, tūc eſt fi-
gura vel forma. ¶ Hinc ſequitur rō ordinis harū ſpērū. Et
enim q2 natura ſubiecti p̄ſupponit actionē ⁊ paſſionē ⁊
q̄titatē, accidēs qđ eſt modus rei quo ad eius naturam
cōſtituit primā ſpēm: ⁊ modus dicēs p̄ncipiū actiōis cō
ſtituit ſcđaʒ: ⁊ qui dicit tꝰ actiōis cōſtituit tertiā: ⁊ tā
dem motus q̄titatis conſtituit quartā. ¶ Ad primū ꝑ
argm̄ rn̄detur ꝙ q̄uis oīs qualitas cuiuſcūq; ſpēi ſit di
ſpoſitio ſubiecti, tn̄ diſpoſitio/ vt ꝑtinet ad primā ſpēm,
dicit diſpoſitionē ſubiecti in ordine immediate ad pro-
priā naturā. Figura aūt d̄ ſe nō dicit cōuenietiā aut diſ
cōuenientiā ad naturā impertinens.n. eſt q̄titati vt ha
beat figurā triāgularē aut quadrāgularē: ⁊ pariter co
lor q̄ eſt tertie ſpēi de ſe non dicit cōuenietiā aut diſcōue
nientiā nature rei. Si tn̄ figurā aut colorē accipiamꝰ in
q̄tum cōueniūt nature rei, ꝑtinēt ad primā ſpēʒ: vt pul
chritudo q̄ dicit debitā appoſitionē mēbrorū ⁊ colorū
ſcđm naturā huiꝰ aut illius ſpēi aīalis: ꝑtinet ad primā
ſpēm: ⁊ pariter deformitas. Neq; potētia vel impotētia
dicūt immediatū ordinē ad bn̄ vel male eē nature: ſʒ ad
agendū vel patiendū ſimplr̄. Eodē mō rn̄detur ad alias
duas ꝑtes argumēti: q̄uis.n. oīs q̄litas ſit actiua, tn̄ p̄
ma vel ſcđa vel tertia ſpēs nō dicūt d̄ ſe ordinē ad actio
nē, ſʒ ſolū ſcđa ſpēs: ⁊ q̄uis oēs qualitates ꝓducerētur
per aliquā actionē, tn̄ ſolū tertia ſpēs dicit formalr̄ ꝙ ſit
cauſa vel tꝰ paſſiōis. Sʒ ad vltimū mēbrū rn̄detur ꝙ
forma q̄ cōſtituit quartā ſpēʒ nō accipr̄ gn̄aliter, vt qđli
bet accidēs dr̄ forma ſubiecti: ſʒ ſpēalr̄, vt eſt tꝰ q̄tita
tis. ¶ Ad cōfir. rn̄detur, ꝙ illa verba Ariſt. nō inſinuant
plures eſſe ſpēs qualitatis, ſed autoritas eius ⁊ graui-
tas eſt ſimilia verba in fine cuiuſcunq; tractatus aducē-
re: ac ſi rem nō abſolutā preſtitiſſet. ¶ Ad ſcđʒ principa

Ad ſcđm.

le rn̄det. S. Thomas p̄ma ſcđe. q.49. ar.1. ꝙ q̄uis habi
tus dicatur ab hr̄e, pōt tn̄ dici triplr̄: ⁊ eſt ad literā diſtin
ctio Ari.5.me.tex.28. Nā vno mō hr̄e idē eſt ꝙ habitio
qua vna res hēt aliā inter quas nihil mediat niſi ſola re
latio aut poſſeſſionis aut queuiſ alia vt hr̄e ſeruū, hr̄e
pecuniā: ⁊ hoc nō cōſtituit predicamentū ſpāle: ſʒ eſt cō
ditio cōis q̄ facit vltimū poſt p̄dicamentū. Scđo mō eſt
habitio qua vna res hēt aliā inter quas mediat aliquid
quaſi ꝑ modū actiōis aut paſſiōis lʒ nō ſit vera actio: ſi-
cut eſſe veſtitū, calciatū, armatū: nā eſſe veſtitū non dr̄
ſimplr̄ hr̄e veſtē primo mō, ſʒ hr̄e illā veſtitam. Et hoc
eſt vltimū p̄dicamentū. Tertio mō accipr̄ habitꝰ pro q̄-
litate qua res aliqualiter ſe hēt in ſeipſa vel in ordine ad
aliū cōuenieter ad naturā ſuā: ⁊ hec ꝑtinet ad p̄mā ſpēʒ
q̄litatis. ¶ Ad cōfir. rn̄det. ſ. Tho. loco mō citato ad ter
tiū argm̄ dicēs ꝙ diſpoſitio vno mō accipr̄ gn̄aliter, vt
notauimꝰ in expoſitionem primi textꝰ pro diſpoſitiōe q̄-
cūq; ſiue facile ſiue difficile ſit remouibilis: ⁊ ſic eſt genus
ad habitū. Ait.n. Ari.5. me.tex.25. ꝙ habitus eſt diſpoſi
tio qua quis male vel bn̄ diſponitur. Alio mō accipr̄ ſpālr̄,
vt diuidit cōtra habitū. Boetiꝰ vero ⁊ antiqui oēs nullā
aliā conſtituūt drām inter habitū ⁊ diſpoſitionē niſi illā
q̄ eſt inter perfectū ⁊ imperfectū in eadē ſpē: vt eadē q̄li-
tas ſubeſſe remiſſo ſit diſpoſitio ⁊ ſubeſſe intēſo ſit habi
tus: ſcđʒ quos habitꝰ ⁊ diſpoſitio non differunt ſpē. At
S. Th. illic oculatius literā Ariſt. contēplatus dicit ꝙ

Habitꝰ ⁊ diſpoſitio.

differūt ſpē: vt habitus ſit illa qualitas q̄ ex gn̄e ſuo eſt
difficile mobilis: q2 ex gn̄e ſuo non hēt faciles cauſas cor
ruptiōis: vt ſunt habitus intellectus, ⁊ appetitus: quo-
rū exēpla ponit Ariſ. Sciētia.n. inq̄t ex gn̄e ſuo non hēt
cōtrariū qđ facile ipſaʒ corrūpat niſi vehemēti aut diu-
turno morbo quis incidat in amētiā. ¶ Ubi aīaduertē
dum eſt, ꝙ Ari. nō vtitur hic noīe ſciētie gn̄alr̄: ſʒ ꝓprie vt
diſtinguitur cōtra opinionē: nec ſciētia dr̄ difficile mobilis

ſolū ꝓpter intēſionē, ſʒ q2 ſciētia gn̄atur ꝑ demōſtratio
nē q̄ vnico actu cōuincit intellectū ⁊ gn̄at habitū: vt no
tat. S. Th. p̄ma ſcđe. q.51. ar.3. ⁊ ideo nō hēt cauſas cor
ruptiōis cōtrarias: ſʒ ſolū ꝑ obliuionē. Uñ opinio quan
tūcūq; ſit intēſiſſima, nō eſt ex gn̄e ſuo difficile mobilis,
neq; eſt habitus: q2 rōne probabili corrūpitur. Uerū eſt
tn̄ ꝙ q̄uis ſciētia vnico actu gn̄retur q̄tū ad vſum intellec
tꝰ, tn̄ vt hereat memorie, indiget (vt dicit illic. S. Tho.
aliqua aſſiduitate) ⁊ hoc eſt qđ dicit hic Ari. ꝙ ſi quiſpiā
mediocriter ſciētiā acquirat, tunc eſt difficile mobilis: et
idē eſt de virtutibus moralibꝰ: nā virtus ex gn̄e ſuo dicit
cōnexionē cū prudētia ⁊ ſedatas paſſiōes: ⁊ ideo ex ge
nere ſuo nō habet cōtrarias cauſas corruptiōis in eodē
ſubiecto: ſʒ tn̄ calor febrilis aut frigiditas ex gn̄e ſuo fa
cile corrūpitur a cōtrario: niſi ob diuturnitatem efficiatur
quodāmō naturalis: ſicut ethica q̄ eſt calor cōfirmatꝰ:
⁊ paralyſis q̄ eſt cōfirmata frigiditas, ⁊ pariter ſanitas
ex gn̄e ſuo eſt diſpoſitio. Quo fit, vt ſciētia ⁊ virtus q̄ ex
gn̄e ſuo dicit habitū difficile mobilē, de ꝑ accidēs in p̄n-
cipio acquiſitiōis habeat modū habitꝰ: ⁊ ecōuerſo calor
⁊ frigus, ⁊ ſanitas q̄ ex gn̄e ſuo dicūt diſpoſitionē, ꝑ ac-
cidēs efficientur habitus. ¶ Rōem horū nominū poſſu
mus aſſignare, q2 cū habitus dicatur ab hr̄e: ⁊ res nō
habeatur, niſi firmiter teneatur, diſpoſitio nō habet nomen
habitus quoadusq; firmiter teneatur, aut nos teneat. Nā
in bonis ⁊ cōuenietibus nos tenemus habitū: in malis
v̄o ⁊ diſcōuenietibꝰ, ipi nos hēt vt hr̄.5. me.t.28. Et hec
ad cōfirmationē. ¶ Circa tertiū principale notandum

Ad tertiū

eſt: ꝙ inter primam ⁊ ſcđam ſpēʒ nō eſt hec dr̄ia ꝙ ſola q̄
litas ſcđe ſpēi ſit actiua: ⁊ qualitas p̄me nō ſit actiua: lʒ
ex ante dictis q̄s in hoc poſſit falli: eo ꝙ qualitas prime
ſpēi dicit ordinē ſolū ad naturā ⁊ bene eſſe rei: qualitas
vero ſcđe ſpēi dicit potētiā ⁊ virtutē agēdi aut patiēdi.
Nō.n. inquā hec eſt dr̄ia vt ait. S. Thomas loco citato
ar.3. nā q̄uis habitꝰ immediate diſponat rē ad bene eſ-
ſe, duplr̄ tamē cōuenit habitui vt ſit actiuus: vno mō me
diate: q2 quod diſponit rē ad bene eſſe, diſponit mediate
ad bn̄ operari: ſicut ſanitas diſponēs ad eſſe, mediate,
diſponit ad robuſte agere. Scđo mō habitus pōt eſſe ac
tiuus rōne ſubiecti. Exēpli grā. Habitus qui eſt in potē
tia puta intellectu aut voluntate, eo ꝙ diſponat poten-
tiā ad bene eſſe: ⁊ bene eſſe potētie ꝑ ſe eſt bene opari eſt
operatiuus rōne ſubiecti. ¶ Neq; differūt ſcđo mō tacto
in argumēto, vt argm̄ ꝓbat: tametſi. Simplicius ita cre
diderit ꝓpterea ꝙ Ari. ſcđam ſpēʒ appellat qualitatē na
turalē, nō tn̄ primā. Rō.n. huiꝰ appellatiōis fuit: tū q2
nō potuit illā ſignificātius diſcernere a p̄ma: aptitudo
.n. luctādi p̄me ⁊ ſcđe ſpēi nō differt, niſi q2 illa eſt ab ar
te, ⁊ hec a natura: tū ēt q2 apđ Ariſtotelē nulla eſt qua-
litas ſcđe ſpēi niſi naturalis aut facta naturalis: in pri-
ma v̄o ſunt ⁊ naturales ⁊ acquiſite. ¶ Neq; differūt ter-
tio mō, vt opinatus eſt Alexander qui credebat in p̄ma
ſpē ſolas eſſe qualitates ſpūales ⁊ in ſcđa corporeas: di
cēs ꝙ Ariſt. poſuit exēplū de ſanitate ⁊ egritudine: nō ꝙ
ꝑtineāt ad primā ſpēm, ſʒ per modū exēpli: ꝙ ſicut egri
tudo ⁊ ſanitas ſunt facile mobiles, ita ſe habet diſpoſi-
tio ad ſcientiā. Sʒ re vera vt. S. Thomas prima ſcđe. q.
50. ar.1. meminit, negari nō pōt quin ſanitas ⁊ egritudo
ſint qualitates p̄me ſpēi: nā eodē mō poſuit Ari. exēplū
de illis ſicut de ſciētiis. ¶ Dr̄ia igitur formalis ſumēda eſt

Dr̄ia inter primā ⁊ ſecūdā ſpēʒ.

inter primā ⁊ ſcđaʒ ſpēʒ ex diffinitiōe habitꝰ.5. met. tex.
25. vbi ait Ari. ꝙ habitus eſt diſpoſitio qua aliq̄d bene
vel male diſponitur. Itaq; potētia ſolū dicit principiū ope
rādi, vt abſtrahit a bene vel male: ⁊ cōuenieter ⁊ diſcon
uenieter: ſʒ habitꝰ vel diſpoſitio dicit bn̄ vel male. Ut n.
ait. S. Thomas p̄ma ſcđe. q.49. ar.2. in ſola prima ſpē
q̄litatis reperitur hec dr̄ia/ bn̄ vel male: eo ꝙ bonū vel ma
lū dicit cōuenientiā vel diſcōuenientiā nature rei: quam
ſola prima ſpēs qualitatis ſignificat. Exēpli grā. Intel-
lectus/

lectꝰ/ de ſe nō dicit niſi ſolū principiū intelligēdi, ſiue bn̄
ſiue male: ſʒ ſciētia/ q̄ pertinet ad primā ſpēm eſt habitꝰ
bn̄ ⁊ faciliter operādi: ⁊ error/ eſt habitꝰ male operandi:
⁊ ſimiliter virtus ⁊ vitiū. ¶ Ad cōfir. aūt rn̄det illic. S.
Tomas ⁊ Cōmentator ꝙ Ari.5. me. nō meminit poten
tie inter ſpēs qualitatis: eo ꝙ parū ante textu.17. trac-
tauerat de illa ſub ꝓprio noīe potētie: hic aūt connume
rat inter ſpēs qualitatis, q2 ſcđʒ potētiam etiā dicimur
quales. Querēti.n. qualis eſt hō, congrue rn̄detur ꝙ ſit
aptus aut ineptus ad luctā, robuſtꝰ aut imbecillis, aut
ꝙ lapis ſit durus aut mollis. ¶ Hinc fit, vt quemadmo
dū in prima ſpē ſubalterna habitus ⁊ diſpoſitio ſunt ex
gn̄e ſuo ſpēs diſtincte, ita ⁊ in hac, naturalis potētia et
impotētia. Neq; impotentia ſolū dicit priuationē ſʒ poſi
tiuā qualitatē: vt egrotatiuū ⁊ molle. ¶ Reſtat tn̄ dubiū
circa tertiū mēbrū argumēti: vr̄.n. ꝙ habitꝰ nullus ſit in
aīa, ſʒ oīs habitꝰ debeat eē in ſubiecto diuiſibili: nā Ari.
5. met. tex.24. ante q̄ dixiſſet ꝙ habitus eſt diſpoſitio p̄-
miſerat ꝙ diſpoſitio eſt ordo habētis ꝑtes. Uñ fit vt ha

Diſpoſitio eſt ordo.

bitus nō ſit niſi in ſubiecto habēte partes. ¶ Locus eſt
in hac materia ſub obſcurus. Ipſe tn̄ ſe exponit ſi recte
intelligatur. Ait.n. ꝙ diſpoſitio eſt ordo habentis partes,
aut in ordine ad locū: ⁊ hec pertinet ad predicamentū ſi
tus: aut ſcđm potentiā: ⁊ hic eſt habitus corporalis: vt ſa
nitas q̄ eſt proportio humorum quos vocat partes: aut
ſm̄ ſpēʒ, ⁊ hic eſt habitus opatiuꝰ aīe. Uocat.n. ꝑtes aīe
potētias eius per quas ex ſua natura indifferens eſt ad
plura, ⁊ ad bn̄ vel male operandum. At qui ſenſus eſt ꝙ
res non indiget habitu opatiuo q̄ñ ſuapte natura deter
minata eſt ad vnū, vt calor ignis nō eſt habitus, q2 ignis
a natura determinatur ad vnico mō operandū: ſʒ tn̄ ſciē
tia ⁊ virtus ſunt habitus determinātes potētias q̄ ſunt
partes aīe de ſe indifferētes: determinantes (inq̄) ad bn̄

Ad quartum.

vel male operādū. ¶ Ad quartū p̄ncipale rn̄det. S. Th.
queſtione citata ar.2. ad primū argm̄, ꝙ ſi calor ⁊ frigus
accipiātur abſolute vt ſolum dicunt ordinē ad paſſionē
cuius ſunt cauſa aut effectus, tūc pertinēt ad tertiam
ſpēm. Si vero accipiātur tanq̄ cōuenietia, aut diſcōue
niētia nature ſubiecti, tūc pertinēt ad primā ſpēʒ. Exē
pli grā. Calor ⁊ frigus vt ſunt obiecta ſenſus ſunt paſſi-
biles qualitates: ſʒ febris que eſt calor diſcōueniēs natu
re, ꝑtinet ad p̄mā ſpēm: vt ephimera ⁊ tertiana q̄ facile
eſt trāſmutabilis eſt diſpoſitio: ethica vero eſt habitus.
Eodē mō frigus diſponens ad paralyſim eſt diſpoſitio:
ſed paralyſis cōfirmata eſt habitus. Queadmodū pau
lo ante diximꝰ ꝙ q̄uis figura ſimplr̄ ⁊ color ſūt in quar
ta ⁊ tertia ſpē: tn̄ pulchritudo que dicit proportionē con
uenientē nature eſt in prima ſpē. ¶ Ad confir. rn̄detur ꝙ
in hac tertia ſpecie forſan nō eſt dr̄ia ſpecifica ex gn̄e in
ter paſſionē ⁊ paſſibilē qualitatē: rubor.n. ex verecūdia
aut naturalis non videtur ex gn̄e differre ſpecie (q̄uis op
poſitū nō ſit oīno improbabile) fuit tn̄ neceſſariū diuide
re in duo mēbra q2 differūt aut ex parte cauſe aut ex par
te ſubiecti penes facile ⁊ difficile mobile. Rubor.n. q̄ eſt
ex motu verecūdie, aut pallor ex metu nunq̄ poſſunt eē
paſſibiles qualitates: q2 rōne cauſe habent vt facile tran
ſeāt. Calor vero in igne ⁊ frigiditas in aqua ratione ſub
iecti habent ꝙ ſint paſſibiles qualitates: nā ſunt natura
les ſubiecto a quo nō remouētur niſi per corruptionem
ſubiecti. Uñ. S. Thomas prima ſcđe. q.49. arti.2. dicit
ꝙ in tribus prioribus ſpēbus inuenitur hec dr̄ia. ſ. faci-
le ⁊ difficile mobile: eo ꝙ hmōi qualitates aut ſunt prin-
cipia aut termini actionū. In quarta vero, nō inuenitur
q2 figura eſt tꝰ q̄titatis q̄ de ſe non eſt actiua: ⁊ ideo
figura nec acquiritur nec deperditur per ſe, niſi ex muta

Ad quintum.

tiōe quantitatis. ¶ Ad quintū varū ſunt modi rn̄dendi.
Expoſitores huius tēpeſtatis fere dicūt formam ⁊ figu
ram differre: ꝙ forma ſit modus quātitatis diſcrete: vt
par ⁊ impar. Figura vero eſt tꝰ q̄titatis continue: vt
triāgulus. Hec tamen expoſitio nullū habet fundamen-
tū, neq; in ſignificatiōe nominū (q2 forma de ſe non ma-
gis ſignificat modū quātitatis diſcrete q̄ cōtinue) neq;
in Ariſtotele, cuius verba ſunt. Quartū genus eſt figu
ra et vniuſcuiuſq; rei forma: vbi inſinuatur ꝙ forma eſt
qualitas rei continue. Boetius dicit ꝙ forma accipitur
hic pro qualitate a qua homines dicūtur formoſi: ita vt
forma ſit decor ſuper additus figure: ſed certe hoc eſt fal
ſum: nā pulchritudo, ⁊ deformitas pertinēt ad primam
ſpeciē vt dictū eſt: cū dicāt rei cōuenientiā. Albertus di-
cit ꝙ ſolū differunt ratione, vt forma dicatur figura rei
inquātum cōueniens ſpeciei et forme ſubſtātiali: figura
vero dicatur inquātum eſt terminus quātitatis. Sʒ hoc
etiā vr̄ falſum: nā figura inq̄tum cōuenit ſpēi, pertinet
ad pulchritudinē. ¶ Ut ergo ex phraſi Ariſto. conicere
poſſuʒ, figura ⁊ forma differūt: ꝙ figura dicit ſupficiem
lineis certis ⁊ angulis vel circulo terminatā: vt abſtra-
hit ab hac ⁊ ab illa materia. ſ. vt cadit ſub cōſideratione
matemathica: vt triāgulus, quadrangulus circulus ⁊c.
nā figura ſcđm Euclidē eſt q̄ tꝰ vel tr̄is claudit. Et ita
Ari.5. me. tex.19. hāc ſpēʒ qualitatis appellat immobilia
matemathica. i. figurā vt abſtrahit ab ente naturali mo
bili: puta ferro ligno ⁊c. Forma vero dicit figurā rerum
naturaliū aut artificialiū: vt domꝰ, turris, ſtatua, et ſi
darentur ſimplicia noīa ſignificātia naturales figuras. Et
ideo ſubdit Ari. ꝙ ēt rectū ⁊ curuū ꝑtinēt ad hāc ſpēʒ. ſ.
tanq̄ tertiū mēbrū q2 rectū ⁊ curuū/ cū nō dicat aliquid
lineis terminatū, nō dicit figurā: neq; perfectā formā: ſʒ
ſunt forme imꝑfecte ſeu ꝑtes forme: vt arcus ſemicircu
li eſt ꝑs circuli. Itē cōuexū ⁊c. Uerū eſt ꝙ aliq̄ñ, ⁊ figu-
ras appellamus formas: ⁊ formas figuras. ¶ Ad cōfir.

Aſperum

rn̄detur ꝙ de aſpero ⁊ lene autor ſex p̄ncipiorum in p̄dica
mēto ſitus vr̄ cōtradicere Ariſt. affirmans ꝙ hec ſunt q̄
litates. Et Albertꝰ illic cōcordat ſentētias dicēs ꝙ aſpe
rū ⁊ lene/ accipr̄ vno mō vt dicit ſolā poſitionē partiū in
equaliter vel equaliter, ⁊ ſic ꝑtinet ad ſitū partiū, vel in
ordine ad locū, vel inter ſeipſas: ſicut dicit Ari. in p̄dica
mēto q̄titatis ꝙ partes q̄titatis habēt poſitionē ſcđm
ſurſum ⁊ deorſuʒ. Scđo mō accipiūtur vt dicūt figuraʒ
ipſam imꝑfectā ſicut rectū ⁊ curuū: ⁊ ſic ſunt in hac quar
ta ſpē qualitatis. Et tertio mō adhuc poſſunt cōparari
in ordine ad tactū in quo/ aſperū/ facit auſteritateʒ: ⁊ le
ne/ dulcedinē: ⁊ ſic ꝑtinēt ad tertiā ſpēʒ. Nec propterea
idē ſcđʒ eandē ſignificationē ponitur in diuerſis predica-
mentis: ſed penuria nominū eſt in cauſa vt vnū nomen
poſſit accipi ſecundum diuerſas connotationes.

¶ Numerus rerū & nominū huius prædica-
mēti multo copioſior eſt q̄ vt poſſit ob oculos poni: ſed
per dr̄ias que inter has ſpēs cōſtitute ſunt de ſingulis iu
dicandū eſt. Atq; adeo q̄litates ſup naturales q̄uis nō
cōprehēdantur ſub rōnibus naturalibus, reducūtur tn̄
ad p̄dicamēta: vt gratia ponitur in p̄ma ſpē qualitatis
tanq̄ habitꝰ: nō quidē immediate operatiuꝰ: q2 nō ſub
iectatur in potētia, ſʒ in eſſentia dans aīe eſſe ſupra na
turale: ⁊ ideo eſt ſicut ſanitas ſup naturalis. Uel pōt cō
ſiderari tanq̄ lumē, vt ꝑtineat ad tertiā ſpēm: nā lumē
in aſtris, vbi habet eſſe ꝑmanēs, eſt ſicut paſſibilis qua
litas: in aere vero, ſic̄ paſſio. Et ita lumen glorie in bea
tis eſt ſicut paſſibilis qualitas: in Paulo vero in raptu,
ſicut paſſio. Uel ſi cōſideretur rōne ſubiecti: vt eſt v̄tus in
tellectus ad videndū deū, in beatis eſt ſicut habitus, et
in Paulo, ſicut diſpoſitio. Habitus v̄o infuſi vt fides,
charitas ⁊c. oēs ſunt habitꝰ operatiui prime ſpēi. ¶ In
ſcđa vero ſpē ponitur charater ſacramētalis vt citatum
eſt ex. S. Thoma in tertio argumēto: quia charater bap
tiſmi ſolū dicit potētiā ad ſuſcipiēda ſacramēta, ⁊ cha-
rater ordinis ad ea miniſtāda, ſiue bene, ſiue male: nam
malus chriſtianꝰ vere ſuſcipit, ⁊ malus epiſcopus vere
confert

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cōfert ſacramētū. ¶ Ad hāc ſpēm reducūt oia inſtrumēta vt gladius, ſerra, maleus ⁊c. hec. n. de ſe nō dicūt formā, ſʒ virtutē agendi: q̄uis hoc faciāt per formā. Et q̄uis calor ⁊ frigus abſolute ſunt in tertia ſpē, tñ calor ignis ⁊ frigus aque, ſi cōſiderentur vt virtutes naturales agēdi, ſunt in ſcđa ſpē. ¶ In tertia ſpē ſunt oia obiecta ſenſuū: vt ſi dicas acutū ⁊ graue in ſono aut in tactu. Et in quarta oia nōia figurarū ⁊ formarum vt expoſitū eſt. ¶ At vero de diſtinctione qualitatis a ſubſtātia nō exiſtimauimus neceſſariū eſſe queſtionē diſputare. Cōuenit. n. inter oēs, primā ⁊ tertiā ſpēm qualitatis diſtingui a ſubſtātia. Vñ nominales dicūt ſolū predicamētū ⁊ dimidiū realiter diſtingui: puta ſubſtātiā ⁊ duas ſpēs qualitatis. Nihilominus in predicabilibus capite de proprio mōſtratū eſt ſcđam etiā ſpēm diſtingui. De quarta vero ſpē q̄uis id nō ſit euidēs, veriſimilius tñ eſt ꝙ figura diſtinguatur a re figurata, maxime ſi quātitas diſtinguatur a re quāta. Dū tñ figurā vnius rei cōtinue, vt ſtatuā vnius lapidis, dicamus ſimpliciter eſſe vnā rem: figurā tñ pluriū rerū, vt figurā domus q̄ cōſtat ex pluribꝰ lapidibus ⁊ lignis, nō affirmemus eſſe ſimplr̄ vnā, ſed cōpoſitā ex figuris partiū. Et hec de primo articulo.

¶ In ſecūdo articulo dicendū eſt de proprietatibus qualitatis. Vnde ad ſextū argm̄ rñdetur ꝙ cōtrarietas, vt eſt propriū qualitatis, accipit̄ proprie vt diſtinguitur cōtra ꝑuatiue ⁊ relatiue oppoſita: vt. ſ. ſūt accidētia mutuo ſeſe expellētia circa idem ſubm̄. ¶ Sed eſt notandū ꝙ contrarietas per ſe ꝑmo reperit̄ in tertia ſpē qualitatis vbi ſunt quatuor prime qualitates elemētorū. ſ. caliditas, frigiditas, humiditas, ⁊ ſiccitas: quarum due prime ſunt principalr̄ actiue, ⁊ due ſcđe paſſiue. Et rōne iſtarū contrariātur quecūq̄ res ſint contrarie. Vt in predicamēto ſubſtātie ignis contrariat̄ aque rōne caloris: ⁊ in predicamēto actionis calefactio ⁊ frigefactio cōtrariātur rōne terminorū qui ſunt q̄litates cōtrarie. Et gñaliter, vt notat Ariſt. nō ſolū abſtracta, ſʒ cōcreta ipſa ſunt ꝯtraria rōe abſtractorū: vt albū nigro: calidū frigido ⁊c. Scđo reperitur contrarietas in qualitatibus ſcđis que fiūt ex iſtis, vt inter albedinē ⁊ nigredinē, amarū ⁊ dulce ⁊c. ¶ Sed eſt ſcđo notandū ꝙ contrarietas eſt maxima diſtātia, q̄r eſt ꝑfecta oppoſitio: et iō ſimplr̄ nō reperit̄ niſi inter duo extrema, vt ſunt albedo ⁊ nigredo, dulcedo ⁊ amaritudo. Medij vero colores nō cōtrariātur per ſe niſi ratiōe extremorū: vt rubeum nō cōtrariat̄ viridi, niſi quatenus vnus color participat de albedine, ⁊ alius de nigredine. Vñ illi colores qui magis accedūt ad iſtos extremos magis ꝯtrariātur. ¶ In ſpiritualibus aūt eſt cōtrarietas ꝑ ſe ⁊ proprie: nō rōne primarū qualitatū, ſʒ ad ſimilitudinē illarū: nam cauſe productiue falſi habitus intellectus corrūpūt habitum verū cōtrarium: ⁊ paſſiōes intemperātie corrumpūt habitū tēperātie: ⁊ q̄ corrumpūt habitū iuſtitie, gñrāt habitū iniuſtitie. Intemperātia. n. ⁊ iniuſtitia nō dicūt priuatiōes, ſed habitꝰ poſitiuos. ¶ Hinc perſpicuū eſt corollariū Ariſt. ꝙ ſi vnū cōtrariorum eſt in predicamēto qualitatis, reliquū eſt in eodē. Loquitur. n. de cōtrarietate proprie dicta q̄ non eſt niſi inter poſitiuas qualitates. Tametſi in priuatiue oppoſitis quodāmodo verum habeat: nam licet priuatio per ſe nō ſit in predicamento (cū non dicat verū ens) tñ reducitur ad genus ſui poſitiui: vt cecitas reducitur ad ſcđam ſpēm qualitatis, vbi eſt viſus: ⁊ tenebre ad tertiā, vbi eſt lumen. ¶ Ad ſeptimū principale rñdetur ꝙ modo nō eſt locus diſputandi quomodo fiat intēſio: ſed pro nūc reſpondemus ꝙ fit ꝑ maiorē radicationē in ſubiecto. ¶ Notandum eſt tñ ꝙ q̄uis omne accidēs inſit ſubiecto, tñ quia quantitas et relatio ꝑ ſe nō ſunt accidētia actiua, nō radicantur magis ⁊ minus. Qualitatibꝰ vero aut actiuis/ aut ſecūdis q̄ ex illis fiūt, propriū eſt per actionem magis et minus radicari in ſubiecto. Vnde eadē eſt rō vt propriū ſit huius ꝓdicamēti habere cōntraria, ⁊ recipere magis ⁊ minus: puta rō actiōis ⁊ paſſiōis q̄ conuenit qualitatibus primis. Et per hoc ſoluitur argm̄. ¶ Sed pro ſolutione cōfirmatiōis ⁊ pro intelligētia textus ſeptimi notandū eſt hic quid eſt aliquid ſuſcipere magis ⁊ minꝰ: vt intelligatur quomō concretū ſuſcipit magis ⁊ minus: abſtractum vero, minime. Enimvero recipere magis ⁊ minus formaliter nō eſt eſſe magis aut minus intēſum (vt multi falſo exiſtimāt) alias abſtractū potiꝰ recipere magis ⁊ minus q̄ cōcretū: albedo. n. magis aut minus intenditur in ſubiecto. Sed ſuſcipere magis ⁊ minus eſt ꝙ nomē accidentis predicetur cū magis ⁊ minus aut cū comꝑatione. Vñ fit manifeſtū quomō concretū ſuſcipit magis ⁊ minus, ſed abſtractū nō item. Calidū. n. eſt calidi alio aut minus calidū: ſed tñ calor non eſt magis calor: bene tñ intēſior, ſʒ nō magis aut minus calor. Itē albū eſt magis aut minus albū, ſed tñ albedo non eſt magis aut minus albedo. ¶ Hinc palā fit quomō in aliis ꝓdicamētis nō eſt magis aut minus: q̄r propria denominatio q̄titatis nō ſuſcipit cōparationē: nihil. n. eſt magis aut minus q̄tū, lineatū aut ſuꝑficiatū ⁊c. ſed in relatiōe eſt magis aut minus ſimile rōne qualitatis. Et eſt hic inſignis locus Ariſt. ad cōfirmādū intenſionē nō fieri per additionē: ſed per radicationē in ſubiecto: nā ſi intenſio fieret per hoc ꝙ albedo reciperet nouos gradus albedinis, certe ſicut albedo dr̄ magis intēſa: ita diceretur magis albedo: ſed q̄r intēſio nō fit niſi per hoc ꝙ albedo magis actuat ⁊ ꝑficit ſubm̄, illđ dr̄ magis albū, albedo vero nō dr̄ magis albedo. ¶ Ad octauū argm̄ rñdetur, ꝙ hoc eſt propriſſimū qualitatis, vt ſcđʒ eā res dicantur ſimiles, aut diſſimiles, ſicut eſt ꝓpriſſimū quātitatis, vt ſcđm eā res dicātur equales vel inequales. Vñ ſicut nihil dicitur equale vel inequale niſi quatenus participat aliquā rōnem q̄titatis: ita nihil dr̄ ſimile aut diſſimile, niſi quatenus participat rōnem qualitatis. Exempli gfa. Duo hoies dicūtur equales in ꝑfectiōe: q̄r eſt vnus gradus ꝑfectiōis in illis: ⁊ vnū eſt rō q̄titatis: ſed dicūtur ſimiles in ſpē: q̄r ſpēs habet ſe vt qualitas ſubſtantialis indiuidui. Et eodē mō duo patres ſunt ſimiles in paternitate q̄r paternitas in q̄tum accidēs habet ſe vt forma ⁊ qualitas ſubiecti: ⁊ due calefactiōes ſunt ſimiles, q̄r ꝓducūt ſimiles qualitates. Et in ſūma ſicut duo alba equaliter intēſa dicūtur equalia in albedine eo ꝙ habēt vnitatem gradus (q̄ vnitas eſt rō q̄titatis) ita per oppoſitum duo quāta equalia, dicūtur ſimilia: q̄r habēt eādē q̄titatē q̄ in q̄tū accidēs, eſt ſic forma ⁊ q̄litas ſubiecti. Et hoc eſt qđ dicit Ari. 5. me. tex. 20. vnitas in ſubſtātia facit idē: in q̄titate vero, facit eq̄le: ſʒ vnitas in q̄litate facit ſimile.

Ad ſextū.

Cōtraria.

Ad ſeptimum.

Suſcipere magis ⁊ minus.

¶ De actione & paſſione. Cap. 9.

Vſcipit & ipſum agere pati ve contrarietatē. Calefacere nāq̄ & frigefacere, & calefieri & frigefieri, & voluptate ac dolore affici, cōtraria ſunt quare contrarietatē ſucipiunt. ¶ Gradus quoq̄ ſuſcipiūt, vt magis atq̄ minus dicantur. Fit enim vt magis quippiā minus ve calefaciat, & itidē calefiat: & doleat magis minus ve: quare agere pati ve gradus ſuſcipiūt, vti diximus. De his igitur tota nobis ſint dicta. ¶ Dictum eſt autem & de ſitum eſſe, in hiſce quæ diximus de iis quæ ſunt ad aliquid, denominatiuum ipſum a poſitionibus dici. De cæteris vero, vt de quādo, de vbi, & de habere, quia ſunt manifeſta, nil aliud dicitur quā ea quæ in principio diximꝰ: habere quidem, indutū atq̄ armatum eſſe ſignificare: vbi vero, in Lycio eſſe, & cætera quæcūq̄ de ipſis ſunt dicta. De generibus ergo propoſitis ea quæ ſunt dicta, ſufficiunt.

Ex vltima prædicamēta Ariſto. ſūma breuitate ꝯſtringit. Duas. n. tm̄ enumerat ꝓprietates actiōis ⁊ paſſiōis: reliq̄ vero quatuor ſub ſilentio pretermittit, eo (vt inq̄t) ꝙ, ⁊ faciliima ſūt cognitu, ⁊ non adeo ad vſū neceſſaria. Nihilominꝰ Gilbertꝰ porretanꝰ ſuplemētū huic cap. adiecit qđ libellus ſex principiorū inſcribit̄: vñ ⁊ ipſe autor ſex principiorum appellatur. Grece ſcripſit cuius, preter veterē, extat elegātiſſima traſlatio Hermolai Barbari. Et Albertus in cōmēto illius inquirit cur appellētur ſex principia ⁊ nō potius ſex genera: cū Ariſ. decē predicamēta appellet gñā. Nō tñ exiſtimo hoc diſputatiōe dignū: oia. n. decē dicuntur ⁊ gñā ⁊ principia. Gñā quidē q̄r ſunt prima predicata quiditatiua in q̄ fit vltima reſolutio diffinitiōis ex parte gñris: eſt. n. hō aial rōnale: ⁊ aial corpus ſenſibile ⁊ corpꝰ, ſubſtātia. Et eadē rōne dicūtur ꝑma principia: nā ꝓncipiū eſt ex quo cōponit̄ ſubſtātia ⁊ diffinitio rei ⁊ in quod fit vltima reſolutio. Itaq̄ quodcunq̄ gñaliſſimū eſt genus q̄r eſt totū cōtinēs ſub ſe ſpēs: ⁊ eſt principiū formale vñ res dimanāt. Differūt tñ iſta ſex gñā a precedētibꝰ quatuor: q̄r reliqua aut ſunt ſubſtātia aut formaliter in ſubſtantia: hec vero ſunt extrinſeca que circunſtant ſubſtātiam: vt eſſe in loco/ eſſe in tempore/ eſſe veſtitum ⁊c.

¶ Prima & potiſſima quæſtio eſt hic. An ſex vltima predicamēta ſint relationes: quam partim ſeptimo capite diſputauimus. Et quidē ante Scotū nullus dixit ꝙ eſſent relationes: ſʒ ipſe excogitauit relationē intrinſecus aduenientē in locis q̄ illic citauimus: q̄r opinatus eſt aliquas eſſe relatiōes q̄ nō habēt rōnem fundandi diſtinctā a ſubiecto: quod illic ſatis ꝓ captu dialecticorū impugnauimꝰ. Nō vero oſtēdere reſtat quomō ſex ꝓdicamēta nō ſunt relatiōes extrinſecus aduenietes: q̄r ꝙ nō ſint intrinſecus aduenietes, Scotꝰ cōcedit. Aut ꝑ relatiōes extrinſecꝰ aduenietes intelligūtur relationes ſcđʒ dici: ⁊ hoc nō q̄r hec non ſunt vere relatiua vt ſupra expoſitū eſt: relatiōes vero extrinſecꝰ aduenietes quas ipſe ponit exēplū. ſ. vnio materie ad formā aut accidētis ad ſubm̄ aut humanitatis ad verbū ſunt relatiōes ſcđm eſſe: nā eſſe vnitū nihil aliud eſt q̄ eſſe ad aliud. Si aūt relatio extrinſecꝰ aduenies ſit relatio ſcđm eſſe, tūc ſequit̄ ꝙ ſit in tertio ꝓdicamēto: nā ꝙ accidēs ſit ab intrinſeco vel veniat ab extrinſeco nō variat formā ꝓdicamēti (ſanitas. n. eſt in ꝑma ſpē qualitatis ſiue ſit a natura ſiue a medicina ⁊ forma eſt in quarta, ſiue ſit naturalis ſiue artificialis). Qđ ſi relatio extrinſecus aduenies eſt in tertio predicamēto ſuꝑflua ſunt ſex vltima: nā ꝓdicamēta ſunt impermixta. ¶ Et cōfir. Relatiua vt hētur. 10. met. tex. 14. ſunt ꝑmo diuerſa ꝫ ſicut hec apđ Ariſ. ſubſtātia eſt relatio/ eſt immediate falſa, ita ⁊ hec / relatio eſt vbi, aut ſitus ⁊c. ¶ Scđo argr̄. Relatio ꝫ Ari. 5. me. tex. 10. fundat̄ ſuꝑ actionē ⁊ paſſionē: ſed vna relatio nō fundat̄ ſuꝑ aliā (nā ſufficienter numerauit Ari. fundamēta relatiōis q̄titatē ⁊ actionē ⁊ mēſurā) ꝫ actio ⁊ paſſio nō ſūt relatiōes. ¶ Et cōfir. q̄r expſſe dicit Ari. 3. phi. tex. 19. ꝙ actio eſt motꝰ: motꝰ aūt nō eſt relatio. ¶ Et tertio tādē argr̄. Vbi/ eſt eē in hoc loco, ⁊ qñ/ eſt eē hodie, ⁊ habitꝰ/ ē eē veſtitū: hec aūt ex ſua ſignificatione nō dicūt relationē: eē. n. duplū nil aliđ dicit q̄ eſſe ad aliđ: ſʒ eſſe hic ſigt̄ vere rē abſolutā puta hunc locū ⁊ eſſe veſtitū/ hēre veſtē circa corpꝰ. ¶ Eſt ꝫ cōcluſio ꝙ ſex vltima predicamēta ſunt relatiua ſcđm dici: q̄ nō ſunt vere relatiua ſʒ res abſolute, q̄ tñ explicari nō poſſunt niſi ꝑ reſpectū ad res a quibus depēdēt. Cōcluſio hec manifeſtat̄ ex his q̄ capi. 4. adnotauimus. Vbi predicamēta in tria primū partiti ſumꝰ. Cū. n. ſubſtātia oium ſit fundamentū, tria in rebus eſt cōſiderare. ſ. aut id quod eſt ſubſtātia, aut accidēs qđ formaliter eſt in ſubſtātia, aut res q̄ extrinſecus ſunt circa ſubſtātiā. Res ꝑmi gñis ſunt in predicamēto ſubſtātie. Res ſcđi generis ſunt in tribus proximis predicamētis: ſi. n. accidēs quod formaliter eſt in ſubſtātia eſt abſolutū, aut eſt quātitas aut q̄litas: ⁊ ſi relatiuū, eſt ad aliq̄d. Res certij gñeris pertinēt ad ſex vltima predicamenta. ¶ Ecce ergo differentiā duplicē inter tertiū ⁊ ſex vltima ꝓdicamēta. Prima eſt ꝙ relatio formaliter eſt in ſubiecto qđ ab illa denominat̄: vt paternitas eſt in patre qua refert̄ ad filiū, ſiue ſit accidens diſtinctū: ſiue non: ſed eſſe in gimnaſio (qđ eſt predicamētum vbi) non ſignificat formaliter aliquā relationē que ſit in Petro exiſtēte hic: ſed illa denominatio fit ab extrinſeco puta/ ab iſto gimnaſio. Et eſſe veſtitū/ non ſignificat formalr̄ relationē que eſt in hoie: ſed veſtē taliter ſe habentem circa hominē. Itaq̄ ſicut hō nō dr̄ albus ab aliqua relatione q̄ ſit inter ipſum ⁊ albedinem: ſed ab albedine: ita non dr̄ veſtitus ab aliqua relatione: ſed extrinſecus a veſte. Et inde forſan in mentē venit Scoto vocare relationes extrinſecas, cū tñ nō ſint niſi abſoluta extrinſeca. ¶ Secunda dr̄ia ſequitur ex prima ꝙ eſſe relationis puta eſſe patrē aut eſſe duplū/, nihil aliud eſt q̄ eſſe ad aliud: ſʒ tamē eſſe veſtitū/ non eſt eſſe ad aliud: ſed eſt habere talr̄ veſtem: ſicut eſſe albū/ nō eſt eſſe ad albedinē: ſed habere in ſe albedinē. Hoc eſt hic attente conſiderandū: per qđ rē vix intellectā, exiſtimo clare eſſe expoſitā. ¶ Hinc ſequitur corollariū etiā obſeruandū ꝙ querenti q̄d eſt eſſe veſtitū, vtrū ſit relatio, reſpondendum eſt ꝙ non eſt relatio: ſed eſt eſſe veſtitū, aut habere veſtē aut ꝙ eſt habitꝰ. Nec vltra tenemur rñdere. Ad hoc. n. inuenta eſt ars predicamētorū, vt cū per ventū fuerit ad generaliſſimū, illic ceſſet interrogatio. Vt ſi queratur q̄d eſt Dialectica: rñdetur, eſt ſciētia: q̄d eſt ſciētia: eſt habitus: q̄d eſt habitꝰ: eſt qualitas ⁊ q̄litas eſt qua quales eſſe dicimur. Sed ſi vlterius queras an qualitas ſit ſubſtātia vel quātitas vel relatio, reſpondetur, ꝙ nec hoc nec illud: ſed eſt qualitas: que facit per ſe predicamētū. Eodē modo ſi queratur q̄d eſt calefactio. Rñdetur ꝙ eſt actio, ⁊ actio eſt motus vt ab alio procedens. Ita ꝙ actio nō eſt magis relatio q̄ qualitas ſit quantitas. Et ita veſtitū eſſe/ eſt habitus. Nec Ariſt. audiret interrogantem vlterius quid eſt habitus: cū ſit generaliſſimū: ſed rñderet per ſuas ſpēs eſt veſtitū eſſe, vl̄ armatū eſſe ⁊c. ⁊ vbi / eſt eſſe in gimnaſio, vel eſſe in foro ⁊c. Et ex inconſideratione huius corollarij hoies inciderūt in modū illū ineptum loquendi. Quāuis. n. relatio nō ſit, diſtincta a ſubſtātia, cū tñ queritur quid eſt paternitas, rñdendū eſt ꝙ eſt relatio: et cū q̄ritur q̄d eſt linea: rñdēdum ꝙ eſt q̄titas: ſed cū poſtea querit̄ an relatio vel quātitas ſit ſubſtātia, vtrūq̄ negādū eſt: ſed relatio eſt relatio ⁊ quātitas eſt quātitas.

Sex pre. nō ſunt relationes.

Cōcluſio.

Due differentie. ſex vlt. et. ter. predi.

Corolariū

¶ His præhabitis facillime intelligūtur ſex vltima predicamenta. Quorū tractatū Gilbertus exorditur a diffinitione huius quod eſt/ ratio ſeu forma: nā predicamenta dicunt rationes ⁊ formas diſtinctas. Ait ergo. Ratio ſiue forma eſt id qđ ſuperuenit compoſito, ſimplici conſtans ⁊ inuariabili eſſentia. Forma dicit̄ ſimplex ⁊ inuariabilis: primo quia quiditas forme conſiſtit in indiuiſibili: ſicut quiditas numeri cui ſi addas aut demas vnitatē, mutatur forma ⁊ ſpēs: ⁊ preterea: q̄r aduenies cōpoſito nō facit maiꝰ: ſi. n. aque aquā apponas, fit maior: ſed ſi ex albo fiat nigrū, non eſt neceſſe vt fiat maius. ¶ Deſcendēs ſubinde ad ſingulorum diffinitiones Actio (inquit) vel fatio, eſt ratio ſeu forma per quam in materiam

Ratio ſeu forma.

Actio et paſſio.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

materiã ſubiectã denominamur agere vel facere. Paſ-
ſio vero eſt effectus agẽtis. ¶ Ad intelligẽtiã huius diſ
finitionis notandũ eſt quomõ differunt actio ⁊ paſſio et
motus: hec.n. tria: materialiter ſunt eadẽ res, formal'r
aũt differũt: ⁊ pertinẽt ad diuerſa p̄dicamẽta: nã motus
neq; eſt de predicamẽto actionis neq; de predicamento
paſſionis: ſed eſt inter poſt predicamẽta ⁊ reductiue po
nitur in predicamẽto tñ motus ſcdm Ariſtotelẽ. 3. phi.
vt augmẽtatio/reducit̃ ad predicamentũ quantitatis: ⁊
alteratio/ad predicamentũ qualitatis. Exẽpli gr̃a. Cũ
ignis calefacit aquã, motus alterationis (qui pro nunc
claritatis cauſa ſupponatur eſſe calor qui recipit̃ in aq̃)
motus inquã ille.i. calor qui producit̃, eſt actio ⁊ eſt paſ
ſio, ⁊ eſt motus diuerſis rationibus. Et q2 iſta ſunt rela-
tiua ſcdm dici, non poſſunt explicari niſi per reſpectus.
Calor ergo ille conſideratus in ordine ad finẽ.ſ. in quã-
tũ eſt in fluxu ⁊ fieri ⁊ eſt via ad calorẽ, eſt motus: nã illa
ratione eſt actus entis in potentia, q2 nõ eſt in actu ⁊ in
facto eſſe. Cõſideratus vero in ordine ad agẽs.ſ. in quã
tũ eſt aliq̃d per qð agens immutat aquã ſuperãdo ⁊ vin
cẽdo illã, eſt actio: nã eſt forma ⁊ ratio (vt inquit Gilber
tus) a qua ignis dr̃ agẽs. Itaq; ſicut ego dicor veſtitus
ab extrinſeco, puta a veſte, ita ignis dicit̃ agẽs, nõ a rela
tione q̃ eſt in illo, ſed ab effectu quo mouet paſſum. Sꝫ
idẽ calor conſideratus in ordine ad ſubiectũ.ſ. vt recipit̃
in aqua tanq̃ id per qð aqua mutat̃ ⁊ vincit̃ ab agẽte,
dr̃ paſſio Ecce quomõ actio ⁊ paſſio de ſe nõ ſignificant
relationes: ⁊ iõ non ſunt relatiua ſcdm eſſe: ſed q2 expri-
mũtur per relationes, ſunt relatiua ſcdm dici. Nõ nego
quin relatio effectus ad cauſam ſit relatio realis: ſed di
co ꝙ actio non ſignificat illã relationem. ¶ Eodẽ modo
Quando ſunt explicanda quatuor reliqua p̄dicamenta. Qñ/ſecũ
dũ Gilbertũ, eſt id qð ex adiacẽtia tẽporis relinquit̃, vt
eſſe hodie, eſſe heri ⁊c. Itaq; vt homo dr̃ veſtit⁹ a veſte,
ita eſſe hic/denominat̃ hõ ab hoc tempore in quo eſt. Et
ideo/qñ/nec eſt tẽpus qð eſt de predicamẽto quãtitatis
nec eſt relatio hois ad tẽpus: ſed eſt eſſe in tẽpore: ſicut
eſſe veſtitum neq; eſt veſtis neq; relatio ſed hẽre veſtem.
Hoc mõ facille intelliges oia ſi recurras ad albũ: eſſe.n.
albũ nec eſt albedo nec relatio: ſꝫ habere albedinẽ in he-
rẽtẽ. Ita eſſe in tẽpore/eſt cõtineri (vt ſic dicã) in tali tem
pore. ¶ Pari modo. Ubi (vt ait Gilbertus) eſt circum
ſcriptio corporis ex circũſcriptione loci prouenienẽs. Qð
nec eſt relatio nec locus de predicamẽto quãtitatis: ſed
cõtineri in tali loco.ſ. eſſe in gimnaſio/aut in foro aut ro
Ubi. me ⁊c. quod nõ poteſt explicari niſi per reſpectum. Ubi
meminiſſe opus eſt illius quod diximus in predicamẽto
quãtitatis. Differt.n. locus vt eſt illius predicamẽti, et
vbi/vt eſt huius, ꝙ locus, vt dicit quantitatem, non con
notat eſſe Pariſi⁹ aut Salmãtice aut in Gimnaſio ⁊c.
ſed ſolũ vltimã ſuperficiẽ cõtinẽtis mẽſurãtis q; locatũ/
vt habetur. 4. phiſi. ſed/vbi/ſignificat eſſe in hoc aut illo
loco: qð explicari nõ põt niſi in ordine ad aliqð punctum
fixũ, puta ꝙ ſit in tali altitudine reſpectu cẽtri terre) al-
tior.n. eſt aer q̃ aqua) ⁊ in tali lõgitudine reſpectu oriẽ
tis: reſpectu cuius maiorẽ lõgitudinẽ hẽt Salmantica
q̃ Roma: aut in tali latitudine reſpectu poli: ꝓpinqui⁹
.n. eſt polo Pariſius q̃ Roma. Sed tñ/vbi/ non ſignifi
cat talẽ reſpectũ: quãuis.n. per impoſſibile nullũ eẽt cẽ-
trũ nec oriẽs, ego eſſem. Salmãtice ⁊ ali⁹ Rome. Itaq;
diſtare tal'r ab oriẽte/hoc eſt vere relatiuũ ſcdm eſſe: ſed
tñ eſſe Salmãtice non eſt relatiuũ, quãuis explicet̃ ꝑ ta
lẽ diſtantiã. ¶ Eodẽ mõ tempus vt eſt de predicamẽto
quãtitatis ſolũ dicit mẽſurã durationis: puta durare ꝑ
mẽſem aut ꝑ annũ: ſed p̄dicamẽtum/qñ/eſt tali die natũ
fuiſſe, tali die fuiſſe mortuum ⁊c. ¶ Et ideo hec predica
ta nõ appellãtur tẽpus ⁊ locus: ſed explicãtur ꝑ interro
gatiua temporis ⁊ loci. ¶ Eſt poſtremo notandũ ꝙ in lo
co ꝓprie nõ ſunt niſi corpora rõne quãtitatis q̃ ſũt in lo

co circũſcriptiue.i. cõmẽſuratiue, indiuiſibilia ꝟo ſũt ſo
lũ diffinitiue ⁊ nõ ꝓprie ſunt in loco. Et ideo Gilbert⁹
dixit/vbi/ eſſe circũſcriptionem corporis q̃ ꝓuenit ex cir
cũſcriptione loci.i. eſt circunſcriptio paſſiua q̃ eſt in loca
to, ꝓueniẽs a loco circũſcribẽte actiue. Ex quo pꝫ quo
modo hõ denominat̃ eſſe hic nõ a relatione, ſed extrinſe
ce a loco circũſcribẽte. Quid aũt ſit eſſe in loco circunſ
criptiue aut diffinitiue/in quarto Phiſicorum explicat̃.
Eadẽ ratione in tẽpore non ſunt niſi illa quorũ eſſe con
ſiſtit in ſucceſſiõe qualia ſunt cũcta corporea que ſub or
be lune cõtinẽtur que motui celi ſubdũtur. Sed hic nõ
eſt locus diſputãdi quid ſit tẽpus: viſ; ad quartum phi
ſicorũ. Poſitio vero eſt quidã partiũ ſitus ⁊ generatio
Situs. nis ordinatio: poſitio.n. accipitur vno modo pro ordina
tione partium inter ſe: quod eſt de predicamẽto quanti
tatis: vt caput in homie eſt ſupra pectus ⁊ pectus ſupra
vẽtrẽ. Et alio mõ accipit̃ ꝓ ordinatione partiũ in ordine
ad locum: ⁊ hec peculiariter dr̃ ſitus: vt ſedere ſtare iace
re. At vero prima poſitio nõ põt explicari niſi per ſecun-
dam: nõ.n. caput eſt ſurſum reſpectu pedis, niſi q2 eſt in
ſuperiori loco. Eſt verũtamẽ ſitus aliquis nõ a natura,
ſed ex appetitu animalis: vt iacere ⁊ ſedere: alius eſt na
turalis prouueniẽs a generatione: vt aliũ ſitum ⁊ poſitio
nem habẽt partes hominis, ⁊ aliũ partes ceterorũ ani-
maliũ: in illis.n. caput nõ eſt ſupra pectus nec petus ſu
pra ventrẽ ſicut in hoie. Dico/ ſupra/ in ordine ad locũ:
q2 in ordine ad ſe, caput etiã bruti eſt ſupra ventrẽ: nam
in animali illa pars eſt ſurſum, qua ſumit alimentum: vt
docet Ariſto. ſcdo de celo tex. 7. et ita in arbore radix eſt
ſurſum: ſed q2 hic eſt ſermo de ſitu in ordine ad locũ, pro
ptera dicit Gilbertus ꝙ poſitio eſt quedã gñationis or-
dinatio: loquẽs de gñatione naturali rõne cuius alia eſt
poſitio naturalis partiũ hominis in ordine ad locum et
alia partiũ brutorũ. Et per naturalem explicatur illa q̃
eſt volũtaria aut ex appetitu aialis iacẽtis aut ſtantis.
¶ Habitus deniq; (autore Gilberto) eſt corporũ ⁊ eor̃ Habitus.
que circa corpus ſunt adiacẽtia: vt veſtitũ eſſe/ armatũ
eſſe ⁊c. quod iam expoſitũ eſt. Non.n. adiacẽtia/dicit re
lationẽ: ſed habere adiacentẽ veſtem qð eſt quaſi paſſio.
Capite.n. ſupra proximo diximus ꝙ habitus, vt eſt vl-
timũ predicamentũ, eſt quodãmodo mediũ inter primã
ſpẽm qualitatis, ⁊ vltimũ poſt predicamentũ. Habitus
.n. prime ſpẽi qualitatis eſt id per quod res aliqualiter
ſe habet in ſe paſſiue per qualitatẽ ſibi in herentẽ: habe
re autẽ, vt eſt poſt predicamentũ, eſt habere rem taliter
vt inter habẽtẽ ⁊ rem habitam ſit ſola relatio: vt habere
ſeruũ amicũ ⁊c. ſed tñ hoc predicamentũ eſt habere rem
non ſimpliciter per modum paſſionis, ſed quaſi. Habet
ſe enim veſtis in ordine ad hominẽ veſtitũ quaſi forma:
et homo qui veſtitur ſe habet quaſi patiẽs ab illa.

¶ Quodlibet horum ſex prædicamentorũ
diuidit Gilbertus per ſpẽs ⁊ cuicũq; attribuit ſuas pro
prietates: vt actio habet gña ſubalterna q̃ ſunt factio
corporalis tranſiens ⁊ actio ſpiritualis immanens. Et
vtrũq; habet inferiores ſpẽs: vt factiõis ſpẽs ſunt, natu
rales quidẽ, calefacere comburere ⁊c. artificiales vero,
ſcribere pingere ⁊c. Actiõis autẽ ſpẽs ſunt intellectio et
volitio ⁊ ſenſatio ⁊c. ¶ Predicamẽto actionis attribuit Proprietas actiõis
quatuor proprietates: duas quas elicit ex diffinitiõe: et
duas quas ponit Ariſt. Prima proprietas eſt ꝙ in quo
cũq; motu eſt actio ⁊ in quacũq; actione eſt quodãmodo
motus. Nã, vt expoſitum eſt, eadẽ res diuerſis rõnibus 2. Propꝛietas.
eſt motus ⁊ actio. ¶ Scda proprietas eſt Proprium eſt
actiõi paſſionẽ inferre: que põt intelligi dupliciter. Pri
mo vt ly/ inferre accipiatur ſcdõ intẽtionaliter: vt ſit ſen
ſus ſi actio eſt, paſſio eſt. Secundo mõ vt ly/inferre dicat
cauſam realẽ: ⁊ hoc eſt magis ad mentẽ Gilberti: nã di-
ctũ eſt ꝙ paſſio eſt effectus actionis. Effectus inq̃ non
ita

ita proprie ſicut calor eſt effectus ignis: ignis.n. eſt vere
cauſa caloris: ſꝫ tñ actio vt dictũ eſt, nõ ſignificat cãm:
ſed effectũ vt procedit a cauſa. Nihilominus tñ in calore
qui producit̃ prius natura eſt eſſe ab agẽte, q̃ recipi in
ſubiecto: ⁊ ideo idẽ motus prius natura eſt actio q̃ paſ-
ſio. Uñ paſſio dr̃ illatio actionis: actio vero nõ eſt illatio
3. Proprietas. paſſionis. ¶ Tertia ꝓprietas eſt quã ponit Ari. primã:
puta agere ⁊ pati ſuſcipiũt contrarietatẽ: vt calefactio
contrariat̃ frigefactioni: q2 ſunt motus tendẽtes in ter-
4. Proprietas. minos cõtrarios: vt ſupiori capite expoſitũ eſt. ¶ Quar
ta deniq; proprietas eſt quã Ari. ponit ſcdam.ſ. ꝙ actio
⁊ paſſio ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Quod itidẽ cõuenit
illis rõe termini ad quẽ. Illud.n. magis calefacit, qð ve
locius calefacit.i. quod in tẽpore equali plus forme pro
ducit: ⁊ illud magis calefit, quod in tẽpore equali plus
forme recipit. Qua de cauſa magis calefacit ignituꝫ fer
rum q̃ carbo: ⁊ magis calefit lignum ſicum q̃ viride.
Proprietates qñ. ¶ Proprietates de/ quando/ ſunt tres quarum due et
cões ſunt quatuor vltimis predicamentis, ⁊ improprie
ſunt proprietates: cũ potius ſint negationes proprieta-
tũ: puta nec recipere cõtraria, nec magis ⁊ minus. Eſſe
.n. heri non cõtrariatur huic quod eſt eſſe hodie aut eſſe
cras: nam q̃uis idẽ non poſſit eſſe ſimul heri ⁊ cras, hoc
non eſt propter cõtrarietatẽ: ſꝫ propter ſucceſſionẽ tẽpo
ris. Et eodem mõ nullus eſt magis heri aut magis ho-
die q̃ alius: q̃uis poſſit magis durare q̃ alius. Et eadẽ
rõne/eſſe hic ⁊ eſſe rome/non ſunt ꝯtraria: q2 licet repug
net naturaliter mihi eſſe hic ⁊ eſſe rome, hoc non eſt pro
pter cõtrarietatẽ locorũ, ſed q2 rei finite repugnat eſſe
in duob⁹ locis diſcõtinuis. Et ſurſuꝫ ⁊ deorſum/nõ ſunt
cõtraria ſꝫ relatiue oppoſita. Neq; eſſe in gymnaſio aut
in foro recipit magis ⁊ minus q̃uis vnus poſſit in gym-
naſio occupare maiorẽ aut digniorẽ locũ q̃ alius. Eo
dẽ mõ nec ſedere aut iacere habet cõtrariũ: nã q̃uis idẽ
non poſſit ſimul iacere ⁊ ſtare naturaliter, hoc nõ eſt ꝓ-
pter cõtrarietatẽ: q2 iacere ⁊ ſtare non ſunt qualitates
actiue nec fluũt ex actiuis: ⁊ eadẽ rõne eſſe veſtitũ ⁊ ar-
matum non habẽt cõtraria. Nec ſuſcipiũt magis ⁊ mi-
nus. Nullus.n. magis aut minus, ſedet aut iacet q̃ ali-
us: licet põt eſſe ꝙ aliquis quiete magis ſedeat q̃ alius: ⁊
alius nõ pfecte iaceat ſed accũbat. ¶ At ꝟo aſperũ ⁊ le-
ne/recipiunt magis ⁊ minus: ⁊ rarũ ⁊ dẽſum: lꝫ quodã-
mõ ſint i hoc p̄dicamẽto: ſꝫ tñ nõ recipiũt magis ⁊ min⁹,
niſi inq̃tum habẽt rõem qualitatũ. ¶ Tertia ꝓprietas
propria de/quãdo/eſt ꝙ ſole res q̃ incipiũt ⁊ deſinũt eſſe
ſunt in qñ: nã res eterne, vt Deus. q2 non mẽſurãtur ſuc
ceſſiõe tẽporis, nõ ſunt in hoc p̄dicamẽto. Et tertiã pa-
riter proprietatẽ poſſumus attribuere p̄dicamẽto/vbi/
q' in hoc p̄dicamẽto ſolũ proprie ſunt corpora quãta: nã
angeli ꝓprie non ſunt alicubi. Et eadẽ ſubinde erit pro
prietas ſitus ⁊ poſitionis: nam indiuiſibilia nec habent
ſitum nec poſitionem. Et eadem etiam erit proprietas
habitus: quia habitus, vt eſt vltimum predicamentum:
ſolum conuenit corporibus ⁊ preſertim animalibus.

¶ De oppoſitis. Cap. 10.

De oppoſitis autẽ quot modis oppo
ni ſoleãt, deinceps dicendũ eſſe vi-
det̃. Oppoſita nãq; modis quatuor
opponi dicunt̃: aut vt ea, q̃ ſunt ad
aliq̃d, aut vt cõtraria, aut vt habit⁹,
& priuatio, aut vt affirmatio, atq; negatio. Atq;
vt in ſũma dicã, duplũ, & dimidiũ: vt ea, q̃ ſunt ad
aliq̃d: bonũ & malũ, vti cõtraria: cæcitas, atq; vi-
ſus, vt habit⁹, & priuatio: ſedere, & nõ ſedere: vt
affirmatio, atq; negatio, opponunt̃. T. 2. ¶ Quæ
igit̃, vt ea, q̃ ſunt ad aliq̃d opponunt̃, ea id, quod
ſunt, oppoſitorũ eſſe, aut aliquo alio modo ad illa
dicunt̃: vt duplum dimidij, id quod eſt, alicuius di
citur duplum: & ſcientia ſcibili eodẽ opponit̃ mo
do: atq; ipſa id, quod eſt, ſcibilis dicit̃ eſſe: & ſcibi
le etiã id: quod eſt, ad oppoſitũ ipſam, inquã, ſciẽ
tiam, dicitur: ſcibile nãq; aliquo, id ſcientia, dicit̃
ſcibile. Quæ igitur, vt ea, q̃ ſunt ad aliq̃d opponũ
tur, ipſa id, quod ſunt aliorũ eſſe, aut aliquo alio
modo viciſſim dicũtur. Ea vero, quæ, vt cõtraria
opponunt̃/nullo pacto legẽ hanc ſubeũt: neq;.n.
bonũ mali dr̃ bonũ: ſed contrariũ: neq; albũ nigri
dicit̃ albũ: ſed contrariũ: quare oppoſitiones hæ
differunt. T. 3. ¶ Atqui cõtraria quidẽ, quę talia
ſunt, vt ipſorũ alterũ neceſſario rebus iis inſit: in
quibus aptũ eſt fieri, aut de quibus prædicatur,
ea nullũ prorſus medium habẽt: quorũ autẽ alte
rũ ineſſe non neceſſe eſt: inter hæc aliquid om̃ino
mediũ cadit: veluti ſanitas, ac morbus in anima-
libus corpore fieri apta ſunt, atq; alterũ inſit ani-
malis in corpore, ſanitas, inquã, aut morbus, ne-
ceſſe eſt: & de numero par, atq; impar prædicat̃,
& alterũ par aut impar inſit numero neceſſe eſt:
atq; nullum inter hæc, aut inter par & impar, aut
inter ſanitatem, ac morbum, mediũ cadit. At quo
rum alterutrum ineſſe neceſſe non eſt, horum me
dium eſt aliquid: vt albũ, & nigrũ in corpore ap-
tum eſt fieri, & non neceſſe eſt in corpore alterũ
horũ ineſſe: non.n. om̃e corpus, aut albũ, aut ni-
grũ eſt. Vitioſũ quoq;, ſtudioſũq;, de hoie q̃dẽ cæ
teriſq; cõpluribꝰ prædicat̃: at nõ neceſſe eſt alte-
rum illis ineſſe, de quibus hæ prædicari poſſunt:
nõ enim oia aut vitioſa ſunt, aut ſtudioſa: atq; eſt
inter hoc mediũ ſane: fuſcũ quidẽ, & flauũ, cæte-
riq; tales colores, inter albũ, & nigrũ: id autẽ q̃d
neq; vitioſum eſt, neq; ſtudioſum, inter vitioſum,
ac ſtudioſum. ¶ In quibuſdã igit̃ media nomẽ ha
bent: vt fuſcũ, pallidũ, rubrũ, cæteriq; tales colo-
res, qui media ſunt inter albũ, & nigrũ: in q̃buſdã
vero noie quidẽ nõ eſt facile mediũ aſſignare, v-
triuſq; tñ extremorũ negatiõe ipſum mediũ diffi
nit̃: vt id, q̃d neq; bonũ eſt, neq; malũ, neq; iuſtũ,
neq; iniuſtũ. T. 4. ¶ Priuatio autẽ, atq; habitus
dicit̃ quidẽ circa quippiã idẽ: vt viſ⁹, & cęcitas, cir
ca oculũ: vt ſimpl'r autẽ dicã, in quo ſolet habit⁹
fieri, circa id vtrũq; ipſorũ dicit̃. Atq; priuatũ eſſe
dicimus vnumq̃dq; eorũ, quæ ſuſceptiua ſunt ha
bitus, cũ eſt habit⁹ non quouis mõ: ſed in eo, vel
in quo cõſueuit eſſe, vel qñ illud cõſueuit ipſum
habere. Edentulum.n. non ex eo dicimus, q̃a den
tes non habet: & cæcũ itidẽ non ex eo, q̃a viſum
non habet: ſed q̃a nõ hẽt, cũ eſt aptus hẽre: ſunt
eñ, q̃ orta nõ cõtinuo viſum dẽteſq; habẽt: at nõ
edẽtula, aut cæca dicunt̃. ¶ Priuatũ autẽ eſſe, ha-
bitũq; hẽre, nõ eſt priuatio, atq; habitus: nã viſus
quidẽ eſt habitus, cęcitas vero priuatio. At habe
re viſum non eſt viſus, neq; cæcũ eſſe cæcitas eſt:
etenim cæcitas, eſt priuatio quædã: cæcũ autẽ eſ-
ſe, eſt priuatũ eſſe, & nõ priuatio. Præterea ſi cæci
tas idẽ eſſet, ac cæcũ eſſe, vtraq; profecto de eodẽ
p̄dicarent̃: at hõ dr̃ quidẽ cæcus: cæcitas autẽ nul
lo dr̃ pacto. Et ipſa tñ priuatũ, inq̃, eſſe, habitũq;

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

habere, perinde vt priuatio, atq; habitus opponi videntur: modus enim oppoſitionis idē eſt. Nam vt cæcitas, & viſus, ſic & cęcū eſſe, ac hēre habitū opponunt. T. 5. ¶ At eñ neq; etiā id, qđ ſub affirmatione, negationeq; eſt, affirmatio eſt, atq; negatio. Affirmationē nāq;, negationēq; orationem eſſe cōſtat: alterā affirmatiuā, alterā negatiuā: at nihil eorū, quæ ſub affirmationē negationēue cadūt, oratio eſt, vt patet. Dicunt tñ & hæc ipſa perinde opponi, atq; affirmatio: negatioq; opponuntur: & in his .n. idē oppoſitionis eſt modus. Nā vt affirmatio, veluti ſedet, negationi, ceu non ſedet, opponit: ſic & res, q̄ ſub vtrūq; cadūt, ſedere inq̄ & nō ſedere, ſibi mutuo aduerſant. T. 6. ¶ At vero priuationem, ac habitū nō eſſe oppoſita ſic, vt ea, quę ſunt ad aliquid, patet: non enim ipſum id quod eſt, oppoſiti dr̄ eſſe: viſus enim nō eſt cæcitatis viſus, neq; vllo alio ad illā dicit modo: ſimiliter neq; cæcitas uiſus cæcitas diceretur: ſed cęcitas ipſa, priuatio quidē dicit viſus: cęcitas autē viſus non dicitur, neq; viſus dicitur cæcitatis. Pręterea vniuerſa, q̄ ſunt ad aliquid, ad ea ſane dicuntur, quæ cōuertunt: quare ſi cæcitas ex iis eſſet, quæ ſunt ad aliquid, & illud ad quod ipſa dicitur, profecto conuerteretur: at non conuertitur: non enim viſus cæcitatis dicitur viſus. T. 7. ¶ Atqui neq; perinde atq; contraria priuationem, ac habitum oppoſitionem ſubire, ex eo perſpicuum fore videtur quod contrariorum, quæ medio vacant, alterū in his, quibus apta ſunt eſſe, aut de quibus prędicantur, ineſſe ſemper neceſſe eſt: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo neceſſe eſt: vt in ſanitate, ac morbo, in pari, ac impari, intueri licet. Quorum autem eſt aliquid medium, nunquam horum alterum omni ineſt neceſſario. Neq; eñ albū, aut nigrum, neq; calidū, aut frigidū eſſe omne, quod horum ſuſceptiuū ſit, neceſſe eſt: nā vt inter hęc medium aliquod cadat, nihil ſane ꝓhibere videtur. Et inſuper ea diximus mediū habere, quorum alterum non neceſſe eſt eſſe in ſuſceptiuo, niſi in hiſce, in quibus vnū ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterum definite, non vtrumuis ſuſceptiuo ineſſe neceſſe eſt. Non enim aut ignem frigidum, aut niuē eſſe nigrā contingit: itaq; nō omni ſuſceptiuo ineſſe alterū contingit, ſed illis tantū, quibus vnū natura ineſt, atq; vnum definite, non vtrūuis. In priuatione autē, atq; habitu neutrū dictorū eſt verū: neq; enim alterū ipſorum ſemper ineſſe neceſſe eſt: quod enim nondū aptum eſt viſum habere, id neq; cæcum dicitur, neq; viſum habere: quare nō ex iis erūt contrariis, q̄ mediis vacāt: ſed nec ex iis, quæ mediū habent: quoniā omni ſuſceptiuo, ipſorū alterum inſit neceſſe eſt: cum .n. eſt aptū viſum habere, tūc aut cæcum, aut viſum habere dicetur: atq; horum alterū non definite ſane: ſed vtrūuis ſine diſcrimine vllo dicet: at in hiſce cōtrariis, quæ medio non vacāt, nunquā fit, vt alterū inſit omni, ſed quibuſdam, atq; hiſce alterū definite, & nō vtrūuis. Quare patet, neutro mō priuationē, & habitū, ꝑinde atq; contraria oppoſitionē ſubire. ¶ Præterea inter contraria quidē, ſit modo, quod ipſa recipere poſsit, fieri cōmutatio poteſt, niſi vnū ipſorū natura cuipiā, vt igni caliditas. Poteſt eñ ſanū ęgrotationē ſubire, & frigidū calidū, & album effici nigrum, ex ſtudioſo quoq; vitioſus, & e vitioſo ſtudioſus euadere pōt. Vitioſus enim ſi moribꝰ præſtabilioribus, præceptiſq; inſtituatur, aliquid ſaltem in probitate incremēti ſuſcipiet. Quod ſi parum licet incrementi ſemel ſuſceperit, patet aut penitus illū mutari, aut ingentia incremēta ſuſcipere poſſe. Semper enim habilis magis ad conſequendā ipſam virtutē ſumpto paruo etiam incremento fit: quare veriſimile eſt, maiora quoq; illū incremēta ſuſcipere: quod quidem ſi ſemꝑ ita fiat, in contrariū penitus habitū deducetur, niſi tēpore fortaſſe excludatur. In habitu vero priuationeue fieri nō poteſt, vt cōmutatio vnquā efficiatur: ex habitu namq; quanq̄ ad priuationē mutatio fit, ad habitū certe ex priuatione fieri nequit: non eñ quiſquā cæcus factus viſum vnquā recuperauit, neq; caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emiſit. Tex. 8. ¶ Atqui patet, & ea, quæ vt affirmatio, negatioq; opponuntur, nullo dictorum modo oppoſitionem ſubire. In his enim ſolis alterū verum, alterū falſum eſſe neceſſe eſt, ſemper alterū verū alterū falſum vt ſit. Sanitas enim, ac morbus cōtraria ſunt, & neutrū ipſorum verum eſt, aut falſum: ſimiliter & duplū & dimidiū relatiue quidē opponunt: neutrum tamen verum eſt, aut falſum: cęcitas etiā, atq; viſus habitus quidem, & priuatio ſunt, vt patet: at neutrum verū eſt, aut falſum. Omnino autē nihil eorum, quæ nulla cum complexione dicuntur, verū eſt, aut falſum. ¶ At vniuerſa, quæ dicta ſunt, ſine cōplexione dicūtur. Et quidē idipſum in hiſce contrariis maxime accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur: valere enim Socratem, & ægrotare Socratē, contraria ſunt. At neq; in hiſce neceſſarium eſt, alterum verū, falſum alterū eſſe. Nam ſi exiſtat quidem Socrates, alterū verum, alterum falſum erit: ſi vero non exiſtat, ambo falſa erunt, vt patet. Si enim Socrates omnino non ſit, neutrū erit verum, neq; ægrotare ipſum, neq; valere. In priuatione quoq;, ac habitu ſi Socrates oīno non ſit, neutrū verū erit: ſin ſit, non ſemꝑ alterū erit verū, alterū falſum. Viſum enim habere Socratē, & cæcū Socratē eſſe, vt habitus, atq; priuatio opponuntur: & ſi ſit Socrates, non neceſſe eſt alterū verū, alterum falſum eſſe. Quo enim tēpore nondū eſt aptus habere, vtrunq; eſt falſum. Sin omnino non ſit, falſum etiam erit vtrunq;, & viſum ipſum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione vero negationeue, ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, alterū erit falſum, alterum verum. Horum enim, ægrotare, inquā, Socratē, & non ægrotare Socratem, ſiue ſit, ſiue nō ſit Socrates, alterū verum: alterū falſum eſſe patet. Si enim non ſit, ęgrotare illum eſt falſum, non ægrotare verum: quare hiſce

ſolis

ſolis hoc cōpetit, alterū inquā ipſorū verum eſſe, alterū falſum, quæ vt affirmatio, atq; negatio opponuntur. Tex. 9. ¶ At vero malū quidē bono neceſſario contrariū eſt. quod quidē eſſe, patet inductione. Morbus enim ſanitati, & iuſtitię iniuſtitia, & fortitudini timiditas aduerſatur, & in cæteris ſimili modo. At malo interdū bonum, interdū malum contrariū eſt: defectui enim, qui quidem eſt malū, exuperatio, quę quidem & ipſa malum eſt, contrarium eſt, ſimiliter & mediocritas, quæ quidē eſt bonum, vtriq; aduerſatur, vt patet. In paucis tamē idipſum eſſe videtur, ſed in plurimis malo bonum ſemper contrarium eſt. ¶ Præterea non neceſſariū eſt, ſi contrariorū alterū ſit, & reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani, ſanitas quidē erit, morbus vero non erit, ſimiliter ſi ſint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo vero non erit. ¶ Præterea ſi Socratem valere contrariū eſt huic. Socratem ægrotare, fieri vero non pōt, vt ambo ſimul eidem inſint, impoſsibile eſt ſi contrariū alterū ſit, & reliquū etiā eſſe. Nam ſi ſtat valerē Socratē, ægrotare Socratē ſtare non poteſt. ¶ Patet etiā, & circa idem aut ſpecie, aut genere cōtraria fieri ſolere, vt morbū quidē, & ſanitatē in animalis corpore, albedinē autē, & nigredinē in corpore abſolute, iuſtitiam vero, & iniuſtitiā in hominis anima. ¶ Contraria inſuper omnia, aut eodem in genere, aut contrariis in generibus eſſe, aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt: nā album quidē, & nigrū eodem in genere ſunt: color enim ipſorū eſt genꝰ: iuſtitia vero, ac iniuſtitia, ſub gñibus cōtrariis collocant: alterius enim virtus, alterius vitium eſt genus, vt patet: at bonum, & malum non ſunt in genere: ſed aliquorum ipſa genera ſunt.

Poſtpredicamētū

IN hoc decimo capite incipit tertia pars principalis huius libri que eſt poſtpredicamentorū. Enimuero quemadmodum antepredicamenta ſunt preambula illa, ad notitiam predicamentorum preuia, ita poſtpredicamentum eſt proprietas ⁊ cōditio que aut omnibus aut quibuſdam predicamētis competit. Et ideo dr̄ poſtpredicamentū, quia conſequitur naturā predicamēti. Tametſi Andronicus (vt Boetius refert) negauerit poſtpredicamenta hec cōpoſita fuiſſe ab Ariſtotele: at re vera ordo ipſe et eloquutio oſtendit eiuſdem eſſe autoris poſtpredicamenta, cuius ſunt p̄dicamēta: atq; adeo totū librū eſſe Ari. opus. ¶ Atqui poſtpredicamenta ſunt numero quinq; puta, oppoſitio, prius, ſimul, motus, ⁊ habere. Quorū tria priora generales ſunt cōditiones oīm predicamentorū: nā ⁊ inter ſe omnia oppoſitionē habēt, cū ſint primo diuerſa: ⁊ itē ordinē nature: eſt .n. ſubſtātia prior q̄ntitate ⁊ quātitas prior aliis ⁊c. ſed omnia ſunt ſimul tēpore. Et preterea in ſingulis eſt oppoſitio priuatiua inter differentias diuiſiuas generis: vt corporeū ⁊ incorporeū / in ſubſtantia, continuū ⁊ diſcretū / in quantitate. Atq; in tertio predicamento eſt oppoſitio relatiua: ⁊ in quarto, oppoſitio cōtraria: ⁊ in ſingulis: genus eſt ꝑus natura q̄ ſpēs: ⁊ ſunt ſimul tēpore. Motus vero ſi proprie accipiatur conſequitur tria tm̄ predicamenta (autore Ariſt. 5. phiſi) .ſ. quantitatē, qualitatē ⁊ vbi. Mutatio vero .ſ. generatio cōſequitur ſubſtantiā. Cōſequitur inquam .i. eſt cōditio: vt proprio loco explicabitur. Sed habere proprie conuenit ſubſtantie: vt habere ferrum, habere quantitatem, habere animam.

¶ Caput hoc decimum quod eſt primū poſt predicamētorum diuiditur in tria principalia membra. In primo proponit prius quatuor eſſe oppoſitionū genera: ⁊ mox ſingulorum exempla ſubiungit. Quocirca primū membrū quinq; habet textus. In ſecundo mēbro comparat inuicē quatuor hec genera oppoſitionum: qđ ſecundū tres comparationes tres cōtinet textus. In tertio qui vnicus eſt textus, ſpecialiter exponit naturā contrariorū. Vñ totū caput per nouē textus diſtributū eſt. ¶ Oppoſita inquit modis quatuor opponi dicuntur .ſ. aut relatiue, aut contrarie, aut priuatiue, aut contradictorie: vt duplū ⁊ ſubduplū / bonum ⁊ malū / cecitas ⁊ viſus / ſedere ⁊ nō ſedere. ¶ Suffitientia huius diuiſionis hinc ſumitur. Oppoſitio aut eſt inter ens ⁊ ſimpliciter non ens, ⁊ illa eſt contradictio: aut inter ens ⁊ non ens in ſubiecto apto nato, ⁊ illa eſt priuatiua oppoſitio: aut inter ens ⁊ ens, que mutuo ſe expellunt, ⁊ illa eſt contraria: aut inter ens ⁊ non ens, que mutuo ſe reſpiciunt, ⁊ illa eſt relatiua oppoſitio. ¶ Quo fit vt ſi ordo conſideretur in ratione nō entis ⁊ oppoſitionis, tūc maxima oppoſitio eſt contradictio: q2 vnum extremū ex ratione ſua nihil participat de ente: proxima eſt priuatio, que parū participat de ente .ſ. aptitudinē in ſubiecto: tertia eſt cōtrarietas, que eſt inter qualitates poſitiuas eiuſdem generis ſimpliciter ſe expellentes: ⁊ vltima eſt relatiua, cuius extrema reſpectu diuerſorū conueniunt eidē: vt duplum ⁊ ſubduplum. Si autem conſiderentur ſecundum ꝙ participant magis de entitate ⁊ minus de oppoſitione, tunc habent ſe ordine econuerſo vt ordinantur ab Ariſtotele. ¶ An vero oppoſitio equiuoce dicatur de his quatuor generibus, parum refert. Crediderim tamen ꝙ ſaltem de primis tribus generibus vniuoce dicitur: nam oppoſitio id ſolum dicit quod impoſſibilitas ſimul exiſtendi in eodem ſubiecto: quod certe vniuoce conuenit omnibus. Relatiue vero oppoſita non ſunt ſimpliciter relatiua: ſed ſecundum quid, id eſt reſpectu eiuſdem. Eſt enim idem duplum ⁊ ſubduplum reſpectu diuerſorum. ¶ In ſecundo textu qui incipit. Que igitur / ſequitur exemplum relatiue oppoſitionis. Ait enim ea relatiue opponi, que idipſum quod ſunt, oppoſitorum dicuntur: ⁊ ponit vnum exemplum de relatiuis ſecundum eſſe, vt duplum quod eſt ſubdupli duplum: ⁊ alterum de relatiuo ſecundum dici, vt ſcientia que eſt rei ſcibilis ſcientia. Et ad maiorem explicationem ſubiungit ꝙ contrario oppoſita non habent eandem legem: non enim bonū dicitur mali bonum: ſed mali contrarium: nec album dicitur nigri album: ſed nigri contrariuȝ. ¶ Hic tamen eſt dubium: primum quia hic non videtur diffinire Ariſto. quid eſt oppoſitio relatiua: ſed quid eſt relatio: nam illa eſt explicatio diffinitionis relatiuorum, vt ſupra dictuȝ eſt. Et preterea: quia hic videtur inſinuare ꝙ relatiuuȝ opponitur alteri correlatiuo ad quod refertur: ⁊ tamen ſupra capite ſeptimo dixit ꝙ eſt cōtrarietas in relatiuis: non tamen inter relatiuum ⁊ correlatiuum: ſed inter relatiuam ⁊ oppoſitam qualitatem: puta inter ſcientiam ⁊ ignorantiam: ⁊ inter virtutem ⁊ vitium. Et tertio: q2 ſimile / refertur ad ſimile, ⁊ tñ non habet oppoſitionē ad ſimile, ſed ad diſſimile: ⁊ propinquum / non opponit propinquo / ad quod refertur, ſed / diſtanti. ¶ Ad ſecundum vnde alia pendent, reſpondetur, ꝙ relatiua ſecundum dici poſſunt conſiderari ſecunduȝ naturā ſuā, veȝ puta inquantū ſunt qualitates: ⁊ iſto mō vere contrariantur: nō quidē ſuis correlatiuis: ſed qualitatibus contrariis. Et hoc docuit Ariſto. cap. 7. Alio modo cōſiderātur inquantū relatiua: ⁊ iſto mō opponūtur relatiue illis ad q̄ referuntur. Ratio enim oppoſitionis relatiue eſt cōtra

Quatuor gña oppoſitionū

Relatio oppoſita.

 ſe poni

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſe poni:eo enim ꝙ pater eſt filij pater, non poteſt idem eſſe pater ⁊ filius reſpectu eiuſdem. Et ideo Ariſto. exprimendo naturam relatiuorum, expreſſit eorum oppoſitionem. Eſt enim differentia relatiuorũ ⁊ contrariorũ (vt ait Ariſtoteles) ꝙ relatiuum ad idẽ refertur ſub proprio nomine, ⁊ in ratione oppoſitionis, vt duplũ eſt duplũ ad ſubduplũ: ⁊ oppoſitũ ad ſubduplũ: imo idem eſt. Contrariũ vero non refertur ad idem cui opponitur, eſt

Cõtrarie oppoſita. namq albũ nigri contrariũ: ſed non nigri albũ. Et per hoc ſoluũtur ſecundum ⁊ primũ argumentũ. ¶ Ad tertium vero reſpondetur ꝙ proprie oppoſitio relatiua eſt in relatiuis diſquiparãtie, vt duplũ ſubduplũ/maiũ minus ⁊c. In relatiuis vero equiparantie vt ſimile propinquũ ⁊c. nõ eſt adeo manifeſta oppõ relatiua: ſimile enĩ ⁊ diſſimile/aut propinquũ ⁊ diſtans: non ſunt relatiue oppoſita: q2 ſimile nõ eſt diſſimili ſimile: ſed ſimili ſimile: at vero ſunt quodãmodo contrarie oppoſita. ¶ In tertio textu qui incipit. Atqui cõtraria ⁊ habet duas particulas, ponit exemplũ duplicis generis contrariorum. Et enim: q2 hic non tractat de contrarijs phiſice vt. 10. metaphiſice: ſ3 ſolũ dialectice: nõ ponit exactã diffinitionẽ contrariorũ quam illic ponit (eſt. n. cõtrarietas maxima diſtantia inter duo extrema que circa idẽ ſubiectũ mutuo ſe expellunt) ſed exẽplis explicat hic naturã contrariorũ. Ait. n. ꝙ illa contraria quorũ alterum neceſſario ineſt cuicunq proprio ſubiecto, illa inquit ſunt contraria inter que nullum eſt mediũ: ſed illa quorum non eſt neceſſe vt alterum inſit, ſunt contraria inter que eſt aliquod medium. Ponit exemplũ vnum in naturalibus, ⁊ aliud in mathematicis. Animali enim (quod eſt proprium ſubiectum ſanitatis) neceſſe eſt aut ſanitatem ineſſe, aut egritudinem: quia inter ſanitatẽ ⁊ egritudinẽ non eſt medium. Et eadem ratione numerus omnis aut par eſt, aut impar: q2 nullum eſt mediũ. At vero corpori (qđ eſt propriũ ſubiectũ albedinis) non eſt neceſſe aut albedinem ineſſe, aut nigredinẽ: quia poteſt habere medium colorem. Eodem modo/vitioſum atq ſtudioſum/quod dicitur de homine ⁊ de alijs multis (alludit ad intelligentias, que ſunt ſtudioſe: ⁊ ad demones quorũ ſcđm Platonicos erant aliqui praui) Eorum (inquit) non eſt neceſſe alterum ineſſe: nã eſt medium inter ſtudioſum ⁊ vitioſum. Enimuero ſtudioſus non dr̃ quis propter actũ virtutis, nec prauus propter ſolum actum malum: ſed vtrunq dicit habitũ: ⁊ poteſt eſſe aliquis in quo nondũ genitus eſt habitus aut virtutis, aut vitij, vt paulopoſt vſum rationis: nam ante vſum rationis neutrius eſt hõ capax. ¶ Ad intelligentiã huius conſiderandũ eſt ꝙ qñ dr̃ hic/ex contrarijs inter que non eſt medium alterum de neceſſitate ineſſe/intelligitur in ſubiecto proprio: nã angeli aut celi nec ſunt calidi nec frigidi: quia ſubiectũ huius accidentis eſt corpus corruptibile. Et item lapis nec eſt ſanus formaliter nec infirmus. quia propriũ ſubiectum ſanitatis eſt animal. ¶ In ſecũda particula textus ſubiungit ꝙ in quibuſdã media nomen habent, vt inter album ⁊ nigrum eſt fuſcum, pallidum, rubrum ⁊c. In alijs vero non eſt facile nomen aſſignare: ſed mediũ exprimit̃ per negationem vtriuſq extremi: vt medium inter iuſtum ⁊ iniuſtum ſit illud quod neq habet habitũ iuſtitie, neq habitum iniuſtitie. Et rationẽ huius poſſumus aſſignare: quia in aliquibus medium eſt aliquid poſitiuũ participãs naturã vtriuſq extremi, vt pallidũ dicit qualitatẽ participantẽ naturã albedinis ⁊ naturã nigredinis: ⁊ tepidũ/participat naturã caloris ⁊ frigoris. Et hec hñt noĩa: ſed tñ inter ſtudioſum ⁊ paruũ nõ eſt medius habitus poſitiuus: ſed eſt negatio vtriuſq: ⁊ ideo non hẽt nomen. ¶ In textu quarto q̃ incipit. Priuatio aũt (⁊ cõtinet ẽt duas particulas, explicant̃ priua-

Priuatiue oppoſita. tiue oppoſita. Ait. n. ꝙ priuatio ⁊ habitus ſunt circa qđpiam idem. In verſione Boetij habetur/circa idem ordine. Attamen grece non eſt illa particula oratione.

¶ Vbi notandũ eſt, ꝙ priuatio vt habet̃. 5. met. tex. 27. accipit̃ tribus modis improprie, ⁊ q̃rto mõ ꝓprie. Primo mõ eſt carẽtia illi⁹ qđ natũ eſt hẽri: ſed nõ in tali ſubiecto, vt plãta improprie dr̃ ceca ſcđo mõ eſt carẽtia alicuius qđ natũ eſt hẽri in tali ſubiecto ſcđm genus, non tñ ſcđm ſpẽm, vt talpa ſimplr̃ nõ eſt cecus: q2 viſus ꝗuis põt eſſe in aiali, qđ eſt genus talpe, non tñ in illa ſpecie. Etiõ dr̃ aial cecũ. Tertio mõ eſt carentia alicui⁹ qđ natũ eſt hẽri in tali ſubiecto ſcđm ſpẽm, non tñ ſcđm talem circunſtantiã. Vc3. ſcđm tẽpus, canis ante nonũ diẽ nõ dr̃ ꝓpriſſime cec⁹: q2 l3 ſit apt⁹ videre, nõ tñ in tali tẽpore. Scđm locum/q2 nox proprie nõ eſt tenebra in cauernis: nox. n. eſt carentia luminis ſolis in hemiſperio nato recipe illud: ⁊ cauerna non eſt locus aptus recipere lumen. Aut ſcđm partẽ: q2 hõ non dr̃ edẽtulus eo ꝙ in manu nõ hẽat dẽtes. Aut in ordine ad aliđ: q2 hõ nõ dr̃ paruus: l3 nõ ſit tã magnus ſicut mõs: ſed ſi non hẽt iuſtam ſtaturã hoĩs. ¶ Quarto ergo mõ accipit̃ ꝓprie pro carẽtia alicuius in ſubiecto apto nato ſcđm oẽs dictas circunſtantias, puta tẽpore ⁊ loco ⁊c. Et hoc eſt qđ ſubdit Ariſt. in litera. ¶ In ſcđa vero particula q̃ incipit. Priuatũ autẽ/dicit ꝙ priuatũ eſſe/non eſt priuatio: ſicut habitũ hẽre/nõ eſt habitus. Qđ ꝓbat duplr̃. Primo quia vnũ eſt concretũ, ⁊ aliud, abſtractũ. Et preterea q2 non verificantur de eodem: hõ. n. (inquit) eſt cecus: ſed tñ hõ non eſt cecitas: q2 hõ eſt priuat⁹ viſu: ſed nõ ẽ priuatio. Hoc attente conſiderandũ eſſet abillis, qui paſſim concedunt abſtracta verificari de concretis, dicẽtes, ꝙ cecitas eſt hõ, ⁊ tenebra eſt aer carẽs lumine, ⁊ ſedẽs eſt ſeſſio: ⁊ alia id genus que philoſophi nõ audirent. Concludit tandẽ philoſophus, ꝙ queadmodũ abſtracta, puta viſus ⁊ cecitas opponunt̃ priuatiue, ita ⁊ cõcreta. ſ. cecus ⁊ vidẽs. ¶ In quarto textu qui incipit. At. n. ponit exemplũ de oppoſitione cõtradictoria: de qua duo affirmat. Primũ ꝙ affirmatio ⁊ negatio ſolum dr̃ de ſignis, puta in voce ſcripto aut mẽte: ſignificatũ autẽ ꝓpõnis, vt ſedere vel nõ ſedere a parte rei/non ſunt affirmatiões aut negationes: q2 affirmatio eſt oratio ⁊ res ipſa non eſt oratio. Qđ nos ita affirmauimus ⁊ expoſuimus in principio huius libri: vbi diximus ꝙ quamuis res predicẽtur tanq obiecta conceptuũ, tñ res nõ ſunt ꝓpões. Scđo dicit Ariſt. ꝙ ſicut affirmatio ⁊ negatio que ſunt orões opponuntur contradictorie: ita ⁊ ſignificata earum puta petrum ſedere ⁊ petrum non ſedere. Et propterea contradictio dicitur inter ens ⁊ nõ ens: q2 etiam petro non exiſtente, verum eſt petrum non ſedere.

¶ In textu ſexto qui incipit. At vero, incipit ſecundũ membrũ principale huius capituli in quo fiunt tres cõparationes inter iſta gña oppoſitionũ. *Prima cõparatio* Vbi conſiderandum eſt ꝙ quatuor extrema oppoſitionis ſex modis poſſunt cõparari. ſ. primũ ad ſcđm ⁊ ad tertiũ et ad quartũ: ⁊ preterea ſcđm ad tertiũ ⁊ ad quartũ: ⁊ tandem tertiũ ad quartũ. Sed tñ prima cõparatio iã facta eſt ſuperius inter relatiue oppoſita ⁊ contrarie oppoſita: ⁊ iõ ſeq̃tur hic ſcđa inter relatiue oppoſita ⁊ p̃uatiue oppoſita. *Priuatiue oppoſita.* Ait. n. ꝙ p̃uatiue oppoſita nõ ſũt relatiue oppoſita. Qđ ꝓbat duplr̃. Primo q2 eſſe viſus nõ eſt ad cecitatẽ: eſt. n. ſemp obſeruandũ ꝙ eſſe vni⁹ referri ad aliđ eſt, ꝙ propria denominatio exprimatur cũ obliquo alterius, vt pater eſt filij pater. Viſus autẽ nõ ẽ cecitatis viſus: neq cecitas eſt viſus cecitas, ſed viſus priuatio. Ad tollendã amphibologiam de ly/viſus qđ eſt noĩatiuus ⁊ genitiuus Boeti⁹ vertit viſio/⁊ viſionis: ꝗuis viſio non ſit nomẽ potẽtie. Traſlatio Argiropyli que mõ venit a germania corrigat̃ vt hic habet̃: ter. n. hẽt/cecitas loco de ly/cecitatis. At q2 dixerat Ariſt. cecitatẽ eſſe viſionis priuationẽ, ne quis ſuſpicaret̃ idem eſſe viſionis eſſe priuationẽ, ⁊ viſionis eſſe cecitatẽ, ⁊ per cõſequens cecitatẽ dici relatiue, ſubiungit ſcđam rõnẽ ad ꝓbandũ ꝙ cecitas

citas non dr̃ relatiue ad viſu3: alias. n. viſus etiã ecõuerſo diceretur relatiue ad cecitatẽ: qđ tñ eſt falſum: quia viſus non eſt cecitatis viſus. ¶ In textu ſeptimo qui incipit. *2. cõparatio.* Atqui nec perinde, cõparat priuatiue oppoſita ad contrarie oppoſita: dicens, ꝙ neq priuatiue oppoſita, ſunt contrarie oppoſita. Qđ probat duplr̃. Et prima ꝓbatio ſtat in hoc. Duo gña contrariorũ ſupra diſtincta ſunt. Alia. n. ſunt contraria quorũ nullum eſt medium, in quibus ſubinde neceſſe eſt alterũ extremũ in eſſe proprio ſubiecto, vt ſanitas ⁊ egritudo: alia vero ſunt quorum eſt aliqđ mediũ vt albũ et nigrũ/quorũ non eſt neceſſe alterũ in eſſe. At ꝟo reſtringit nũc ſcđ3 gen⁹, dicẽs, ꝙ eorum q̃ mediũ hñt nõ neceſſariũ eſt alterũ in eſſe: niſi forſan alterũ ſit accidens proprium ⁊ naturale, vt calor ineſt igni ⁊ niui albedo. Emendauimus hic textum Argiropyli mõ vulgatũ: qui vbi debebat hẽre. Et in ſuper ea diximus mediũ hẽre/tranſtulit. Medio vacare. i. carere. Que litera cõtradicebat ⁊ veritati, ⁊ textui precedenti: eorum. n. que medio carent, neceſſe eſt alterum ineſſe. Qui error inde forſan emanauit, ꝙ i greco habet̃ Ana meſon/qđ ſi eſſet vnicũ nomen cõpoſitum, idẽ eſſet qđ abſq medio: ſed vbi ſunt due partes, idẽ eſt qđ ſecũdum mediũ. Argiropylus forte legit primo mõ: cum tñ lecturus eſſet ſcđo mõ. Ad propoſitũ ergo vt redeamus: priuatiue oppoſitorũ (ait Ariſtoteles) non eſt ſemper neceſſe alterum ineſſe: nã catulus ante nonũ diẽ nec eſt videns, nec cecus: vt paulo ante dicebamus: ergo nõ ſunt contraria primi gñis, puta inter q̃ non eſt mediũ. Rurſus. Homini neceſſe eſt alterum ineſſe: ⁊ id non prouenit eo ꝙ viſus ſit neceſſarium accidens hominis, neq cecitas (q2 hõ eſt indifferẽs ad vtrũlibet) ergo nõ ſunt cõtraria ſecũdi gñis: vc3 quorum eſt medium. ¶ In ſecunda particula que incipit. Preterea/affert ſecundã rõnẽ. In contrarijs inquit poſſibile eſt fieri mutationẽ indifferenter ab vno ad aliud ⁊ econuerſo (niſi vnũ ſit accidẽs proprium qđ nõ corrũpitur niſi corruptio ſubiecto) ſed in priuatiue oppoſitis, l3 ab habitu in priuationẽ poſſibilis ſit tranſitus, tñ a priuatione in habitũ naturalr̃ impoſſibilis eſt regreſſus: fit. n. ex vidẽte cecus: non tñ ex ceco videns. ¶ Rõnem huius ſcite exponit. S. Thom. 8. meta. lectio. 4. ſ. textũ. 14. vbi hoc tractat Ariſto. Ait nam q ꝙ cũ ly/ex dicat ordinẽ, ſunt quidẽ naturales ordines qui naturalr̃ peruerti nõ poſſunt. Atqui naturalis ordo priuationis, que dicit naturalẽ corruptionem, eſt, vt ex perfecto fiat corruptio: tñ ex corruptione non fiat perfectu3 immediate: niſi certis tranſmutationibus medijs. Exẽpli grã. Vinũ corrũpitur in acetum: ſed acetũ non põt reuerti in vinũ: niſi forſan fundatur prope vitẽ, cuius humor actione naturali digerat̃ in vuas. Itẽ ex homine fit cadauer: ſed tñ ex cadauere nunq fiet hõ, niſi reſolutu3 in terrã, cõuertat̃ in fructus, quib⁹ homo paſtus gñet ſemẽ, ⁊ inde aliũ hoiem. Cũ ergo cecitas ſit corruptio viſus, non põt ex cecitate fieri viſus, ſicut ex frigido calidum, ⁊ ex calido frigidũ. Tenebre vero l3 ſint priuatio hoĩs, hñt tñ immediatũ ordinẽ ad aerẽ, ſicut lumen. Põt. n. tenebra eſſe vbi nõ p̃ceſſerit lumẽ. Et ideo mutuus eſt tranſitus, ⁊ a lumine in tenebras, ⁊ a tenebris in lumen. Dixerim cecitatẽ nõ eſſe niſi priuatione3 viſus precedẽtis: intelligo aut precedẽtis in re, aut qui naturaliter debuiſſet precedere: vt eſt in ceco a natiuitate. ¶ In textu octauo q̃ incipit. Atqui patet/cõparãtur cõtradictorie appoſita ad tres precedẽtes oppoſitiões. Ait. n. hoc eſſe propriũ huius oppoſitiõis ꝙ in vniuerſũ de quocũq, ſiue ſit, ſiue nõ ſit, neceſſe eſt aut affirmationẽ verã eſſe aut negationẽ: qđ nullis aliorũ oppoſitorũ cõpetit. Et id quidẽ primo ꝓbat ſi accipiant̃ incõplexe. Sanitas. n. aut egritudo, aut viſus, aut cecitas, aut duplũ, aut dimidiũ cũ ſint incõplexa, nec vera nec falſa ſũt. Scđo id ꝓbat ſi accipiant̃ complexe, vbi maior erat apparẽtia. Ait. n. ꝙ horũ ꝯtrariorũ q̃ cõplexa ſũt, puta ſocratẽ eſſe ſanũ/⁊ ſocratẽ languere. Socrate quidẽ exiſtẽte alterũ ineſt: ſ3 ſocrate nõ exiſtente, neutrũ eſt verum. Et idẽ eſt de his Socratẽ hẽre viſum/ſocratẽ eſſe cecũ. Sed tñ ſi dicas ſocratẽ eſſe ſanũ ⁊ ſocratẽ nõ eſſe ſanũ/đ neceſſitate alterũ eſt verũ: etiã ſi ſocrates nõ ſit. Et hac de cã affirmatio ⁊ negatio de eodẽ, hr̃ tanq p̃mũ principiũ per ſe notũ. ¶ In textu nono q̃ incipit. At ꝟo malũ ⁊c. ſequit̃ tertiũ mẽbrũ huius capitis peculiare de cõtrarijs: qđ in aliquib⁹ codicib⁹ grecis hr̃ tanq caput diſtinctũ: in quo quinq ponũtur cõditiões ꝓprie cõtrariorũ. Prima eſt. Bono ex neceſſitate contrariat̃ malũ: malo aũt non ſolũ bonũ: ſed etiã malũ cõtrariat̃. ¶ Nõ eſt ſenſus prioris partis ꝙ oẽ bonũ hẽt contrariũ: nam celũ nõ hẽt cõtrariũ: nec proprie lumẽ qđ eſt qualitas eius. Nec eſt ſenſus ꝙ ex duobus cõtrarijs ſi vnũ eſt bonũ, alterũ nõ eſt bonũ: nã calor eſt bonũ ignis ⁊ frigus bonũ aque. S3 ſenſus eſt: ꝙ ſi bono ſub rõe boni aliquid cõtrariat̃, cõtrariũ eius neceſſario hẽt rõem mali reſpectu illi⁹ cuius eſt bonũ. Calor. n. ⁊ frigus ſimplr̃ loquendo nec habẽt rõem boni nec mali: ſ3 ſi calor accipiat̃ inq̃tum cõueniẽs igni, tũc frigus eſt malũ ignis: ⁊ ſi calor cõuenit ſaluti hoĩs, frigus cõtrariũ eſt malũ eius. Et vtrunq extremũ virtutis eo eſt malu3, q2 virtus cui contrariat̃ eſt bona. S3 prodigalitas cõtrariatur auaritie: ⁊ vtrunq eſt malũ. Et rõ huius eſt: q2 bonũ cõſtat ex integra cauſa: malu3 aũt ex quocunq defectu. ¶ Qđ ſi hinc inferas idẽ cõtrariari duobus diuerſis: vt prodigalitatẽ, liberalitati ⁊ auaritie: qđ eſt cõtra Ariſtotelẽ. 10. me. t. 14. vbi ait ꝙ vnũ tñ vni contrariat̃. Rñdetur ꝙ illud intelligit̃ de ꝑfecta ꝯtrarietate: vnũ tñ extremũ imperfecte cõtrariatur medio, inq̃tu3 participat aliud extremũ: vt albũ contrariatur rubro, inq̃tum participat aliquid nigri. ¶ Scđa cõditio cõtrariorũ eſt ꝙ nõ eſt neceſſe ſi vnũ ſit reliquũ eſſe: nõ. n. ſequit̃/ſi albũ eſt, nigrũ eſt: q2 poſſunt oĩa eſſe alba. Intelligit̃ de ꝯña logica: q2 naturalr̃ ſi elementũ ignis eſt, ⁊ cõtrariũ elementu3 eſt: puta aqua: vt ſcđo de celo tex. 18. enũciat Ariſtoteles. ¶ Tertia cõditio eſt ꝙ duo cõtraria nõ poſſunt eſſe ſimul in eodẽ ſubiecto. ¶ Et q̃rta eſt ꝙ cõtraria ſemp ſunt circa idẽ ſubm̃: idẽ (inq ſpẽ aut gñe: vt ſi propriũ ſubm̃ ſanitatis ẽ aial idẽ eſt etiã propriũ ſubm̃ egritudinis: lapis. n. q2 nõ põt eſſe ſanus, nec põt eſſe infirmus. Et ſi calor non põt eſſe niſi in corpore corruptibili, nec frigus eſſe põt niſi in corpore corruptibili. ¶ Quinta ⁊ poſtrema ꝯditio eſt. Oĩa cõtraria aut ſunt ſub eodẽ gñe, vt albũ ⁊ nigrũ ſub gñe coloris: aut ſub cõtrarijs gñibus, vt iuſtitia ⁊ iniuſtitia, quorũ p̃mũ eſt ſub gñe ꝟtutis, ⁊ alterũ ſub gñe vitij: aut ſunt ipſa ꝯtraria gña vt bonũ ⁊ malũ: q̃ dicunt̃ gña improꝑe tanq traſcendẽtia vlia oĩbus cõtrarijs: nam oĩm contrariorũ alterũ habet rõnem boni reſpectu alicuius ſubiecti, reſpectu cuius alterũ habet rationem mali.

¶ De modis prioris. Cap. II.

PRius quippiã alio quatuor dr̃ modis. Primo quidẽ, & ꝓpriiſsime tpe, quo pacto quippiã antiqus aliquo, & vetuſti⁹ dici ſolet: qa nãq plus eſt tpis, ideo antiquius, atq vetuſtius dicit̃. Secundo vero id, q̃đ non cõuertit̃ eſſẽdi cõſequẽtia: quo pacto vnũ duob⁹ eſt pri⁹, nã ſi ſint duo, & vnũ cõtinuo ſequit̃ eſſe: at ſi vnũ ſit, non neceſſario ſequit̃ duo eſſe. Quare hoc poſito: nõ conuertit̃ cõſequẽtia, vt illud ſit. Prius autẽ id eſſe videtur, q̃đ eſſendi cõſequẽtia nõ cõuertit̃. Tertio modo, ordine quodam dicitur prius, vt in ſcientiis, atq orationibus intueri licet. In demonſtratiuis enim ſcientiis, prius eſt nimirum, atq poſterius ordine: elemẽta namq deſignationib⁹ ordine

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dine priora ſunt, quippe cũ principia priora ſint
ordine cõcluſionibꝰ contẽplãdis: & in grãmatica
ſyllabis priora ſunt elemẽta, in orationibꝰ etiã ex
ordiũ ſimili mõ narrationẽ ordine añcedit. Præte
terea id qđ eſt p̃ſtabiliꝰ honorabiliuſue, prius na
tura eſſe vr̃. Vulgus etiã eos, q ſunt honorabilio
res, quoſqꝫ magis amãt, vocare priores cõſueue
rũt: quãq̃ hic modꝰ pene oĩm alieniſſimꝰ eſſe vr̃.
Tot igiť fere ſũt modi, prioris q dici ſolẽt. ¶ Vide
biť autẽ & vltra iã dictos alius quidã eſſe prioris
modꝰ: eorũ.n.q̃ eſſendi cõſequẽtia cõuertunť, al
terũ q đ eſt cã quouiſmõ, vt alterũ ſit, priꝰ natura
nõ incõgrue dici põt: atqꝫ eſſe quẽdã talia, patet.
Eſſe.n. hoĩem, ad orõnem de ipſo verã, eſſẽdi cõ
ſequẽtia ſane cõuertiť nã ſi ſit hõ, vera eſt ea orõ
qua hõ dr̃ eſſe: & econtra hõ pfecto eſt, ſi vera eſt
ea orõ, qua hoĩem dicimꝰ eſſe. Atqꝫ orõ quidẽ ve
ra, vt res ſit nullo pacto eſt cauſa: res tñ aliqua ex
parte vt ſit oratio vera, cã eſſe vr̃. Ex eo nãqꝫ q a
res eſt, aut nõ eſt, orõ vera dr̃, aut falſa: quare fit,
vt quinqꝫ modis ipſum prius dicať, vt patet.

¶ De modis ſimul. Cap. 12.

Simul autẽ ea ſimpl'r, ꝓpriſſimeqꝫ dicunť
quorũ gñatio eſt tpe in eodẽ: neutrũ.n.
ipſorũ prius, aut poſterius eſt. Atqꝫ hæc
tpe ſimul dicunť: natura vero ea dicũť ſimul, quæ
eſſendi quidẽ cõſequẽtia cũ cõuertanť, neutrũ tñ
vt ſit alterũ cã eſt: vt in duplo, dimidioqꝫ intueri
licet: hæc.n. conuertunť. Nã ſi duplũ eſt, dimidiũ
eſt: & ſi dimidiũ eſt, duplũ eſt: neutrũ tñ eſt cã, vt
alterũ ſit. Ea p̃terea q̃ eiuſdẽ gñis diuiſiõe ſibi op
ponunť, ſimul eſſe dicunť natura. Dicunť autẽ e
iuſdẽ gñis diuiſiõe oppoſita ſibi, q̃ in eadẽ ſũt di
uiſiõe: q̃lia ſũt, volatile, greſſibile, atqꝫ in aquis de
gens: hæc.n. ſub eodẽ gñe cõtra ſe ſunt diuiſa: qp
pe cũ aĩal in hæc, vt patet, diſtribuať, nihilqꝫ horũ
aut poſteriꝰ, aut prius ſit: ſed natura talia ſimul eſ
ſe videanť. Diuidi etiã vnũqđqꝫ taliũ in ſpẽs rur
ſus põt, vt volatile, terreſtre, aquaticũ: q̃ quidẽ &
ipſa ſimul natura erũt: q̃ ſub eodẽ gñe collocata,
in eadẽ ſũt diuiſiõe. Genꝰ tñ ſpẽ priꝰ eſt ſemp: nõ
.n. in cõſequẽtia fit ab illo cõuerſio. Nã ſi volatile
eſt, aĩal eſt: at ſi aĩal eſt, nõ neceſſe eſt volatile eſ
ſe: ſimul igiť dicunť natura, ea, q̃ in eſſendi quidẽ
cõſequẽtia cõuertũť: nullo tñ pacto alterũ cã eſt
vt alterũ ſit: & ea, quæ ſub eodẽ gñe collocata, cõ
tra ſeſe ſunt diuiſa. Abſolute autẽ ſimul ſunt, ea,
quorũ gñatio in eodẽ tpe eſt, vt prius eſt dictum.

Caput vndecimũ eſt de modis prio
ris caputqꝫ duodecimũ de modis ſimľ, atq
priꝰ inqt alterũ altero q̃tuor dr̃ modiſ. Mo
dos eos ſolũ intelligit qui ſunt vulgares ⁊
manifeſti. Ut prius tpe eſt id cuius gñatio
fuit in tpe p̃cedẽti: ⁊ priꝰ ſubſiſtẽtia id qđ nõ dr̃ ſubſiſtẽ
di ꝯñã. i. id qđ inferť ab alio, ſed non infert aliud vt vnũ
prius eſt duobꝰ: nã duo fiunt per diuiſionẽ vnius. Et ter
tio mõ dr̃ aliquod prius ordine. Et quarto mõ prius di
gnitate. ¶ At vero preter q̃tuor illos vulgatos modos
addit quintũ modũ p̃oris natura. Ait.n. ꝙ id dr̃ priꝰ na
tura alio qđ licet cõuertať eſſendi ꝯñia eſt nihilominus
cã alteriꝰ vt eſſe hoĩem priꝰ natura eſt q̃ꝫ ꝙ orõ ſit vera.
¶ Diffinitio hec oculatiſſime eſt conſiderãda: quippe ex
cuius incõſideratiõe multa in philoſophia, ⁊ in theolo
gia cõmẽta finguntť ⁊ ſubſtinenť. Hoc inq̃ꝫ acurate aiad
uertẽdũ eſt ꝙ p̃oritas nature nõ eſt p̃oritas in quo. Qđ
eſt dicere nõ eſt explicãda p ly/in/ſꝫ p ly/q̃. Exẽpli gr̃a.
Sol eſt prius natura lumine ſuo qđ eſt coeuũ illi, ſꝫ ſi q̃s
inde inferat ꝙ in aliquo p̃ori eſt ſol in quo nõ eſt lumẽ, fal
lacia eſt. Ait.n. Ari. ꝙ prius natura ſubſiſtẽdi ꝯñã dr̃ cũ
poſteriori. Et ſic nõ dať ꝙ ſit in aliquo p̃ori in quo nõ ſit
aliud: ſꝫ nihil aliud eſt ſolẽ eſſe priorẽ natura q̃ꝫ hãc cau
ſalẽ eſſe verã: q̃ ſol eſt, lumẽ eſt, ⁊ nõ ecõuerſo ſicut priꝰ
natura eſt hoĩe ꝫ eſſe q̃ꝫ eẽ riſibilẽ: ⁊ tñ in nullo p̃ori eſt hõ
in quo nõ ſit riſibilis: cõcediť verũ tñ ꝙ eſt priꝰ natura ꝓ
pter cauſalẽ: nã q̃ hõ eſt, riſibile ẽ: ⁊ nõ q̃ riſibile eſt, hõ
ẽ. Accõmodatiſſimũ exẽplũ eſt Ariſtotelis. Si in eodẽ
inſtãti quo creatuſ eſt Adã, eſſet creata ꝓpoſitio/Hõ eſt/
priꝰ natura fuiſſet Adã eſſe q̃ꝫ veritas ꝓpõnis: nã eo ve
ritas eſt: q̃ ſignificatũ eſt, ⁊ tñ nulla fuiſſet prioritas in
quo. ¶ Et a fortiori p̃oritas originis in diuinis nõ dicit
p̃oritatẽ in q̃. In nullo.n. p̃ori intelligiť pr̃ in quo nõ in
telligiť filiꝰ. Nec inter pr̃em ⁊ filiũ eſt p̃oritas nãc: nã pr̃
nõ eſt cã filij: ſed pr̃ eo ſolũ dr̃ p̃or origine, q̃ filiꝰ eſt a pa
tre, ⁊ non econuerſo: que proinde vocať prioritaſ a quo.
¶ In capite duodecimo ſubduntur tres mo
di ſimul. Ea.n. ſunt ſimul tpe quorũ gñatio eſt in eodeꝫ
tpe adequato: vt ſubm̃ ⁊ ꝓpria eiꝰ accidẽtia. Simul na
tura ſunt q̃ cõuertunť eſſendi ꝯñã ⁊ neutrũ eſt alteriꝰ cã.
vt relatiões dupli ⁊ ſubdupli, pr̃is ⁊ filij ⁊c. Nã q̃ꝫuis reſ
q̃ eſt pater ſit cã rei q̃ eſt filiꝰ, tñ eſſe pr̃em/non eſt priꝰ q̃ꝫ
aliũ eſſe filiũ nec eſt cã. Et q̃ꝫuis vnitas ſit p̃or binario,
tñ vnũ nõ eſt prius ſubduplũ q̃ꝫ binariꝰ ſit duplus. Ter
tio mõ aliq̃ dicunť ſimul q̃ ex equo immediate diuidunt
idẽ genꝰ: vt terreſtre, aquatile, volatile, diuidẽtia genꝰ
aĩalis ſunt ſimul nã: q̃ nullũ eſt cã aliorũ. Diſtinxit iſtũ
modũ a ſecũdo, eo ꝙ in p̃ori exẽplo nullũ eſt nobiliꝰ alio
vt relatio dupli non eſt nobilior relatiõe ſubdupli: in his
vero vnũ eſt p̃ſtãtius alio vt terreſtre p̃ſtãtius eſt alijs: ⁊
ideo poſſet q̃s credere ꝙ nõ ſint ſimul natura poſtq̃ꝫ nõ
eſt eq̃litas dignitatis: cũ capite. xi. dixiſſet, illud eſſe p̃us
quarto mõ, qđ eſt nobiliꝰ. Dicit ergo mõ ꝙ id nõ obſtat
quin dr̃ie diuidẽtes genus ſimpl'r ſint ſimul: q̃ eſſe nobi
lius nõ ſufficit vt ſimpl'r dicať prius. Genus vero eſt pri
us ſpẽ poſtq̃ꝫ nõ conuertiť ſubſiſtendi conſequẽtia. Se
quitur enim ſi homo eſt, animal eſt ⁊ non econuerſo: vn
de genꝰ eſt priꝰ ſpecie, ſicut vnitas eſt prior binario. Re
liqua de priori, ⁊ ſimul latius differit Ari. 5. met. tex. 16.

¶ De ſpeciebus motus. Cap. 13.

Motus ſpẽs ſunt ſex: gñatio, corruptio
accretio, decretio, alteratio, & ea mu
tatio, q̃ loco accõmodať. Atqꝫ cæteri
quidẽ motꝰ, vt patet, diuerſi ſunt nõ
.n. corruptio eſt gñatio, neqꝫ accre
tio eſt decretio: neqꝫ ea mutatio, q̃ loco accõmo
dať: cæteriqꝫ motus ſimil'r: de alteratiõe vero du
bitatio q̃dã exiſtit, ne forſitã neceſſariũ ſit id, qđ
alterať, aliquo reliquorũ motuũ alterari. Hoc aũt
verũ non eſt. Fere.n. omnibus in paſſionibꝰ: aut
plurimis, nos accidit alterari, nullo motuũ cætero
rum communicante: neqꝫ enim incrementa, neqꝫ
decrementa ſuſcipere neceſſe eſt, id quod paſſio
ne mouetur. Et ſimili in cæteris modo: quare
alteratio diuerſus eſt a cæteris motus: nam ſi eſ
ſet idem, continuo id, quod alteratur, creſcere,
aut decreſcere, aut aliquo alio moueri cęterorum
motuũ

motuum oporteret: at non eſt profecto neceſſari
um. Similiter & id, quod augetur, aut aliquo alio
motu mouetur, alterari oporteret. At ſunt quæ
dam, quæ augentur, non alterantur autem. Qua
dratum enim gnomone circumpoſito creuit qui
dem: at non eſt alteratum. Similiter & in cæteris
rebus huiuſcemodi fit. Quare diuerſi ſunt hi mo
tus omnes, vt diximus. Simpliciter autem motus
quidem contrarius quieti eſt, ſingulis autem ſin
guli aduerſantur generationi quidem corruptio,
accretioni vero decretio: & mutationi accommo
date loco quies in loco: & maxime vt videtur ea
mutatio, qua contrarium ad locum itur, vt ei
motui quo ſurſum itur is motus quo deorſum
itur, & econuerſo opponitur. At reliquo aſſigna
torum motuum quidnam contrarium ſit, non eſt
facile aſsignare. Nihil autem ipſi contrarium eſ
ſe videtur, niſi quiſpiam & in hoc quietem in qua
litate, dicat opponi ei mutationi, quæ ad qualita
tem eſt, mutationẽqꝫ eam, quæ eſt ad qualitatem
contrariã perinde, atqꝫ in mutatione loco accom
modata, quietem in loco, & mutationem qua ad
contrarium locum itur, contraria diximus eſſe.
Alterationem namqꝫ mutationem eſſe in qualita
te conſtat. Quare motui in qualitate, quies in
qualitate opponiť: aut ea mutatio, qua ad quali
tatem contrariam itur. Quo pacto album quip
piam fieri, & nigrum quippiam fieri, inter ſe oppo
nuntur. Alterantur enim hæc, atqꝫ in qualitatis
contrarios terminos mutatio fit.

¶ De modis habere. Cap. 14.

Habere pluribus modis, aut vt habi
tum diſpoſitionemqꝫ, vel aliquam
aliam qualitatem dicitur: ſcientiam
enim habere aliquã dicimur, & vir
tutẽ aut vt quantũ, velut eam quã
quiſpiam magnitudinẽ habet: nam
cubitorum trium, vel quatuor habere magnitudi
nem dicitur aut vt ea, quæ circa corpus ponũtur:
vt veſtem, tunicam, & gladium, & ſimilia. Aut in
parte, velut in manu annulum: aut vt partem, vt
manum, vel pedem: aut vt in vaſe, vt modium ha
bere triticum dicimus, aut dolium vinum: hæc e
nim habere, vt in vaſe dicuntur: aut poſſeſsionẽ:
habere enim dicimur domum, fundumue. Dicitur
& vir vxorem, & vxor virum habere: qui quidem
remotiſsimus omnium habendi modus eſſe vide
tur: nihil enim aliud dicẽdo virũ habere vxorem
ſignificamus, quam virum vna cũ vxore habita
re. Forſitan & alij quidam habendi modi eſſe vi
debũtur: ſed qui dici ſolent, oĩes fere ſunt nunc
a nobis enumerati.

Sex ſpẽs motus.

In capite decimo tertio enarran
tur ſex ſpecies motus. Sunt enim qua
tuor termini motus. ſ. ſubſtantia, cuius
eſt generatio ⁊ corruptio. Tametſi gene
ratio non ſit proprie motus: cum induc
tio forme ſubſtantialis non fiat ſucceſſi
ue: ſed eſt mutatio quedam vt habetur. 3. ⁊. 5. phiſicor.
Eſt preterea quantitas: ad quã eſt augmentatio ⁊ dimi
nutio. Et eſt q̃litas, ad quã eſt alteratio: ⁊ vbi, ad qđ eſt
motus localis. ¶ Diſputat mox Ari. dubitatiũculã, an
alteratio ſit motꝰ diſtinctus ab alijs: ſicut gñatio diſtin
guiť a corruptiõe: ⁊ augmẽtatio, a diminutiõe: ⁊ motꝰ
localis, ab vtriſqꝫ. Neqꝫ hoc q̃rit q̃ res ſit dubia: potuiſ ſet.n. id ſtatim ꝓbare rõne tr̃i motꝰ: q̃ vt mõ dicebamus **Dubium,**
alius eſt in alteratiõe q̃ꝫ in alijs motibꝰ. Sꝫ q̃rit hoc ꝓp
ter aliq̃s antiq̃s q̃ putabãt alterationẽ nõ eſſe motũ di
ſtinctũ: ꝓpterea ꝙ videbãt gñationẽ ⁊ augmẽtationẽ vi
uentiũ nõ fieri niſi p alterationẽ. Quocirca ſolũ vtiť ad
uerſꝰ eoſ experiẽtia: q̃ ſtat (inq̃t) freq̃nť aliq̃d alterari, q̃ñ
nõ moueať alia ſpẽ motꝰ. Ut fere in oibꝰ inq̃t paſſiõibuſ
aut plurimis cõtingit: tã aĩe: vt in amore, odio, ⁊ ꝯcupi
ſcẽtia: q̃ꝫ corpiſ: q̃ ſtat aliquẽ calefieri ⁊ nigreſcere ad ſo
lẽ, q̃ñ nõ alio motu moueať. Ait tñ ipl'imis: q̃ ſi iſte paſ
ſiõeſ multũ creſcãt, ſubſequunť alij motꝰ. Ut i metu mo
ueť ſanguiſ ad cor: ⁊ i verecũdia moueť ad faciẽ. Et i cor
palibꝰ p calefactionẽ rareſit cera: ⁊ p nutritionẽ augeť
viuẽs. At q̃ poſſet q̃s dubitare ꝙ ſalti oĩs augmẽtatio
ſit alteratio: q̃ viuẽtia nõ augenť niſi p alterationẽ cibi:
⁊ cera, p calefactionẽ. Rñdet ꝙ aliq̃d põt augeri ſine al
teratiõe. Et ponit ſolũ exẽplũ in mathematiciſ: q̃ abſtra
hunt a motu: nã i nãlibꝰ nõ põt eẽ augmẽtatio ſine alte
ratiõe. Et ẽ exẽplũ de q̃drato cui ſi addas gnomonẽ, au
geť ſine mutatiõe figure. Gnomõ ẽ ſupplemẽtũ qđ addi **Gnomon**
tur coſtis q̃drati, tal'r, vt figura q̃drati nõ varieť: ſꝫ ma
neat eq̃latex ſicut antea. ¶ In ſcđa pte textꝰ docet Ari.
ꝙ oĩs motꝰ hẽt duo ꝯtraria. Gñal'r.n. oĩ motui ꝯtrariať
q̃es: ⁊ p̃terea peculiariť q̃cũqꝫ motꝰ cõtrariať oppoſite ſi
bi forme. Exẽpli gr̃a. Motꝰ localis entis nãlis cõtrariať
q̃eti in ſuo loco naturali: ſed ⁊ motus ſurſum, cõtrariať
motui deorſũ. Itẽ gñatio ꝯtrariať huic qđ eſt/gñatũ eẽ: **Oĩs motꝰ**
q̃ eſt tr̃us motus; ⁊ preterea cõtrariať corruptiõi. Et au **hẽt duo**
gmẽtatio ꝯtrariať huic qđ eſt/augmentatũ eẽ, ⁊ deinde **contraria**
diminutio. Atqꝫ adeo calefactio cõtrariať huic qđ ẽ/ca
lefactũ eẽ: ⁊ rurſuſ frigefactiõi. At tñ inter motũ ⁊ ſuã q̃e
tẽ nõ ꝓprie eſt ꝯtrarietas, ſꝫ p̃uatiua oppoſitio. Quieſ
.n. ſe hẽt poſitiue vt habitꝰ, ⁊ motꝰ vt p̃uatio: motꝰ nãqꝫ
q̃ eſt via ad tr̃um, quodãmõ eſt priuatio tr̃i. Et hac de
cã motꝰ p ſe nõ poniť in p̃dicamẽto: q̃ q̃ꝫuis nõ ſit tam
diminutũ ens, q̃ꝫ ens rõnis: tñ neqꝫ oĩno dicit pfectã for
mã: ſꝫ viã ad formã. Et ideo reponiť iter poſt p̃dicamẽta
⁊ motꝰ quiſqꝫ reduciť ad p̃dicamentũ ſui termini: vt gña
tio, ad ſubſtãtiã: augmẽtatio, ad quantitatẽ: alteratio,
ad qualitatẽ: ⁊ motuſ localis, ad predicamentũ/vbi.
¶ Caput deniqꝫ decimũquartũ & poſtremũ
explicat plures modos huius qđ eſt/hẽre. Atqꝫ vt in pre
dicamẽto qualitatis, ⁊ in p̃dicamẽto vbi adnotauimus
ex Ariſtotele. 5. met. tex. 25. habitꝰ vno mõ accipiť ꝓ qua **Modi ha**
litate inherẽte qua q̃s aliqual'r ſe hẽt: ⁊ hec eſt ſpẽſ q̃lita **bere.**
tis. Et alio mõ ꝓ re adiacẽte alicui p modũ quaſi actio
nis aut paſſiõis: ⁊ hoc eſt vnũ ex ſex vltimis p̃dicamẽtis.
Et tertio mõ accipiť gñaliſſime ꝓ eo qđ ẽ hẽre: ſiue p in
herẽtiã ſiue p adiacentiã, ſiue p ſolã relationẽ. ¶ Et mo
doſ vniuerſoſ eodẽ. 5. met. t. 28. reducit Ari. ad quatuor.
Primo vna reſ dr̃ hẽre aliã quã trahit ad ſuã diſpoſitio
nẽ ⁊ naturã: vt febris, hẽt infirmũ: ⁊ tyrãnꝰ, ciuitatẽ: et
hõ veſtẽ q̃ ꝯformať ad figurã habẽtis. Scđo mõ res hẽt
aliã ſicut ſubm̃ formã: vt ſubſtãtia hẽt q̃ꝫtitatẽ vel quali
tatẽ. Et tertio mõ ſicut cõtineſ hẽt cõtentũ: vt doliũ hẽt
vinũ. Et quarto mõ ſicut aliq̃d p violẽtiã tenet aliud ne
moueať ſuo motu naturali aut libero: ſicut colũne hẽnt
trabẽ quã ſubſtinẽt: ⁊ vincula, habẽt hoĩem. Quintũ mo
dũ addit hic Ariſ. quẽ vocat remotiſſimũ oĩm. Sicut hõ
dr̃ hẽre amicũ aut vxorẽ p ſolã relationẽ q̃ habitant ſi
mul: aut quacũqꝫ alia relatiõe q̃s habeat aliã rẽ, ⁊ dr̃ iſte
modꝰ remotiſſimꝰ habẽdi: q̃ nõ magis vnꝰ amicus/hẽt
aliũ q̃ꝫ aliuſ primũ. Dicimur deniqꝫ habeř Deũ, habere
legẽ, hẽre gr̃am, hẽre merita, habere felicitatẽ eternã.

¶ Explicit liber Predicamentorum.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

COMMENTARII FRATRIS DOMINICI SOTO, SEGOVIENSIS ORdininis Prædicatorum, Artium, ac Sacræ Theologiæ profeſſoris: In Libros Poſteriorum Ariſtotelis.

Dialecticam ſatis conſtat circa intellectus opera verſari. Un de rationalis dicitur, non ſolum, vti reliquae artes, eo ꝙ a ratione proficiſcitur, ſed peculiariter ab obiecto. Veluti morales ſcientie nuncupantur, que moribus nos inſtituunt: ⁊ naturales, que rerum perſcrutantur naturas. Atqui intellectus, quatenus intellectus eſt, duplex eſt operatio, vt tertio de anima tex. 21. Ariſtoteles autor eſt: nempe ⁊ ſimplicium apprehenſio, ⁊ ex his compoſitio atq; diuiſio. At vero quatenus ratio eſt, tertiaz ſortitur operationem: quam proinde ratiocinationem appellant. De priori in predicamentis ſermo habitus eſt. Secundam tradidit Ariſto. in libris perihermenias: quorum commentarios non admodum duximus neceſſarios, eo ꝙ in ſũmularũ tractatibus abũde res illa a nobis ꝓſata eſt. Q̃ð ſi Ariſtotelis ad literã expoſitionẽ deſideras, extat. S. Thome luculentiſſima. Tertiã demũ operationẽ libris quatuor ꝑtractauit Ariſtoteles. Eñ vero ſylls, inſtar cõpoſiti naturalis ex duplici principio conſtat. ſ. formali, qð eſt illationis diſpoſitio in modo ⁊ figura: ⁊ materiali, que ſunt propoſitiones ex quibus extruitur. De principio formali diſſeruit in libris priorum: quorum expoſitionẽ eo miſſam nos facimus, ꝙ in quinto libro ſummularũ de arte ſyllogiſtica ſatis ſuperq; diximus. At vero materialia principia in triplici ſunt differẽtia. Id namq; quod in operibus experimur nature, in operibus etiam rationis vſu venire compertum eſt (quod. S. Thomas in hoc prohemio adnotauit) Quedam enim ſunt que ex neceſſitate agunt, ita vt deficere non poſſint: quales ſunt celeſtes orbes, qui a motu ceſſare nequeunt. Alia vero ſunt que vt plurimum quidem regulariter et ſecundum naturam operantur, deficiũt tamen nonnunq;: vt viuentium ſemina, que frequentius perfectos naturaleſq; partus edunt: quandoq; tamẽ pariunt monſtra. Hunc admodum in operibus rationis ſunt aliqua principia neceſſaria, que ex neceſſitate gignunt ſcientiam: quedam vero probabilia que vt plurimuz vera generãt iudicia: ſed alia ſunt ſophiſmata que cum ſint vero ſimilia, in errorem tamen nos inducunt. De principiis primi generis eſt huius libri tractatio: de ſecundis extant libri topicorum: atq; adeo de tertiis libri elenchorum. Quo fit vt inter libros vniuerſos dialectice iſte ſit materia ⁊ obiecto digniſſimus: nam ſimplicium apprehenſio atq; enunciatio ad ſyllogiſmum ordinatur: et inter ſyllogiſmos ille qui generat ſcientiam preſtantiſſimus eſt: quia intellectus nulla alia cognitione quieſcit, quoad ſcientiam adipiſcatur, que eſt certum ⁊ euidens rei iudicium. At vero, vt eſt omnium finis, ita eſt omnium abditiſſimus ⁊ obſcuriſſimus. Enim vero

Tria opa intellect⁹.

Pricipia ſyllogiſmi

Hic liber finis ẽ dialectice.

Ariſtoteles, cum in aliis pleriſq;, tum preſertim in hoc opere (quod ⁊ Themiſtius confitetur) conſulto viſus eſt obſcuritatem affectaſſe. Adeo vt cum in hunc vſum editum fuerit, vt ad alias ſcientias viam ſterneret atq; pararet, in vſum ipſum ac propemodum inacceſſibile habeatur. Quo factum eſt, vt huius etatis dialectici, literam intentionemq; Ariſtotelis poſt habentes, materiã potius notitiarum huc accerſant, ꝙ libros poſteriorum exponant. Dabimus ergo (Deo dante) operam pro viribus ⁊ ingenio noſtro, vt opus quod ⁊ longum eſt ⁊ obſcurum: ſed tñ cognitu per neceſſariũ, neq; prorſus inexplicatũ maneat, neq; rurſus ad faſtidium vſq; procedat.

Heracli. ⁊ Plato.

¶ Titulus libri ſic habet Græce. Analytica hyſtera. Quod ad literam latine ſonat Reſolutiua poſteriora. Ut ſupleatur ſubſtantiuum/biblia id eſt libri: nam grece/biblia/eſt plurale neutrum: ſicut/volumina/ latine. Mos namq; grecorum eſt denominationem libri facere ab eius materia: vt libri topici, id eſt locales dicuntur: quia tractant de locis: ⁊ libri ethici, id eſt morales: q: tractant de moribus. Et ita libri Analytici. i. reſolutiui aut reſolutorii, q: tractant de reſolutione. Quapropter latini (potius ad ſenſuz ꝙ ad verbũ) transferũt de reſolutione poſteriori, ſeu reſolutionum poſteriorum libri. ¶ Ubi adnotanduz eſt ꝙ proprie reſolutio eſt examinatio qua iudiciuz ſumitur de aliqua re, an legitima ſit ⁊ perfecta ſecundum ſuam naturam. Et dr̃ reſolutio q: talis examinatio nõ fit niſi reſoluẽdo rem vſq; ad prima principia ex quibus cõpoſita eſt. Atqui vt ſylls ſit legitimus ⁊ perfectus, neceſſarioq; ⁊ euidẽter cõcludens, duo habere debet legitima principia. ſ. ⁊ illationis formam euidentem, ⁊ materiã. ſ. premiſſas neceſſarias ⁊ itidem euidẽtes. Et q: forma dignior eſt ⁊ prius ſeſe oculis oſtẽdit ꝙ materia, prima reſolutio eſt rõne forme. ſ. iudicare an habeat diſpoſitionẽ figure neceſſario cõcludentẽ: quo ſemel cõſtituto, ſcða examinatio eſt perpẽdere neceſſitatẽ premiſſarũ. De priori reſolutiõe differũt libri duo priorũ: nẽpe q̃ docẽt quẽuis datũ ſyllm imperfectũ aut ineuidẽtẽ ad aliquẽ illoꝝ quatuor euidentiũ prime figure reſoluere: q̃ immediate regulant̃ ꝑ ꝓma ꝓncipia q̃ ſũt dici de oi ⁊ dici de nullo/vt lib. quinto ſummularũ latiſſime eſt intueri. De ſcða ⁊ poſteriori reſolutiõe tractãt duo iſti libri q̃ nobis in manib⁹ ſunt. ¶ Ubi adnotãdũ eſt ꝙ natura cuiuſcũq; rei, q̃ diffinitiõe q̃ditatiua exponit̃ cã eſt oim paſſionuz q̃ de tali re ſunt demonſtrabiles: eſt tñ cã ordie quodã, vt ꝓores paſſiões ſint poſteriorũ cauſe. Et q: vt hic tex. 5. meminit Ariſt. ſcire eſt cauſas rei cognoſcere, nõ pri⁹ ſcim⁹ aliquã ꝯcluſionẽ quã ſeriem cãꝝ illius cognoſcamus vſq; ad diffinitionẽ q̃ eſt oium prima radix. Exempli gratia: quia homo eſt anima rationale, ideſt diſcurſiuum, ſtatim ſequit̃ ꝙ non ſimul cognoſcat omnia: ſed prius effectũ ꝙ cauſam: ⁊ inde ſcðo ſequitur ꝙ ſit admiratiuus (nã admiratio prouenit eo ꝙ quis ignorat cauſam alicuius effectus) ⁊ inde tertio ſubſequit̃ ꝙ ſit riſibilis. Si ergo fiat hec demonſtratio. Omne aial admiratiuũ eſt riſibile: oĩs hõ eſt aial admiratiuum: ergo oĩs hõ eſt riſibilis/eſt quidẽ neceſſaria ⁊ euidens ratione forme: ſed eſt ineuidẽs ratiõe materie: q: nec demõſtrat cauſam admiratiõis, quã maior ſignificat: nec cur hõ ſit ad

Titulus libri.

reſolutio.

admiratiuus: que eſt minor. Intẽtio ergo Ariſtotelis in hoc libro eſt docere quo mõ reſoluatur vtraq; in ſuã cauſam. ſ. minor ſic/omne animal quod prius cognoſcit effectũ ꝙ cauſam eſt admiratiuũ: oĩs homo eſt tale aial: ergo. Et rurſus hec minor ſic per diffinitionẽ oĩe/aial rationale prius cognoſcit effectũ ꝙ cauſam: omnis hõ eſt animal rõnale: ergo. Et maior reſoluitur ſic: omne aial cui põt eſſe repentinũ gaudiũ eſt riſibile: ſed oĩ animali admiratiuo offertur repentinũ gaudiũ (nam illud eſt repentinũ cuius cauſa ignoratur) ergo omne tale eſt riſibile. Quod ſi forte demõſtratio procedat a cauſa remota, tũc applicãda eſt illa per cauſas inter medias ad cõcluſionẽ. Et id vocat inferius Ariſtoteles/quoniã illius eſt cauſa. Ut data hac demõſtratione/ omne animal rõnale eſt riſibile oĩs homo eſt animal ratiõale: ergo omnis homo eſt riſibilis: q: eſſe animal rõnale nõ eſt immediata cã riſibilitatis: ſed eſſe admiratiuũ, debet ꝙ prius ex diffinitiõe demõſtrari: admiratiuũ/⁊ inde/riſibile. ¶ Ex his que dicta ſunt ſequũtur corollaria que rem perſpicatius elucidãt. Sequitur. n. primo ꝙ reſoluere nõ eſt ſolu rem in partes diuidire ⁊ ſoluere: ſed cõpoſitionẽ vſq; ad prima eius elemẽta diſſoluere, vt eius natura manifeſte perpẽdatur. Quẽadmodũ actione naturali cõpoſitum reſoluitur vſq; ad materiã primã: et Ariſt. primo priorũ dicit tr̃um eſſe in quem reſoluitur propoſitio: nã intẽtio dialectici in ſubiecto ⁊ predicato ſiſtit: ſed tñ grãmatici orationẽ in dictiones reſoluũt: ⁊ dictiões in ſyllabas: ac demũ ſyllabas in literas: q̃ ſunt prima elemẽta. ¶ Scðo ſequitur ꝙ nõ eſt idem ſyllogiſmus demõſtratiuus (quẽ greci/apodicticon/appellant) ⁊ reſolutorius, quem vocant/Analyticon: nam ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt quicũq; procedit euidẽter ex duabus premiſſis neceſſariis: ſed reſolutorius eſt ille qui reſoluit principia. ſ. conſequentiã vel premiſſas in ſua prima principia. Ut cũ ſyllogiſmus imperfectus iuxta artẽ traditam. 5. li. ſummu. reducitur ad perfectũ inferendo ex premiſſis imperfecti premiſſas perfecti: ⁊ inde propriam concluſionẽ: ex qua rurſus infertur cõcluſio imperfecti, totus ille diſcurſus dr̃ ſyllogiſmus reſolutiuus priori reſolutione. Atq; ſyllogiſmus, quẽ paulo ante faciebamus reſoluẽtes premiſſas in alias priores vſq; ad diffinitionem, appellatur reſolutiuus poſteriori reſolutiõe. ¶ Tertio ſequitur qð nam ſit ſubm̃ huius libri. Dubitari. n. põt ſit ne ſyllogiſmus reſolutiuus, an vero demõſtratio, an potius ſcientia. Apparet tñ ex dictis ꝙ primũ ſubm̃ huius libri eſt ſyllogiſmus reſolutiuus. Cõſtat nãq; ex titulo libri: ſane qui eſt/de reſolutione: ſed q: reſolutio ordinatur ad examinandã ⁊ docendã naturã demonſtrationis, parum refert ſi dicamus demõſtrationẽ eſſe ſubm̃. Scientia vero potius eſt finis libri ꝙ ſubm̃: eſt. n. proprius finis ⁊ effectus demonſtrationis generare ſcientia. Quarto ſequitur que nam fuerit huius artis neceſſitas. Enim vero cũ natura hominis (q: eſt rationalis) ſit res, nõ ſimul, ſꝫ ſucceſſiue cognoſcere, neceſſaria fuit illi ars qua cauſas rei ignotas per prius nota inueſtigaret. Quo fit vt angelus qui (cũ ſit a materia ſeparatus) rem quãcunq; ⁊ oẽs eius cauſas ſimul ⁊ ſine diſcurſu cognoſcit, arte hac reſolutoria nõ indigeat, neq; in naturaliũ cognitiõe errare põt. ¶ Atqui, vt hoc obiter dixerim, hec cauſa eſt cur philoſophis huius temporis ars hec poſterioriſtica pene ignota ſit: quia ars exercitio ⁊ comparatur ⁊ cuſtodit̃: hac tamen etate minima philoſophis cura eſt rerum cauſas perueſtigare: ſuas proinde doctrinas claras ⁊ faciles exiſtimantes, q: res in ſuperficie tractãtes cauſas nõ perſcrutãtur: vbi, vt ratio ſciendi, ita ⁊ difficultas ⁊ labor cõſiſtit. Atq; adeo propterea. S. Thomã obſcuritatis redarguũt, ꝙ intelligẽs, ſcire eſſe rem per cauſas cognoſcere, vniuerſa contendit ad primas cauſas reuocare.

¶ Quinto demum colligitur ordo huius libri ad reliquos dialectice. Sequitur. n. libros predicamentorũ et perihermenias qui tractant de partibus ſyllogiſmi: et libros priorũ: precedit tñ libros topicorũ ⁊ elenchorũ, vt patet in codice greco. Et ratio huius ordinis eſt nõ ſolũ dignitas obiecti (q: demoſtratio generãs ſcientiã dignior eſt ſyllogiſmo generãte aut opinionẽ aut errorem) ſed etiã q: doctrina poſterioriſtica eſt iudicatiua. Iudicium. n. non ſumimus de re niſi per rationes neceſſarias nã quẽadmodum architetus (vt Philoponus ait) vtitur amuſſi ⁊ perpẽdiculo ad iudicandũ, an lapis rectus ſit, et paries direct⁹, ita dialecticus ⁊ quicũq; philoſophus vtitur prioriſtica reſolutiõe ⁊ poſterioriſtica ad iudicandum de aliis quibuſcunq; argumẽtationibus. Qua de cauſa ſtoici ſolos dialecticos appellabãt ſapientes. i. de rerum vniuerſitate iudicãtes. ¶ Modus procedẽdi huius libri doctrinalis eſt: procedit. n. diffiniendo quid ſit demõſtratio, ⁊ oſtendendo ex quibus principiis conſtet quoſq; habeat effect⁹ per cõparationẽ ad alios modos ſciendi. ¶ Sed ſolet hic eſſe dubiũ vtrum hic liber demõſtratiue procedat: nam cũ doceat facere oẽm demonſtrationem, id docere non põt per aliam demõſtrationem, alias iam eſſet illa demõſtratio anteꝙ doceretur quid eſſet demõſtratio, vel illa eſſet docenda per aliam: ⁊ ſic iretur in infinitum. ¶ Reſpõdetur tñ ꝙ diffinitione ⁊ exemplis. ſ. conſtruẽdo demonſtrationẽ docet. Ariſt. quid eſt demõſtratio: de qua poſtea demonſtrat ꝙ gñat ſcientiã. Quẽadmodũ de ſyllogiſmo dialectico demõſtrat ꝙ generat opinionem: ⁊ de ſophiſtico, demonſtrat ꝙ facit apparentiã. Eſt enim Dialectica quo ad omnes ſuas partes vere ſcientia/vt ſecunda queſtione prohemiali monſtratum eſt.

Intẽtio.

Reſoluere.

Sylls reſo. ⁊ demõſtra.

Subm̃ libri.

Neceſſitas

Ordo.

Mod⁹ procedendi.

¶ De præcognitis. Cap. I.

Omnis doctrina, omniſq; diſciplina intellectiua præxiſtente e cognitione fit. Id, ſi omes quo fiãt pacto cõſiderem⁹, manifeſtũ profecto fiet. Mathematicæ namq; ſcientiæ illo cõparãtur modo, ceterarũq; artiũ vnaquæq;. Sane circa oratiões quoq;, ſiue ille per rõtinatiões, ſiue per inductionem fiunt, ſeruari modus idem ſolet. In vtriſq; namq;, per antea nota doctrina nimirum fit: quippe cũ in altera tanquã a cognoſcentibus propoſitiones accipiantur: in altera per ſingulare iam notum ipſum vniuerſale oſtẽdatur. Simili profecto modo & oratoriæ ratiões ſuadẽt: aut enim exẽplis, quod eſt inductio, aut entymematibus: quod quidẽ ratiocinatio eſt, facultas ipſa ſolet oratoria ſuadere. Tex. 2. ¶ Dupliciter autẽ prænoſſe neceſſe eſt: quædã enim eſſe, quædã quid dictu ſignificent, quędã vtroq; modo antea percipiamus oportet: veluti de quouis quidẽ affirmationẽ, aut negationẽ dici verũ eſſe: triãgulũ autem hoc ſignificare: vnitatẽ vtroq; modo, & quid ſignificet, & etiam eſſe: nõ enim vnumquodq; iſtorum ſimili nobis modo manifeſtum eſt.

Tex. 3. ¶ Fit autẽ, vt quæ cognoſcimus, eorum quædã prius etiam cognouerimus. Quorundam vero cognitionẽ ſimul accipiam⁹: veluti quæcũq; ſunt ſub vniuerſali, quorũ quidẽ habetur cognitio: nã omnẽ triangulũ tres duobus rectis æquos habere, antea ſciuimus: at id quod eſt in exedra, triangulũ eſſe, ſimul vt eo inducti ſumus, agnouimus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

mus. Hoc.n. pacto nõnullas diſcimus rerũ, & nõ per mediũ extremũ cognoſcimus. ſ. quæcũq; ſingulares rerum formę ſunt, & de ſubiecto nullo dicũtur. Tex. 4. ¶ Antea vero quam facta inductio vel raciocinatio ſit, partim fortaſſe nos ſcire, partim neſcire dicendũ eſt: quod.n. non ſciuit an eſſet ſimpliciter, id modo aliquo, nẽpe duobus rectis equales habere, ſcire ſimpl'r licet: at patet, q' hoc quidẽ pacto ſcit. Scit.n. vniuerſaliter, ſimpliciter vero nõ ſcit. Quod quidẽ ni ita ſit, ea profecto quæ in Menone hę ſitatio eſt, vſu veniet: antea.n. nihil quiſquã diſcet, aut ea quæ ſcit diſcet. ¶ Nõ.n. ita reſpõdendũ eſt, qualiter ſoluere quidã nituntur: omnẽ ne dualitatẽ parem eſſe ſcis: annuenti vero, dualitatẽ ei quandã offert, quã quidẽ eſſe non putabat: ita neq; parem eſſe putabat: ſoluũt enim, non omnẽ ſe ſcire dicẽtes eſſe parem dualitatẽ, ſed eam quã eſſe dualitatem ſciunt. Et tamen ſciũt quidem id, cuius demonſtrationẽ tenẽt, ceperuntq;. At nõ eius omnis quod ipſi aut triangulũ aut numerũ eſſe ſciunt, ſed trianguli & numeri ſimpliciter omis demonſtrationem ceperunt. Nulla enim huiuſcemodi propoſiti ſumitur: quẽ tu ſcis numerũ, aut quã tu ſcis rectilineam figuram, ſed abſoluere quodlibet ſumitur. Sed nihil vt arbitror obſtat, ſi id quod diſcit quis, partim quidem norit, partim vero ignoret. Nõ.n. abſurdum eſt hoc, ſi id quod tenet, addiſcat aliquo modo: ſed ſi hoc pacto, eaq; ratione qua diſcit, eodem modo teneat.

Diuiſio.

Liber iſte Græce in duos diuiſus eſt partiales libros. In priori nãq; agitur de demonſtratione ꝛ principiis eius intrinſecis, ꝛ de eius paſſionibus. Et in ſcđo agitur de medio demoſtrationis, qđ eſt diffinitio: ꝛ đ extrinſecis principiis, q̃ ſunt principia p̃ma, ꝛ per ſe nota. At vero neuter liber ſubdiuidit̃ aut in capita, aut in textus aut quauis alia partitiõe: ſed perpetuo ſermonis cõtextu ſcriptus eſt. Que cõfuſio (vt Themiſtius ait) ad libri obſcuritatẽ accedit. Traductores aũt ſunt qui p capita eos partiũtur. Sʒ qꝛ cõmentator Auerroys cõmentarios ſuos per textus diſtinxit, in vſum abiit textus a cõmentis denominare. Vt dicatur textus comẽti primi, aut ſecũdi. Tametſi nõ opus eſt nominare cõmentũ: ſed ſatis eſt vti ſolemus, citare textũ primũ / textũ ſcđm ꝛc. Continet ergo liber hic primus capita viginti ſeptẽ, textꝰ vero quadraginta quatuor. ¶ Et qꝛ diuiſiões ille ꝛ ſub diuiſiões S. Thome vſq; ad minima (quãq̃ textui profecto lucis plurimũ afferãt) iam mõ nõ ſunt adeo grate, in ſex principalia mẽbra viſus nobis eſt primus liber diſtribuẽdus. In primo.n. capite, quod quatuor textꝰ habet, iacitur primũ fundamentũ. ſ. ſcientiã omnẽ fieri ex aliis precognitis. In duobꝰ ſequẽtibus, q̃ ſingulos habẽt textus, explicat̃ quid ſit ſcire ꝛ q̃d demõſtratio. In octo ſequẽtibus capitulis, viginti quinq; textus cõtinentibus (nẽpe vſq; ad vndecimũ caput incluſiue) agit de principiis intrinſecis demonſtrationis, qualia eſſe oporteat. In tribus ſequentibus vſq; ad quartundecimum, in quibus tantũ ſunt duo textus inſeritur ſermo de ignorãtia que ſciẽtie cõtraria eſt. In quinq; ſequentibus capitulis vſq; ad decimũnonũ, que quinq; textus cõprehendũt, oſtẽditur ꝙ demõſtratiõis reſolutio nõ procedit in infinitum. In reliquis vero octo vſq; ad finẽ, in quibus ſex textus habẽtur, fit cõparatio inter demõſtratiões, ꝛ mox inter ſciẽtias, ꝛ deinde inter ſcientiam ꝛ alios habitus.

¶ Ad euidentiã primi capitis notandum eſt primo ꝙ cũ materia huius libri ſit demõſtratio, neceſſariũ fuit primũ omniũ preſupponere demõſtrationẽ eſſe: due nãq; ſunt qõnes de re aliqua incõplexe ſignificata, vt videbimus in ſcđo huius. ſ. an eſt: ꝛ quid eſt, ꝛ prima eſt an eſt. ¶ Scđo notãdũ eſt ꝙ ante Ariſtotelẽ duo fuerũt extremi errores negãtiũ neceſſariã eſſe demõſtrationẽ. Cũ.n. demonſtratio ſit propter ſcientiã, ꝛ neceſſitas mediĳ ſumat̃ ex neceſſitate finis, fit vt ex neceſſitate ſciẽtie neceſſitatẽ venemur đmõſtratiõis. Heraclitꝰ ḡ ꝛ Cratillus quorũ meminit Ariſ. 4. met. tex. 22. negãtes ſcientiã haberi poſſe de rebꝰ, tollebãt ſubinde neceſſitatẽ demõſtratiõis. Plato ṽo per oppoſitũ extremũ aſſerebat quidẽ eſſe ſciẽtiã: tñ negabat eã de nouo acq̃ri. Erat.n. in eius opiniõe ideas ſeparatas, eſſe ꝛ principia eſſendi rerũ, ꝛ principia cognoſcẽdi: vt tum alibi ſeppe, tum expreſſe primo met. tex. 44. ꝛ infra meminit Ariſtoteles. Exẽpli gr̃a. Hõ (ſcđm Pla.) cũ gñat hoĩeʒ, ſolum diſponit materiã: ſʒ idea hoĩs inducit formã plenã oĩbus ſpẽbus intelligibilibꝰ ad oẽs ſciẽtias: admodũ quo. S. Th. dicit angelos creatos eſſe cũ oĩbus ſpẽbꝰ rerũ quas poſſunt naturalr̃ cognoſcere: qꝛ illas nequeũt a rebus accipere. At qꝛ aĩa infunditur in materiã, nõ põt exire in actum, niſi p exercitiũ tollãtur impedimenta. Vñ colligebat nr̃um diſcere nihil aliud eſſe, q̃ quodam reminiſci. ¶ Sũt quidẽ neotherici qui aliter explicãt opinionem Platõis: nẽpe ꝙ fuerit in illa deceptiõe Pithagore de migratiõe aĩe a corpore ĩ corpus. ſ. ꝙ aĩa exuta a corpore iterũ reuertitur in aliud corpꝰ. Atq̃ cũ ſeparata eſt a corpore, multa addiſcit: q̃ immerſa poſtea corpori, quodãmõ obliuiſcit̃: quorũ per exercitiũ recordatur. ¶ At re vera hec nũq̃ fuit opinio Platonis. Imo in Menone (quẽ dialogũ iſti citãt) refert illã opinionẽ tanq̃ Pindari ꝛ aliorũ poetarũ. Et opinionẽ Platonis fuiſſe, ꝙ idee ſunt principia cognitionis ſicut ſunt principia rerũ mõ quo expoſuimus eſt cõpertiſſimũ apud Ariſtotelẽ libro citato tex. 48. ꝛ alibi frequẽtiſſime. Et apđ. S. Th. 1. q. 84. ar. 4. Imo idea hoc ſonat, qđ forma ꝛ exemplar faciẽdi ꝛ cognoſcẽdi res: vt ait Auguſt. lib. 83. qõnuʒ et . S. Thomas prima parte. q. 15. Ariſtoteles ergo more ſuo ſtatim primo ṽbo, velut agẽs naturale, euelit duos iſtos extremos errores, vt propriã ſententiã inferat. Aſſerit.n. ꝛ ſcientiã eſſe aduerſus Heraclitũ ꝛ eã de nouo gigni aduerſus Platonẽ. Et ideo proponit. Oĩs doctrina ꝛ oĩs diſciplina ex preexiſtẽti fit cognitiõe. Itaq; ſicut eſſe rerũ nõ fit ab idea, vt dicebat Plato: neq; ex nihilo: ſed ex virtute ſeminali: ita ſciẽtia fit ex aliquo prius cognito: qđ ſe habet vt ſemẽ ſciẽtie. ¶ At vero non dicit tñ particulariter. Oĩs ſcientia: ſed ab vl'ioribus inchoans. Oĩs doctrina ꝛ diſciplina. i. omne iudiciũ intellectiuũ ex preexiſtẽti fit cognitione. ¶ Neq; vero ait, oẽm doctrinã ex preexiſtẽti doctrina fieri: neq; oẽm cognitionẽ ex preexiſtẽti cognitiõe, alias abire eſſet in infinitũ aut in doctrinis aut in cognitionibꝰ: quod conſtat eſſe falſum cũ

Heracli. ꝛ Plato.

exterior

exterior ſenſatio ex nulla priori fiat. Sʒ ait ꝙ oĩs doctrina fit ex p̃ori cognitiõe. ¶ Vbi notãdũ eſt ꝙ doctrina et diſciplina (vt philoponus ꝛ. S. Tho. aiũt) idẽ habitꝰ ſũt ſola rõne differẽtes. Vt.n. motus idẽ vt procedit ab agẽte, eſt actio: ꝛ vt recipit̃ in paſſo, eſt paſſio: ita idẽ habitꝰ quatenꝰ a doctore gignitur, eſt doctrina inq̃tũ ṽo a diſcipulo ſuſcipitur, eſt diſciplina. Nec deniq; ait ꝙ omnis doctrina fiat ex preexiſtenti cognitione naturali, aut acquiſita: ſed generaliter aut ex hac, aut ex illa. ¶ Senſus igitur is eſt. Omne iudiciũ intellectiuum aut induſtria inuẽtum, aut doctore acquiſitum, fit ex priori cognitione: ſiue illa prior ſit doctrina acquiſita, ſiue aliud iudicium naturaliter inſitũ. ¶ Probat Ariſt. cõcluſionẽ tribus exemplis: nam tres ſunt gradus certitudinis. Primus eſt ſcientiarũ mathemathicarũ que euidẽter demõſtrãt: ꝛ in his preſupponũtur alique propoſitiones lumine naturali note: vʒ / a quolibet pũcto in quodlibʒ pũctũ lineã duci / quod ſenſu percipitur: cui adiicitur alia. ſ. ſuper lineã datam triangulũ cõſtitui: ꝛ ita paulatim tanq̃ ex naturaliter notis, que ſunt velut ſemina naturalia, acquiritur ſcientia: quã vocat Ariſtoteles doctrinã. ¶ Secũdus gradus eſt in diſcurſibus dialecticis q̃ hic vocant̃ orationes. Procedit.n. dialecticus aut ſyll'o aut inductione. Ad cuius euidentiã notandũ eſt ꝙ ſyll's dialecticus eſt ille qui nõ eſt demõſtratiuus: ſed ex probabilibꝰ generat opinionẽ. Et ideo dialecticus non reſoluit premiſſas in prima principia p ſe nota: ſʒ ſupponit al'quas premiſſas quas rñdens, qꝛ credit eſſe veras admittit: et ideo dicit Ariſt. ꝙ in altera. ſ. in ratiocinatiõe dialectica oſtẽditur cõcluſio ex propoſitiõibus q̃ tanq̃ a cognoſcẽtibus accipiũtur. i. quas arguẽtes accipiunt a rñdentibus: quas reſpõdentes dant ac ſi eſſent ſibi iam demonſtrare: cũ tñ nõ ſint. Boetius vertit ꝙ he. ſ. rõcinationes dialectice ſunt incipiẽtes tanq̃ a notis: q̃ litera non conſonat grece ſicuti litera Argiropyli. Exempli gr̃a. Ruſticus putat piſces reſpirare: propterea ꝙ videtur aquã immittere ꝛ emittere. Volẽs ego probare ꝙ nõ reſpirãt, ſuppono illi ꝙ ſola animãtia habẽtia pulmonẽ reſpirãt. Ille neſcit hoc eſſe verũ: ſʒ autoritate mea vel aliqua facili perſuaſione admittit. Illud admittere eſt dare mihi quaſi gratis: qꝛ nõ eſt conuictus demõſtratiõe. Illã ego accipiens formo ſyllogiſmũ dialecticũ. Omne aĩal qđ reſpirat habet pulmonẽ: piſcis nõ hẽt pulmonẽ: ḡ non reſpirat. Si vero negat minorẽ, tũc inductiõe id probo ad ſenſum. Hic piſcis nõ habet pulmonẽ: ꝛ hic nõ habʒ pulmonẽ: ꝛ hic ꝛc. ergo nullus habet pulmonem. Et hoc eſt qđ ſubiũgit̃ in textu / in altera. ſ. in inductiõe ex cognitione ſingulariũ concluditur vl'e. ¶ Vbi id quod ſcđo libro ſumularũ diximus hic adnotandũ eſt: vʒ ꝙ inductio nõ eſt ꝯña euidenter concludens. Et ideo nõ eſt neceſſe ſubſumere, ꝛ ſic de ſingulis / vel / iſti piſces ſunt oẽs piſces: alias profecto eſſet petitio principĳ: ꝛ tam ignotuʒ eſſet añs ſicut ꝯñs. Sed inductio eſt qñ ex ſingularibus q̃ experimur cõcludimus vl'e: eo ꝙ eadem videatur eſſe rõ de oĩbus. Qua de cauſa nõ ponitur hic ab Ariſtotele in primo gradu certitudinis: ſʒ inter orõnes dialecticas q̃ faciunt probabilitatẽ. ¶ Infimus gradus certitudinis eſt in rethoricis ſuaſionibus: q̃ non faciũt ſemper certã opinionẽ: ſed ſolũ coniecturã ꝛ perſuaſionẽ. Que etiã ex p̃cognitis procedũt ad cõcluſiones. Et ſicut dialecticus vtitur ſyllogiſmo ꝛ inductiõe, ita rethor vtitur enthimemate et exẽplo. Enthymema.n. dr̃ ab enthymo. i. in animo: quaſi ꝙ in animo reſeruetur maior premiſſa: vt hec mulier ornat ſe preter volũtatẽ mariti: ḡ eſt adultera. Et in hoc differt a ſyll'o: qꝛ ſyllogiſmꝰ exprimeret maiorẽ. ſ. oĩs mulier q̃ ornat ſe preter volũtatẽ mariti eſt adultera. Et ĩõ dicit Ari. ꝙ enthymema eſt rõcinatio: vel (vt grece hẽtur) eſt ſyllogiſmus. Boetius vertit vere eſt ſyll's: cum tñ grece nõ ſit particula / vere. ¶ Soliciti ſunt hic, etiam

Doctrina ꝛ diſciplina.

Sẽſus cõcluſionis.

Tres gradus certitudinis.

Sylls.

Inductio

Enthymema.

antiqui expoſitores, quo mõ enthymema ſit ſyll's. Themiſtiꝰ.n. ait ꝙ eſt quodãmõ. i. imperfecte ſyllogiſmus ꝛ. S. Thomas ꝙ eſt trũcatus ſyllogiſmus: ꝛ Paulus venetus ait ꝙ enthymema eſt ſyllogiſmꝰ ſolũ cauſaliter qꝛ ex enthymemate fit ſyllogiſmus, addita maiore. Attamen vr̃ Ariſt. nihil aliud intendere, niſi ꝙ idem eſt apud rethores enthymema, qđ apud dialecticos eſt ſyll's. Veluti qđ apud dialecticos eſt inductio, apud rethores eſt exemplũ. Itaq; neq; enthymema ſimpliciter eſt ſyllogiſmꝰ, ſed ſyllogiſmus rethoricus: neq; exẽplũ ſimpliciter eſt inductio, ſed quodãmõ inductio rethorica. ¶ Vnde exemplũ in hoc differt ab inductiõe, ꝙ inductio ex ſingularibus oĩbus q̃ ſentimus numeratis infert probabiliter vl'em. Exẽplum vero nõ infert vl'e: ſed ex vno ſingulari, aut pluribꝰ infert illud ſingulare de quo eſt queſtio. Vt ſi quis arguat. Iudas qꝛ loculos habebat pre auaritia vẽdidit chriſtũ: ḡ hic ſacerdos pecunie cupidus periculũ eſt ne ſpũalia vẽdat. Et ideo rhetor nõ gñrat ſcientiã qꝛ tñ intẽdit perſuadere ꝯcluſionẽ ſingularẽ. Demõſtrator vere ꝛ dialecticus cõcludũt in vl'. ¶ Potuiſſe Ariſt. concluſionẽ in artibus etiã mechanicis oſtẽdere. Exẽpli gr̃a. Faber ferrariꝰ ſine arte nãl'r ſcit ꝙ ferrũ põt ſcindere cornũ, lignũ, ꝛ lapidẽ: ſed ex illa preuia cognitiõe inuenit vel addiſcit artẽ faciẽdi ſerrã ad ſecandũ lignũ, ꝛ cultrum ad ſecandũ cornũ, ꝛ excuſoriũ ad dolandũ lapidẽ. Itẽ faber lignarius ſine arte ſcit ꝙ ſerra ſecat lignũ: ſed per artẽ diſcit ſecare apte ad faciendã arcã vel ſcanum. ¶ In textu ſcđo (Dupliciter aũt) poſtq̃ dictũ eſt ſcientiã fieri ex precognitis, pergit Ariſto. explicare q̃ ſunt illa q̃ opꝰ eſt precognoſcere ante notitiã cõcluſionis: ꝛ de quibus oportet illa precognoſcere. Ait.n. duo eſſe q̃ prenoſſe oportet. ſ. an res ſit, ꝛ quid nomen ſignificet. Tria tñ ſunt de quibus aliquod iſtorũ debemus precognoſcere. De principio.n. oportet precognoſcere an ſit. i. ꝙ verum ſit: de paſſiõe vero, quid ſignificet: ſed de ſubiecto vtrũq; . ſ. ꝛ illud eſſe, ꝛ quid ſit. ¶ Ad cuius intelligentiã notandũ eſt primo ꝙ ſubm̃ demõſtrationis eſt id de quo paſſio demonſtratur: qđ in prima figura eſt minor extremitas. Paſſio vero eſt q̃ de ſubiecto demõſtratur: q̃ eſt illic maior extremitas principiũ aũt eſt vtraq; premiſſa. Exẽpli gr̃a in hac demõſtratiõe. Omne aĩal rõale eſt riſibile: oĩs hõ eſt aĩal rõnale: ergo oĩs hõ eſt reſibile: homo / eſt ſubm̃ ꝛ riſibile / eſt paſſio: ꝛ vtraq; premiſſa eſt principiũ. ¶ Notandũ eſt ſcđo circa exẽplũ Ariſtotelis ꝙ vna inter alias cauſas obſcuritatis huius libri eſt ꝙ exẽpla, q̃ deberent eſſe velut ſplendor doctrine, ſunt apud eũ obſcura: eo ꝙ ſunt ex mathematicis accerſita. Qđ factũ eſt qꝛ propriſſime ꝛ certiſſime demõſtrationes, de quibus hic arg̃r, in ſolis mathemathicis reperiũtur. Nomine vnitatis intelligit hic ſubm̃: ꝛ noĩe triãguli intelligit paſſionẽ: ꝛ per affirmationẽ aut negationẽ đ quolibet dici / intelligit principiũ. Que exẽpla nõ poſuit, intẽdẽs ꝙ vna demõſtratio poſſit cõfici ex his tr̃is (qđ nõnullos id putãtes cõfundit) ſʒ qꝛ figura eſt paſſio q̃titatis ꝛ triãgulus eſt prima figura, noĩe trianguli gñaliter intelligit quãcunq; paſſionẽ. Et qꝛ ſubm̃ eſt id qđ ponit̃ in diffinitiõe paſſionis (aquilitas.n. eſt naſicuruitas) ꝛ vnitas eſt id per quod diffinit̃ oĩs ſpẽs quãtitatis (ternarius.n. eſt numerus ex tribus vnitatibus cõpoſitus: ꝛ triãgulus figura triũ linearum aut angulorũ: ꝛ quadrãgulus figura quatuor linearum ꝛc.) ea rõne noĩe vnitatis (q̃ eſt primũ ſubm̃ in mathemathicis) intelligit gñaliter quodcunq; ſubm̃: ꝛ qꝛ primum principiũ per ſe notũ eſt quodlibet eſſe vel nõ eſſe, p hoc ſignificauit gñaliter quodcũq; principiũ. Vtamur ergo nos alio clariori exẽplo de hoĩe ꝛ riſibili. ¶ Tertio notãdum eſt ꝙ vt in principio ſecundi libri ait Ariſt. cũ interrogare ſit propter ſcire, tot ſunt ſcita de aliqua re, quod ſunt interrogatiões: q̃ ſunt numero quatuor. Ea.n. q̃ interrogamꝰ aut ſunt incõplexa, aut cõplexa. De incõple

Exemplũ

Tex. 2.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

ꝓ interrogamꝰ an ſit, ⁊ q̄d ſit. ſ. an ſit ⁊ quid ſit hõ. De cõplexo vero, an hoc ſit illđ: puta an hõ ſit riſibilis: ⁊ ꝓpter quid ſit illđ. ſ. qua đ cauſa ſit riſibilis. Et qꝛ ſciẽtias cõmodiꝰ denominare nõ poſſumus ꝙ̃ nominibꝰ interrogationũ: prima ſciẽtia appellatur/an eſt/ſcđa, quid eſt/tertia/ quis eſt. i. ꝙ hoc eſt illud (queſtio. n. qꝛ/non querit cauſam: ſed an hoc ſit illđ). Et quarta/ ꝓpter quid eſt. i. ꝓpter q̄d hoc eſt illud. ¶ Quarto notandũ eſt ꝙ demõſtratio duo iſtorum vltima demõſtrat. ſ. hoc eſſe illud ⁊ ꝓpter q̄d, hoc eſt illud: ſi ſit demõſtratio a ṗori. In hac. n. demõſtratione/omne aial rõnale eſt riſibile: ois hõ eſt animal rõnale: ergo ois hõ eſt riſibilis/demõſtratur ⁊ ꝙ hõ eſt riſibilis, ⁊ ꝙ eſt riſibilis ꝓpter hoc quod eſt aial rõnale. Et hinc colligitur vt alia duo ſcita preſupponãtur: nõ. n. demonſtramus hoiem eſſe, aut quid homo ſit: imo id ſupponimus. Et hoc eſt quod dicit Ariſ. ꝙ de vnitate. ſ. de ſubiecto, preſupponimus an ſit ⁊ quid ſit. At vero de paſſione nõ ſupponimus an ſit: qꝛ eſſe paſſionis eſt ineſſe ſubiecto: ⁊ hoc eſt quod demõſtramꝰ. Nec ꝓprie de illa ſupponimus quid ſit: qꝛ paſſio nõ habet ꝓprie diffinitionẽ quiditatiuã: cũ nõ diffiniatur per aliq̄d intrinſecũ: ſed per ſuũ ſubm̃. Quin etiã nullũ accidẽns ꝓprie habet diffinitionẽ quiditatiuã: vt hẽtur. 7. met. tex. 2. ⁊ 15. Preſupponendũ tñ eſt quid nominis illius. i. quid ſignificet: ſi. n. neſcirem quid riſibile ſignificat, non interrogarẽ an hõ ſit riſibilis. Et hoc eſt quod dicit Ari. ꝙ de triangulo oportet prenoſſe quid eſt quod dr̃. Premiſſa vero qꝛ eſt aliq̄d cõplexum, nõ habet ꝓprie diffinitionem, nec quid rei, nec quid nominis: ⁊ ipſo de premiſſa nõ preſuppponit̃ quid ſit: ſed preſupponitur verã eſſe. Et hoc eſt preſupponere đ principio an ſit: ſicut. n. an ſit ſubm̃, eſt ſcire ꝙ eſt: ita an ſit principiũ, eſt ſcire ꝙ eſt verũ. Proportionabiliter potuiſſet Ariſt. exẽpla ponere ſuo mõ in ſyllogiſmo dialectico et perſuaſiõe rethorica: ſed qꝛ intẽtio huius libri eſt ſolũ de demõſtratione ab aliis ſuperſedit. ¶ Qđ ſi quis arguat. Inter precognita vnũ eſſe prenoſſe bonitatẽ conſequentie, et per ꝯñs ſunt plura precognita. Rñdetur ꝙ hec precognitio pertinet ad libros priorũ: hic tñ ſolũ eſt ſermo de precognitis poſterioriſticis que pertinẽt ad principia naturalia ſcilicet ad premiſſas. ¶ In tertio textu (Fit autẽ) poſtꝙ̃ dixerat Ariſt. que ſunt neceſſario ꝑcognita, ſubdit quo ordine ꝑcognoſcãtur. Et inter precognitiões ſubiecti/⁊ paſſiõis nullũ cõſtituit ordinẽ (impertinẽs. n. eſt quod illorũ cognoſcatur prius) ſed inter precognitiões premiſſarũ. Cũ. n. dixerat de principio prenoſſe oporteret verũ eſſe, ⁊ principia ſint duo. ſ. maior ꝓpoſitio ⁊ minor: et prioritas, vt dictũ eſt in poſtpredicamentis, alia temporis, alia nature: dicit ꝙ maior ꝓpoſitio vl̃is põt prius tp̃e cognoſci ꝙ̃ cõcluſio, minor vero cognita maiori, nõ põt cognoſci prius tp̃e, ſed ſolũ prius natura, ꝙ̃ concluſio. Exẽpli gr̃a: ꝙ ois triãgulus hẽt tres angulos equales duobꝰ rectis, põt q̄s cognoſcere ꝑ annũ añ ꝙ̃ cognoſcat hũc triangulũ hẽre tres ⁊c. attñ, ſi cognita illa maiori, q̄s cognoſcat hũc triãgulũ eẽ triangulũ, nõ ſtat quin ſimul tp̃e cognoſcat hũc hẽre tres angulos equales duobus rectis: cognoſcitur tñ minor prius natura ꝙ̃ cõcluſio: poſtꝙ̃ eſt cã cõcluſiõis. In greco hẽtur ſic. Triangulus q̄ eſt in ſemicirculo eſt triãgulus/vt vertit Boetius. Argiropylus tñ vertit. Triangulꝰ qui eſt in exedra. Idẽ tñ pollet: nam exedra eſt ſella triũ pedũ admodũ ſemicirculi concaua ad admouendũ dorſum: vt eſt intueri in figura textus, ſi eam cõſideres eſſe planũ ſedis in quo ſedetur. Que ſella olim ſtudentibus mõ tonſoribus eſt in vſu. Et forſan alludit ad triangulũ deſcriptũ in ſede abſconditũ a ſedẽte (vt ait Com) quẽ reſpõdens nõ viderat. Vel forte Ariſ. nihil cogitauit de exedra: ſʒ more mathematico poſuit exẽplũ in triangulo ſemicirculi. ¶ Ex hoc textu elicitur illa regula poſterioriſtica. Cognita maiori ⁊ minori ſimul tp̃e cognoſcitur cõcluſio. Addit in calce textus ꝙ nõnullas res. i. ſingularia que continent̃ ſub aliquo vl̃i, hoc mõ cognoſcimus: ⁊ nõ per aliud medium extremum: quod eſt dicere. Cognito aliquo predicato cõuenire ſubiecto vl̃i, ſtatim cognoſcimus cõuenire cuicunꝗ̃ ſingularium ſubſumpto ſub illo, ſine aliquo alio medio. ¶ In textu quarto (Antea vero) poſtꝙ̃ dixerat aliqua eſſe prenoſcẽda ante notitiã cõcluſionis, addit ꝙ et ipſam etiã concluſionẽ anteꝙ̃ demoſtretur quodãmõ cognoſcimus: nõ ſimpl̃r ⁊ in particulari, ſed ſcđm quid et in vl̃i. ¶ Sed qꝛ textus eſt ſubobſcurus notandũ eſt ꝙ Plato in Menone qui eſt dialogus nuncupatus ab vna perſona dialogi, q̄ ita appellabatur: vbi tractat de virtute ⁊ ſcientia, vtrũ doctrina ⁊ exercitio acquirãtur, an vero ſit naturalis. In illo inꝗ̃ dialogo explicat mentem ſuã ꝙ noſtrũ ſcire eſt quodã reminiſci. Et introducit Menonẽ dubitantem ꝙ hõ neꝗ̃ inquirit id ꝙ ſcit, qꝛ illius nulla inquiſitione opus eſt: neꝗ̃ id quod neſcit, nã illud licet inueniat, nõ cognoſcet. In vanũ. n. quis queritur hoiem (quod eſt exemplum cõmentatoris) quẽ de facie nõ nouit: nã licet fuerit illi obuius nõ cognoſcet eum. Et hec appellatur hic ab Ariſtotele. Menonis heſitatio ſeu ambiguitas: vt Boetiꝰ transfert. Ad quã dubitationẽ Plato introducit Socratẽ rñdentẽ ꝙ hõ inquirit id quod ſcit, cuius fuerat oblitus. Et qꝛ locus celebris eſt: neꝗ̃ tñ hic vnꝗ̃ expoſitus, citra tedium paucis ſententiam referam que illic multis, et intricatis verbis habetur. Probat Socrates ꝙ noſtrum ſcire ſit quodam reminiſci alio exemplo, ſed hoc eſt facilius. Oſtendo verbi gratia ruſtico quadratum hoc equilaterum. A.

cuius quelibet coſta ſit pedalis, atꝗ̃ adeo tota peripheria quadrupedalis. Interrogo ruſticum ſi alie quatuor linee duple ad iſtas deſcribãtur in quadratũ, quã proportionẽ illud habebit ad iſtud. Profecto ignarus geometrie rñdebit ꝙ ſi coſte erunt duple, quadratum ſubinde erit tñmodo duplũ. Tunc rurſus proferã quadratũ. B.

cuius exteriores coſte ſunt duple ⁊ interrogabo quelibʒ exterior coſtarũ. B. quã proportionẽ hẽt ad coſtã quadrati. A. Reſpõdebit duplũ. Rurſus inferam ꝙ̃ tota peripheria quadrati. B. q̄ eſt octo pedũ, eſt dupla ad peripheriam quadrati. A. Qđ itidẽ cõcedet. Tunc diuiſo quadrato. B. ad modũ crucis in quatuor equalia quadrata, interrogabo de quolibet illorũ an ſit equale quadrato. A. Et id pariter cõcedet: qꝛ ad oculũ eſt manifeſtũ. Mox interrogabo quam ꝓportionẽ, ꝙ̃ hẽt quadratũ. B. ad quadratũ. A. Rñdebit ꝙ eſt quadruplũ: atꝗ̃ adeo ꝙ ex coſtis duplis fit quadratũ quadruplũ: cõtra illud quod antea dixerat. Cum ꝙ̃ ille ruſticus q̄ prius rñderat falſum, paulatim poſtea ſine aliquo doctore rñdendo ad interrogata, tandẽ rñdit veritatẽ: ſignũ eſt (inq̄t Socrates) ꝙ id antea naturaliter ſciebat: ſʒ fuerat oblitus. ¶ Huic ambiguitati intẽdit hic Ari. aliter rñdere. ſ. ꝙ nõ inq̄rimus, nec addiſcimus id qđ ſimpl̃r neſciebamꝰ, nec id qđ nullo mõ ſciebamus: ſʒ id qđ ſimpl̃r neſciebamus: ſciebamus tñ in vl̃i ⁊ tanꝗ̃ in virtute. Itaꝗ̃ ille ruſticus ſciẽs natural̃r, quid eſt coſtã eſſe duplã, ⁊ quadratũ eſſe quadruplũ, ſciebat in vl̃i ⁊ in ꝟtute ꝙ ex coſtis duplis fit quadratũ quadruplũ: ſʒ id ſimpl̃r nõ ſciebat. Et eodẽ mõ q̄ ſcit hãc vl̃em. Ois triangulus hẽt tres angulos equales duobus rectis/ſcit in vl̃i quẽcunꝗ̃ ſingularẽ triãgulum hẽre tres. Et hoc eſt quod dicit ꝙ niſi per hanc diſtinctionẽ rñdeamus, contingit Menonis ambiguitas. ſ. aut ꝙ inquirimus ea que ſciebamus, aut ea q̄ nullo modo ſciebamꝰ. Itaꝗ̃ quod Ariſto. nouit in rebus naturalibus, id et in ſcientiis

Tex. 3.

Regl'a poſterioriſtica.

Tex. 4.

Menonis ambiguitas.

ſcientiis docuit contingere. Anaxagoras. n. dicebat nullam formã rerum naturalium de nouo generari: ſed oẽs prius latitare in materia. Et idem ſenſit Plato de ſcientiis. Ari. ꝟo intellixit formas de nouo gñari: ſʒ ꝑexiſtere ſolũ in potentia materie ⁊ in virtute ſeminali agentis: ſicut roſa in hyeme eſt in virtute agentis, ⁊ in vere in re. Et idem aſtruit de ſciẽtiis, vcʒ ꝙ ante exercitiũ ⁊ doctrinã ſunt quedã dignitates natural̃r cognite tãꝗ̃ lumina et ſemina ſciẽtiarũ: vñ poſtea per doctrinã gñantur ſciẽtie. Et eodẽ mõ in cõcluſiõibꝰ vl̃ibus virtualiter ſciũtur ſingularia. ¶ In ſcđa particula textꝰ (Non. n. ita reſpõdendũ eſt) excludit modũ quo alij philoſophi rñdebant ad dubitationẽ Menonis. Rñdebant. n. ꝙ inquirimus ea que nullo mõ ſciebamus. Aduerſus quos Platonis diſcipli replicabãt interrogãdo, an ſcirẽt oẽʒ dualitatẽ eſſe numerũ parem. Quod illi concedebãt tanꝗ̃ naturaliter notũ. Quibus mox oſtendebant duo minuta pugno clauſa: interrogãtes an ſcirẽt illud quod in pugno latebat eſſe dualitatem parem. Rñdebant illud ſe neſcire. Tũc Platonici arguebãt. Scitis oẽm dualitatẽ eſſe parem dualitas pugillo clauſa eſt dualitas: ergo ſcitis hãc dualitatẽ eſſe parem. Negabãt maiorẽ: dicẽtes, ꝙ nemo ſcit ſimpl̃r oẽm dualitatem eſſe parem: ſʒ oẽm dualitatẽ quã ſcit eſſe dualitatẽ. Hanc ꝙ̃ rñſionem impugnat hic Ari. probãs ꝙ illa vl̃is ſimpliciter eſt ſcita. Ea. n. (inq̄t) ſcimus quorũ demoſtrationẽ habemus: atqui in demoſtratione non ſubſumimus cũ aliqua limitatiõe: ſed ſimpliciter. V. g. ois numerus diuiſibilis in duo equalia eſt par: ois dualitas eſt numerꝰ diuiſibilis in duo equalia: ergo ois dualitas eſt par. Cõcludit ergo tandẽ Ariſt. ꝙ nihil inconuenit rñdere ad ambiguitatẽ Menonis ꝙ inquirimus ⁊ diſcimus id quod nõ ſciebamus ſimpl̃r: ſed in vl̃i: eſſet tñ incõueniẽs dicere ꝙ inquirimus ⁊ addiſcimus id quod nullo modo ſciebamus, nec in re, nec in virtute: nam tũc doctrina ⁊ diſciplina nõ fieret ex preexiſtẽti cognitiõe. Sicut abſurdũ eſſet dicere in lumine naturali ꝙ forme naturales fiunt ex nihilo. Et ita artificioſe virtualiter intendit concludere in calce capituli cõcluſionem, quam in fronte propoſuerat.

¶ Quæſtio prima.

¶ Vtrum quatuor omnes textus huius capitis verum habeant.

Aduerſus partem affirmatiuã arguitur primo. Scientie intelligentiarũ. ſ. angelorũ, non fit ex preexiſtẽti cognitione (nam de ſcientia dei id eſt manifeſtiſſimum cũ ſcientia in illo ſit eius eſſentia) ergo non omnis cognitio fit ex preexiſtenti cognitione. Probatur añs. Angeli, cũ non ſint rõnales, nõ diſcurrũt ex notis ignota inueſtigãtes. Et id confir. de prophetis ⁊ apoſtolis qui reuelatiões immediate ſuſceperũt: ⁊ de Adam qui in ſua creatione fuit ſciẽtiis plenus. Et tñ oẽs iſte ſcientie poſſunt appellari doctrine: nam angeli inferiores illuminãtur ⁊ docentur a ſuperioribus, vt autor eſt Dioniſius in de celeſti hierarchia: et Adã et prophete ⁊ apoſtoli edocti ſunt a deo: ꝙ̃ non ois doctrina fit ex preexiſtẽti cognitione. ¶ Scđo argr̃. Doctrina vt dictũ eſt, eſt iudiciũ inuentione aut doctore acquiſitũ. Tunc aut noie cognitionis intelligitur gñaliter quecũꝗ̃ notitia tam iudicatiua ꝙ̃ apprehẽſiua: ⁊ hoc non: nã ly/ex/in cõcluſione Ariſt. dicit genus cauſe efficiẽtis) ſicuti aſſenſus premiſſarũ gñrant aſſenſum cõcluſionis (et tñ notitia apprehẽſiua iſto mõ non gñat aſſenſum concluſionis: ſed ſolũ in gñe cauſe materialis intrat eius cõpoſitionẽ. Aut noie cognitionis intelligitur ſolũ habitus iudicatiuꝰ, vt eſt mens philoſophi, ⁊ tũc ſequeretur ꝙ eſſet proceſſus in infinitũ: nã oẽs habitus iudicatiuꝰ etiã naturalis eſt doctrina quã natura magiſtra docti ſumus: ꝙ̃ quocunꝗ̃ iudicio dato ille debʒ fieri ex alio priori: qđ etiã eſſet doctrina q̄ deberet fieri ex alia: et per ꝯñs eſſet proceſſus in infinitũ. ¶ Et cõfir. primo. Si ois doctrina ſit ex preexiſtẽti cognitiõe, ⁊ nõ ſolũ ꝟa ſciẽtia, vt ait Ari. ſed etiã fides ⁊ opinio q̄ gñantur ex autoritate aut ſyllogiſmo dialectico aut exẽplo rethorico, ſequitur ꝙ opinio debʒ gñari ex alia priori opiniõe et illa ex alia. Tũc quero ṗma opinio an gñatur ex iudicio naturali per ſe noto: ⁊ hoc nõ: qꝛ iudiciũ euidẽs nõ põt gñare opinionẽ aut gñatur ex alia opinione: ⁊ ſic illa nõ erat prima: ſʒ erit proceſſus in infinitũ in opinionũ gñatiõe. Et idẽ argr̃. de fide qꝛ iudiciũ euidẽs nõ põt gñare fidẽ ineuidentẽ: ⁊ per ꝯñs ois fides gñatur ex alia priori: et ſic in infinitũ. V. g. ſi habeo fidẽ dictis petri, eſt qꝛ credo eũ eſſe veracem: ꝙ aũt credo eũ eſſe veracem, eſt ex alia priori fide: ⁊ ſic in infinitũ. ¶ Et cõfir. ſcđo. Doctrina et diſciplina non põt eſſe niſi in intellectu: ꝙ̃ ſupflue additũ eſt/intellectiua. ¶ Tertio contra ſcđm textũ argr̃. Quãdo Ariſt. dicit ꝙ de ſubiecto oportet prenoſſe quid ſit, aut intelligit ſolũ de diffinitione quid nois, aut de diffinitione q̄d rei: nõ primũ qꝛ manifeſtũ eſt in demoſtratiõe a ṗori mediũ eſſe diffinitionẽ q̄d rei: ⁊ ꝑ ꝯñs illã eſſe vnũ de ꝑcognitis. Aut intelligit de diffinitiõe q̄d rei: ⁊ tũc ſic arguit̃. Sequeret̃ inde ꝙ ois ſcientia deberet preſupponere de ſuo ſubiecto q̄d eſt: ꝯñs eſt cõtra ipſummet Ariſtotelẽ: nam ſciẽtia huius libri eſt de demõſtratione: ⁊ tñ hic diffinit quid ſit demoſtratio. ¶ Et cõfir. primo ꝙ de ſubiecto nõ oporteat prenoſſe ꝙ ſit. Sciẽtie, vt dictũ eſt queſtione. i. de vl̃ibus, ſunt de rebus in vl̃i abſtrahentes ab hic ⁊ nũc: ⁊ ideo vt infra videbimus dicũtur eſſe de rebus perpetuis, ꝙ̃ ſcientia nõ ſupponit de ſubiecto ꝙ ſit, imo eſt ſciẽtia de roſa in hyeme quãdo roſa non eſt. ¶ Et cõfir. ſcđo. Tota ſcientia q̄ eſt de vno ſubiecto nõ preſupponit de oĩbus principiis ꝙ ſint vera: ꝙ̃ concluſio. Ariſt. non habet vl̃iter verũ. Probatur añs. Scientia de hoie non preſupponit veritatẽ horũ principiorũ. Omne aial rõnale eſt riſibile/oẽs hõ eſt aial rõnale: imo demoſtrat illa: ꝙ̃. ¶ Quarto principal̃r argr̃ contra tertium textũ. Quẽadmodũ ſtat ſcire maiorẽ prius tp̃e ꝙ̃ cõcluſionẽ ita ſtat ſcire minorẽ: ergo male Ari. dixit ꝙ non ſtat ſcire minorẽ prius tp̃e. Probatur añs: qꝛ ſtat doctorẽ prius docere minorẽ ꝙ̃ maiorem: vcʒ in ſemicirculo poſſe fieri triãgulũ, ꝙ̃ oẽm triangulũ habere tres ⁊c. Qđ ſi dicas Ariſtotelẽ nõ negare quin poſſit minor ſciri ante cõcluſionẽ qñ ſcitur ante maiorẽ ſʒ ſolũ docere ꝙ nõ ſtat ambas ſimul premiſſas ſciri quin ſimul tp̃e ſciatur concluſio. Argr̃ ſic aliter. Intellectus humanus q̄ agit per cõuerſionẽ ad fantaſma corporale, ⁊ ꝑ ꝯñs ſucceſſiue, nõ põt in eodẽ inſtanti formare oẽs tres propoſitiones: ꝙ̃ habitis aſſenſibus premiſſarũ tranſibit aliqđ tẽpus anteꝗ̃ formetur ꝓpõ apprehenſiua cõcluſionis: ⁊ per ꝯñs anteꝗ̃ producatur iudiciũ. ¶ Et cõfir. Intellectꝰ ſaltẽ in via. S. Tho. nõ põt ſimul plura intelligere vt pʒ ṗma parte. q. 85. ar. 4. ꝙ̃ non ſtat ſimul aſſentire ꝑmiſſis ⁊ concluſiõi. ¶ Quinto principal̃r argr̃. Intellectus ois creatus eſt finite actiuitatis. Detur ꝙ̃ ꝙ poſſit tñ hẽre. v. g. decẽ notitias ⁊ aliunde habet alias, ita vt notitie apprehẽſiue ⁊ iudicatiue premiſſarũ compleãt denariũ numerũ: tũc cognita maiori ⁊ minori nullatenus cognoſcetur cõcluſio, quia intellectus nõ eſt potens formare nouum iudiciũ (ſupponatur. n. cauſas conſeruatiuas aliarũ notitiarũ eſſe eque fortes aut fortiores ꝙ̃ ſint iſte premiſſe ad producendũ iudiciũ cõcluſionis) ergo cõcluſio Ariſ. nõ eſt vbiꝗ̃ vera. ¶ Sexto principal̃r arguit̃ ad idẽ. Detur caſus quo q̄s habeat erroneũ diſſenſuʒ huiꝰ cõcluſionis ois triãgulus habet tres angulos equales duobꝰ rectis ⁊ adducatur demõſtratio, ita vt in hoc inſtanti incipiat aſſentire ꝑmiſſis ⁊ ꝯñe: in eodẽ inſtanti nõ aſſentit concluſioni,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

concluſioni,ergo regula falſa. Probatur añs. Aſſenſus
cõcluſionis nõ ſtat ſimul cũ cõtrario eius diſſenſu,nec in
inſtanti potuit corrũpi diſſenſus quippe qui aliquo mõ
reſiſteret cõtrario corrũpenti:ergo ſtat aſſenſus premiſ-
ſarum ⁊ cõſequẽtia cũ diſſenſu cõcluſionis. ¶Et cõfir.
Sit caſus quo geometra ſciens hãc vniuerſalẽ/quecũq₃
ſunt equalia vni tertio ſunt equalia inter ſe/conſpiciat
tria corpora,a.b.c.quorum.b.eſt maius q̃̄.a.⁊.c.maius
q̃̄.b.ita vt exceſſus inter.b.et.a.⁊ inter.c.⁊.b.non ſit per
ceptibilis ſenſu:exceſſus vero inter.a.⁊.c.ſit ſenſibilis:⁊
aduerterit ante ad has ſolas propõnes. Quecunq₃ ſunt
equalia vni tertio,ſunt equalia inter ſe.a.⁊.c.ſunt equa
lia vni tertio puta.b.quarũ maior cognoſcit intellectu ⁊
minor ſenſu:⁊ incipiat nũc aduertere ad cõcluſionẽ.a.⁊
c.ſunt equalia inter ſe. Tũc iſte hẽt aſſenſum maioris ⁊
minoris,⁊ nõ concluſionis:q₂ ad ſenſum videt.a.⁊.c.nõ
eſſe equalia:ergo cõcluſio Ari.eſt falſa. ¶Septimo prin-
cipaliter argr̃. Si cognitis p̃ncipijs ſtatim cognoſcetur
cõcluſio,ſequeretur q̃ hõ naturaliter ſine aliquo docto-
re poſſet acquirere oẽs ſcientias per hoc ſolũ q̃ animad
uerteret ad p̃ncipia naturalia.v.g.cognito q̃ a quolib₃
puncto in quodlib₃ punctũ ducitur linea ſtatim cognoſ-
ceret q̃ ſuper quãlibet lineã poſſet triãgulus conſtitui:⁊
ita per applicationẽ poſſet cognoſcere oẽs concluſiones
Euclidis,quarũ ſcđa ſequitur ex prima:⁊ tertia ex ſcđa
⁊ ita conſequẽter:qđ eſſet incidere in opinionem Plato
nis.ſ.noſtrũ ſcire eſſe quodã reminiſci,vt paulo añ mon
ſtrauimus in illo ruſtico. ¶Et cõfir.q̃ ſaltẽ quicũq₃ ſcit
aliquã vlẽm non ſolũ virtualiter,ſ₃ ſimpl'r ſcit etiã quã-
cunq₃ ſingularẽ contra quartũ textum. Sequitur bene.
Scio oẽm triangulũ habere tres angulos equales duo
bus rectis:ſed triãgulus ſemicirculi eſt triãgulus:ẽ ſcio
triãgulũ ſemicirculi eſſe triãgulũ. Et idẽ probabitur de
quocũq₃ alio triãgulo quẽ nunq̃ noui. ¶In cõtrarium
pro parte affirmatiua ſufficit autoritas Ariſtotelis.

¶Quẽadmodum in prædicabilibus & præ-
dicamentis,ita ⁊ hic intẽdimus poſt expoſitionẽ litere
maiora dubia per queſtiones diſputare. Dubia inq̃,ea
tantũmodo q̃ ad rem pertinẽt:vt ſingula argumẽta ſin-
gulas intelligas eſſe queſtiũculas. Congerũt.n.huc do
ctores hui⁹ tẽporis de notitiis multa: q̃ partim ex libro
terminorum acerſita ſunt,partim vero ad libros de aĩa
poti⁹ pertinent:preter alia q̃ de theologia multa ſubmo
uentur:a quibus proinde abſtinẽdum nobis eſt. Tm̃ ab
eſt,vt mentionẽ de intricatiſſimis ſophiſmatibus ⁊ con-
mẽtis que hic indigne cõm'ſcentur,mẽtionẽ faciamus.
Prima vero hec queſtio non põt non eſſe longiuſcula:
nẽpe qua operis materia aperiẽda nobis eſt. ¶Ad que
ſtionẽ ergo affirmatiua eſt reſponſio. Unde ad primũ ar

Angelorũ cognitio.

gumentũ,l₃ nõnulli contẽdant ſcientiã angelorũ fieri ex
preexiſtenti cognitiõe,eo q̃ inferiores a ſuperioribus il-
luminẽtur:illud tñ ⁊ falſum eſt,⁊ preter intẽtionẽ Ariſt.
Ratio.n.cur doctrine ⁊ diſcipline noſtre fiant ex preexi
ſtenti cognitiõe eſt(vt in prologo dictum eſt)propria na
tura noſtra:qui cũ ſimus rationales nõ poſſumus res,
niſi ſucceſſiue ⁊ diſcurſu quodã cognoſcere:⁊ ideo ex no
tis ad ignota procedimus. Angeli vero quantũ ad cog
nitionẽ naturalem nõ indigẽt diſcurſu:⁊ ideo ſimul reci
piũt totam cognitionẽ cuiuſcũq₃ rei. Unde in prima ſui
creatione creati ſunt cũ oibus ſpeciebus eorũ que natu
raliter cognoſcere poſſunt. Itaq₃ ſicut nec eſſe receperũt
ex alio,ſ₃ a deo p creationẽ:ita nec cognitionẽ acquirũt
ex alia cognitiõe ſed ab actore nature. Reuelatiões ṽo
ſuper naturales inferiores angeli recipiunt a ſuperiori-
bus. At neq₃ illa recipiũt ex preexiſtẽti cognitione que ſit
in recipiente:ſed immediate recipiũt illã a ſuperiori an
gelo. Eadẽ ratione prophete ⁊ apoſtoli nõ receperãt co
gnitionẽ ⁊ fidẽ ex preexiſtẽti cognitione:ſed immediate
a deo. Pariter Adã qñ creatus eſt. Ariſtoteles ẽ ſolum
loquitur de cognitiõibus naturalibus hominũ pro iſto

Theologia.

ſtatu. At ṽo ſi ex reuelata cognitiõe rõcinemur ad alias
cõcluſiões,illa erit ſciẽtia. Ueluti theologia procedens
ex fide reuelata tanq̃ ex principiis,eſt vere ſcientia:vt
ait.S.Tho.1.q.1.ar.2. Quẽadmodum Adam ex ſcien-
tiis infuſis poſtea potuit nouas cognitiones acquirere
iuuante experientia.

Ad ſcđm.

¶Circa ſecũdum argm̃ notandũ eſt primo
duplicẽ eſſe notitiã vt partim primo libro ſummularum
⁊ latius in libris de anima eſt videre.ſ.ſenſitiuam ⁊ intel

Multiplex notitia.

lectiuã. Atqui ſenſitiua alia eſt exterior alicuius quinq₃
ſenſuũ exteriorũ:⁊ alia eſt interior in ſenſu cõmuni:qui
cũ ſit velut exteriorũ centrũ:format notitias quaſi rerũ
preſentiũ:vt p₃ in ſomniãtibus. Alia vero eſt notitia in
tellectiua quã intellectus poſſibilis format in ſeipſo,in-
formatus prius ſpẽbus intelligibilibus,que virtute in-
tellectus agentis abſtracte ſunt a fantaſmatib⁹,⁊ recep
te in intellectu poſſibili. ¶Rurſus notitia intellectiua
alia eſt apprehẽſiua ⁊ alia iudicatiua. Et apprehẽſiua
alia ſimplex,⁊ alia cõplexa. Exẽpli gr̃a. Prius intellec
tus apprehẽdit res ſimplicibus notitiis,quales ſunt ly/
hõ ⁊ ly/riſibile:ex quibus poſtmodũ format propoſitio-
nẽ qua apprehẽdit hoiem eſſe riſibilẽ,deinde format iu
diciũ quo iudicat hoc eſſe verũ. Quod quidẽ iudiciũ eſt
ſimplex qualitas,preſupponẽs notitiã apprehẽſiuam.
Et ſolũ iudiciũ eſt actus ſcientie aut fidei aut opiniõis:
⁊ ex illo ſolo gñatur habitus qui eſt ſcientia aut fides,
aut opinio:propoſitio nãq₃ apprehẽſiua nõ dr̃ ſcientia
fides neq₃ opinio. Nec locus eſt hic pluribus hec verbis

Ordo cognoſcendi.

tractãdi. ¶Ad rem ergo deſcendẽdo,ordo cognitionis
in nobis eſt vt prima oium notitia ſit ſenſitiua exterior:
nam cognitio noſtra pro iſto ſtatu incipit aſſenſu:mox
ſequitur notitia ſenſitiua interior:deinde gñantur ſim-
plices apprehẽſiones intellectiue:ex quibus ſtatim con
ponitur propoſitio apprehẽſiua:quã demũ ſubſequitur
iudiciũ. At vero q̃uis hic ordo verus ſit,tñ nihil expec-
tat ad intentionẽ Ari.in hoc loco. Non.n.dixit q̃ oĩs
cognitio fiat ex priori cognitione:aut q̃ ois doctrina fie
ret ex priori doctrina:aut q̃ omne iudiciũ fieret ex prio
ri iudicio:eſſet.n.tunc proceſſus in infinitũ vt in textu no
tauim⁹:ſed ſolũ dixit q̃ oĩs doctrina ⁊ diſciplina fit ex

Cognitio

preexiſtẽti cognitiõe. ¶Sunt verũtñ qui noie cognitio-
nis intelligũt quãcunq₃ notitiã ſiue iudicatiuam ſiue ap
prehẽſiuã. Et tũc diſtingũt q̃ ly/ex/capitur quadrupli-
citer vt eſt videre apud Paulũ venetũ. Uno modo dicit
tẽrm a quo:alio mõ dicit habitudinẽ partis cõponẽtis:
⁊ tertio mõ dicit cauſam efficiẽtẽ. Et his tribus modis
(vt aiũt)cõcluſio fit ex preexiſtẽti cognitione:nã fit ex p̃-
miſſis.i.poſt cognitionẽ premiſſarũ:vt dies fit ex nocte:
⁊ cõcluſio cõponitur ex notitiis apprehẽſiuis:⁊ aſſenſus
cõcluſionis gñatur effectiue ex aſſenſu p̃miſſarũ. Quar
to mõ ly/ex dicit habitudinẽ ſubiecti:ſicut ex ferro fit for
ma gladij:⁊ iſto mõ ſciẽtia non fit ex preexiſtẽti cognitio
ne:q₂ nõ recipitur vna cognitio in alia. ¶Attamẽ quid
quid ſit de hmõi acceptiõibus huius prepoſitiõis ex,tñ
Ariſt.nullo mõ accepit niſi in gñe cauſe efficientis. Qđ
enim ait omnem doctrinam fieri ex preexiſtẽti cognitio
ne/exponit in ſubſequẽtibus per hoc quod aſſenſus cõ-
cluſiõis fit ex aſſenſibus premiſſarũ:⁊ aſſenſus premiſſa
rum ex aliis aſſenſibus vſq₃ ad propoſitiões p ſe notas.
At manifeſtũ eſt aſſenſum ſeu iudicium nõ fieri ex priori
aſſenſu niſi in gñe cauſe efficientis,vnde ſcđo phiſi.tex.
89.premiſſas reſpectu cõcluſionis reducit ad genus cau
ſe efficiẽtis. ¶Ex quo ſequitur nõ prorſus rem attinge-
re,qui dicũt aſſenſus premiſſarũ tm̃ concurrere tanq̃ diſ
poſitiones in gñe cauſe materialis,⁊ ſolũ intellectũ pro
ducere aſſenſum cõcluſiõis. Quinimo ſicut calor eſt vir
tus

tus ignis ad calefaciendũ,ita aſſenſus premiſſarũ ſunt
virtus ⁊ lumẽ intellectus,quibus ipſe tanq̃ cauſa princi
palis producit aſſenſum cõcluſiõis. ¶Et ſcđo argr̃ q̃ ly/
ex/nõ poſſit hic dicere circũſtantiam tẽri a quo:nã termi-
nus a quo ſecũdũ Ariſt.eſt priuatio illius quod genera
tur aut contrariũ eius:ſicut hõ fit ex non hoie/aut albũ
ex nigro/⁊ dies ex nocte. Itaq₃ terminus a quo nõ ſtat
cum termino ad quem. Premiſſe aũt ſtant ſimul cũ con
cluſione ⁊ omnis cognitio ex qua fit alia ſtat ſimul cum
ipſa:ſed potius hoc modo dicendũ eſſet q̃ doctrina fit ex
ignorantia. ¶Et tertio arguitur q̃ nec dicat habitudi
nem partis componentis. Doctrina ⁊ diſciplina non di
cit propoſitionẽ apprehẽſiuam ſed iudicatiuã:iudicati

Doctrina dupliciter acquirit.

ua vero nõ componitur ex notitiis apprehẽſiuis. ¶Igi
tur pro ſolutione argumẽti notandũ eſt ſcđo q̃ nomine
doctrine ⁊ diſcipline intelligitur oĩs habitus verus iudi
catiu⁹ acquiſitus:vt circa textũ expoſitum eſt. Duplici
ter aũt naturaliter acquiritur habitus. Uno modo per
inuentionẽ ſicut homines propter admirationem philo
ſophari ceperunt:vt habetur primo meta.ca.2. Et alio
modo doctoris vſu aut ſcripture que locum habet docto
ris:quẽadmodum.n.natura arte medici adiuta,cauſa
eſt ſanitatis,ita ⁊ intellectus ope doctoris directus,ge
nerat ſcientias. Etenim ſicut medicina non eſt que prin
cipaliter ſanat,ſ₃ natura:ita nec doctor eſt qui generat
ſcientiã,ſed intellectus. Unde vt nature viribus deſtitu
te,nihil prodeſt ars medici,ita vbi nõ eſt ingeniũ,ſuper
uacanea eſt doctoris opera. ¶Egidius putat noie doc-
trine intelligi habitum inuentiõe acquiſitũ:nempe quo
homo põt docere alios:nomine vero diſcipline intelligi
habitũ a doctore productũ. At vero doctrina certe non
debet accipi actiue:ſed paſſiue pro habitu qui eſt in diſ
cipulo a doctore. Et ideo dicendũ eſt aut q̃ vtroq₃ noie
eundem habitũ intelligit Ariſt. diuerſis reſpectibus:vt
circa textum diximus:aut q̃ nomen diſcipline accipia-
tur latius q̃ nomẽ doctrine.ſ.pro omni habitu quomo-
docũq₃ acquiſito ſiue a doctore ſiue per inuentionem.
¶Nomine vero cognitionis intelligit,non notitiã ap-
prehenſiuam:ſed ſolũ iudicium aut habitũ iudicatiuũ
ſiue ſit acquiſitus ſiue naturalis. Et ideo ſenſus Ariſto.

Senſus Ariſto.

eſt iſte. Omnis habitus iudicatiuus quomodocunq₃ ac
quiſitus,fit in genere cauſe efficientis ex alio priori iudi
cio,aut acquiſito,aut naturali. Et illđ iudiciũ natura-
le non appellat Ariſt.doctrinã aut diſciplinã:qua pro-
pter nõ opus eſt fieri ex alia cognitione. Exẽpli gratia.
Hec iudicia/quodlibet eſt vel non eſt/omne totũ eſt ma-
ius ſua parte/⁊ his ſimilia,non fiunt ex preexiſtenti cog
nitione:q₂ nec ſunt doctrine:ſed ſunt potius naturalia
ſemina doctrinarũ. Enimuero doctrina,vt ait Linco-
nienſis,non eſt niſi eorũ que prius dubitabamus et diſ
currendo cognouimus. ¶Quod ſi quis arguat adhuc
illos aſſenſus generari ex notitiis apprehenſiuis termi
norum vt dicunt. Rñdetur q̃ apprehenſiones terminoꝝ
dicuntur producere aſſenſum propoſitiones per ſe note
ſolũ in genere cauſe obiectiue:q₂ faciunt obiectum pre-
ſens:ſed tñ in gñe cauſe efficientis proprie ſolum lumen
naturale intellectus eſt qui producit talem aſſenſum,⁊ il
li aſſenſus naturales ſunt poſtea lumen ad alios aſſen-
ſus acquirendos. Et ideo Ariſt.nõ diceret q̃ talis aſſen
ſus naturalis fieret proprie ex preexiſtenti cognitione.
¶Unde ad formam argumenti negatur q̃ aſſenſus na
turales appellentur doctrine ab Ariſtotele. Neq₃ natu-
ra eſt proprie magiſtra,niſi per methaphorã. Eadẽ ra-
tione neq₃ cognitiones que habentur per ſenſum,vt/hic
ignis eſt calidus/aut luna eclipſatur,ſunt ſcientie,nec

Fides et opinio q̃modo generantur.

fiunt ex prioribus. ¶Hinc ſequitur q̃ ſit preter intentio
nem Ariſt. diſputare de notitiis an omne iudicium fiat
ex notitiis apprehẽſiuis:⁊ omnis intellectiua fiat ex ſen
ſitiua:aut ſenſitiua interior fiat ex exteriori. ¶De ma-
teria prime:confirmationis amplior futurus eſt ſermo-
cap.26.tex.44.vbi Ariſt.ponit drĩam inter ſciẽtiam et
opinionẽ:ſed quãtum ad locum attinet preſentem nega
tur q̃ in opinionibus ſit proceſſus in infinitũ:ſed per ve
niendum eſt ad primã opinionem que generantur ex aſ
ſenſu euidenti lumine naturali per conſequentiam ineui
dentem. Exempli gratia. Per inductionẽ ex ſingulari-
bus que ſentimus infertur vniuerſalis:ineuidẽter tamẽ
ſcilicet hic piſcis non reſpirat et hic piſcis non reſpirat:
ergo nullus reſpirat. Et in rethoricis iſte habet enſem
nudum ſanguine conſperſum prope cadauer:ergo occi
dit hominem/antecedẽs eſt euidens ⁊ conſequẽs eſt opi
nio propter ineuidentiã conſequentie. Item hec ſphera
tangit planũ indiuiſibiliter:ergo datur punctũ indiuiſi-
bile:⁊ per conſequens quantitas diſtinguitur a re quan-
ta:vt arguebamus in cap.de quantitate/añs eſt euidẽs
⁊ conſequens eſt opinio. Cum.n.ad generãdum ſcientiã
requiratur euidentia vtriuſq₃ principij.ſ.premiſſarum ⁊
conſequentie,quodcũq₃ illorum ſit in euidens generabi
tur opinio. ¶De generatione fidei maior eſt difficultas
an requiratur pia affectio:quod cap.26.diſputabimus:
ſed interim proportionabiliter dicimus vt de opinione:
videlicet q̃ fides q̃uis ſit aſſenſus in euidẽs,generatur
tamen ex euidenti. Euidens.n.eſt in lumine naturali ad
hibendã eſſe fidem homini ſapienti qui nõ leuiter loqui
tur:q̃uis non ſit euidens verũ eſſe id quod dicit. Et ita
dicemus euidens eſſe q̃ dicta chriſti erant credibilia,ni
hilominus q̃ eſſent vera non erat euidens:⁊ ideo ex hoc
aſſenſu euidenti/hoc eſt credibile/ſequitur hic aſſenſus
fidei/hoc quod iſte dicit eſt verũ. Sed de hoc latius in lo

Intellectiua.

co citato. ¶Ad ſecũdam confirmationẽ reſpondetur q̃
forte nullo alio myſterio additum eſt ab Ariſtotele/intel
lectiua/niſi ad exprimendũ quo modo in ſolo intellectu
eſt proprie doctrina ⁊ diſciplina:q₂ potẽtie ſenſitiue non
diſcurrunt:⁊ ideo earũ cognitiones non ſunt doctrine.
Et hec eſt ſolutio.S.Thome. Alij nihilominus dicunt
q̃ ponitur intellectiua ad excludendũ cognitionẽ ſenſi-
tiuam brutorum:que quodãmodo põt eſſe diſciplina vt
ait Ariſt.loco citato in argumẽto. Sed profecto melior
eſt prima ſolutio:nam eo mõ imperfecto quo iudicia im
perfecta brutorum poſſunt dici diſcipline,eodem modo
etiam fiunt ex preexiſtenti cognitione naturali bruti:vt
patet in his qui docent canes ſaltare:⁊ ideo in hoc non
differt diſciplina intellectiua a ſenſitiua. Poteſt tertio
modo dici q̃ cum intentio Ariſt.ſolum erat hic tractare
de ſcientia intellectuali addidit/intellectiua/quaſi ſenſi
tiua cognitio nihil ad propoſiſitum pertineret.

Ad tertiũ.

¶Circa tertium argumentum notãdum eſt
primo q̃ Themiſtius,cui Egidius et Paulus ⁊ fere
expoſitores ſubſcribunt,cenſet Ariſtotelem intendere

Diffinitio quid no. ⁊ quid rei.

q̃ tã de paſſione q̃ de ſubiecto ſolum prerequiritur diffi
nitio quid nominis. Diffinitio enim quid nominis ⁊ qđ
differũt:quia diffinitio quid nominis ſolũ explicat ſigni
ficationem nominis.i.quid nomen ſignificat. Diffinitio
vero quid rei explicat naturã rei ſignificate. Dicũt ergo
q̃ ante notitiã concluſionis ſolũ oportet prenoſſe quid
ſignificat ly/homo ⁊ quid ly/riſibile. ¶Hoc tñ ſi vniuer-
ſaliter intelligatur manifeſte eſt falſum:nã in demonſtra
tione propter quid,medium debet eſſe diffinitio quidi-
tatiua:et per conſequens talis demonſtratio preſuppo-
nit quid eſt ſubiecti. Et confir.q₂ talis demõſtratio red-
dit cauſam cõcluſionis:vt ratio quare homo eſt riſibilis
eſt,quia eſt animal ratiõale. Unde.S.Tho.prima par
te.q.1.ar.7.citat hunc locũ ad probandũ q̃ ſcientia pre
ſupponit quid eſt de ſuo ſubiecto. Et ideo dicendũ eſt q̃
Ariſto.cauſa breuitatis vnico verbo.ſ.quid eſt quod di-
citur/intellexit quid ſubiecti ⁊ paſſionis proportionabi
liter quatenus vtrũq₃ habet diffinitionẽ. At ſubiectum
habet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

habet diffinitionē quid rei, paſſio vero nõ, vt dictum eſt in expoſitione textus. ¶ Sed notandũ eſt ſecundo ꝙ ex hoc textu male intellectu ortum habuit error per aliud extremũ: qui fere dialecticos ⁊ philoſophos huius temporis tenet. Exiſtimant.n. ꝙ omnis ſcientia preſupponit quid eſt de ſuo ſubiecto: taliter ꝙ ad nullã ſcientiam pertinet cõſtituere diffinitionē quiditatiuã ſui ſubiecti: quod re vera falſum eſſe probat tertium argumentum. Diffinit.n. hic Ariſt. quid eſt demonſtratio: quod eſt ſubiectum huius libri. Et ſecundo de anima diffinit quid eſt anima. Et mathematici qui tractant de lineis ⁊ punctis ⁊c. diffiniunt quid eſt punctum ⁊ quid linea. Et philoſophus naturalis diffinit quid eſt motus: vt p3 in tertio phiſicorũ. ¶ Nec valet ſolutio ſi quis dicat ꝙ philoſophus naturalis ⁊ mathematicus diffinit ſuũ ſubm̃ non inquantũ philoſophus ſed inquantum metaphiſicus: eo ꝙ metaphiſicus tractat de ratione entis in cõi. Hec inquam reſponſio nõ ſatiſfacit: qꝛ ſtatim Ariſt. cap. ſequenti docet aliquas eſſe dignitates cões omni ſcientie: vt/ quodlibet eſt vel non eſt/ alias vero eſſe poſitiones peculiares cuiuſcunq3 ſcientie: inter quas ponit diffinitionē proprij ſubiecti. Ubi docet propriũ eſſe cuiuſcunq3 ſcientie inſtituere diffinitionē proprij ſubiecti. Et ratione id confirmatur: nam ſcientia cuiuſcunq3 rei intendit manifeſtare eius naturã: ergo ad vnãquamq3 ſcientiã pertinet diffinire ſuum proprium ſubm̃ eo modo quo habere põt diffinitionem. Quod ideo addiderim, ꝙ metaphiſice ſubm̃ ſcilicet ens/ et ſubiectum theologie, puta deus/ diffinitiones non habent quiditatiuas vt.c.4. predicamentorũ oſtenſum eſt. ¶ Igitur tertio notandũ eſt, ꝙ aliud eſt loqui de particulari demõſtratione, ⁊ aliud eſt loqui de tota ſcientia vnius ſubiecti, qualis eſt ſcientia de anima, aut dialectica aut geometria ⁊c. Si loquamur de demõſtratione tũc in demõſtratione quia eſt, puta que procedit ab effectu ad cauſam, vt infra videbimus nõ preſupponitur diffinitio ſubiecti: quia in illa accipitur pro medio effectus ſubiecti: vt omne illud quod purgat colerã eſt calidum: ſcamonea purgat colerã: ergo. Et ita habemus ſcientias multas particulares de aſtris ignorãtes diffinitionem illorum. Scimus.n. vnde proueniat eclipſis lune ⁊ quomodo moueat mare, ⁊ quomõ ſol ſit cauſa generationũ inferiorum anteq3 ſciamus diffinitionē lune aut ſolis. At vero in demonſtratione propter quid preſupponitur de ſubiecto quid nominis ⁊ quid rei: vt omne animal eſt riſibile ⁊c. Et hoc ſolum eſt quod hic intendit Ariſtoteles.

Scientia conſtituit q̃d eſt ſubiecti.

¶ Si autē loquamur de tota ſcientia vnius ſubiecti, tunc dicendũ eſt ꝙ ſcientia ſupponit quid eſt ſubiecti, ad hunc ſenſum, ꝙ non põt demonſtrare diffinitionē: non tamen ad hunc ſenſum, ꝙ ad ipſam non pertineat ſtatuere diffinitionē quiditatiuã ſubiecti. Exempli gratia. Geometria habet duas partes quarũ prima preparat principia ſcientie ſtatuendo diffinitiones linee ⁊ puncti, ⁊ principia ⁊ dignitates que non demonſtrantur. Secunda pars ſcientie eſt que per huiuſmodi principia demõſtrat paſſiones de ſubiecto. Et ita ſcientia de anima non demonſtrat ſuã diffinitionem: ſed ſupponit illã: nihilominus ad illã pertinet diffinire quid eſt anima. Et ita hic Ariſt. non demoſtrat diffinitionem demoſtrationis: ſed conſtituit ⁊ ſupponit illã. Et per hec patet ſolutio tertij argumenti. Et hoc eſt quod ait Ari. 1. topi. cap. 2. ſ. ꝙ ſcientia nulla probat ſua principia: ſed ſupponit ea. ¶ Ad confir. reſpõdetur ꝙ ſcientia ⁊ demoſtratio nõ ſupponit de ſubiecto ꝙ ſit actualiter vt pbat argumentum: ſed ſupponit de ſuo ſubiecto ꝙ ſit. i. ꝙ ſit verum ens puta habēs eſſe in cauſis naturalibus: nam de chymera non habetur ſcientia: quia, cũ non ſit in cauſis naturalibus, nõ habet verã quiditatē.

An eſt ſubiecti.

Et hac de cã vt dicturi ſumus in ſecundo libro, queſtio an eſt/ preſupponit queſtionē quid eſt: nam ſola vera entia habent veras quiditates: ⁊ vera entia dicuntur que habent eſſe in cauſis naturalibus. Et ante creationem rerum de en'ibus que nũc ſunt naturalia potuit eſſe ſcientia: qꝛ ſ3 nõ eſſent tunc actu, erant tñ in potentia naturali: nõ ꝙ prima productione poſſent naturaliter produci: ſed qꝛ erãt aliquando producibilia per cauſas naturales. ¶ Hinc ſequitur ꝙ non bene exponitur de ſubiecto precognoſci an ſit/ per hoc quod eſt ſubiectum ſupponere. Primo quia nullo hoie exiſtente eſt vera demoſtratio/ ⁊ vera ſciẽtia de homine. Et preterea qꝛ licet demonſtratio inſtrumentaliter fiat per terminos ⁊ propoſitiones, tñ ſcientia que generatur principaliter eſt de rebus: vt in toto proceſſu videbimus: et ideo de re ſignificata per ſubiectum prenoſſe oportet ꝙ ſit in rerum natura modo expoſito. ¶ Q̃ ſi quis arguat Ariſtotelē quarto phiſico. demõſtrare aliquas cõcluſiones de vacuo, l3 vacuũ nõ ſit in rerum natura. Reſpondetur primo, ꝙ ſcientia de vacuo non eſt ſimpliciter ſcientia: ſed ex ſuppoſitione. ſ. ſi eſſet vacuũ. Et ſecundo quia per locum repletũ, per modum priuationis cognoſcimus vacuum. Ad ſecundam confirmationē reſpondetur, ꝙ principiorũ ſcientie alia ſunt extrinſeca ⁊ cõia que non demonſtrantur in ſciẽtia ſed ſupponuntur: ⁊ de his loquitur Ariſt. in textu vnde ponit exemplum / vt quodlibet eſt vel non eſt. Alia vero ſunt intrinſeca in quibus affirmantur paſſio de diffinitione aut diffinitio de ſubiecto: ⁊ hec nõ oia ſcientia ſupponit: ſed aliqua demonſtrat: et alia aliquo modo explicat: vt in ſubſequentibus videbitur.

¶ Ad quartum principale bene reſponſum

Ad quartum principale.

eſt ꝙ Ariſt. non negat quin poſſit minor aliquando cognoſci ante cõcluſionem: nempe quando cognoſcitur ante maiorem: imo poſſet quis formare demoſtrationem hoc modo Triangulus in ſemicirculo eſt triangulus: ⁊ omnis triangulus habet tres equales ⁊c. ergo. Et tunc ſingularis cognoſceretur prius tempore ⁊ vniuerſalis ſimul cũ concluſione. Sed regula Ariſt. ſolũ eſt ꝙ nõ ſtat ambas ſimul premiſſas cognoſcere quin naturaliter ſimul tẽpore cognoſcatur cõcluſio. ¶ At vero ad replicã argumẽti reſpondetur ꝙ neq3 vult Ariſt. ꝙ in eodem inſtãti quo formatur minor neceſſario formetur cõcluſio: ſed intelligit ꝙ ſi quis habet formatã totam conſequentiam ex propoſitiõibus apprehẽſiuis, ⁊ habet aſſenſum conſequentie, de quo hic non fit mentio, tũc q̃ primum quis habet aſſenſum maioris ⁊ minoris, illi aſſenſus generabunt aſſenſum cõcluſionis tanq̃ cauſe naturales. An vero aſſenſus pducaꝛ in inſtãti, videbiꝛ in ſexto argumẽto. ¶ Ex quo ſequiꝛ ꝙ ſi ruſticus ex extremitatibꝰ neſcit formare concluſionem, poterit aſſentire premiſſis ſine concluſione: qꝛ neſcit applicare cauſam ad effectũ. Et eadem ratione ſi deus cõcurrat ad aſſenſum premiſſarũ, ⁊ nolit concurrere ad aſſenſum cõcluſionis, deficiet regula Ariſt. que ſolũ intelligitur naturaliter. ¶ Confirmationem quarti argumẽti formauimus, vt oſtenderemus q̃ gratis doctores huius tẽporis tot verba multiplicant aduerſus. S. Thomã, dicentē ꝙ non poſſumꝰ plura ſimul intelligere per modũ plurium. Quã ſententiam ſic fere neotherici intelligũt: videlicet ꝙ intellectꝰ nullo modo põt habere plures notitias plurũ rerũ nõ facientes vnã propoſitionem aut vnũ ſyllogiſmũ. Itaq3 poſſum videre plures homines ſimul cũ pluribus lignis ⁊ lapidibus, ⁊ rebus omnibus que ſunt corã me: ⁊ tñ nõ poſſu3 illa per plures ſimplices notitias intelligere. Imo ſunt thomiſte qui hoc manibus ambabus tenẽt. At vero imprimis. S. Tho. vt eſt videre loco citato pͥma parte. q. 85. nihil aliud vult dicere niſi q̃ƌ expreſſe dicit Ariſ. ſcƌo topi. cap. 4. vbi ait ꝙ contingit ſimul plura ſcire: cogitare vere nõ niſi vnum. Et preterea nec Ariſt. nec. S. Thomas fuerunt tam inopes ingenij, vt negarent nos

Plura intelligere.

poſſe

poſſe ſimul habere plures notitias intellectiuas rerum ſingularum quarum habemus ſenſitiuas vt iſti putant: quod re vera eſſet negare experientiã. Et ideo nõ opus eſt plura verba prodigere ad hoc impugnandũ. Senſus ergo ⁊ Ariſtotelis ⁊. S. Tho. eſt manifeſtiſſimus: quem nemo negare põt. Scire.n. apud Ariſtotelem non dicit actum: ſed habitũ: qui enim dormit, ſciens eſt: ſed actus ſcientie apud ipſum vocatur intelligere/ vel potius/ conſiderare aut cogitare. Ait ergo Ariſt. ꝙ habitus ſciẽtie, etiã ineſſe pefecto, nihil vetat eſſe ſimul plures ⁊ diuerſos in eodē intellectu: ſed tñ actu conſiderare ⁊ cogitare plura per modũ plurium, non põt homo perfecte id facere: nam pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus. Itaq3 poſſum cogitare ſimul ⁊ conſiderare diuerſa obiecta per diuerſas notitias: inperfecte tamen: quia cogitatio vnius remittet cogitationē alterius. Quãdo vero illa cogitantur per modũ vnius, cogitatio vnius nõ impedit cogitationē alterius. Cum enim conſidero hoie3 eſſe animal/ aut/ hoiem currere, cogitatio ſubiecti non remiſtit notitiã predicati. ¶ Unde ad cõfirmationem reſpondetur ꝙ aſſenſus premiſſarũ, etiã perfecti, nõ impediũt quin ſimul perfecte aſſentiamus concluſioni: qꝛ omnes cognitiones eiuſdē demõſtrationis ſe habent per modũ vnius ⁊ ordinantur ad eandem rem cognoſcendã. Si tñ eſſent aſſenſus actuales diuerſi qui non ordinarenꝛ ad vnum, poſſent quidem eſſe ſimul: ſed tñ eſſent remiſſi: et quanto eſſent plures, eſſent remiſſiores ⁊ tot poſſent eſſe, vt plures non poſſet intellectus habere.

Ad quintum principale.

¶ Per hæc patet via ad reſpondendum quinto

argumento principali de capacitate intellectus: de qua multo etiam plura conſumunt hic dialectici verba, q̃ pro rei dignitate eſt neceſſarium: an videlicet capacitas intellectus terminetur vel ad numerũ notitiarũ, ſed ad intentionē vel ad vtrũq3. Ad quod breuiter reſpondetur, ꝙ capacitas intellectuſ eſt limitata quoad vtrunq3.

Capacitas itellectus.

Enimuero, vt eſt doctrina. S. Tho. 1. parte. q. 86. art. 2. intellectus noſter eſt tm̃ infinitus in potẽtia ⁊ non in actu. Quod eſt dicere. Poteſt quidem ſucceſſiue notitias in infinitũ recipere, aliam poſt aliã: qꝛ eſt perpetuuſ: ſed tñ ſimul non põt quemcũq3 numerum notitiarũ habere. Ueluti continuum diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia: tñ non poſſunt eſſe infinita actu diuiſa. Et ratio eſt qꝛ potentia ſequitur eſſentiam: ⁊ ideo cũ ſolus Deus habeat infinitam eſſentiã, ſolus ipſe habet infinitã potentiam. Et confir. experientia. Experimur.n. ꝙ quanto ad plura ſe intellectꝰ diuertit: tãto remiſſius intelligit ſingula iuxta illud pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: ergo ad tot obiecta põt aduertere, vt ad plura non poſſit. Quo fit vt terminetur ad numerũ. ¶ Et hinc ſequitur ꝙ etiã intellectus ſit limitatus quoad intenſionem. Cognitio.n. actualis eſt actualis actio ⁊ aduertentia intellectus: ſed intellectus, quia eſt creatura, eſt finite actiuitatis: ergo tam intenſe põt aduertere ad vnum obiectũ, vt niſi illã intenſionem remittat, non poſſit ad aliud aduertere. ¶ At vero ſunt qui putant ſe demõſtrare ꝙ virtus intellectus non terminatur quoad intenſionem, hoc argumẽto. Si terminaretur virtus intellectuſ quoad intenſionem, maxime eſſet qꝛ ad maiorē intenſionem notitie ſemper requiritur maior aduertentia ⁊ maior conatus intellectus: ſed ſtat ꝙ per meliorē applicationem obiecti dato ꝙ intellectus non magis aduertat intẽdatur notitia: item ſi obiectũ album fiat intenſius, intendetur eius notitia ſine noua aduertentia intellectus: ergo virtuſ intellectus non terminatur quoad intenſionē, poſtq̃ mere paſſiue ſe habẽdo põt intẽdi eius notitia. ¶ Ad hoc nihilominus primum oim dicimus ꝙ iſti mere gratis fingunt ſine aliqua autoritate aut rõne ꝙ aduertẽtia ⁊ conamen intellectus ſit quid diſtinctum

Aduertẽtia ⁊ conatus.

a productione notitie. Cum tamen certiſſimũ ſit ꝙ nihil aliud eſt intellectũ conari aut aduertere, q̃ notitiã producere. Et probatur manifeſte: qꝛ ante productionem notitie nulla eſt actio notitie ⁊ per conſequens nulla eſt applicatio nec conatus. Sicut applicatio aut conatus voluntatis ad volẽdum nihil aliud eſt q̃ producere volitionē. Incorporalibus.n. põt homo ligatus optare et conari ad motũ, quando non mouetur: ⁊ poteſt quis conari mouere magnũ lapidem, quãdo non moueat eum: quia illud conari eſt impellere corpus: ſed tñ in intellectu fingi non põt quid ſit conari niſi intelligere. Uoluntas.n. eſt que ſuo actu mouet ⁊ applicat oẽs potentias ad agendũ: ſed potẽtias reliquas applicataſ nihil aliud eſt conari, q̃ aliud eſt agere ſuos actuſ. Sicut viſum applicatum per voluntatem ad obiectũ nihil aliud eſt conari, q̃ producere viſionē. Et ideo dicendũ eſt ꝙ quãta eſt intenſio notitie tãtus eſt conatus ⁊ applicatio potentie, nec maior nec minor. ¶ Unde ad argm̃ iſtorum reſpondetur ꝙ quotieſcunq3 obiectum melius applicatur aut illuminatur aut intenditur, intellectus itidē melius applicatur ⁊ conatur per hoc ꝙ intenſiorē producit notitiam. Et intellectus maioris virtutis ad producendũ equalē notitiam cũ intellectu minoris virtutis eque conatur: ⁊ ad producendũ intenſiorē magis conatur. Nec conſiſtit maior virtus, vt multi putãt in hoc ꝙ cũ minori conatu equalem notitiam producat: ſed in hoc ꝙ pluſ põt conari. i. intẽſiorē notitiã producere. Ob idq3 nõ eſt intelligibile ꝙ notitia intẽdatur ſine maiori aduertẽtia ⁊ conamine intellectus: ⁊ per cõſequens vbi datur ſumma aduertẽtia, datur ſumma intenſio notitie. Et preterea rñdetur ꝙ q̃uis per meliorē applicationē ſine noua aduertentia intenderetur notitia, deueniendum tñ eſſet ad optimã applicationem: atq3 adeo ad ſummã intenſionem notitie. ¶ Sed dubiũ eſt quomodo intelligitur iſta duplex limitatio intellectus: videtur.n. ꝙ non ſtet ſimul terminari ad intenſionē ⁊ ad numerũ. Demus em̃ ſummam intenſionem oim notitiarũ quas ſimul põt habere intellectus eſſe vt decem: vtrũ cũ hoc terminetur etiã ad numerũ certum notitiarũ puta ad decem. Et videtur ꝙ nõ ſtent ſimul. Si enim intellectus põt habere intenſionem notitiarum vt decem, habeat decem notitias ſingulas intenſas vt vnũ: poterit ergo eadē ratione habere viginti notitias ſingulas vt dimidiũ, ⁊ quadraginta, ſingulas vt vna quarta: ⁊ ita ſine termino. ¶ Rũdetur ꝙ ad vtrũq3 terminaꝛ potẽtia, ⁊ ad intentionē, ⁊ ad numerũ. Primo qꝛ quãuiſ admittatur calculatio modo facta, tandē perueniretur ad remiſſiſſimas notitias: et ſic nõ poſſet creſcere numerus. Sed preterea dico ꝙ adhuc calculatio non procedit: nam maior multo difficultas eſt aduertere ad viginti obiecta vt dimidium q̃ ad decem vt vnũ: quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa: ⁊ ideo non ſequitur ꝙ qui põt habere decem notitias ſingulas vt vnũ, poſſit habere plures remiſſiores. Concludimus ergo tandem ꝙ vtroq3 modo limitatur potentia. ſ. quoad intenſionē ⁊ quoad numerum. ¶ Unde ad formã quinti principalis argumẽti reſpondetur ꝙ ſi capacitas per aſſenſus premiſſarũ eſt ſolũ completa quoad intenſionē ⁊ nõ quoad numerũ: tunc remittentur notitie ⁊ aduertentie circa alia obiecta ⁊ producetur aſſenſus cõcluſionis: ſi vero eſſet cõpleta quoad numerũ tunc non poſſet intellectus habere aſſenſum cõcluſionis, niſi corrũperetur aliqua notitiarũ que ſunt extra illam conſequentiam. Nec hoc eſt contra concluſionem. ¶ Q̃ ſi quis replicuerit ex illo quod diximus in cõfirmatione ſuperioris argumenti: videlicet ꝙ quãdo plura intelliguntur per modum vnius, ille intellectiões nõ ſe impediũt: ergo intellectus aſſentiens premiſſis, ſine noua difficultate, et labore aſſentiet concluſioni. ¶ Reſpondetur ꝙ. S. Thom. nihil aliud vult dicere niſi ꝙ perfecte poſ-

limitatio.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſumus intelligere plura per modū vnius (quod ipſe appellat per vnam ſpeciem) nihilominus illud vnum, tot poſſet habere partes, vt excederet virtutē intellectus. Si enim ego intelligerem de homine plures eius paſſiones. ſ. ꝙ eſt riſibilis, flebilis, mortalis ⁊c. tot poſſem accumulare, vt non poſſem plura de homine cognoſcere. Et ita eſt in propoſito ſi capacitas aliunde eſt completa.

Ad ſextū pͥcipale.

¶ Sextum argm̄ petit, an aſſenſus, aut quæcunq; notitia producatur aut corrumpatur in inſtanti. Quod nec apud Ariſtotelem nec apud antiquos ſub hac forma diffinitū eſt. Nihilominus trib⁹ videt̃ propoſitionibus reſpondendum. Prima. Applicatio obiecti ad potentiam, vbi fit per motum, fit ſucceſſiue. Patet in obiectis ſenſuum que per motum applicantur ad diſtantiam competectem potentie. Et in hobiecto intellectus quod pro iſto ſtatu non applicatur potentie, niſi per abſtractionem ſpecierum a fantaſmatibus corporalibus. Deus tamen per nouam creationem ſine motu poſſet in inſtanti applicare obiectum potentie. ¶ Secunda propoſitio. Facta applicatione in inſtanti producitur actualis notitia ſimplex ſiue ſit apprehenſiua ſiue indicatiua. Dico/ ſimplex/ quia notitia predicati fit poſt notitiam ſubiecti: ⁊ notitia concluſionis poſt notitiam premiſſarum. In nobis ſaltim, qui diſcurrendo cognoſcimus: nam in angelis aliud eſt. Probatur propoſitio. Primo ſecundū Ariſ. ſcdo de anima tex. 70. lumen non producitur ſucceſſiue in medio: ſed inſtantanee. Cuius ſignum eſt, ꝙ non prius illuminatur a ſole pars orientalis q̃ occidentalis. Cauſa vero eſt, quia illuminatio fit a nullo reſiſtente contrario. Eodē modo. 4. phiſ. tex. 64. ⁊ infra probat ꝙ per vacuum non poteſt eſſe ſucceſſio motus: quia nulla eſt reſiſtentia: ergo eadē ratione cum notitia ſit illuminatio ⁊ perfectio quedam potentie que nō habet contrarium reſiſtens, fit, vt in inſtanti producatur. ¶ Quod preterea confirmatur ex iſto cap. tex. 3. vbi dicitur ꝙ habitu aſſenſu premiſſarum ⁊ conſequentie ſimul habetur aſſenſus concluſionis: quod non eſſet verum niſi in eodem inſtanti producerētur aſſenſus minoris ⁊ concluſionis. ¶ Secūdo probatur, quia ſpecies viſibiles per medium in inſtanti producuntur: quod probatur ſimili experientia illi quam Ariſto. adducit de lumine. Si enim applicentur duo viſibilia, vnum ad decem pedes ⁊ aliud ad centum, ſimul immutant viſum: ergo eadem ratione notitia viſiua ⁊ a fortiori intellectiua producitur in inſtāti. Cuius indicium eſt ꝙ ſol q̃ primo incipit oriri, videtur. Dixerim ſpecies viſuales in inſtanti produci/ eo ꝙ ſine motu producuntur: nam ſpecies ſoni, quippeque per motum feruntur, in tempore perueniunt ad auditū. Qua de cauſa fulgur prius videtur, q̃ audiatur tonitruus: cum tamen prius ſaltem natura rumpatur nubes, que eſt cauſa tonitruus, q̃ incluſus illic ignis appareat. ¶ Poſtremo confirmatur propoſitio experientia. Nullam enim in intelligēdis obiectis applicatis experimur ſucceſſionem: neq; in producendis volitionibus. Accedit ⁊ autoritas. S. Tho. qui in prima. p. q. 85. ar. 4. ad primum argumentum non ponit ſucceſſionē intellectus niſi ſolum inter diuerſas notitias: vel in abſtractione ſpecierum a fantaſmatibus, vt inquit prima ſecunde. q. 113. articu. 7. ad. 5. ¶ Colligimus, ergo ꝙ in primo inſtanti non eſſe motus per quem applicatur obiectum eſt notitia viſiua: ⁊ ſi intellectus aduertat, pariter intellectiua. Neq; obſtat ꝙ notitia ſit alicuius intenſionis: nam producetur tunc notitia minime intenſionis, quam talis potentia, ⁊ cum tali obiecto, ⁊ tali diſpoſitione mediꝫ poteſt producere. ¶ Tertia propoſitio eſt: ꝙ eadem ratione poteſt notitia ⁊ iudiciū actuale in inſtanti corrumpi per abſentiam cauſe conſeruantis. Loquuti ſumus in his propoſitionibus de notitijs actualibus: nam habitus ſucceſſiue acquiruntur, et corrumpuntur per frequentationem actuum. ¶ Ad ſextum, ergo principale reſpondetur, ꝙ poſitis aſſenſibus premiſſarum ⁊ conſequentie in primo inſtanti quo intellectus aduertit ad concluſionē ſimul tēpore corrūpitur diſſenſus erroneus ⁊ producitur aſſenſus ſciētie. Itaq; aſſenſus premiſſarum producendo aſſenſum concluſionis corrumpunt diſſenſum contrariū. Et in genere cauſe efficientis prius natura eſt productio aſſenſus q̃ expulſio contrarij: quia per productionem vnius expellitur alius: ſed in genere cauſe materialis prius natura expellitur contrarium q̃ intellectus recipiat nouum aſſenſum. Sicuti quando ignis calefacit aquam, prius natura in genere cauſe efficientis eſt vnus gradus caloris in aqua, q̃ ſimilis gradus frigiditatis inde expellatur: quia ignis non expellit frigiditatem niſi producendo calorem: in genere vero cauſe materialis prius natura pellitur frigiditas q̃ ſimilis gradus caloris recipiatur in aqua. In his enim que ſunt ſimul tempore nihil obſtat in diuerſis generibus cauſarum. a. eſſe pri⁹ natura q̃. b. ⁊. b. prius q̃. a. vt docet Ariſt. 5. metap. tex. ſcdo. Nec mirum ſi in inſtanti corrumpatur aſſenſus: nam vbi eſt demonſtratio nulla eſt reſiſtentia: ſed ſtatim ceſſat cauſa conſeruatiua contrarij. Sic enim lumen eodem inſtāti corrumpitur quo eſt abſentia luminoſi. Secus eſſet vbi deberet corrumpi aſſenſus opinatiuus per rationem probabilē contrariā: nā non omnis ratio probabilis, quāuis ſufficiat infirmare opinionē ſufficit radicitus euellere, niſi rationes plures accumulentur.

¶ Per hec aperitur vis reſpondendi ad confirmationē: que ex ſophiſmatibus Pauli Veneti de ſcire ⁊ dubitare ſolent huc afferre noui poſterioriſtici. Ad quam modis multis reſpondent: cum tamen ſolutio ſit clara. Reſpondetur ergo, ꝙ in illo caſu quo quis habens aſſenſum maioris/ quecunq; ſunt equalia ⁊c. aduertit ad illa tria corpora, aut prius comparat. a. et. c. ad. b. aut prius comparat. a. et. c. inter ſe. Si ſecundum, tunc ille aſſenſus negatiuus qui habetur per experientiam. ſ. a. et. c. non ſunt equalia inter ſe, impediet aſſenſum minoris. Et ita argumentum reſcinditur: quia nunq̃ datur aſſenſus minoris. Quamuis enim ad ſenſum non percipiatur differentia inter. a. ⁊. b. tamē experiētia inter. a. ⁊. c. ſufficit ne quis aſſentiat. a. ⁊. c. eſſe equalia vni tertio. Si vero vt ponitur in argumento prius comparet. a. ⁊. c. ad. b. tunc conceditur ꝙ ille habebit aſſenſum maioris ⁊ minoris: ſed in primo inſtanti aduertentie ad cōcluſionem ſimul tempore producitur diſſenſus concluſionis. ſ. a. et. c. ſunt equalia inter ſe/ ⁊ corrumpitur aſſenſus minoris. ſ. ſunt equalia vni tertio. Senſatio enim illa producendo diſſenſum concluſionis corrumpit aſſenſum minoris. ¶ Hinc ſequitur quod aſſenſus ⁊ diſſenſus contrarij eiuſdem concluſionis, vel duo aſſenſus duarum contradictoriarum, in nullo gradu, etiam remiſſiſſimo, poſſunt eſſe ſimul, neq; per inſtans. Secus eſt de habitibus. Qui in gradibus remiſſis ſe compatiuntur per tempus quo durat generatio vnius, ⁊ alterius corruptio.

Ad ſeptimū principale.

¶ Ad ſeptimum argumentū negatur ſequella, ſcilicet ꝙ ſine aliquo doctore poſſet homo habere omnes ſcientias: quamuis enim principia vniuerſaliſſima ſint naturaliter per ſe nota, tamen non naturaliter ſcit quicunq; illa applicare per bonas conſequētias ad concluſiones particulares. Et ideo ſicut ſemina naturalia non producunt fructus ſine agricultura, ita nec principia naturalia, poſſent generare ſcientias rerꝫ ſine doctrina aut exercitio. Itē quia quāuis in principijs vniuerſalibus virtualiter continuant̃ concluſiones, tamen perſpicati⁹ ingeniū plura illic videt, q̃ ingeniū minus perſpicax.

ſpicax. Et ideo alius homo plura poteſt per inuentionē acquirere q̃ alius. Et eundem librum duo legentes alter altero plura videt: ſicut qui eſt lippus oculis nō tot percipit in eadem imagine, quot alius acutioris viſus. Et ita ſemper reſtat differētia inter Ariſtotelem ⁊ Platonem. Plato. n. putabat ꝙ habeamus oēs ſpecies omnium rerum infuſas ſicut angeli. Ariſto. vero non niſi ꝙ habemus aliquas cognitiones naturales: vnde per doctrinam aut inuentionem elicimus ſcientias. ¶ Vnde ad confirmationē negatur ꝙ ſciens vniuerſale, ſciat ſimpliciter ſingulare quod neſcit contineri ſub vniuerſali. Et ad argumētum negatur illa cōſequentia. Scio omnem triangulū habere tres ⁊c. ⁊ hic triāgulus (quē non vidi) eſt triangulus: ergo ſcio hunc triangulū ⁊c. Nam ex modali cōpoſita cum vna de ineſſe nō ſequitur modalis cōpoſita, vt tertio libro ſummularū dictū eſt. Primo enim variatur appellatio de ly/ ſcio/ quod in maiori appellāt aſſenſum ſupra totā propoſitionē, ſeu ſupra totuꝫ illud ſignificatū, quod eſt oēm triangulū habere tres angulos ⁊c. ⁊ in concluſione appellat ſupra ſignificatū propoſitionis ſingularis. Et ideo termini modalis cōpoſite ſupra quē fertur ly/ ſcio/ ſupponūt immobiliter: atq; adeo neq; ſubiectum illius vniuerſalis ſupponit competēter diſtributiue, vt ſub illo poſſit fieri ſubſumptio.

¶ De modis ſciendi, & demonſtratione.

Cap. 2. Tex. 5.

SCire autem vnamquamq; rem ſimpliciter: ſed non vt ſophiſtæ per accidens arbitramur: cum cauſam ob quam res eſt, illius cauſam eſſe, & fieri non poſſe, vt res aliter ſeſe habeat, cognoſcere arbitramur. Patet igitur, ipſum ſcire tale quid eſſe: nam & hi, qui neſciunt, & iJ, qui ſciunt, illi ita ſe rem habere putant, hi ita ſeſe etiam habent. Quare cuiuſq; ſimpliciter eſt ſcientia, id vt aliter ſeſe habeat fieri omnino non poteſt. An vero & alius ſciendi modus ſit, poſterius dicemus. Dicimus autem & per demonſtrationem nos ſcire: demonſtrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ ſcientiam efficit: eam vero ſcientiam efficere dico, qua ſcimus, eam ipſam habendo. ¶ Si igitur ipſum ſcire tale eſt, quale poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuam ſcientiam ex veris, & primis, medioq; vacātibus, & ex notioribus, & prioribus ipſa concluſione, cauſiſq; eiuſdem eſſe. Sic enim erunt & ipſa principia propria eius quod demonſtratur: nam ratiocinatio quidem eſſe ſine iis poteſt, demonſtratio vero non poteſt: ſcientiā enim non facit. ¶ Vera igitur eſſe oportet: quia fieri nequit, vt id quod non eſt, ſciatur: veluti diametrum commenſurabilem eſſe.



Oportet autem & ex primis, & indemonſtrabilibus eſſe: quia non ſciet, qui demōſtrationem horum non habet: ſcire enim non per accidens ea, quorum eſt demonſtratio, nihil aliud eſt ſane, quam demonſtrationem habere. Cauſæ etiam, notioraq;, ac priora ſint oportet: cauſæ quidem: quia tum ſcimus, cum cauſam cognoſcimus: priora vero, ſiquidem & cauſæ ſunt, & antea cognita, non illo ſolum modo quo quid ſignificent: ſed altero etiam quo quod ſint ſcimus. ¶ Dupliciter autem priora notioraue dicūtur. Non enim idem prius natura, & noſtra ex parte prius: neq; notius ſimpliciter, & nobis etiā notius eſt. Atq; ea quidem ad nos priora notiorave dico, quæ ꝓpinquiora ſenſui ſunt: ea vero ſimpliciter priora notioraue, quæ a ſenſu longius diſtant. Sunt autem remotiſsima quidem ea, quæ ſunt vniuerſalia maxime: propinquiſsima vero, ſingularia ipſa. Atq; hæc inter ſeſe opponuntur. Ex primis autem eſſe nihil aliud eſt, quā propriis e principiis eſſe: idem enim primum, atq; principium dico. ¶ Eſt autē demonſtrationis principiū propoſitio medio vacans. Ea vero medio vacat: qua nulla eſt alia prior. Propoſitio vero altera enunciatiōis pars eſt, vnū de vno cōplectens: diſſerendi quidem, quæ vtramuis accipit: demonſtrandi vero, quæ definite alterū quod eſt verū. Enunciatio contradictionis vtrāuis eſt pars. Contradictio eſt oppoſitio, cuius per ſe medium nullū eſt. Contradictionis partiū ea quidem, qua quippiā cuipiam adiūgitur, affirmatio: ea vero, qua quippiam a quopiam ſemouetur, negatio nūcupatur. ¶ Principiorum autem ratiocinandi, vacantium medio, id quidē poſitio dicitur, quod fieri nequit vt demōſtretur, quodq; non neceſſe eſt eum habere, qui diſcere quid inſtituit: id vero q̄d omnes habere, qui modo diſcere aliquid parāt, neceſſe eſt, dignitas appellatur: ſunt enim talia quædā. Atq; talibus hoc potiſsimum nomē tribuere ſolemus. Rurſus ea quidem poſitionū, quæ vtrāuis enunciationis accipit partem, eſſe, inquā, quippiam, aut non eſſe ſtatuens: ſuppoſitio ea vero, quæ eſt ſine hoc ipſo, definitio dicitur: definitio namq; poſitio quidem eſt (ponit enim arithmeticus vnitatem quantitate indiuiſibilem eſſe) ſed ſuppoſitio ſane non eſt: nam quid ſit vnitas, & vnitatem eſſe eadem non ſunt. ¶ Cum autē credere ſcireq; rem talem per ratiocinationem oporteat, quā demonſtrationē vocamus: hęc vero eſt, quia ſunt ea, quibus extruitur ratiocinatio: neceſſe eſt, non ſolum prima illa, vel omnia, vel aliqua prius noſcantur, ſed etiam magis vt noſcantur: ſemper enim illud eſt tale magis, ob quod vnūquodq; tale eſt: veluti magis, id eſt dilectū, atq; amatū, ob quod amamus, atq; diligimus. Quare ſi ob prima ſcimus, ac credimus, & illa ſane ſcimus, ac credimus magis: quoniā ob illa, & ipſa ſcimus poſteriora. Fieri aūt non poteſt, vt ea magis quiſquam, quæ neſcit, & circa, quæ non melius diſpoſitus eſt, quam ſi ſcierit, quam ea, quæ cognoſcit, credat, atq; aſſentiatur. At eueniat id profecto, ſi non prius cognouerit principia quiſpiam, quam ea, quæ per demonſtrationem credūtur. Magis enim principiis, aut omnibus, aut quibuſdā credere, quam cōcluſioni neceſſe eſt. Atq; ei, qui per demōſtrationē ſcientiā habiturus eſt, non ſolum ipſa principia magis nota, magiſq; credita ſint, quam id, quod ex ipſis oſtenditur oportet: ſed etiam nihil prorſus eo-

rum, quæ principiis iis opponuntur vndeqꝫ ratiocinatio falſa, vereqꝫ cõtraria exiſtat, aut credibilius, aut notius principiis ipſis ſit oportet: qppe cũ eum, qui ſimpliciter eſt ſcientiã conſequutus, nunq̃ ab ea, perſuaſione vlla dimoueri oporteat.

Poſtq̃ in ſuperiori cap. cõſtitutum eſt demõſtrationẽ eſſe: qđ reſpõdet queſtioni, an eſt, pſequitur hic Ariſt. determinare quid eſt demõſtratio. Que ſcđm diuiſionem. ſ. factã eſt ſecũda pars principalis huius lib. Et terminatur duobus cap. In hoc enim ſecũdo diffinitur quid eſt demõſtratio. Et in tertio excluditur error quidam qui ex diffinitione poſſet oriri. Atqui capitulũ hoc vnicus eſt textus apud cõmentatorem, puta quintus. Viſus tñ nobis eſt in ſeptẽ particulas diuidẽdus. ¶ Ubi adnotandũ eſt ꝙ, vt Ari. docet ſcđo phiſ. prima cauſarũ eſt finis: vnde iudiciũ rei ſumitur: eo. n. ꝙ domus ſit ad protegendũ nos a pluuiis ⁊ tẽpeſtatibus, iudicamus fieri debere ex tali materia, puta lignis, ⁊ lapidibus, ⁊ tali forma. Hac ratione Ari. oſtendit hic primo finẽ demõſtrationis / vnde eliciat diffinitionẽ eius materialem. Debet eñ demõſtratio ex his principiis eſſe, que ad finẽ maxime conducũt. Finis aũt demõſtrationis eſt ſciẽtia: ⁊ ideo in prima ſtatim particula diffinit quid ſit ſcire: ⁊ colligit primã diffinitionem demõſtrationis ex parte finis. Proponit igitur. Scire vnãquamqꝫ rem ⁊c. ¶ Secundo notandũ eſt ꝙ ſcire con-

Scire dupliciter. tingit dupliciter. ſ. per ſe ⁊ per accidens. Scire per ſe eſt, ſcire rem in ſe ipſa. i. ſcire propriã cauſam: vt cũ ſcio hominẽ eſſe riſibilem qꝛ eſt rationalis. Scire de per accidẽs eſt, ſcire rem in alio: vt cum a lõge video venientẽ quem neſcio, homo ne ſit an brutũ, ſcio hominem de per accidẽs: puta qꝛ video motum, qui accidit homini, ⁊ dicitur hic modus ſophiſticus: qꝛ ſophiſte ita ſolẽt arguere / cognoſco venientẽ: veniens eſt homo: ergo cognoſco hominem. Item ſi videam domũ longe nõ diſcernendo an ſit ex lapidibus aut ex lignis extructa, cognoſco quidem ligna de per accidens: qꝛ cognoſco domũ: ⁊ domus eſt ex lignis: ergo cognoſco ligna: qđ quidẽ ſimpliciter nõ eſt cognoſcere. Ait ergo Ariſt. ꝙ accipit hic ſcire ſolũ per ſe ⁊ ſimpliciter. Unde ſcire hoc modo inquit tunc arbitramur cum cauſam ob quã res eſt illius cauſam eſſe, ⁊ fieri nõ poſſe vt alr̃ ſe habeat cognoſcere arbitramur. ¶ Due ſunt particule diffinitionis: q̃uis expoſitores, traſlationẽ Boetii ſecuti, tres diſtingant. Boetius eñ ſic habet. Cum cauſam arbitramur cognoſcere ppter quã res eſt, ⁊ quoniã illius eſt cauſa, ⁊ ꝙ nõ cõtingit hoc aliter ſe habere. Ubi diſtinguit tanq̃ duo / cognoſcere cauſam rei / ⁊ cognoſcere quoniã illius eſt cauſa. Sed certe phraſis greca nõ diſtinguit in duo: nã formal̃r cognoſcere cauſa eſt cognoſcere cauſaꝫ eſſe talis rei. Eſt ergo ſenſus ꝙ tũc ſcimus aliquã rem, cũ id quod eſt cauſa illius, cognoſcimus eſſe cauſam eius. Si vero p captu incipientiũ vis

Tres particule diffinitionis. diſtinguere tres particulas vt lucidior ſit textus, nõ inhibeo. Tertia ergo tũc erit / ⁊ nõ cõtingit aliter ſe habere. Exẽpli grã vt quis ſciat eclipſim lune nõ ſufficit vt videat ipſam eclipſari: illa. n. eſt experiẽtia ⁊ non ſcientia, neqꝫ requiritur talis experiẽtia: nam ⁊ cecus poteſt per aſtrologiã eclipſim ſcire. Sed requirunt̃ tria: vꝫ ꝙ ſciat terrã interponi inter ſolem ⁊ lunã: ⁊ ſecũdo ꝙ ſciat illud eſſe cauſam eclipſis alias ſciens rem que eſt cauſam, ſolũ virtualiter ⁊ in confuſo ⁊ de per accidens ſciret eclipſim: ſicut dixit ſuperius Ariſt. ꝙ ſciens vniuerſale ſcit ſecundũ quid ſingulare. Ut. n. ſimpliciter nõ ſcitur ſingulare niſi quãdo actu ſubſumit̃ ſub vniuerſali: ita nec ſimpliciter ſcim⁹ effectũ per hoc ſolũ ꝙ ſciamus rẽ q̃ eſt cauſa niſi ſciamus illam eſſe illius effectus cauſam. Sed tertio requiritur ꝙ ſciamus non poſſe fieri rem aliter ſe habere. i. nõ poſſe aliter fieri niſi quod quotieſcũqꝫ ponitur hec cauſa ponit̃ talis effectus. V. g. q̃uis ego ſciã Petrũ eſſe ſtudioſum: quia conſuetudinẽ habuit cũ ſtudioſis aut: qꝛ inductus eſt habitũ religioſi, non ſimpliciter ⁊ certiſſime rem ſcio: qꝛ põt aliter eſſe puta ꝙ ex tali cauſa nõ ſequatur talis effectus. Et in naturalibus licet ſciam pluuiã eſſe quia flauit auſter, non ſcio certiſſime qꝛ poteſt aliter eſſe puta ꝙ flante auſtro nõ pluat: aut ꝙ nõ flante, pluat. Unde tertia particula. ſ. ꝙ nõ contingit aliter ſe habere / vt docte notauit Albert⁹, nõ debet referri ad neceſſitatẽ premiſſarũ vel ad neceſſitatẽ cõcluſionis: ſed ad neceſſitatẽ illationis ⁊ conſequẽtie: que prouenit ex hoc ꝙ talis res neceſſario ſequit̃ ex tali cauſa. ¶ Probat Ariſto. diffitionem ex autoritate omnium in vniuerſum tam ſapientiũ q̃ inſipientiũ. Sapientes. n. tunc iudicant ſe vere ſcire rem ⁊ vere ſciunt, quando hoc modo ſciunt cauſas. Et inſipientes tunc ſe etiã arbitrãtur ſcire, cuꝫ arbitrãtur ſe ſcire cauſam: lꝫ nõ vere ſciant, quia non ſciunt verã cauſam. Quod eſt dicere. Nullus propterea ꝙ ſolũ videt eclipſim lune / tũc putat ſe ſcire rẽ: hac. n. de cauſa ceperãt homines cauſas inquirere effectuũ quos experiebãtur: quia nõ aliter putabant reꝫ ſcire: ſꝫ q̃primuꝫ quis inuenit aliquid: quod arbitratur eſſe cauſam, arbitrat̃ etiã rem ſcire, vt ſi credat quis lunã eclipſari propter interpoſitionẽ nubecule inter ipſam ⁊ viſuꝫ noſtrum, fallitur quidẽ, ſed tunc putat rẽ ſcire. ¶ Hinc patet (vt ait. S. thomas) ꝙ hec nõ eſt diffinitio quid rei; quia nõ datur diffinitio ſciẽtie per genus ⁊ differẽtiam: ſed eſt diffinitio explicans ſignificationẽ nominis / ſcire / ⁊ ideo pbauit eam ex cõmuni modo loquendi: nã vt habetur. 2. to. cap. 2. nominib⁹ vtendũ eſt vt plures. Quod adnotare debẽt qui rerũ diffinitiones pro libito ſuo cõfingunt cõtra naturã diffiniendi. Debet. n. diffinitio eſſe omnib⁹ receptiſſima de qua nulla ſit cõtrouerſia. Et ita cõcludit Ariſ. ꝙ id cuius ſimpliciter eſt ſcientia, neceſſe eſt ita ſe habere. i. vt ex tali cauſa neceſſario ſequatur talis effectus. An vero (inquit) alius ſit modus ſciẽdi videbitur inferius. Quod nos in queſtiõe etiã diſputabimũ. ¶ Ex quid nominis huius quod eſt ſcire infert Ariſt. dicens (Dicimus autem ⁊ per demõſtrationem nos ſcire) Quã aliqui putãt eſſe diffinitionẽ quid rei per cauſam huius quod eſt ſcire. Et hoc euidentius apparet in verſione Boetii: que ſic habet. Dicimus qꝛ ſcire eſt per demõſtrationẽ intelligere. In greco tñ nõ eſt verbũ / intelligere / neqꝫ habet formam diffinitionis: ſed ſolum videtur Ariſt. explicare ꝙ finis demõſtrationis eſt ſcire: eo ꝙ ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, ⁊ demõſtratio propter quid procedit a cauſa ad effectũ. ¶ Unde colligit primã

Diffinitio demõſtra. diffinitionẽ demõſtrationis que datur per finẽ. ſ. demonſtratio eſt ratiocinatio ſeu ſyllogiſm⁹ qui facit ſcire. Veluti ſi diceres. Serra eſt inſtrumentũ lignis ſecandis aptum. Explicat vero diffinitionẽ dicẽs ꝙ eam ratiocinationẽ ſeu ſyllogiſmũ dicit ſcientiã efficere, quo, dum illũ habemus, tunc ſcimus, ⁊ nõ alias. In aliquib⁹ codicib⁹ Boetii legit̃ (Demõſtrationẽ autẽ dico ſyllogiſmũ apodictikon) Illud tamen appoſitũ eſt ab aliquo ſciolo: nam grece nõ habetur niſi / epiſtemonicon. i. ſciẽtialem: quia apodictikon / idẽ eſt quod / demõſtratiuũ. Quare perinde eſſet / ac ſi diceres. Demõſtrationẽ dico ſyllogiſmũ demonſtratiuum: quod eſſet nugatio. ¶ Quod ſi quis ob-

Diffini. 2. demõſtra. iiciat Ariſtoteli ꝙ vſus fuerit hic circulo, dum ſcire diffinit per demõtrationẽ, ⁊ vice verſa demonſtrationẽ per ſcire. Reſpondetur ꝙ iſte nõ ſunt diffinitiones: ſed potius circũloquutiones quibus affirmatur, ⁊ ſcire eſſe finem demõſtratiõis, ⁊ demõſtrationẽ eſſe mediũ ordinatum ad ſcire. ¶ In ſecunda particula textus (Si igitur ipſum ſcire ⁊c.) ſequitur ſecũda diffinitio demõſtratiõis que eſt materialis: ⁊ cõcludit̃ ex ſuperiori. Ait. n. ꝙ ſi ſcire eſt id quod dictũ eſt, ⁊ demõſtratio eſt ſyllogiſmus faciens

ciens ſcire, colligitur vt demõſtratio ſit ſyllogiſmus procedens ex veris ⁊ primis medioqꝫ vacãtibus, notioribus ⁊ prioribus ipſa cõcluſione, ⁊ ex cauſis eiuſdem. Quod perinde eſt ac ſi diceres. Si dom⁹ eſt edificiũ quod nos a tempeſtatibus defendat, neceſſe eſt vt ſit ex lapidibus ⁊ lignis ⁊c. Atqui particule diffinitionis ſunt numero quinqꝫ. 1. ex veris. 2. primis medioqꝫ vacãtibus. i. carentibus (quod Boeti⁹ ait / immediatis) q̃re / primis / ⁊ / immediatis / nõ ſunt due particule (vt aliqui putãt, facientes ſex particulas) ſed ſcđa eſt expoſitio prioris. 3. prioribus. 4. notioribus. 5. cauſis. ¶ Reſpondet ſtatim Ariſ. tacite obiectioni. Poſſet. n. quis obiicere ꝙ omiſiſſet precipuã particulã. ſ. propriis / nã demõſtratio debet reddere propriã cauſam concluſionis. Cui reſpõdet ꝙ ſi prin-

Ex veris. cipia habeant cõcluſiones poſitas, inde fiat, vt ſint cauſe proprie cõcluſionis. ¶ In tertia particula text⁹ (vera

Parti. 3. igitur ⁊c.) explicat ſingulas particulas. Primã probat hoc modo. Concluſio demonſtrationis debet eſſe ſcita: ⁊ per conſequẽs vera: ſed falſum non poteſt eſſe principiũ ⁊ cauſa veritatis: ergo premiſſe demõſtrationis debent eſſe vere. ¶ Quod ſi quis arguat ꝙ ex falſo poteſt ſequi verũ, vt hic. Omnis homo eſt Deus: Chriſtus eſt homo: ergo Chriſtus eſt Deus. Rñdetur ꝙ q̃uis ita ſit ꝙ hec ſit bona conſequentia, tñ premiſſa falſa non eſt cauſa veritatis concluſionis: non. n. quia omnis homo eſt deus, Chriſtus eſt Deus. Et in demõſtratione non ſolũ ex premiſſis ſequitur concluſio in ſenſu conditionali: ſed etiaꝫ in cauſali. ſ. qꝛ premiſſe ſunt vere, cõcluſio eſt vera. Maiorem videlicet ꝙ concluſio cuius eſt ſcientia debet eſſe vera probat / quia quod nõ eſt (inquit) nõ ſcitur. Non intelligit / quod nõ eſt. i. quod nõ exiſtit: nã habemus ſcientiam de roſa in hyeme quando non eſt. Nominales propterea exponunt ſecunde intentionaliter. i. falſum non ſcitur. Attamen q̃uis hoc ſit verum, tñ Ariſt. de rebus loquitur tanq̃ de obiectis ſcientie: ⁊ ideo nõ dixit / quod non eſt verũ, non ſcitur / ſed quod non eſt. Senſus ergo eſt ꝙ id quod rebus ipſis nõ cõuenit, ſciri non poteſt: nã ab eo ꝙ res eſt, propoſitio eſt vera. Et ponit exemplum ꝙ cũ diameter non ſit cõmenſurabilis coſte, non poteſt

Diameter. de illo haberi ſcientia. Diametrũ non eſſe cõmenſurabilem coſte, non eſt hic locus pluribus verbis explicandi: ſed eſt ſenſus ꝙ exceſſus quo diameter excedit coſtam quadrati equilateri (nam de illo ſolo intelligitur) non eſt aliqua pars aliquota coſte, id eſt nec eſt medietas, nec tertia, nec q̃rta, nec aliqua pars denominata ab aliquo certo numero: ob idqꝫ diametri ad coſtã nec eſt pportio dupla nec tripla nec ſexquialtera, nec ſexquitertia, nec ab aliquo numero denominata: ſed eſt medietas duple:

Ex immediatis. quod hic nemo ſit anxius intelligere. ¶ Secunda particula erat (Primis medioqꝫ vacãtibus) quã modo exponit per hoc qđ eſt (Primis ⁊ indemõſtrabilibus) eo nãq̃ principiũ eſt primũ, qꝛ medio caret: ⁊ eadem ratione eſt indemõſtrabile. ¶ Ubi proinde adnotandũ eſt ꝙ ppoſitio immediata (quod nomen a traſlatione Boetii omnes vſurpant) non dicitur propterea ꝙ cõtineat cauſaꝫ proximã concluſionis: puta inter quã ⁊ concluſionẽ non mediet alia cauſa, vt hẽre pulmonẽ eſt cã imediata reſpirãdi. Sꝫ dicit̃ imediata: qꝛ caret medio per qđ poſſit demõſtrari: q̃ grece dicit̃ anameſa. Qđ vbiqꝫ Argiropylus appellat principiũ medio vacans. i. carens. ¶ Sed eſt ſcđo notandũ ꝙ non eſt neceſſariũ omnẽ demõſtrationem formaliter pcedere ex indemõſtrabilibus: alias ſecũda paſſio nunquã demõſtraretur per priorem, cũ prior etiã ſit demõſtrabilis per diffinitionẽ. Attamen vt ille q̃ habet demonſtrationẽ vere ſciat concluſionẽ, neceſſe eſt ꝙ premiſſas (ſi que ſint demõſtrabiles) vere ſciat reſoluere per alias demẽſtrationes vſqꝫ ad prima principia. Itaqꝫ vt ille qui habet decimã demõſtrationẽ Euclidis vere ſciat illã cõcluſionem, neceſſe eſt vt ſciat p̃cedentes omnes demonſtratiões ſaltẽ habitualiter. Et hoc eſt qđ ait. Ariſ. quia nõ ſciet qui demõſtrationẽ horũ. ſ. premiſſarũ, non habet. Cuius rationẽ ſubdit / qꝛ ſcire non p accidẽs ea quorũ eſt demõſtratio / eſt demõſtrationẽ habere. Ait / ea quorꝫ eſt demonſtratio: qꝛ dignitates quarꝫ non ſunt demõſtrationes, vere ſine demõſtratione ſcim⁹. Et ait / nõ ſcđm accidẽs: qꝛ illa quorũ eſt demonſtratio poſſumus p accidẽs ſcire ſine demõſtratione, vt. ſ. dictũ eſt, cũ ſcim⁹ hoiem per hoc qđ ſcimus venientẽ. Eſt g̃ ſenſus Ariſ. ꝙ ſi nõ ſcimus cõcluſionẽ niſi ſciamus demõſtratiões premiſſarũ, ⁊ demõſtratiões nõ pcedũt in infinitũ: ſed deuenit̃ ad aliqua immediata principia q̃ carent medio, neceſſe eſt omnẽ demõſtrationẽ aut formalit̃ aut ſaltẽ vir-

Ex cauſis tualiter pcedere ex primis ⁊ immediatis. Ex hoc eſt qđ ait. 1. to. c. 1. Demõſtratio eſt ex primis, aut ex his que ex primis fidem acceperũt. ¶ Tertia pticula erat (Ex prioribus) ſed quia eſſe priora ⁊ notiora conuenit principiis eo ꝙ ſunt cauſe, explicat primo quintã particulã: dicẽs ꝙ p̃miſſe debẽt importare cãm cõcluſionis: nã vt dictũ eſt tũc rem ſcimus cũ cãm eius cognoſcimus. Cũ ait demõſtrationẽ pcedere ex cauſis / nõ ſolũ intelligit r̃as cauſas q̃ diſtingunt̃ ab effectu: vt interpoſitio terre eſt cauſa eclipſis lune, ⁊ diffinitio eſt cauſa paſſionis: ſed rões etiã formales: lꝫ nullo mõ diſtinguant̃ ab illo cuius ſunt rões, nec pprie ſint cauſe: ſicut immutabilitas eſt ratio eternitatis in Deo, vbi pprie nec eſt cã nec effect⁹: ⁊ immaterialitas eſt rõ immortalitatis anime: ⁊ in mathematicis demõſtratio pcedit ex cauſis. i. rõnibus formalib⁹.

Ex prioribus. ¶ Et ſubdit ꝙ ſi p̃miſſe ſunt cã cõcluſiõis, inde fit vt ſint priores (que erat tertia pticula diffinitionis) nã vt ait in poſtpredicamẽtis cap. de priori. ⁊. 5. met. tex. 16. quidq̃d eſt cauſa alterius, eſt eo prius ſaltim natura: ⁊ per conſequens ſi premiſſe ſunt cauſe cognitionis concluſionis, debent eſſe prius cognite q̃ concluſio, vt ex notis ad ignota procedamus. ¶ Exponit deinde quomodo premiſſe debent eſſe prius note: quia non ſolum debent eſſe note quantum ad ſignificationem: ſed quantum ad id quod ſunt, ſcilicet vere. ¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt ꝙ ſicuti ad ſciendum aliquam rem non ſufficit ſcire id quod eſt cauſa, niſi ſciamus illud eſſe cauſam talis rei, ita e cõuerſo nec ſufficit ſcire illud eſſe cauſam talis rei, niſi ſciamus illud eſſe verum. Exempli gratia. Ut ſciamus eclipſim lune non ſatis eſt ſcire ꝙ terra eſt interponibilis inter ſolem ⁊ lunam, niſi ſciamus illud eſſe cauſam eclipſis. Sed tamen nec rurſus ſufficit ꝙ conditionaliter ſciamus, ſi terra interponitur inter ſolem ⁊ lunam, eam eclipſari: ſed requirit̃ ꝙ ſciamus terram eſſe in rei veritate interponibilẽ: alias eſſet ſcientia ſcđm quid puta ex ſuppoſitione. Et hoc eſt quod dicũt ſummuliſte. Ad veritatem cauſalis non ſatis eſſe bonitatem conſequentie (quod ſufficit ad veritatem conditionalis) ſed preterea exigi veritatẽ antecedentis. Et ideo ſyllogiſmi dialectici non generant pprie ſcientiã, e⁊ procedunt ex admiſſis a reſpondente: ſiue ſint vera ſiue nõ. Et in naturalib⁹ vt quis ſciat in pticulari piſces nõ reſpirare, non ſatis eſt ſcire ꝙ ſi non habent pulmonẽ non reſpirant: ſed neceſſe eſt ſcire ꝙ non habent pulmonem: alias ſolũ eſſet ſcire ſcđꝫ quid ⁊ in vniuerſali. Et hoc eſt

Priora dupliciter partic. 4. quod dicit hic Ariſt. ꝙ premiſſe ſunt prius note q̃ cõcluſio: non ſolũ quãtũ ad quid nominis. ſ. quid ſignificant: ſed quãtũ ad queſtionẽ an eſt / puta ꝙ ſint vere: vt dictũ eſt ſuperius tex. 2. ¶ In quarta particula textus (Dupliciter autẽ) qꝛ dixerat principia debere eſſe priora concluſione, diſtinguit dupliciter eſſe aliq̃d prius alio, vno modo quoad naturã, ⁊ altero modo quoad nos. Illa ſũt (inquit) priora quoad nos, q̃ ſenſui ſunt ppinquiora, vt ſingularia. Illa vero ſunt priora quoad naturã, que ſũt a ſenſibus remotiora, vt vniuerſalia. Et que ſunt priora quoad naturã, ſunt priora ſimpl̃r: nam id cõuenit alicui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cui ſimpliciter, quod conuenit ſcđm naturã. Priora ve-
ro quoad nos ſunt ſecũdũ quid priora. i. vt cadũt in cog
Dub. pri-mum. nitione nr̃a. ¶ Sed ſunt hic dubia quatuor. Primũ of-
fert ſe ſtatim aduerſus Ariſtotelem qui ſibi ipſe videtur
contrarius: nam. 1. phiſi. text. 2. ait notiora quoad nos
eſſe vniuerſalia ⁊ notiora nature eſſe ſingularia hic vero
dicit contrariũ. Reſpõdetur vt reſpondet. S. Th. ꝙ ſin
gulare vno modo accipitur ſimpliciter pro illo quod ca-
dit ſub ſenſu, vt diſtinguitur contra ſimpliciter vniuerſa
le, quod ſolo intellectu percipitur per abſtractionẽ a cõ-
ditionibus ſingularibus. Et iſto modo dicit hic ſingula
ria eſſe nobis notiora: qꝛ cognitio nr̃a pro iſto ſtatu inci
pit a ſenſu: vniuerſalia ṽo ſunt notiora nature. Nã illa
ſunt notiora nature, que a natura ſunt ſimpliciter inten
ta (loquimur enim de natura ac ſi ageret ꝑ cognitionẽ, ſi
cut artifex) artifex autem prius cognoſcit finẽ ad quem
deinde ordinat media: ⁊ ita natura prius intendit ſpe-
ciem conſeruare ⁊ ad illum finẽ producit ſingularia que
de per accidẽs cadunt in intentione nature: ſicut de per
accidens cadit ſub intentione artificis hic vel ille lapis
ad cõſtruendã domũ: nã hoc vel illo indifferenter poſſet
vti. Nec opus eſt hic accipere naturã pro natura naturã
te (vt aliqui dicunt) puta pro Deo, qui eſt autor nature,
ſꝫ pro ipſa natura rei ac ſi ipſa cognoſceret ⁊ ꝓduceret
ſe vt ait Albertus. Alio modo accipit̃ ſingulare nõ ſim-
pliciter, ſed reſpectu magis vniuerſalis: quomodo ſpẽs
dicitur ſingulare ſeu ꝑticulare reſpectu generis. Et iſto
modo dicit. 1. phiſ. ꝙ magis ꝑticulare eſt notius nature
⁊ ſimpliciter quia in intẽtione nature principalior finis
eſt ſpẽs q̃ genus, prius. n. intẽdit hominẽ aut equũ ⁊c.
q̃ animal. Sed in cognitione nr̃a prius ſunt magis vni-
uerſalia que illic vocat Ariſt. magis confuſa. Nam licet
cognitio nr̃a incipiat a ſenſu, ⁊ per conſequẽs prius per
cipiat res ſingulares vt ſunt in materia ſenſibili, tamen
de illis prius format ſingulare vagum magis cõmune.
q̃ minus cõmune. Itaq̃ ſenſus nõ percipit niſi hoc ani-
mal quod videt, ſed prius cũ videt a remotis cognoſcit
hoc eſſe ens, mox per motũ hoc eſſe animal, deinde per
figurã hoc eſſe hominẽ, ⁊ tandẽ de facie hunc eſſe ſortẽ.
Unde lꝫ ſenſus nõ formet notitias, niſi ſingulares in ſup
ponẽdo, tñ prius format ſingulares vagas vniuerſalio-
Dubiũ. 2. res in ſignificãdo. ¶ Et per hoc ſoluitur ſcđm dubiũ qđ
eſt hoc. Illic. n. dicit innatã nobis eſſe viã a natura vt ex
notioribus nobis ꝓcedamus: vñ de vr̃ ſequi ꝙ debemus
ꝓcedere a ſingularibus ad vniuerſalia: hic vero vt vide
bimus ſtatim cap. 4. dicit ꝙ demõſtratio ſimpliciter nõ
eſt niſi ex vniuerſalibus. Reſpondetur tñ ꝙ illic ſolũ di-
cit ꝙ in acquiſitione ſcientiarũ debemus ꝓcedere prius
ex ꝓ̄cipijs vniuerſaliorib⁹ (ſicut prius de re viſa forma
mus / hoc ens / q̃ / hoc animal / aut / hic homo) vt prius in
genere debemus tractare de ente naturali, ⁊ de materia
⁊ forma in cõmuni, ⁊ de motu in cõmuni / que ſunt notio
ra: q̃ de celis in particulari, aut de anima, aut de genera
tione ⁊c. Sed tñ cũ hoc ſtat ꝙ ois ſcientia debet tracta-
re de rebus abſtrahendo a conditionibus ſingularibus:
nam tractat de rebus vt ſunt perpetue. Et hoc eſt quod
dicit hic: videlicet ꝙ om̃is demõſtratio debet procedere
ex vniuerſalibus. Quare ſenſus non facit demõſtratio-
Dubiũ. 3. nes nec habet ſciẽtias: ſed ſol⁹ intellect⁹ cuius eſt abſtra
here a ſingularibus. ¶ Ad tertiũ eſt hic maius dubium.
Si omnis demõſtratio vt proxime dixerat Ariſto. debet
ꝓcedere ex cauſis, vt quid ingerit ſermonẽ de prioribus
quoad nos: nam priora quoad nos ſunt effectus: vt ecli
pſis lune quã nos ſentim⁹ eſt effectus interpõnis terre:
q̃re ex prioribus quoad nos nulla poteſt fieri demõſtra-
Demõſt. ꝑ quid: ⁊ qꝛ tio. ¶ Reſpõdetur ꝙ hic incipit inſinuare Ariſt. diuiſio-
nem demõſtrationis ꝓpter quid / ⁊ quia eſt / quã cap. 10.
tex. 30. eſt explicaturus. ¶ Ubi adnotandũ eſt ꝙ cauſa
duplex eſt. Alia eſt cauſa rei, puta vt res ſit: alia eſt cau-
ſa veritatis, puta cauſa aſſenſus cõcluſionis. Et differt
hoc modo inter demõſtrationẽ ꝓpter quid / ⁊ quia eſt / ꝙ
in demõſtratiõe ꝓpter quid / cauſe rei, puta cauſa eſſen
di, ſunt pariter cauſe cognoſcẽdi. ſ. cauſa veritatis con-
cluſionis: iuxta illud. 2. met. tex. 4. eadem eſt cauſa eſſen
di ⁊ cognoſcẽdi: ſed in demõſtratiõe / qꝛ / cauſe cognocen
di. ſ. cauſe veritatis cõcluſionis, nõ ſunt cauſe rei quoad
eſſe: ſed potius effectus. Et ideo omnis demõſtratio pro
cedit quidẽ ex prioribus. ſ. demonſtratio ꝓpter quid / ex
prioribus quoad naturã, ⁊ demõſtratio qꝛ eſt / ex priori-
bus quoad nos. Item omnis demõſtratio ꝓcedit ex cau
ſis cognoſcendi. i. ex cauſis ꝓductiuis aſſenſus conclu-
ſionis. Sed tamen non omnis ꝓcedit ex cauſis eſſendi:
ſed ſola demonſtratio ꝓpter quid: vt ſit dicas / omne aial
reſpirans habet pulmonẽ: piſces reſpirãt: ergo / premiſ-
ſe ſunt cauſe aſſenſus cõcluſionis: ſed tñ reſpirare nõ eſt
cauſa: ſed effectus pulmonis. Quamobrẽ demõſtratio
quia / nõ facit ſimpliciter ſcire: qꝛ non reddit cauſam rei
quod requiritur ad ſimpliciter cognoſcẽdũ rem. ¶ Hoc
poſtea dillatabit inferius Ariſ. manifeſtãs ꝙ demõſtra
tio ꝓpter quid poteſt ꝓcedere ex genere cauſe efficiẽtis
formalis ⁊ finalis. ¶ Quartũ dubiũ eſt circa id qđ ait Dubi. 4.
Ariſt. ſ. ꝙ ꝓ̄ora quoad naturã ⁊ priora quoad nos oppo
nuntur. Primo quia nõ videtur qua oppoſitione oppo
nantur. Et preterea quia cõmentator. 1. phiſ. com. 2. ait
ꝙ in mathematicis eadẽ ſunt ꝓ̄ora quoad naturã ⁊ prio
ra quoad nos. ¶ Reſpondetur ꝙ priora nature ⁊ prio-
ra nobis in naturalibus opponũtur relatiue: ſicut cau-
ſa efficiens ⁊ effectus: nã effectus ſunt priores nobis, ⁊
cauſe, priores nature. Sed tñ quia mathematice ſcien-
tie abſtrahunt, nõ ſolũ a ſingularibus, ſicut relique ſciẽ
tie: ſed a materia ſenſibili (in quo differunt a ſcientijs na
turalibus) tractant. n. nõ de triangulo aut circulo lapi-
dis vel argẽti vel ligni: ſed de triangulo / abſtrahendo a
quacunq̃ materia: inde fit, vt in illis nõ diſtinguitur ꝓ̄us
quoad nos, ⁊ quoad naturã (nam priora quoad nos ſũt
ſenſibilia) ſꝫ cauſe formales per quas demõſtrãt mathe
matici ſunt priores nature ⁊ etiã in cognitione noſtra.
Prius. n. ſuapte natura intellectu percipimus / a quoli-
bet puncto in quolibet punctũ lineã duci / deinde / lineã
recte cadentẽ ſuper lineã rectã angulos vtrũq̃ equales
conſtituere / ⁊ ita cõſequenter ordine ipſo nature proce-
dit etiã cognitio nr̃a. ¶ At vero qꝛ principia prima non
vidẽtur eſſe principia propria rei, cũ tñ demõſtratio de
beat ꝓcedere ex ꝓprijs, hoc ſaluat ſtatim Ariſt. dicens
ꝙ principiũ primũ eſt principiũ ꝓpriũ. ¶ Sed arguitur
hoc eſſe falſum. Dicimus. n. primũ principiũ intrinſecũ
demõſtrationis illud in quo prima paſſio affirmatur de
diffinitione: vt / omne animal rationale eſt diſcurſiuũ / vn Princ. ꝑ.
de prouenit ꝙ prius cognoſcat cauſaꝫ q̃ effectũ, ⁊ inde
ꝙ ſit admiratiuũ, ⁊ inde tandẽ ꝙ ſit riſibile. Ubi appa-
ret ꝙ illud principiũ quod eſt primũ immediatũ, eſt re-
motũ reſpectu vltime paſſionis, puta riſibilitatis: ergo
videtur ꝙ nõ ſit ꝓpria cauſa illius: nã idem videtur eſſe
cauſa propria, ⁊ cauſa ꝓxima eſt. Reſpondet tñ Ariſ. ꝙ
principiũ immediatũ q̃uis ſit remotũ reſpectu ſecunde
vel tertie paſſionis, nihilominus eſt proprium principiũ
eius: nã vt ipſe docet. 2. meta. tex. 6. quod eſt primum in
vnaq̃q̃ re, eſt poſteriorũ ꝓpria cauſa. Ut in genere cali
dorũ ignis calefacit ferrũ: ⁊ ferrũ, aquã: ⁊ aqua, manuꝫ
caloris ergo manus, ignis eſt ꝓpriũ principiũ in cuius
virtute medie cauſe agebant. Quare / eſſe animal ratio
nale / eſt ꝓpria cauſa omniũ paſſionũ que homini conue
niũt: nõ obſtãte ordine quo per priores paſſiões eſt cau Principi-
ſa poſteriorũ: nã vt hic inquit Albertus, ꝓ̄ma principia um imme
licet ſint remota, appropriantur tñ ad effectũ per princi
pia intermedia: ⁊c. Hinc diſſoluit̃ dubiũ hoc, ꝙ videtur
Ariſ. per innutilẽ repetitionẽ dixiſſe / ex primis / ⁊ ex prio
ribus / nã primũ eſt ſuplatiuũ de ly / prius: poſtq̃ ergo di
ctum

ctum eſt / ex primis / nugatio eſt addere ex prioribus.
Quãuis cũ alij aliter ſoluãt: eſt tñ manifeſta reſponſio:
nam quod dixerat ex ꝓ̄mis / inſinuauerat general'r prin
cipia q̃ formal'r intrãt demõſtrationẽ, aut alia in q̃ pre-
miſſe demõſtratiõis reſoluunt̃. Sed cũ ait / ex prioribus
explicat particulariter premiſſas formales demõſtratio
nis: que omnes debent eſſe priores concluſione: lꝫ nõ ſit
neceſſe ꝙ ſint prime, ſed ſatis eſt ꝙ reducuntur ad ꝓ̄mas.
¶ In quinta ꝑticula huius capitis (Eſt autẽ demõſtra
Parti. 5. tionis principium) exacte Ariſt. diffinit demõſtrationis
principia. At occaſione illius exponit octo nomina. Pri
mũ eſt ly / principiũ. Principium. n. inquit eſt propoſitio
medio vacans (quod Boetius dicit / immediata) ea vero
(inquit) medio vacat, qua non eſt alia prior. Ubi notan
dũ eſt ꝙ propoſitio immediata dupliciter poteſt intelli-
gi, vt dicit Albertus: vno modo reſpectu cõcluſiõis: que
quidẽ eſt propoſitio reddens ꝓximam cauſam cõcluſio-
nis. ſicut eſſe admiratiuũ reſpectu huius qđ eſt eſſe riſi-
bileꝫ. Et alio modo ꝓpoſitio eſt immediata: quia nõ ha
bet aliam priorẽ per quã demõſtretur. Albertus videtur
in hoc eſſe ambiguus: ſed alij dicunt ꝙ accipitur hic pro
poſitio immediata primo modo: ⁊ quod intẽdit Ariſ. do
cere quomodo omnis demõſtratio debet formaliter pro
cedere ex proximis principijs cõcluſione: puta inter que
⁊ concluſionem non ſit mediũ. ¶ At vero q̃uis ita ſit ꝙ
demõſtratio, vt ſit euidẽs, debet procedere ex proximis
cauſis, tñ Ariſt. nõ vocat ꝓpoſitionẽ immediatã, illam
que eſt cõcluſioni proxima. Primo qꝛ propoſitio proxi-
ma cõcluſioni non ſemꝑ eſt prima: nã prima, cũ ſit ſuper
latiuũ, dicit negationẽ ꝓ̄oris: vt expreſſe hic dicit Ariſt.
Item quia ſuperius, docens, demõſtrationẽ debere pro
cedere ex primis / expoſuit ſe, dicens, ꝙ alias nullus ſcit
concluſionẽ niſi premiſſas ſciat reducere in primas ⁊ in
demõſtrabiles: propoſitio vera ꝓxima cõcluſioni ſepiſſi
me eſt demõſtrabilis. ¶ Dicendũ eſt igitur, ꝙ propoſitio
Propõi-mediata. immediata eſt illa, cuius predicatũ ineſt ſubiecto per ſe
primo ſine aliquo medio: vt illa in qua prima paſſio ꝓ̄di
catur de diffinitione, aut diffinitio de ſpecie: vt (om̃e ani
mal rõnale eſt diſcurſiuũ / ſi demus illam eſſe primã paſ-
ſionẽ) nã ſtatim ſine medio ex hoc quod eſt rationale, cõ
uenit vt ſit diſcurſiuũ: ⁊ hec / homo eſt animal rõnale / nã
diffinitio per ſe primo cõuenit ſpẽi. Et ideo dicitur im-
mediata ſeu medio vacãs: quã inferius Ariſt. cap. 4. vo
cat per ſe primo: qꝛ. ſ. inter predicatũ ⁊ ſubiectũ nullũ eſt
medium. Ubi vero paſſio ſecunda vel tertia predicatur
de diffinito, eſt ꝓpoſitio mediata, vt / animal rationale
eſt riſibile / qꝛ predicatũ nõ conuenit ſubiecto immedia-
te, ſed per aliam mediã paſſionem. ſ. quia eſt admirati-
uũ. Et ideo talis propoſitio eſt demonſtrabilis per illud
mediũ. ſ. omne animal admiratiuũ eſt riſibile: omne ani-
mal rationale eſt admiratiuũ: ergo. Et pariter vbi diffi-
nitio predicat̃ de indiuiduo eſt mediata: qꝛ Petrus non
eſt animal rationale niſi qꝛ eſt homo: ⁊ ideo / Petrus eſt
animal rationale / demonſtrat̃ per mediũ / homo. ſ. omnis
homo eſt animal rationale: petrus eſt homo: ergo. ¶ Et
hoc eſt hic attente aduertendũ pro arte poſterioriſtica,
ꝙ illud mediũ ratione cuius ꝓ̄dicatũ alicuius ꝓpoſitio-
nis ineſt ſubctõ, vniuerſal'r ẽ mediũ ad demõſtrandũ ta
lẽ ꝓpoſitionẽ: ꝙ ſi ꝓ̄dicatũ ſine medio ineſt ſubiecto, illa
eſt immediata medio carens: ⁊ ꝑ conſequens eſt indemõ
ſtrabilis. ¶ Quod ſi qs arguat cõtra hoc ꝓbãdo ꝙ nu
lũ principiũ intrinſecũ demõſtratiõis ſit immediatũ: qꝛ
maxime illud in quo. Prima paſſio ꝓ̄dicat̃ de diffinitio
ne, ſꝫ principia extrinſeca ꝑ ſe nota ⁊ dignitates (vt qđ
libet eſt vel nõ eſt) ⁊ ſimilia, ſũt ꝓ̄ora. Ad hoc reſpõdebit̃
ſtatim parti. 6. ⁊ in queſtione. 2. ¶ At quia in diffinitiõe
principij ponit̃ / ꝓpoſitio / occaſione eius exponit q̇d eſt
ꝓpoſitio dialectica, q̇d demõſtratiua, q̇d enũciatio, q̇d
cõtraditio / q̇d affirmatio ⁊ quid negatio. ¶ Ad quorũ no
titiã notandũ eſt ꝙ Paulus venetus ⁊ alij putãt ꝙ enũ
tiatio eſt diſiunctiua ex duab⁹ cõtradictorijs: q̃ de cauſa enũtiatio
ꝓpoſitio dicit̃ hic eſſe altera pars (. ſ. cathegorica) enun
tiationis. Sed tñ ꝑfecto / enuntiatio / de ſe non dicit eſſe
diſiũctiuã aut cõſtantẽ ex cõtraditorijs: nã. 1. per Hier.
diffinit Ari. ꝙ enũciatio eſt ois oratio in qua eſt verũ vel
falſum: quã deinceps diuidit in affirmatiuũ ⁊ negatiuã:
⁊ hic ait ꝙ enunciatio eſt cõtraditionis vtraq̃ pars. Et
ideo tam affirmatiua cathegorica q̃ negatiua ſeorſum
eſt enũciatio. ¶ Igitur notãda eſt differẽtia inter q̃tuor
hec nomina / Enuncitio / Problema / Propoſitio / Con-
cluſio. Enunciatio eſt or̃o verũ vel falſum ſignificãs que
aſſertiue aut negatiue ⁊ per modũ ſñie ꝓfertur: vnde et
ꝓnũciare ſeniam dicimus. Problema vero vt colligit̃ ex
Ariſt. 1. top. cap. 9. eſt or̃o q̃ in mediũ proponitur tanq̃
dubia: vt diſputatiõe iactet̃, ꝓblema. n. idẽ eſt quod in
mediũ ꝓfero / ſeu / iacto. Sꝫ propoſitio q̃uis inter ſum-
muliſtas pro eodẽ accipiat̃ pro quo enũciatio, eſt tñ enũ
ciatio q̃ proponit̃ vel aſſumit̃ tanq̃ premiſſa ad inferen-
dum aliã. Cõcluſio vero eſt enunciatio q̃ ex alia infert̃.
Itaq̃ tam propoſitio q̃ cõcluſio eſt ſpẽs enunciationis
imo ſola ratione differt ab enunciatione: qꝛ vtraq̃ pro-
fertur aſſertiue vel negatiue: niſi ꝙ ꝓpõ connotat vt ſit
ꝓ̄miſſa, ⁊ cõcluſio ꝙ ſit ꝓbata: ſꝫ enũciatio abſtrahit ab
vtroq̃ vnde q̃ mõ eſt concluſio põt in alio ſyllogiſmo eſſe
ꝓpoſitio. Problema ṽo nõ eſt enũciatio: qꝛ nõ proponi
tur aſſertiue: ſed dubitatiue per modum diſiunctionis. ſ.
vtrum bona corporis ſint pars felicitatis, necne. ¶ Pro
poſitio vero diuiditur in dialecticam (quã Argiropylus Propoſi-
appellat propoſitionẽ diſſerẽdi / nam dialectica idem eſt tio dialec.
quod diſſerendi ſeu diſputãdi ſciẽtia) ⁊ propoſitionẽ de-
mõſtratiuã: quã appellat ꝓpoſitionẽ demõſtrandi. Pro
poſitio dialetica eſt propoſitio probabilis ſiue vera ſit
ſiue falſa: vt habet̃. 1. topi. cap. 1. ideſt q̃ plĩmis aut ſapiẽ
tibus apparet. Propoſitio vero demoſtratiua eſt ſolum
ꝓpoſitio vera, imo neceſſaria. Ait ergo Ariſto. ꝙ propo
ſitio eſt altera pars enunciationis. Pars. ſ. ſubiectiua ſi
cut homo dicitur pars aialis: qꝛ eſt ſpẽs ei⁹. ſ. eſt enũcia-
tio affirmatiua vel negatiua. Addit tñ / vnũ de vno com
plectens. i. ſignificãs: ad excludendũ ꝓpoſitionẽ plures
ex terminis equiuocis: que nõ eſt idonea ſyllogiſmo an-
tea q̃ diſtinguat̃ in ſua equiuocata. Et ꝓpoſitio (inq̇t)
diſſerendi. i. dialectica eſt q̃ vtrãuis partem accipit. i. in-
differenter affirmatiuã vel negatiuã, verã vel falſaꝫ, dũ
modo ſit probabilis. Demonſtratiua ṽo eſt illa ſolũ que demõſtra-
determinate eſt vera: nã ex duabus cõtradictorijs neceſ tiua.
ſe eſt alterã eſſe veram. Nõ ergo eſt ſenſus ꝙ vnius certi
ſyllogiſmi dialectici vtraq̃ cõtradictoriarũ ſit ſimul pre
miſſa aut concluſio (illud. n. nõ eſt poſſibile) ſꝫ ex duabus
cõtradictorijs vtraq̃ põt eſſe idonea ad ſyllogiſmũ diale
cticũ: vt ſi dicas / nauale bellũ erit cras / nullũ erit nauale
bellũ cras / quelibet pars eſt ꝓpoſitio dialectica: ⁊ neutra
eſt demõſtratiua. Sed ſi dicas / cras orietur ſol non oriet̃
ſol cras / affirmatiua eſt nr̃ demõſtratiua: ſed negatiua
nec eſt demõſtratiua nec dialectica. ¶ Cõtradictio inq̇t Contra-
eſt oppoſitio cuius per ſe mediũ nullũ eſt. i. eſt oppoſitio dictio.
inter duas ꝓpoſitiones inter quas nullũ eſt mediũ: ſed ſi
vna nõ eſt vera, alia eſt vera (ad differẽtiã cõtrariarum
quarũ vtraq̃ eſt falſa) ⁊ ſi vna nõ eſt falſa, alia ẽ falſa: ad
differẽtiã ſubcõtrariarum. Imo ſubtiliter ponitur diffe-
rentia inter cõtradictionẽ ⁊ alia genera oppoſitionũ: nã
inter videns ⁊ cecũ priuatiue oppoſita, lꝫ non ſit mediũ
in ſubtõ ꝓprio, puta apto ad vidẽdũ, tñ ſimpl'r ẽ mediũ
in cato ante nonuꝫ diẽ, vel in talpa vel in lapide: q̃ nec eſt
vidẽs nec cecus. Et inter duplũ ⁊ ſubduplũ relatiue op
poſita eſt mediũ i angelo: q̃ cũ ſit indiuiſibilis, nec eſt du
plus nec ſubduplus: ⁊ inter albũ ⁊ nigruꝫ, q̃ ſunt contra
ria, eſt medius color q̃ nec eſt albus nec niger. Et q̃uis
ſint aliqua cõtraria immediata q̃. ſ. non habẽt mediũ in
 ſubiecto

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſubiecto ꝓprio vt ſanitas ⁊ egritudo in animali, tñ lapis
nec eſt ſanus formal'r nec eger: ⁊ ꝙ in ſubiecto ꝓprio nō
habeāt mediū, eſt inquantū ꝑticipant aliquid de cōtra
dictione: nā cecꝰ eſt qui nō videt, ⁊ eger qui nō habet de-
bitā ꝓportionē in qua eſt ſanitas. Cōtraditio vero ⁊ in
quocūꝫ ⁊ per ſe non habet mediū. ¶ Poſtremo diffinit
affirmationē ⁊ negationē: q̃ diffinitiones per ſe luceſcūt.
Parti. 6. ¶ In ſexta ꝑticula (Principiorꝫ autē) diuidit Ariſt. pri
ma principia in pōnes ⁊ dignitates: ⁊ rurſus pōnes in
poſitiones ſimpl'r, ⁊ ſuppoſitiones. Ait ergo ꝓnciporū
medio vacantiū. i. q̃ ſunt ꝓma ⁊ indemōſtrabilia, id qui
dē poſitio dicit' q̃ fieri nequit vt demōſtret', quodꝫ nō
neceſſe eſt eū habere qui dicere aliquid inſtituit: id vero/
quod omnes habere/qui modo diſcere aliquid parāt, ne
ceſſe eſt, dignitates appellātur. In exēplaribus q̃ nunc
emendatiſſima habentur, hic locus eſt depꝛauatiſſimus
nam pro eo quod eſt/poſitio/habetur poſitionum/⁊ pro
eo quod eſt/eum habere qui diſcere quid inſtituit/habe-
tur/eum diſcere quid inſtituit habere. Que proinde ad
grecū nos exēplar reuocauimus. Eſt ergo ſenſus Ariſ.
ꝙ ex principiis indemonſtrabilibus aliqua ſunt que di-
Dignitas cuntur poſitiones, alia vero que dicunt' dignitates. Di-
gnitas eſt principium indemonſtrabile, quod naturali-
ter neceſſe eſt eum habere, qui diſcere vult aliquaꝫ ſcien
Poſitio. tiam anteꝗ̃ doctorem adeat. Poſitio vero eſt principiū
indemonſtrabile quod non eſt neceſſe naturaliter eū ha-
bere, qui vult ſcientiam aliquam diſcere, ſed illud a do-
ctore illius ſcientie recipit. ¶ Ad cuius euidentiam no-
tandum eſt ꝙ quāuis omnis propoſitio immediata. i. cu
ius predicatum per ſe primo ineſt ſubiecto, quātum eſt
ex natura ſua ſit per ſe nota, tamen non omnis talis eſt
per ſe nota nobis: propterea ꝙ termini illius nō ſunt om
nibus per ſe noti. Alie vero ſunt que non ſolū ex natura
ſua, ſed nobis ēt ſunt per ſe note: qꝛ termini earum ſunt
omnibus noti. Exempli gratia. Hec propoſitio/quodli
bet eſt vel non eſt/eſt per ſe nota ex natura ſua: nam eſſe
aut non eſſe immediate cōuenit cuicunꝫ rei: ⁊ eſt per ſe
nota nobis: quia termini. i. extrema illius propoſitionis
ſunt omnibus notiſſima: quod. n. primo de vnaquaꝫ re
cognoſcimus, eſt eſſe aut non eſſe: ⁊ ideo hec appellatur
dignitas: quia digna eſt cui apprehenſe, omnes ſtatim
ex terminis aſſentiant ſine doctore. Et hec dicitur ſim-
plicit' ꝑ ſe nota. Tametſi inter dignitates ſint gradus:
nam alia eſt dignitas vniuerſaliſſima: vt illa que modo
dicta eſt: alie vero ſunt dignitates particulariter certis
ſcientiis ſeruientes, vt/omne totum eſt maius ſua par-
te/in mathematicis: corpora naturalia mouentur/in
philoſophia naturali. At vero iſta/anguli recti ſunt e-
quales/quamuis a natura ſua ſit per ſe nota: nam equa
litas eſt de diffinitione anguli recti (eſt enim angulus re
ctus quem facit linea recta cadens ſuper lineam rectam
equales vtrinꝫ angulos conſtituens) tamen illa non eſt
per ſe nota nobis: quia ruſticꝰ, quantūlibet ſit latinus,
non naturaliter iudicabit eſſe veram, niſi geometra eaꝫ
explicuerit ⁊ aliquo modo probauerit. Et ratio eſt quia
diffinitio anguli recti, nō eſt per ſe nota nobis. Quocir
ca nec eſt demonſtrabilis, cum ſit immediata: nec rurſus
eſt dignitas: ſed dicitur poſitio quam doctor ſtatim pro
ponit ⁊ exponit diſcipulo. Eodem modo in medicina po
ſitio eſt ꝙ cōtraria contrariis curantur: ⁊ in philoſophia
naturali, ꝙ corpora naturalia conſtant ex contrariis.
Ecce quemadmodum diſcipulus, dignitates quidem
naturaliter per ſe nouit: poſitiones vero a doctore reci-
pit. Eſt autem aliud genus ſuppoſitionum non ſimpli-
citer: ſed ſecundum quid: nempe que in vna ſcientia ſup-
ponuntur, ſed probantur in alia. Supponit enim geo
metra a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam
duci, quod tamen probat philoſophus naturalis. 5. phi.
textus. 29. eo ꝙ duo puncta non poſſunt eſſe immedia-
ta: ſed inter duo quelibet mediat' linea recta. Et muſica
⁊ perſpectiua multa ſupponunt ex ſuis ſubalternanti-
bus, Arithmetica ⁊ Geometria. ¶ Subdiuidit mox
Ariſtote. poſitionem in eam que ſimpliciter dicitur poſi
tio, ⁊ ſuppoſitionē. Ait enim ꝙ ſi id quod ponitur a do-
ctore eſt propoſitio, ſiue affirmatiua ſiue negatiua, ap-
pellatur ſuppoſitio, vt ſunt exēpla modo poſita: ſi vero
non ſit propoſitio, ſed diffinitio non ſignificans vere vel
falſe, eſt poſitio, non tamen ſuppoſitio. Ut arithmeticus
ponit diffinitionem vnitatis aut puncti. Et ratio eſt qꝛ
nomen/ſuppoſitio/ſonat ſubiectionem ſubiecti ad pre-
dicatum: et ideo non dicimur ſupponere, niſi quādo ſup
ponimus aliquid eſſe verum vel falſum: quando autem
ponimus ꝙ diffinictio hominis ſit/animal rationale/ni
hil ſupponimus eſſe verum: cum diffinitio non ſit propo
ſitio: ſed explicamus rei quiditatem. ¶ Quod ſi quis ar Diffinitio
guat Ariſtotelem male ſubdiuidere poſitionem in diffi-
nitionem ⁊ ſuppoſitionem: nam omne principium (vt vi
detur inſinuaſſe Ariſtoteles) eſt propoſitio: puta propo
ſitio immediata: ſed poſitio eſt ſpecies principii (nam di-
uiditur principium in poſitionem ⁊ ſuppoſitionem) er-
go omnis poſitio eſt propoſitio: et diffinitio non eſt pro
poſitio: ergo nec eſt poſitio. Dupliciter et bene reſpon-
det. S. Tho. Primo ꝙ non omne principium debet eſſe
propoſitio: imo diffinitio eſt principiū. Et ſecundo quā-
uis omne principium ſit propoſitio, ⁊ diffinitio non ſit
propoſitio, tamen habita diffinitione, ſtatim conſtituit'
principiū immediatū in quo diffinitio predicatur de ſpe
cie. ¶ In ſeptima et poſtrema particula huius capitis Parti. 7.
[Cum autem credere ⁊c.] Ariſt. tandem probat quar Ex notio
tam particulā diffinitionis/ex notioribus. Et artificio ri.
ſe intendit duas probationes: probat enim premiſſas eſ
ſe notiores concluſione, primo, quia ſunt cauſe: ſecūdo,
quia ſunt priores. Ait enim ꝙ ſi rem. i. concluſionem ſci
mus propter demonſtrationem, hec vero eſt, quia ſunt
ea ex quibus extruitur: hoc eſt: demonſtratio vero eo eſt
ſcientiam generans, quia premiſſe ex quibus procedit
ſunt vere, neceſſe eſt, non ſolum illas premiſſas eſſe no-
tas in veritate, verum eſſe notiores q̃ ſit concluſio. Nā
ſemper (inquit) illud eſt magis tale propter quod vnum
quodꝫ aliud eſt tale. Velut ſi propter Deum diligimus
proximum, Deum certe magis diligimus q̃ proximuꝫ.
¶ Secundo illic [fieri autem ⁊c.] probat premiſſas eſ
ſe notiores concluſione, eo ꝙ ſunt prius cognite. Et ra-
tio eſt hec. Ea que homo antea ſciuit, neceſſe eſt melius
credat et aſſentiat q̃ ea que antea non ſciuit: ſed premiſ
ſas antea ſciuit q̃ concluſionem: ergo notiores ſunt pre
miſſe q̃ concluſio. At quia poterat quis obiicere premiſ
ſas non proprie ſciri (nam aſſenſus premiſſarum non vo
catur ſcientia ſed intellectus) ideo, inſinuās ꝙ ille aſſen-
ſus eſt melior diſpoſitio q̃ ſi eſſet ſciētia, format ſic ratio
nem/fieri nō poteſt vt ea quiſꝫ magis credat que antea
neſciuit ⁊ circa que non melius diſpoſitus eſt q̃ ſi ſciret:
id eſt, circa que neꝫ habuit ſcientiam neꝫ intellectum
(q̃lis eſt concluſio) q̃ ea quorum habuit ſcientiam vel in
tellectum (quales ſunt premiſſe ⁊c.) Et ne quis rurſus
obiiceret, ꝙ non omnes premiſſas ſcimus ante conclu-
ſionem (nam ſuperiori capite tex. 3. dixerat ꝙ ſolum ma-
iorem ſcimus ante concluſionem: minorem vero ſimul)
propterea reſtrinxit ſe, videlicet, ꝙ neceſſe eſt vel omnes
vel ſaltem aliquam premiſſam eſſe notiorem cōcluſione:
inſinuans forte ꝙ minor non ſemper eſt notior. Scienti
namꝫ omnem triangulū habere tres angulos equales
duobus rectis, non eſt neceſſe vt notius ſit hunc triangu
lum eſſe triangulum, q̃ eum habere tres angulos ⁊c.
At vero quomodo intelligatur premiſſas eſſe notiores
concluſione, queſtione ſecunda expreſſius diſputabitur.
¶ Concludit demū ꝙ ei qui per demonſtrationem ſcien
tiā eſt habiturus, neceſſe eſt non ſolū premiſſas eſſe ma-
gis

gis notas cōcluſione, verū nihil eſſe certius q̃ ꝙ oppoſi
ta illarū ſint falſa: nā qui dubitat de cōtradictorio alicu-
ius propoſitionis nequit d' tali ꝓpoſitioni eſſe certus.

¶ Quod non omnium ſit demon-ſtratio. Cap. 3. Tex. 6.

SVnt aūt, quibus propterea ꝙ ipſa
quoꝫ principia ſcia tenere opor-
tet, non videtur eſſe ſcientia. Sunt
etiā quibus eſſe quidē videtur, de-
mōſtrationes tamē omniū eſſe quo
rum neutrū ſane verum, aut neceſſarium eſt. Qui
nāꝫ ſcientiā omnino non eſſe ponunt, ii aſcendē
dum eſſe in infinitum cenſent, propterea ꝙ poſte
riora non ſciūtur ob ea priora, quorum primo nō
ſunt: recte quidem dicētes. Fieri enim nō poteſt,
vt infinita quiſquā pertrāſeat. Quod ſi ſtatur, ac
principia ſunt, hæc incognita dicūtur eſſe, cum ip
ſorū non ſit demonſtratio: quod quidem ſolum in
quiunt eſſe ſcire. Quod ſi fieri nō poteſt vt prima
ſciātur, neꝫ fieri poſſe dicunt, vt ea quæ proficiſ
cuntur ex illis ſciātur ſimpliciter, proprie ve: ſed
ex ſuppoſitione dumtaxat, nempe ſi illa ſint. At
ſecundi de modo quidē ſciendi cum ſentiunt: per
demonſtrationem enim ſolum eſſe ſcientiam di-
cunt, verum omnium demonſtrationem eſſe nihil
inquiunt prohibere. Fieri enim poteſt, vt demon
ſtratio circuli modo verſetur omniaꝫ mutuo de-
monſtrentur. ¶ Nos autem dicimus, nec omnem
ſcientiam eſſe demonſtratiuā: ſed eorum quæ me
diis vacant, indemonſtrabilem eſſe: quod quidē
neceſſarium eſſe patet. Nam ſi neceſſarium eſt vt
priora ſciantur, & ea ex quibus conficitur demō-
ſtratio: ſtatur autem tandem in hiſce quæ vacant
mediis, hæc indemōſtrabilia neceſſe eſt eſſe. Hoc
igitur ita ſeſe habere dicimus, & non ſolum ſcien
tiam, ſed & principium ſcientiæ quoddam eſſe aſ
ſerimus, quo terminos ipſos cognoſcimus. ¶ Et
etiam patere dicimus, fieri non poſſe, vt circuli
modo demonſtratio ſimpliciter conuertatur, ſi de
monſtrationem ex prioribus oportet ac notiori-
bus eſſe. Fieri enim nequit vt eiſdem eadē ſimul
priora ſint atꝫ poſteriora, niſi altero modo: veluti
ſi alia noſtra ex parte, alia ſimpliciter dicantur:
quo quidē modo facit inductio notū. Quod ſi ita
ſit, non bene eſt ipſum ſimpliciter, ſcire, deffinitū,
ſed eſt ſane duplex. An altera demōſtratio ex hiſ
ce quæ nobis ſunt notiora: quæ ſit ſimpliciter de-
monſtratio nō eſt. ¶ Euenit autē hiſce qui dicūt
demonſtrationē circulo verſari, nō ſolum id quod
nunc eſt dictū: ſed etiam nihil aliud vt dicant, quā
ſi hoc eſt, hoc eſt, hoc vero pacto facile eſt omnia
demōſtrare. Atꝫ patet, id ipſum accidere tribus
poſitis termimis. Siue. n. per multos, ſiue per pau
cos redire dicatur, nihil profecto refert: per pau-
ciores autem quam duos. Nam quando cum. a.
ſit, eſt neceſſario. b. &. b. cum ſit, eſt neceſſario. c.
tunc cum. a. ſit, neceſſario. c. ipſum erit. Si igitur
cum. a. ſit, neceſſe eſt. b. & cum. b. ſit, neceſſe eſt
eſſe. a. hoc enim erat circuli modo verſari. Pona-
tur. a. in loco, quo ipſum eſt. c. Dicere igitur cum
b. ſit. a. ipſum eſſe, nihil aliud eſt, quam dicere
cum. b. ſit. c. ipſum eſſe. Id autem nihil aliud eſt,
quam dicere cum. a. ſit. c. ipſum eſſe. At idem eſt.
c. &. a. quare fit, vt hi qui cenſent orbis modo de-
monſtrationem verſari, nihil aliud dicant quam
cum. a. ſit. a. ipſum eſſe. Hoc vero pacto facile de
monſtrare eſt omnia. ¶ At vero nec id ipſum fie-
ri poteſt, niſi in hiſce quæ mutuo ſe ſequuntur,
qualia ſunt ipſa propria. Demonſtratum eſt igi-
tur prius, vno quidem poſito nūquam neceſſario
aliquid aliud eſſe: vno inquam, aut termino, aut
poſitione vna: e duabus autē poſitionibꝰ primis,
ac minimis fieri poſſe, ſiquidem et ratiocinari con
tingit. Si igitur. a. &. b. &. c. mutuo ſe ſequantur:
ſic tantum fieri poteſt, vt oſtendantur ex ſeſe mu
tuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura
poſtulata ſunt, vt in libro de ſyllogiſmo oſtendi-
mus: quo loco etiam patuit, cæteris in figuris aut
ratiocinationem hanc non fieri, aut ex hiſce quę
ſunt ſumpta non fieri. Ea vero, quæ prædicatio-
nem non ſuſcipiunt mutuā, fieri non poteſt vt mu
tuo demonſtrentur. Quare cum indemonſtratio
nibus pauca talia ſint, conſtat vanum eſſe ac im-
poſſibile, demonſtrationē eſſe cenſere, atꝫ ob id
ipſum poſſe demonſtrationem omnium eſſe.

IN capite hoc tertio qui ſextus
eſt textus Ariſto. extirpat duos erro-
res philoſophorum quos ex diffinitio-
ne demoſtrationis concipiebāt. Ex illa
namꝫ determinata veritate ꝙ oportet
principia ante cōcluſionē cognoſcere, ⁊
ꝙ nulla eſt ſciētia niſi premiſſe ad prima vſꝫ principia re
ſoluātur, quidam eliciebant nullā eſſe poſſibilē ſcientiā:
alii vero concedētes poſſibilem eſſe ſciētiam, inferebant
cōtingere circulariter demōſtrari: puta. a. cōcluſionem/
per. b. et. b. rurſus per. a. Atqui ambo iſti errores ex vno
cōmuni falſoꝫ fundamēto pullulabāt: videlicet ꝙ nihil
cōtingit ſcire neꝫ euidenter cognoſcere niſi per demon Prima
ſtrationē. ¶ Cōtinet ergo hoc capitulū particulas quin particula
ꝫ. In prima explicat errores iſtorū. Ait. n. ꝙ negantes
ſcientiam eſſe, hac ratione mouentur. Aut principia de-
monſtrationis procedūt in infinitū ita vt poſteriora de-
mōſtrentur per priora et illa per alia priora ⁊c. ⁊ inde re
cte colligebāt (inquit Ariſt.) nihil poſſe ſciri: nā tunc nō
daretur aliquod primū principium vnde ſcientia incipe
ret, et cum infinita nō ſit poſſibile ſcire, tūc nullum prin
cipium ſciretur: quia poſteriora non ſciuntur niſi ſcitis
prioribus. Aut non procedunt in infinitum ſed deueni-
tur ad prima principia: et tunc ſi illa ſunt prima, nō ha
bent priorem demonſtrationem: et per conſequens non
ſciuntur: quia nihil putabant ſciri poſſe niſi per demon
ſtrationem. Quod ſi prima non ſciuntur, tunc nec po-
ſteriora ſimpliciter ſciuntur: ſed ſcirentur ſolum ex ſup-
poſitione. Explicuimus enim ſuperius ꝙ licet quis ſciat
conditionaliter ꝙ ſi terra interponitur inter ſolem et lu
nam luna echlipſatur, non ſcit ſimpliciter lunam echlip
ſari, niſi cū hoc ſimpliciter ſciat terram poſſe interponi.
¶ Secundi vero philoſophi hoc mouebantur paralo-
giſmo. Cenſebant enim: et ſcientiam eſſe poſſibilem, ⁊ ni
hil poſſe ſciri niſi per demonſtrationem: vnde inferebant
omnium principiorū eſſe demōſtrationem: ſi enim. a. ſcit'
per. b. neceſſe eſt ſcire. b. et per conſequēs illius eſſe de-
monſtrationem. At vero, vt proceſſum euitarent in infi
nitum, dicebant ꝙ. a. demonſtratur per. b. et. b. forſan
per. c.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

2. Particula. per.c.ſed.c.rurſus per. b.et.b.per.a. quod eſt circulariter demonſtrare. ¶ In ſecunda particula textus [Nos autem dicimus] euellit Ariſtote. primum fundamentum videlicet/ ꝙ nihil contingit ſciri niſi per demonſtrationē: aſſerens aliqua eſſe prima principia immediata et indemonſtrabilia. Quare licet premiſſe demõſtrabiles reſoluantur in alias priores, et ille forte in alias, ſtandum tamē eſt imprimis quas ſcimus, non per demonſtrationē, ſed ſtatim cognitis terminis. Appellat hic Ariſto. ſcientiā generaliter, euidētem cognitionē: ſiue fiat per demõſtrationē (que proprie eſt ſciētia) ſiue ſtatim per aprehēſionē terminorū (que cognitio dicitur intellectus) vt eſt cognitio huius quodlibet eſt vel nõ eſt: aut huius omne totū eſt maius ſua parte: quā dicit Ariſt. nõ eſſe ſciētiam ſed principiū ſciētie.i. aliquid altius ꝙ̃ ſciētia. Et hec inquit cognoſcimus eo ꝙ terminos cognoſcimus (quod Boetius vertit/ in quantū terminos cognoſcimus) Et ita euitatur proceſſus in infinitum ⁊ ſaluatur ſciētiam

Propõ per ſe nota. eſſe. Et hec eſt diffinitio propoſitionis per ſe nota. Eſt nāqꝫ propoſitio cuius aſſenſus ex ſola notitia terminorum producitur.

3. Particula. ¶ In tertia particula [Et etiā patere dicimus] incipit reprobare errorē ſcdm: puta ꝙ ſit poſſibilis circularis demõſtratio. Et demõſtrat hūc eſſe errorem tribus rationibus: quarū prima ſumitur ex eo ꝙ demonſtratio procedit ex prioribus ac notioribus concluſione. Ait enim ꝙ ſi daretur demõſtratio circularis tunc idem eſſet prius et poſterius alio: nā ſi.a. demonſtraretur per.b. b.eſt priꝰ: et ſi.b. demõſtratur per.a. b. etiā eſt poſterius. At quia poſſet quis ex ſuperioribus reſpondere nõ eſſe incõueniēs vt idē ſit prius quo ad nos et poſterius quo ad naturam, ſicut ſingularia per que fit inductio ſunt priora nobis et poſteriora nature, excludit hanc reſponſionē, dicens, ꝙ ſi hec demonſtratio que procedit ex prioribus nobis faceret ſcire, tūc nõ bene ſupra diffinitū eſſet ſcire, vbi dictum eſt ſcire eſſe rem per cauſas cognoſcere: nam talis demonſtratio non procedit ex cauſis ſed ex effectu. Quo circa dicendū eſſet duplex eſſe ſcire, ſcilicet aliud per cauſam ⁊ aliud per effectū: qđ tamē eſt falſum: nā ſcire ab effectu, non eſt ſcire. Cognoſcere enim per ſenſum ꝙ ignis calefacit nõ eſt ſcientia: ſed experientia quia nõ ſcitur per diffinitionē ignis. Cõcludit ergo ꝙ demonſtratio que procedit ex prioribus quo ad nos, nõ eſt ſimpliciter demonſtratio. Et concluditur interrogāter per particulam an/ que equiualet negationi. Loco de ly/ an/ ſubiectiue/ an/ eritqꝫ cõtextus pſpicatior. Hinc infert. S. Tho. ꝙ in ſyllogiſmo dialectico nihil vetat quin detur circulus in diuerſis generibus cauſarum: quia ſyllogiſmus dialecticus, cum nõ ſemper faciat ſcire, non eſt neceſſe vt procedat ſemper ex cauſis.

4. ꝑticula ¶ In quarta particula [Euenit autem] format ſecundam rationē. Ait enim perinde eſſe circulariter demonſtrare ac ſiquis demonſtraret idem per idem, ſcilicet hoc eſt, quia hoc eſt: quo pacto facile (inquit) eſſet omnia demonſtrare. Et hoc inquit patere põt in tribꝰ terminis. Nihil.n. refert per plures an per paucos redire dicatur

Circulus. ideſt circulꝰ fiat (quod Boetius vertit/ reflectere) ¶ Ad intelligentiā huius textus, qui obſcurus eſt, demus circulū fieri in tribus his terminis.a.b.c. Ut quia.a.eſt. b. eſt et quia.b.eſt. c.eſt: vnde directe ſequitur de primo ad vltimū, quia.a. eſt.c.eſt, vt infert Ariſt. (ponitur enim in textu/ cū et ſecundū Boetiū/ ſi/ pro/ q2) tunc ſi datur circularis demõſtratio, demõſtretur circulr.b.per.c.⁊.a per.b. ſcilicet quia.c.eſt.b. eſt, et quia.b.eſt.a.eſt: ⁊ de primo ad vltimū circulr, quia.c. eſt.a.eſt. Eadē ratione incipiendo.a.b. ſequitur, quia.b. eſt.c. eſt et quia.c.eſt.a.eſt (vt modo inferebamus) ergo quia.b.eſt.a.eſt: et per cõſequens primus circulus trium terminorum reductus eſt ad duos.ſ.quia.a.eſt.b. eſt: et quia. b. eſt.a eſt: et hoc eſt quod dicit Ariſto. Ponaꝛ.a. in loco quo ipſum.c.eſt ideſt loco.c, quod eſt dicere: ſicut prius inferebatur: quia.b.eſt.c.eſt, inferatur quia.b.eſt.a.eſt. Rurſus eadem arte ſequitur de primo ad vltimū/ quia.a.eſt.b.eſt, ⁊ q2.b.eſt.a.eſt: ergo quia.a. eſt.a.eſt: nam ſicut in tribus terminis ſequebatur/ quia.a. eſt.b.eſt.et quia.b.eſt. c.eſt/ ergo quia.a.eſt.c. eſt: ita (poſtꝙ̃.a.ponitur loco de ly.c.) pariter ſequitur quia.a. eſt.b. eſt et quia.b.eſt.a. eſt ergo quia.a.eſt.a.eſt. Atqꝫ adeo tandem circulus reducitur ad idem per idem: quod erat intentū Ariſto. Atqui propterea premiſſerat ꝙ nihil refert ſiue per multos ſiue per paucos terminos redire circulꝰ dicatur: etiā per pauciores ꝙ̃ duos: puta per vnū. In verſiõe Boetij habetur. Per paucos aut per duos/ ⁊ quāuis litera greca vtrāqꝫ traductionē admittat, tū hec Argiropyli ſignificātius explicat mentē Ari.

5. Particula ¶ In quinta ⁊ poſtrema particula [At vero] ſubiūgitur tertia ratio: q̃ talis eſt. Admittētes circulū in demonſtrationibus eo id opinanꝛ, vt ſaluēt omnia poſſe demõſtrari: et ideo debēt cõſequēter dicere ꝙ cuiuſcūqꝫ demõſtrationis poſſunt ambe premiſſe demonſtrari per circulū: hoc tamē eſt falſum: immo ſolū in primo modo prime figure poteſt eſſe circularis demõſtratio: ⁊ adhuc vbi medium ⁊ ambe extremitates ſunt tres termini conuertibiles: ergo vana eſt iſtorū opinio. Ad manifeſtationem minoris ſupponit Ariſto. ex libris priorū ꝙ demonſtratio, ſicut omnis ſyllogiſmus nõ procedit ex vna ſola propoſitione aut vno ſolo termino, ſed ex tribꝰ terminis duas propoſitiones cõponētibꝰ. Supponit ſcđo (qđ quinto lib. ſummul. ꝗ late mõſtratū eſt) ꝙ circularis ſyllogiſmus tunc fit quādo ex cõcluſione et altera premiſſarū, aut eius cõuertente, infertur altera premiſſa. Ut data iſta demonſtratione omne animal rationale eſt riſibile: omnis homo eſt aial rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis/ ex cõcluſione ⁊ minore ſimplr cõuerſa infertur circulr maior hoc modo/ omnis homo eſt riſibilis: omne animal ratiõale eſt homo: ergo omne animal rõnale eſt riſibile. Et ex maiori ſimplr cõuerſa ⁊ concluſione, infertur circulr minor hoc mõ/ oē riſibile eſt aial rationale: ois hõ eſt riſibilis: ergo omnis hõ eſt aial rationale. Unde vt in prioribus Ariſto. oſtendit, in ſecunda ⁊ tertia figura fieri nequit, vt per circulū vtraqꝫ premiſſa demonſtretur ex ſola cõcluſione et altera premiſſa (quod hic Ariſt. inquit/ ex his que ſunt ſumpta) Et ratio eſt, q2 in ſecunda figura concluſio et per conſequens altera premiſſarū eſt negatiua: ex illis ergo negatiuis non poterit cõcludi affirmatiua premiſſa: nam ex duabus negatiuis nihil ſequitur. Et in tertia figura concluſio ſemper eſt particularis, ⁊ aliqua ſaltim premiſſarū vniuerſalis: ob idqꝫ premiſſa vniuerſalis nunꝙ̃ ſyllogizabitur ex cõcluſione particulari: q2 a non diſtributo ad diſtributum non valet ſyllogiſmus. Et eedem rationes currunt in modis negatiuis et modis particularibus prime figure. Colligitur ergo ꝙ in ſolo primo modo prime figure poteſt vtraqꝫ premiſſa circulariter demõſtrari: propterea ꝙ concluſio eſt vniuerſalis affirmatiua. Sed tū in ſolis terminis cõuertibilibus: alias ſi minor extremitas eſſet inferior ad mediū minor vniuerſalis nõ conuerteretur ſimplr: quod requiritur ad inferendū maiorē. Et ſi maior extremitas eſſet ſuperior ad mediū, maior nõ conuerteretur ſimplr quod requiritur ad inferendū minorē. Ut ſi premiſſe eſſent iſte/ omne animal eſt ſubſtātia/ et omnis homo eſt animal/ minor non infert hanc cõuertentē/ omne animal eſt homo/ nec maior hanc, omnis ſubſtantia eſt animal. Sequitur ergo falſum eſſe omnem premiſſam cuiuſqꝫ demonſtrationis, poſſe circulariter demonſtrari.

¶ Quæſtio prima.

¶ Utrum ſcientia et demonſtratio recte ſint ab Ariſto. definitæ.

A parte

A Parte negatiua arguitur primo contra diffinitionem / ſcire/ poſitam in quinto textu. Diffinitio illa non conſtituitur ex genere ⁊ differētia: ergo nõ eſt bona. Probatur añs. Genus ſciētie eſt habitus, ⁊ nõ actualis cognitio (habitꝰ enim eſt a quo homo dicitur ſciēs, etiā ſi dormiat: aſſenſus vero actualis nõ dicitur ſciētia ſed cõſideratio, vt infra videbimus) ergo dicendū fuiſſet/ ſcire/ ſeu ſcientia eſt habitus: potiꝰ ꝙ̃/ ſcire/ eſt cognoſcere. Itē habitus ſciētie differt ab opinione, eo ꝙ eſt certꝰ: ⁊ a fide, eo ꝙ eſt clarus ⁊ euidēs: ergo loco differētie deberet poni in diffinitione ꝙ eſſet habitus certꝰ et euidēs. ¶ Et confir. Stat quēpiam cognoſcere rem aliquā omneſqꝫ eius cauſas ſola ratione probabili vel autoritate alterius: ⁊ tamē tunc non ſciet rem illam: ſed habebit aut opinionem tātum, aut fidem: ergo non ſatis eſt ad ſcientiam cognoſcere rē per cauſas: cuius contrariū aſſeuerat Ariſt. ¶ Secūdo principaliter arguitur contra eandem diffinitionem. Demonſtratio alia eſt propter quid/ et alia / quia vt infra tex.30. autor eſt Ariſto. ſed omnis demonſtratio facit ſcire, vt in prima hꝰ diffinitione demõſtrationis habetur: ergo quod ſcimus per demõſtrationem/ quia/ ſimpliciter ſcimus: illud aūt nõ ſcimus per cauſam, ſed per effectum: ergo non tantum id ſimpliciter ſcimus cuius cauſas nouimus: aut Ariſto. ſibi ipſi repugnat. ¶ Et confir. Deus eſt maxime ſcibilis, cum ſit ſumma et prima veritas: cuius ſcientiam ſaltem habent beati, ſecundum illud 1. Joā.3. Cum apparuerit ſimiles ei erimus: videbimus.n.eū ſicuti eſt: ⁊ tū deus, ſicut nõ hēt cauſam eſſendi, ita nec ſue veritatis: ergo nõ ois ſciētia eſt cognitio rei per cauſas. ¶ Tertio cõtra tertiā particulā diffinitionis argꝛ. Sciētie naturales rõnales, ⁊ morales ſunt proprie ⁊ ſimplr ſciētie: ⁊ tū nõ vbiqꝫ procedūt ex cauſis neceſſariis ⁊ immutabilr eoſdē habentibus effectꝰ: ꝙ̃ tertia particula.ſ. nõ cõtingit alr ſe hēre/ nõ erat neceſſaria. Maior eſt a phis recepta, et probꝛ minor. Uere ſcia naturalis eſt ꝙ hõ eſt bipes, duos habēs oculos duaſqꝫ manus cū decē digitis ⁊c. tū qñqꝫ naſcunꝛ mõſtra aut hmõi mēbris trūca, aut mēbris alr ſe habētibus. ¶ Quarto principlr argꝛ contra illā quam quidā cenſet ſcđam eſſe diffõnem/ ſcire.ſ./ Scire eſt p demonſtrationē intelligere. Deus hēt propriiſſime ſcientiā oium rerū: quā tū nõ acquiſiuit per demonſtrationē: quippe cui ſua eſſentia eſt ſua ſciētia: itē angeli, cū non ſint rõnales, nõ diſcurrūt, nec ad ſciētias concluſionū per intellectū premiſſaꝝ procedūt: ſed ſimplici intuitu intelligūt et rē et eius cās: ob idqꝫ dicūꝛ ſubē intellectuales: vt.1.p.q.58.ar.5.ait.S.th. et tū cognitio eoꝝ eſt vere ſciētia, altior multo ꝙ̃ nr̃a: ꝙ̃ non ois ſciētia fit per demonſtrationē. ¶ Quinto principalr argꝛ, cõtra id qđ ait Ariſ.ſ. Qđ nõ eſt, nõ ſcit. Deus ſcit ea que nõ ſunt: nā vocat ea que nõ ſunt tanꝙ̃ ea que ſunt. Rõ.4. ergo ſaltē a deo qđ nõ eſt ſciꝛ. ¶ Sexto argꝛ contra diffinitionem primi principij ſeu propõnis immediate in q̃ habeꝛ propõnem immediatā eſſe illā qua non eſt altera prior. Ois illa propõ (vt ſup textū explicuimꝰ) in qua prima ppria paſſio predicaꝛ de diffinitione eſt immediata cū ois talis careat medio quo demonſtreꝛ: et tū inter hmõi immediatas propõnes vna eſt prior alia: por.n. eſt illa q̃ eſt euidētior: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ hec/ omne totū eſt maius ſua pte/ ſit euidētior ꝙ̃ ꝙ oē aial rõnale ſit diſciplinabile: ⁊ euidētius eſt qđlibꝫ eſſe vel nõ eſſe, ꝙ̃ oē totū eſſe maius ſua pte: poſtꝙ̃ eſt principiū oium pſe notiſſimū: ergo ſtat aliquā propõnez eſſe immediatā, qua tū ſit altera prior. ¶ Et confir. ois ppõ in qua diffinitio predicaꝛ de diffinito eſt immediata: quippe cū eius predicatū ſit de intrinſeca rõne ſubiecti: ⁊ tū inter illas vna eſt alia prior: nā diffõ que daꝛ per cauſas mãles demonſtraꝛ per illā que daꝛ per cām finalē, vt Ariſt. docet li.2.tex.8. ergo idē intentū. ¶ Septimo principlr argꝛ cõtra illud verbū in tertia pticula tex. quinti.ſ. ꝙ nemo ſcit cõcluſionē non habens ſciam premiſſarū per reſolutionē vſqꝫ ad prima principia. Multe ſunt demõſtrationes q̃ non poſſunt reſolui vſqꝫ ad prima principia p ſe nota. Nõ.n. apparet modꝰ quo iſte premiſſe/ oē aial rõnale eſt riſibile et ois hõ eſt aial rõnale/ reſoluanꝛ ad illud primū principiū qđlibet eſt vel nõ eſt: ergo aut ſcia cõcluſionis nõ eſt poſſibilis, aut ſine hmõi reſolutione hēri põt. ¶ Et confir. Theologia nr̃a eſt ſcia vt autor eſt. S. Th.1.p.q.1.ar.2. ⁊ tū nõ reſoluiꝛ ad prima principia pſe nota, procedit.n. ex articulis fidei quos vt ait apoſtolꝰ nõ clare, ſꝫ in enigmate cognoſcimꝰ: ergo vt aliquis habitꝰ ſit ſcia non neceſſe hēt in p ſe nota principia reſolui. ¶ Octauo principalr argꝛ cõtra illud dictū in calce textꝰ quinti.ſ. ꝙ oportet magis credere premiſſis ꝙ̃ cõcluſioni. Ois cauſa naturalis producit effectū ſibi equalē: cū agat ſcđꝫ vltimū potētie (vt ignis gñat ignē) ſed aſſenſus premiſſaꝝ ſunt cauſe naturales reſpectu aſſenſus cõcluſionis: ergo generāt aſſenſum ſibi equalē in certitudine ⁊ claritate: ⁊ per cõñs equalr cognoſcunꝛ cõcluſio et premiſſe. ¶ Et cõfir. ſi oporteret magis aut pfectius aſſentiri premiſſis ꝙ̃ cõcluſioni, id preſertim eſſet ppter illā regulā Ariſtotelis. Propter qđ vnūquodqꝫ tale ⁊ illud magis: ſed illa eſt falſa, ⁊ q̃ in quocūqꝫ gñe cauſarū patiꝛ inſtantiā: ergo pariter põt in ppoſito eſſe falſa. Probꝛ minor, primo in gñe cauſe finalis, vbi precipuā hēt apparentiā. Nõ ſequitur ſanguis minuitur p ſanitatem: ergo ſanitas magis minuitur. Scđo in genere cauſe efficiētis non ſequiꝛ. Dominicus eſt hõ propter ſolē et propter Paulū (nam ſol ⁊ hõ generant hoiem). 2. phi. tex.26. ergo ſol, aut Paulus eſt magis hõ. Tertio nec in genere cauſe materialis ſequitur. Nix eſt ſubm̃ albedinis propter quātitatē: ergo quātitas eſt magis aut perfectius ſubm̃. Nec deniqꝫ ſequi in gñe cauſe formalis. Nix eſt alba proper albedinem: ergo albedo eſt magis alba. ¶ Nono principalr arguitur contra diffinitionē propõnis per ſe note q̃ habeꝛ in tex. 6.ſ. propõ per ſe nota eſt que ſolis tr̃is cognitis cognoſciꝛ. Etenim aut intelligiꝛ de tr̃is qui ſunt notitie intuitiue, aut de notitiis abſtratiuis. Si de intuitiuis, tunc ſequiꝛ has propõnes/ Dñicus dictat/ Petrus ſcribit/ eſſe per ſe notas: nā habēti notitias intuitiuas mei loquētis ⁊ Petri ſcribentis ſunt manifeſte: qđ tū eſt falſum, cū predicata nõ conueniāt per ſe ſubiectis: q2 nõ ſunt de intrinſeca eorum ratione. Si vero intelligatur de notitiis abſtratiuis: tunc aut intelligitur de notitia cõfuſa quale eſt diffinitū, aut de diſtincta q̃lis eſt diffinitio. Si primū, tunc ſequiꝛ ꝙ hec propõ/ hõ eſt rõnalis/ nõ eſt per ſe nota: cū illa nõ fiat euidēs ex illa notitia ſubiecti cõfuſa: ſed demõſtraꝛ per eius diffinitionē: et tū ꝙ illa ſit per ſe nota apparet ex eo ꝙ predicatū eſt đ intrinſeca rõne ſubiecti qđ ſufficit ad propõnem per ſe notā, vt tradit. S. Th.1.p.q.2. ar.1. Si vero intelligaꝛ de notitiis diſtinctis q̃lis eſt diffinitio, tūc ſequiꝛ ꝙ ois propõ demõſtrabilis eſt per ſe nota: qđ inuoluit repugnantiā. Et ſeq̃la probꝛ: nā hec ois hõ eſt diſciplinabilis, habita diffinitione ſubiecti, eſt per ſe nota: eſt.n. per ſe notū oē aial rõnale eſſe diſciplinabile: ſaltim ſi illa ſit prima propria paſſio. ¶ Decimo cõtra vltimū membrū capitis tertij argꝛ ꝙ detꝛ demõſtratio circularis. Primi phi ab effectu demonſtrarūt cauſam, vt viſa eclipſi inueſtigarūt cauſā (ceperūt.n. admirari et deinde philoſophari.1. metha. cap.2.) et poſt modū inuētis cauſis tradiderūt ſciētias cõtrario mõ.ſ. ex cauſis demõſtrādo effectus ⁊c. Qđ ſi dicaꝛ hmõi circulū nõ eſſe negatū ab Ariſtotele, argꝛ ꝙ etiā in cauſis poſſit eſſe circularis demõſtratio: nā de ambulatio eſt cauſa efficiēs ſanitatis ⁊ ſanitas cauſa finalis de ambulationis.2. phi. tex.30. ergo vtrūqꝫ per alterutrū demõſtraꝛ. Qđ ſi quis rur

ſus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Aplu: Regulariter eodem modo ſe habent

fuſ dicat in diuerſis generibus cauſaꝝ nõ eſſe prohibitã
circularẽ demonſtrationẽ, argr̃ demũ ꝙ in eodẽ genere
cauſe detur demõſtratio circularis. Vapor eſt materia
lis cauſe ex qua generaꝫ pluuia: et pluuia vice verſa eſt
cauſa itidẽ materialis ex qua generatur vapor, vt Ariſ.
ſcd̃o huius concedit: ergo põt ex illis fieri circularis de=
mõſtratio hoc modo. Quotieſcũq; eſt vaporũ abundan
tia, pluuie ſunt frequẽtiores: ſed in hyeme eſt vaporum
abũdãtia, ergo ⁊ pluuie: ⁊ circulariter ſequitur, in hye
me ſunt pluuie frequẽtiores: ergo et vapores. ¶ Pro parte
affirmatiua queſtionis militat autoritas Ariſto.

¶ Ad quæſtionẽ propter autoritatẽ Ariſto.
affirmatiue reſpondetur. Unde circa materiã primi ar=
gumẽti notandũ eſt primo, ꝙ quãuis vulgari cõſuetudi
ne receptũ ſit (vt lib. 1. retracta. cap. 14. meminit Auguſt.)
id nos dici ſcire, qd̃ aliorũ teſtimonio didicimus, lʒ ſola
id fide hũana aut opinione teneam⁹ (ſicut ſcimus bellũ
africanũ aut troianũ fuiſſe) tñ inter phĩos, qui iuxta
nois proprietatẽ loquunꝫ, illud ſolũ dicimur ſcire (vt illic
ipſe teſtaꝫ) qd̃ mẽtis firma rõne cõprehẽdimus, vlʒ qd̃ in
tellectus manifeſta viſione intueꝫ. Ut ſciẽtia gñali noie
idẽ ſit, qd̃ euidẽtia: ſiue illa hẽatur per ſenſum ſiue p in=
Scire. 4. modis. tellectũ. Quo circa nõ debem⁹ (vt multi faciũt) acceptio
nes ſciẽtie ad libitũ multiplicare. At ſcd̃ʒ hũc vſuʒ ſapiẽ
tũ quatuor modis accipiꝫ ſcire: ſeu q̃tuor ſunt grad⁹ ſcie
⁊ euidẽtie ſcd̃m quatuor ordines rei ſcibilis. Scire primo
mõ accipiꝫ cõiter pro experiẽtia rerũ mere contingentiũ
que in proſpectu nr̃o contingunt: vt dicimur ſcire hoies
diſputare, quos audimus: ⁊ hominẽ ſedere quẽ videm⁹.
Et hec quãuis dicaꝫ quodã modo ſciẽtia qꝛ eſt euidẽtia:
tamẽ non proprie, ſed cõmuniter eſt ſciẽtia: quia eſt re=
rũ contingentiũ prorſus variabiliũ et nullã habentium
2. Modo. certitudinem: ſed vocatur proprio nomine experientia.
Secundo modo accipiꝫ ꝓprie pro cognitione naturaliũ
aut moraliũ rerum que plurimũ regulr̃ eodẽ modo ſe ha
bẽt: vt dicimur ſcire, in vere, ⁊ autũno tonitrua eſſe. Flã
te auſtro pluuiã ſubſequi: ⁊ alia id genus multa in medi
cina et in philoſophia morali. Et hec proprie eſt ſcien=
3. Modo. tia licet non ſit ita certa nec euidẽs ſicut ſcientie mathe=
matice. Tertio mõ accipiꝫ ſcia magis ꝓprie p cognitiõe
eoꝝ, que cũ ſint ſimplr̃ neceſſaria, ſemp immutabilr̃ vno
mõ ſe hẽnt. Hec aũt ſunt in duplici drĩa: nã alia ſunt im
mediata ꝑncipia: nẽpe que nõ hẽnt priores cauſas p quas
demonſtreꝫ, vt ſunt prima principia: puta / qd̃libet eſt vl̃
Prima paſſio. nõ eſt / oẽ totũ eſt maius ſua pte / oẽ aial rõnale eſt diſcipli
nabile / quã deinceps ſupponamus eſſe primã inter pro=
prias paſſiones hominis. Alia vero ſunt ſimpliciter ne
ceſſaria, que hẽnt cauſas ex quib⁹ eorũ cognitio proce=
4. Modo. dit. Et hec cognitio eſt quarto modo ⁊ propriiſſime ſciẽ
tia vt aſſerit Ariſto. Et ratio hui⁹ eſt qꝛ veritas rei idem
eſt qd̃ eſſe rei: vnde ſicut res ſe habẽt ad eſſe; ita ⁊ ad ve
ritatẽ. 2. metha. tex. 4. ⁊ ideo qd̃ eſt cauſa alteri⁹, vt ſit,
eſt etiã cauſa, vt verũ ſit: cum ergo ſcire ſit veritatẽ rei
perfecte cognoſcere, nõ poteſt res ſcire, niſi conoſcãtur
cauſe illiuſ que ſunt cauſe veritatis. Enimuero ſicut nõ
poteſt quis ſcire verũ ne aurum ſit, an falſum, niſi cog=
noſcẽdo an conſtet ex propriis principiis auri, ita in vni
uerſum nulli⁹ rei veritatẽ plene cognoſcim⁹ (qd̃ eſt ſcire
rẽ) niſi ſciam⁹ illã reſoluere ad prima principia ex q̃bus
iudiciũ rei ſumiꝫ. Quãobrẽ phĩ videntes rerũ effectus
ceperunt cauſas perſcrutari, ⁊ inde dicti ſunt phĩ: ⁊ feli
ces habebãtur qui rerum poterant cognoſcere cauſas.
¶ Quo fit vt cognitio principiorũ non ponatur in ter=
tio gradu, propterea ꝙ ſit inferior cognitio q̃ quar=
tus gradus (imo eſt preſtantior diſpoſitio vt habetur in
textu) ſed ponitur in tertio quia non vocatur propriiſſi
me ſcientia: ſed intellectus. Cognitio. n. principiorũ, qꝛ
eſt ſimpliciſſimuſ ⁊ primus actus intellectuſ, ſortitur no

mẽ ipſius potẽtie. ¶ Scd̃o notandũ eſt ꝙ Ariſto. nõ an
xie curat ꝓſertim in dialectica, res p diffinitiones quid=
ditatiuas diffinire: ſed ſatis hẽt quid nois exẽplis vſuq;
phĩoꝝ explicare. Qua de re ſunt qui exiſtimãt in deſcrip
tione Ariſtotelis ſupplẽda eſſe alia verba, vt cõpleta ſit
diffinitio ſciẽtie. ſ. ꝙ ſit cognitio cõplexa certa ⁊ euidẽs.
Crediderim tñ nõ op⁹ eſſe ſupplemẽto, ſʒ ſola expoſitio
ne verborũ Ariſto. Etenĩ idipſum eſt rẽ cognoſcere per
cãm, qd̃ rei veritatẽ certo et euidenter iudicare. Qui. n.
ſolũ hẽt notitiã apphẽſiuã huiuſ qd̃ eſt papã dormire /
nõ dr̃ veritatẽ cognoſcere. Et qui opinat q̃titatẽ diſtin
gui a re q̃nta, aut credit deũ eſſe trinũ, cognoſcit quidẽ
aliquo mõ veritatẽ, nõ tñ per cauſã, ſed rõne ꝓbabili vl̃
autoritate. Cognoſcere nãq; rẽ per cauſam eſt hẽre iudi
ciũ rei ex ꝓpriis principiis q̃ mediãte lumine nr̃i intelle Cognoſ. p cauſam.
ctũ cõuincũt p reſolutionẽ vſq; ad manifeſtiſſima princi
pia. Qd̃ pʒ in verbo Ariſt. vbi ait, ꝙ nõ ſciet qui nõ hẽt
hoꝝ. i. premiſſaꝝ demonſtrationẽ. Atqui cognoſcere nõ
ſolũ dicitur qui actu rẽ conſiderat: ſed proprius qui hẽt
habitũ: nã ſapiens, ẽt dũ nihil cõſiderat, cẽſetur dicitur
ꝙ res cognoſcere. ¶ Colligitur ergo diffinitio ſciẽtie: que
eſt velut expoſitio deſcriptionis Ariſt. Scientia eſt habi Diffinitio ſcientie.
tus verus certus ⁊ euidẽs ex ꝓpriis rei cauſis genitus.
Ubi ponitur / habitus / loco generis: nã aſſenſus actua=
lis nõ dicitur ſciẽtia: ſed conſideratio ſciẽtie. Dicitur / ve
rus / ad drĩam erroris: qꝛ qd̃ nõ eſt nõ ſcitur. Dicitur / cer
tus / ad drĩam opinionis, qui eſt habit⁹ cum formidine.
maioꝛ in qua primū. i. maioꝛ extremitas predicatur de
Tex. 20. 2. Cōclu. medio. ¶ In textu. 20. [Non igitur fieri] accedit iam
Ariſt. ad probandū ſcđam cōcluſionē principalē. ſ. ꝙ ois
demonſtratio debet procedere ex propriis principiis. i.
Propriū duo excludit. importantibus propriis cauſas cōcluſionis. Et qꝛ pro
priū duo excludit. ſ. et alienū, ꝛ cōmune, vtrunq; hic pro
bat. ſ. ꝙ demonſtratio vnius ſcientie nō procedit ex prin
cipiis alienis alterius ſcientie (Et hoc eſt qđ ait non cō
tingere tranſire de genere in genus vt. ſ. arithmetica vta
tur demōſtratione geometrica) et rurſus probat ꝙ vna
ſcientia nō demonſtrat ex illis principiis que ſunt cōmu
Tria ſunt in demonſtratione. nia illi ꝛ aliis ſciētiis. ¶ Diuidit autē textus in quatuoꝛ
particulas. Ad hoc autem oſtendendū ſupponit primo
tria eſſe in demonſtratione. Primū id qđ demonſtratur
ineſſe. Et hoc eſt qđ per ſe ineſt alicui generi. i. ſubiecto
alicuius ſciētie. Que ſunt proprie paſſiones illius. Alte
rū eſt dignitates ꝛ principia cōplexa per que procedit ta
lis ſcientia. Et tertiū eſt genus ipſum, puta ſubm̄ cuius
paſſiones demōſtrant. Qđ in geometria eſt / quātitas cō
tinua / et in arithmetica / numerus. At ſubm̄ ſcientie vo-
cat genus, propterea ꝙ non de qualibet ſpecie eſt alia ꝛ
alia ſciētia: ſed de vno gñe eſt vna ſcientia, vt de aiali eſt
ſciētia animaliū: ꝛ de quātitate continua cuius ſunt plu
res ſpecies. ſ. linea ſuperficies ꝛ coꝛpꝰ, eſt geometria tra
ctans etiā de pluribus ſpeciebus figurarū. ¶ Dubitant
hic autē cur Ariſt. inter ea que contingūt demonſtratio
ni non cōnumerauit mediū. ſ. diffinitionē. Ad qđ reſpon
dēt alij aliter. Sed puto hoꝛū tm̄ triū meminiſſe Ariſto
telē, aut qꝛ hoꝛum tm̄ meminerat in primo capite: vbi di
xit, tria eſſe precognita ante demonſtrationē. Aut (quod
ego exiſtimo) qꝛ hec tria ſufficiunt ad propoſitū. Non. n.
principia poſſunt eſſe aliena aut cōmunia, niſi aut ratio
ne ſubiecti aut paſſionis aut dignitatis. Si. n. ſubiectū
eſt alienū ſcientie, diffinitio ẽ erit aliena. ¶ In ſecunda
Demōſtratio non eſt ex alienis. particula textus [Fieri igitur pōt] his ſuppoſitis intē
dit probare hanc concluſionē. Nulla ſcientia demōſtrat
ex principiis alienis. ſ. alterius ſciētie. Ad cuius euiden
tiā notandū eſt, ꝙ due ſcientie aut habēt omnino ſubiec
ta diuerſa. ſ. ex equo diuidētia idem genus. Ut Geome
tria / cuius ſubm̄ eſt quantitas continua: et Arithmeti-
ca, cuius ſubiectū eſt quātitas diſcreta: que ſunt genera
ſubalternata quantitatis. Aut ſubm̄ vnius eſt directe in
ferius ad ſubm̄ alterius: vt ſe habēt ſciētia de aiali ꝛ ſciē
tia de hoīe: ſeu ſcientia de triangulo et ſciētia de iſoſcele.
Aut tertio modo qñ ſubm̄ vnius eſt inferius accidenta
liter ad ſubm̄ alterius: vt Geometria ꝛ Perſpectiua, cu
ius ſubm̄ eſt / linea viſualis / ꝛ Arithmetica et Muſica,
cuius ſubiectū eſt / numerus ſonoꝛus. Uiſuale. n. eſt acci
dens linee, ſicuti ſonoꝛum / eſt accidens numeri. Primo
modo ſciētie ſunt ſimplr̄ diuerſe: et ſi vna vteretur princi
piis alterius, diceret vna migrare ſeu tranſire in aliā: nā
principia vnius ſunt alteri aliena ꝛ vice verſa. Secundo
vero modo ſcientie non ſunt diuerſe: ſed ad eandē ſcien-
tiā pertinet demonſtrare paſſiones animalis, ꝛ per ani-
mal deſcendere ad hoiem: ꝛ ad eandē pertinet demōſtra
re paſſiones trianguli, et per triangulū demonſtrare eaſ
dē de ſpeciebus trianguli. Nec ille vocatur deſcenſus de
ſcientia in ſcientiā. Sed tertio modo ſcientie nō ſunt om
nino diuerſe: ſed ſub alterne: et tranſitus a ſubalternan
te ad ſubalternatā vocatur deſcēſus: qui eſt licitus. Uti
tur. n. perſpectiui principiis Geometrie: et Muſica,
principiis Arithmetice. Et adeo geometria deſcēdit ad
perſpectiuā dando illi principia: et perſpectiuꝰ aſcendit
ad geometriā recipiēdo ab illa. ¶ Intēdit ꝙ̄ Ariſto. foꝛ Rō Ariſ.
mare hāc rationem que certe apud expoſitoꝛes ſine foꝛ
ma eſt, ꝛ ſine luce. Illa ſciētia nō pōt demōſtrare ex prin
cipiis alterius ſcientie, cū qua non cōmunicat in genere
. i. in ſubiecto: ſed ſciētie diuerſe, quarū vna nō ſub alter
natur alteri, non cōmunicant in ſubō: ergo ex talibꝰ ſciē
tiis vna non pōt demōſtrare ex principiis alterius. Ma
ioꝛē inſinuat dicens [fieri igitur pōt vt ea quidē ſint ea
dē ex quibus fit demonſtratio] . i. fieri pōt vt in aliquibus
ſciētiis eadē ſint principia (nēpe in ſubalternante ꝛ ſub-
alternata vt ſtatim dicetur) at quoꝛū genꝰ diuerſum eſt
. i. diuerſum ſubm̄, vt Arithmetice et Geometrie, in hiſce
fieri nequit vt arithmetica demonſtratio accōmodetur
ad ea q̄ magnitudinibꝰ accidunt. i. fieri nequit vt Arith
metica demonſtret ex principiis Geometrie. ¶ Subiun
git. Niſi ſint magnitudines ipſe numeri. i. niſi quātitas
continua, que eſt ſubiectum Geometrie, eſſet ſubm̄ infe
rius ad numerū, qui eſt ſubiectū Arithmetice. Quod in
aliquibus verū eſt: vt ſtatim dicturꝰ eſt de Perſpectiua
et Geometria: qđ tñ non conuenit Geometrie et Arith-
metice. Minoꝛē aūt principalis ratiōis. ſ. ꝙ ſciētie que
non ſubalternātur habent ſubm̄ omnino diuerſum, pro
bat exemplariter in Arithmetica et Geometria dicens.
Arithmetica vero demōſtratio ſemper in ſe genus id hēt
circa qđ verſatur, ceteræq; ſimiliter. i. hēt ſuū obiectū di
ſtinctū ab aliis ſcientiis: et ideo tranſire nō pōt vt ſumat
principia ab aliis. Nā non pōt ſumere principia ab aliis
niſi vel in toto vel in parte cōmunicet cū illis in ſubiecto.
Sicut ſciētia de triāgulo cōmunicat in toto ſubiecto cū
ſcientia de iſoſcele, qꝛ ſe hēt vt genus ad ſpeciem: ꝛ Geo
metria cōmunicat in parte ſubiecti cū perſpectiua: vt ex
poſitū eſt. At vero probandū reſtat quomodo ſi ſcientie
non cōmunicat in ſubiecto, cōmunicare non poſſunt in
aliis duobꝰ: puta in dignitatibus, et in paſſionibus que
demonſtrātur. Quod Ariſt. probat dicens [Ex eodem
enim gñe ipſa extrema et media neceſſe eſt eſſe] Quod
eſt dicere Mediū et extremitates debent eſſe eiuſdē ge-
neris: nā mediū debet eſſe diffinitio ſubiecti qđ eſt minoꝛ
extremitas: et eius paſſio eſt maioꝛ extremitas: et ex his
tribus debent cōſtare dignitates. Diffinitio autē ꝛ paſ-
ſio per ſe debēt conuenire ſubiecto: ꝛ per ꝯñs debent eſſe
eiuſdē generis. Qđ ſi non conueniāt per ſe, iam acciden
taliter conueniūt, atq; adeo nō erunt principia apta de
mōſtrationi. Exempli gratia. Subm̄ propriū illius paſ-
ſionis / habere tres angulos equales duobus rectis / eſt
triangulus. Si ergo geometra ad demonſtrandū omnē
triāgulum habere tres angulos equales, acciperet pro
medio triāgulū eneū) ſuppoſito ꝙ omnis triangulus eſ
ſet ex ere) dicens / oīs figura enea hāt tres angulos eq̄
les duobus rectis: ois triangulus eſt figura enea ꝛc. er-
go. Tūc vteretur principiis alienis: qꝛ illa paſſio per ac
cidens ineſt medio, ꝛ mediū per accidens ineſt ſubiecto.
¶ Unde in tertia particula textꝰ [Quo circa fieri] oſtē
dit Ariſt. concluſionē intentā exemplis dicens, fieri non
poſſe vt geometra demonſtret contrarioꝛū vnā eſſe ſciē-
tiam: qꝛ hec concluſio potius pertinet ad dialecticā: nec
Geometria demonſtrat duos cubos cubū eſſe. i. ex duo-
bus cubis cubū tertiū effici: qꝛ hec pertinēt ad Aritme-
ticā. ¶ Niſi (inquit) in hiſce quarū altera ſubalternatim
ſub altera collocat, vt Muſica ſub arithmetica ꝛ perſpe
ctiua ſub geometria: nā in his pōt ſubalternata vti prin
cipiis ſubalternantis. ¶ Ad intellectū autē ſecundi exē Cubus.
pli Ariſt. notandū eſt, ꝙ cubus in quātitate cōtinua eſt
coꝛpus omniū laterū quaq; verſus equaliū: vt eſt teſera
quā vulgo dicimus taxillū. Quadratū. n. dicit ſolā ſup-
ficiē equilaterā: ꝛ cubus dicit coꝛpus. In numeris autē
eſt etiā figura ſuperficialis et coꝛpoꝛalis. Numerus. n.
reſultans

reſultans ex aliquo numero ducto per ſe ipſum ſemel dr̄
figura ſuperficialis: vt quaternarius, qui reſultat ex bis
duobus, eſt quadratū ſuperficiale: ꝛ nouenarius, qui re
ſultat ex ter tribus eſt triangulus equilaterus ſuperfi-
cialis. Numerꝰ vero cubus eſt, qui reſultat ex ductu ali
cuius numeri bis multiplicati per ſe ipſum: vt bis duo
bis, ſunt octo: qui eſt numerus cubus: ꝛ tertia ter, ſunt
viginti ſeptem: qui eſt numerus cubus: qꝛ vr̄ aſſurgere in
altū ſicut coꝛpus. In cubis continuis ex duobus cubis
nō fit cubꝰ: vt pꝫ ſi iuxta ſe ponas duos taxillos, fiet coꝛ
pus altera parte longiꝰ: ſed ex octo cubis ſemper fit cu-
bus, vt patet ſi ſupponas quatuoꝛ taxillos in quadrato
ꝛ ſuperponas alios quatuoꝛ, reſultat cubus: ꝛ ita in nu
meris ex duobus iunctis cubis non fit ſemper cubus: nā
ſexdecim continet duos cubos, et nō eſt cubus. Sed tñ
ex duobus cubis multiplicando vnū per aliū, reſultat ſē
per cubus: vt ſi dicas octies viginte ſeptem (quoꝝ vterq;
eſt cubus) faciunt ducenta ſexdecim: qui etiā eſt numerꝰ
cubus: cuius radix eſt ſex: nā ſexties ſex ſexties, ſunt du-
centa ſexdecim. Ingenioſe ergo Ariſto. poſuit exemplū
ꝙ demonſtrare duos cubos facere cubū / nō pertinet ad
geometrā: ſed eſt illi extranea concluſio et propria arith
metico. Ad geometrā autē pertinebit demonſtrare ꝙ o-
cto cubi faciunt cubum. ¶ In quarta particula textus
[Neq; ſi quid lineis] ponit tertiū exemplū cōcluſionis
. ſ. ꝙ adeo vna ſcientia nō debet vti principiis alienis, vt
nec de accidentibus ſui ſubiecti impertinentibus ad ta
lē ſcientiā debeat tractare. Ueluti vt Arithmetica non
debet tractare de lineis, an recta linea ſit omniū pulche
rima, an ſit cōtraria circulari. Nec Muſica que tractat
de numero ſonoꝛo, dēt tractare an ſonus Muſice ſit de-
lectabilis: ſed ſolū de propoꝛtionibus illoꝛū. ¶ In textu
Tex. 21. 3. Cōclu. . 21. [Patet autem] ſubdit tertiam concluſionē. ſ. ꝙ de
monſtratio eſt eoꝛū que ſunt perpetua et incoꝛruptibilia
. i. ꝙ concluſio demonſtrationis debet eſſe ſemper de re in
coꝛruptibili. Ait [demōſtrationis talis] . i. đ qua loqui
mur in propoſito: et [demōſtrationis omnino] . ſ. ſimpli
citer. Ac ſi dixiſſet ꝙ demonſtratio de qua loquimur eſt
ſimplr̄ demonſtratio. Et ꝙ concluſio demōſtrationis de
bet eſſe incoꝛruptibilis / et perpetua, probat qꝛ procedit
ex propoſitionibus. i. ex premiſſis vniuerſalibus. Appel
lat vl̄es, eas que ſunt de omni poſterioꝛiſtice. i. quoꝝ pre
dicata inſunt ſemper et neceſſario. Unde vl̄iter facit hāc
conſequentiā. Si premiſſe ſunt perpetue, neceſſarie cō-
cluſio eſt perpetua: vt patet ex ſecunda illoꝛū triū conclu
ſionū, quas ſupra poſuit in fine tex. 17. ſ. Si añs eſt neceſ
ſariū, ꝯñs eſt neceſſariū. Et ſubdit ꝙ demonſtratio non
eſt eoꝛū que intereūt. i. coꝛruptibiliū. Nec de illis eſt ſim-
pliciter ſcientia ſed ſcđm accidens: qꝛ tales concluſiones
non ſunt vniuerſales. i. de omni poſterioꝛiſtice: ſed ſunt
vere aliqñ. Et rurſus infert, ꝙ ſi concluſio eſt coꝛruptibi
lis, neceſſe eſt aliquā premiſſarū eſſe et caducā. i. coꝛrup-
tibilē, et non vniuerſalē. i. non de omni poſterioꝛiſtice: vt
patet ex tertia dictarū cōcluſionū in tex. 17. U. g. in hoc
ſyllogiſmo. Quicūq; diſputat loquitur: omnis hō diſpu
tat: ergo omnis hō loquitur: qꝛ concluſio eſt contingens
fit vt minoꝛ etiā ſit contingens, et per ꝯñs non ſit de om
ni. Et ideo dicit ꝙ quia maioꝛ extremitas non eſt de ra-
tione ſubiecti, talis demonſtratio nō procedit ex propo
ſitiōibus đ omni poſterioꝛiſtice: ſed ex his que in aliquo
tēpoꝛe ſunt vere, ꝛ in alio falſe. Scđm antiquos exponit
demōſtrationē nō eſſe coꝛruptibiliū, qꝛ nō eſt reꝝ q̄ per ſe
ſunt coꝛruptibiles, vt omnis hō eſt riſibilis Petrus eſt
homo: ergo. ¶ Hic adnotare opus eſt quomō ſecundum
Ariſt. non ſolū de propōnibus eſt ſcientia, ſed de rebus
ipſis quas appellat perpetuas et incoꝛruptibiles. Pro-
poſitiones. n. non dicuntur incoꝛruptibiles niſi ratione
rerū. At qui quomodo intelligat res de quibus eſt ſcien
tia eſſe incoꝛruptibiles, queſtione prima de vl̄ibus ſatis
expoſuimus. Homo. n. et animal quatenus ſunt vniuer
ſalia. i. quatenus abſtrahunt ab hoc et illo hoie, ſunt res
per ſe incoꝛruptibiles. Qđ eſt dicere. Cōnexio extremoꝝ
eſſentialium eſt perpetue veritatis, vt / hō eſt animal / hō
eſt ſubſtantia ꝛc. ſunt tñ coꝛruptibiles de per accidēs ra-
tione indiuiduoꝛū. Homo. n. eſt res coꝛruptibilis: qꝛ pe-
trus et paulus et quilibet hō eſt coꝛruptibilis: iuxta illđ
primo meta. cap. 1. hō non generat hoiem ſed Calliam
nec coꝛrūpitur hō: ſed Callias. ¶ In textu. 22. [Simili Tex. 22.
ter res ſeſe habet ꝛc.] ſubdit Ariſt. per inde rē ſe habere
in diffinitionibus, atq; in concluſionibus ſcibilibus: ꝙ vi Diffinitio nō eſt coꝛruptibiliū
delicet diffinitio non eſt coꝛruptibiliū, puta ſingulariū:
ſed incoꝛruptibiliū, vt pote ſpecierū quatenus ſunt vni-
uerſales. Non. n. Petrus per ſe primo diffinitur: ſed hō.
Hac de cauſa Plato poſuit ideas vl̄es ſeparatas ab in Idee.
diuiduis coꝛruptibilibus, vt de illis eſſet ſcientia et diffi
nitio. Ariſt. vero dicit ꝙ ſcientia et diffinitio eſt de vl̄ibus
que ſunt realiter in indiuiduis: et per ꝯñs ē de rebꝰ incoꝛ
ruptibilibꝰ ſcđm ſe, coꝛruptibilibꝰ autē de per accidēs.
¶ Probat autē. Ariſ. diffinitionē non eſſe coꝛruptibiliū
ex eo ꝙ demonſtratio non eſt coꝛruptibiliū. Quia diffi-
nitio (inquit) aut eſt principiū demonſtrationis, aut de-
monſtratio poſitione diferens, aut demonſtrationis cō
cluſio. Ad cuius intellectū notandū eſt ꝙ cū diffinitio ex
plicet cauſam rei, pōt explicare quoduis quatuoꝛ gñrū
cauſarum. Et vna diffinitio pōt demonſtrari per aliā. Fi
nis. n. eſt prima cauſarū, que mouet agens: agens produ
cit foꝛmā ſibi ſimilē: materia vero diſponitur ſcđm neceſ
ſitatē foꝛme. Unde diffinitio mālis demonſtrat a prioꝛi
per foꝛmalē a qua dependet: foꝛmalis per efficientē: et ef
ficiens per finalē: ꝛ de primo ad vltimū tā materialis ꝙ̄
foꝛmalis pōt etiā demōſtrari per finalē. Exempli gratia Ira.
Diffinitio ire mālis eſt / accēſio ſanguinis circa coꝛ / foꝛ-
malis autē et quodāmodo finalis, eſt / appetitꝰ vindicte.
Sanguis. n. accēditur ad vindictā capeſſendā. Sed ex
vtroq; membꝛo efficitur vna completa diffinitio ire. ſ.
accenſio ſanguinis ad coꝛ propter vindictam / cum ergo
oſtenditur hominem eſſe iratum per alteram illarum dif
finitionum, tūc diffinitio eſt demonſtrationis principiū
vt ſi dicas. Quicunq; appetit vindictam iraſcitur: quiſ-
cunq; iniuriam patitur appetit vindictam: ergo. Quan
do vero vna diffinitio demonſtratur per aliam, tunc v-
na diffinitio eſt demonſtrationis principium, ꝛ altera de
monſtrationis concluſio: vt ſi a prioꝛi demonſtretur ma
terialis per finalem ſic, cuicunq; appetenti vindictam,
accenditur ſanguis circa coꝛ: iniuriam paſſus appetit
vindictam: ergo iniuriam paſſo accenditur ſanguis cir-
ca coꝛ. Aut ſi vice verſa, a ſigno demōſtretur materialis
per finalē. At vero qñ ex vtroq; fit vna diffinitio totalis:
illa eſt tota demōſtratio ſola poſitione. i. diſpoſitione dif-
ferēs. Si. n. dicas ꝙ ira eſt accēſio ſanguinis circa coꝛ:
propter appetitū vindicte, illic redditr propter quid ira
eſt accenſio ſanguinis, ſicuti in demonſtratione: et poni
tur mediū ꝛ virtualiter concluſio: hoc ſolo dēpto ꝙ non
ſunt tres foꝛmalr̄ propoſitiones diſpoſite in modo ꝛ figu
ra. Cum ergo diffinitio debeat ſic eſſe pars demōſtratio
nis, fit, vt quēadmodū demonſtratio non eſt ex coꝛrupti
bilibus, neq; eoꝛū ſit diffinitio. ¶ Conſequenter Ariſto.
in ſecunda particula huius textus [Patet etiam] re-
ſpondet cuidā tacito argumento. De eclipſi. n. lune eſt
ſcientia: ꝛ tñ / luna eclipſatur / non eſt de omni poſterioꝛi
ſtice, qꝛ non ſemper eclipſatur ſed aliqñ. Reſpondet. n.
ꝙ in quantū ſunt tales. i. demonſtrabiles, ſunt quidem
ſemper: in quantū vero non ſunt ſemp, nō ſunt demōſtra
biles vl̄iter, ſed particulariter. ¶ Ubi notandū ꝙ eclip-
ſis lune conuenit ſemper in oꝛdine ad cauſas: nō tñ ſem-
per in oꝛdine ad tēpus. Quod eſt dr̄e, ꝙ quotieſcunq;
terra interponitur, indefectibilr̄ luna eclipſatur: et ſub
hac ratione eſt ſcientia vl̄is de eclipſi. ſ. quotieſcūq; terra

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

interponitur inter ſolē ⁊ lunā luna eclipſaꝛ: ſed quotieſcunq; ſol ⁊ luna opponūtur in talibus punctis ecliptice (puta dum luminaria ſunt in capite vel in cauda draconis) terra interponiꝛ: ꝙ quoties luminaria ſunt in talibꝰ punctis luna eclipſatur. At vero qꝛ nō in quocunq; tempore ſimplr̄ eclipſatur, propterea qn̄ demonſtratur ꝙ iſto anno tali die ⁊ tali hora eclipſabitur, eſt demonſtratio particularis ⁊ nō vniuerſalis. Et hoc eſt qđ hic dicit Ariſt. Ob idq; nos queſtione ſcđa argumēto primo diximus hanc propoſitionē / luna eclipſatur / eſſe ſimplr̄ ſcibilē. Et hāc etiā eſſe ſcibilē in philoſophia naturali, hō eſt bipes / qꝛ regulariter ita eſt: licet aliqn̄ in ſingulari naſcatur mōſtruū ſine duobus pedibus. Tex. 23. ¶ In textu. 23. [Cū autem pateat] reuertitur ad probationē ſecunde cōcluſionis principalis. ſ. demōſtrationē procedere ex ꝓpꝛijs. Et qꝛ propria ſunt que nec ſunt aliena nec cōmunia, et iam patefecit demōſtrationē non procedere ex alienis, oſtendit modo nō procedere ex cōmunibus. Ait ergo ꝙ cū vnūquodq; nō ſit demōſtrandū ex quibuſcūq; principijs ſed ex proprijs ſit, vt ſi principia ſint cōia que poſſunt accōmodari ad aliud genus ſciētie, quanq; illa ſint Briſo. vera ⁊ neceſſaria, non propꝛie ⁊ per ſe demonſtrant veluti Briſo / non propꝛie demonſtrabat quadraturā circuli, quia vtebatur principijs cōmunibus. ¶ Ad cuius intellectū ſupponatur expoſitio huius qđ eſt / quadrare circulū / quā fecimꝰ in p̄dicamētis ca. de ad aliqđ vbi ait Ariſt. non eſſe ſcientiā inuentā quadrature circuli. ſ. ꝙ detur quadratū ⁊ circulus quorū aree ſint equales: licet multi philoſophi vt. 1. phiſi. videbimus eam conati fuerint inuenire. Inter quos Briſo vtebaꝛ hac rōne. Ubi eſt maius ⁊ minus, eſt equale: ſed deſcripto circulo dabitur intra quadratū minus, ⁊ extra quadratū maius, vt apparet in figura textꝰ: ergo poterit dari quadratū eq̄le. Tametſi aliter ēt contendebat quadrare circulū vt. 1. phiſi. eſt videre. Ait ergo modo Ariſt. ꝙ hec demonſtratio nō procedebat ex ꝓpꝛijs p̄ncipijs geometrie, cuius ſcie eſt quadrare circulū (cū ſit de quantitate continua) quia maior demonſtrationis eſt cōis etiā numeris de q̄bus eſt Arithmetica. Et ideo dicit ꝙ illud principiū nō cōuenit rei vt illa eſt. i. nō cōuenit figuris inquantū ſunt quantitates continue (qđ eſt conuenire per ſe primo ⁊ ſecundū qđ ipſum) nā maius ⁊ minus primo cōuenit quātitati in cōmuni: ⁊ per quantitatē conuenit figuris ⁊ numeris. Et per ꝯn̄s tale principiū eſt per accidens. Nam tunc (inquit) cognoſcimus rem per ſe, qn̄ cognoſcimꝰ ex propꝛijs: vt cū demonſtramus de triangulo habere treſ angulos equales duobꝰ rectis per diffinitionē trianguli: cui per ſe conuenit illa paſſio. Et hoc eſt qđ ait, ꝙ ſi ꝓpria paſſio demonſtratur de propꝛio ſubō, neceſſe eſt mediū etiā eſſe in eadē propinquitate. ¶ In ſecunda particula textus [Quod ſi non ſit ita] ſoluit Ariſt. inſtantiā que adduci poſſet cōtra hanc doctrinā. Muſica nāq; vtitur principijs cōmunibus ſibi ⁊ arithmetice, cui ſubalternatur: ⁊ pariter perſpectiua vtitur principijs cōibus ſibi ⁊ geometrie. Reſponſio autem Ariſtotelis conſiſtit in hoc, ꝙ licet ita ſit, tñ hec nō eſt inſtātia: qꝛ ſi Muſica hēt cōia principia cū arithmetica, hoc eſt qꝛ habet ſubm̄ in parte cōmune cū illa: nam ſubm̄ arithmetice eſt numerus ⁊ ſubm̄ muſice numerus ſonorus. Et ideo principia numeroꝝ ſeruiunt ēt numeris ſonoris. ¶ Subdit tñ differentiā, dicēs [ipſum quidē eſſe, ad aliā ſcientiā attinet [. ſ. ad ſubalternatam: ſed propter quid illius recipit ſubalternata a ſubalternante [cuius ſunt ipſi affectus]. i. cuius ꝓpꝛie paſſiones demonſtranꝛ ꝑ illa principia. Boetius vertit ꝙ ipſum / quia / eſt propꝛiū ſubalternate ⁊ ꝓpter quid eſt ſubalternātis. Ubi hoc verbū / qꝛ / Scientie ſubalterne. (certe ineptū vt. c. 10. videbimus) rem obſcurat. Litera explicabitur hoc exemplo. Qđ diateſſaron (. i. proportio ſexquitertia qualis eſt quatuor ad tria) ſit ſonora ⁊ bene conſonās / eſt concluſio propꝛie muſice: nā arithmeticus nihil dicit de ſono. Et hoc eſt qđ dicit Boetiꝰ ꝙ / quia / eſt propꝛiū ſubalternate. Et Argiropylus ſignificantius, ꝙ eſſe, ſcilicet verum eſt ſubalternate. i. talem proportionē eſſe conſonā eſt propꝛia veritas muſice: qꝛ ſubiectum . ſ. ſubalterne / genus diuerſum eſt, puta numerus ſonorus. Sed tñ propter quid ſit ſonora, illud eſt, qꝛ talis eſt proportio rationalis: ⁊ ꝙ inter quatuor ⁊ tria ſit proportio rationalis probat arithmeticus, quia . ſ. habēt eandē partē aliquotā cōmunē: puta, vnitatē. Concludit ergo Ariſto. [Quare patet ex hiſce ⁊c.]. i. ſequitur ꝙ ex hac inſtantia non probatur ꝙ aliqua ſcientia demonſtret ex principijs cōmunibus ſibi ⁊ alijs: nā hoc prouenit ſubalternāti ⁊ ſubalternate, qꝛ habent ſubiectū quodāmodo cōmune. Et vt afferretur inſtantia contra regulā, deberet probari ꝙ aliqua ſcientia vtereꝛ principijs cōmunibus ſibi ⁊ alijs, cū quibus nullo modo cōmunicat in ſubiecto. ¶ In tertia particula textus [Qđ ſi id conſtat] Scia non dmōſtrat ſua principia. infert Ariſt. vnā cōcluſionē corollariā que eſt celebris inter philoſophos. Nulla ſcientia demonſtrat ſua propꝛia principia: ſed ad metaphiſicam que eſt omniū domina ⁊ excelentiſſima pertinet probare omniū principia. Prima pars concluſionis ſequitur ex dictis: nā poſtq; queuis ſcientia reſoluit ſuas premiſſas vſq; ad principia immediata in ſuo genere, iā tunc illa principia probari nō poſſunt niſi per alia principia cōia, ⁊ per ꝯn̄s ad illā ſciētiā non pertinebit vti talibus principijs. Secunda parſ . ſ. ꝙ hoc pertinet ad metaphiſicā non formalr̄ eſt in textu ſed inſinuatur. Sicut. n. ſe habet geometria ad perſpectiuā (quia habet ſubm̄ cōmunius) ita quodāmodo ſe habet metaphiſica ad oēs ſcientias: quippe cuius ſubiectū eſt ens: qđ eſt omniū communiſſimū: ergo ſicut geometria probat principia perſpectiue, ita ⁊ metaphiſica poterit vtcunq; perſuadere principia aliarū ſcientiarū. U. g. Omne totū eſt maius ſua parte / eſt principiū mathematicarū ſcientiarū, quarum eſt tractare de toto ⁊ partibus quātitatiuiſ: ſed negāti, perſuadebit illud metaphiſica hoc mō / omne continens eſt maius contēto: ⁊ totū eſt continens parteſ: ergo. Et ideo ſubdit Ariſt. ꝙ talis ſcientia eſt excelentiſſima, ⁊ maxime ſcientia. Nam ſcire eſt rē per cauſas cognoſcere: ergo illa que tractat de ſupremis cauſis que ita ſunt cauſe, vt nō ſint effectꝰ erit ſuprema ſcientia: talis autē eſt metaphiſica, cuius ſubiectū eſt ens: qđ in genere cauſarū formaliū eſt ſupremū: qꝛ predicaꝛ vniuerſaliter de omnibus. Tractat etiā de Deo ⁊ intelligētijs: que in genere cauſarū efficientiū ſunt prime. Qđ ſi arguas mathematicas eſſe preſtantiores qꝛ ſunt certiores. Reſpōdet Ariſt. in prologo de anima ꝙ dupliciter ſcientia eſt preſtantior: aut ratione certiſſimi modi ꝓcedēdi: quomodo mathematice ſunt preſtātiſſime: aut ratione ſubiecti: quomodo inter phiſicaſ, ſcientia de anima eſt preſtantiſſima: ſed ſimpliciter metaphiſica eſt digniſſima quia tractat de ente vt in includit etiam intelligentias. ¶ In quarta particula textus. [Demonſtratio vero] concludit demū Ariſ. ſuā concluſionem. ſ. ꝙ demonſtratio non vtitur principijs cōmunibus, niſi eo mō quo tam geometrice demōſtrationes accōmodantur ad facultatē machinarū ſtruendarū. ſ. ad artem architecture, vel ad perſpectiuā (que ſcientie ſubalternantur illi) q̄ arithmetice demōſtrationes accōmodantur ad muſicā. ¶ In poſtrema particula textus [At vero difficile] ad introducendū capitulū ſequens colligit hoc corollariū. Difficile eſt percipere ⁊ cognoſcere, quando quis demōſtrat ex propꝛijs principijs. Decipiūtur. n. qui putant ſatis eſſe ad demonſtrationē procedere ex veris ⁊ immediatis, niſi procedat ex propꝛijs.

¶ De principiis tam propriis, q̄ communibus. Cap. 8. Tex. 24.

Ea

EA autem in quocunq; genere principia dico, quę fieri neq̄t, vt eſſe demonſtrentur. Igitur quidnam ipſa prima, & ea, quæ eſt hiſce profiſciſcuntur, ſignificāt, ſumitur: at quod ſint principia ſumere, cætera demonſtrare neceſſe eſt. Ceu quid eſt vnitas aut rectum, aut triāgulus ſumitur, eſſe vero vnitatē, ac magnitudinem ſumere: cætera autem demonſtrare oportet.

¶ Eorum autem, quibus in demonſtratiuis vtuntur ſcientiis, alia cuiuſcunq; ſcientiæ propria, alia communia ſunt: communia vero, ſimilitudine rationis: quippe vſus eorum tantū ſeſe extendat quacunq; in ſcientia, quantum cuiuſq; ſubiecto generi cōgruit: Propria ſunt, vt lineam eſſe talem: rectumue: cōmunia, vt ſi ab equalibus equalia demas, ea, quæ reſtant equalia ſunt, atq; horum vnūquodq; cuiq; ſatiſfacit, ad cuiuſq; genus accōmodatum. Idem enim hoc faciet, ac ſi non de omnibus ipſum accipiet geometra, ſed de magnitudinibus tantum, & arithmeticus de numeris ſolum. ¶ Sunt etiam & ea propria, circa quæ ſciētia cōſiderat ea, quæ p ſe illis inſunt: atq; hæc & eſſe & quid ſunt, ſciētiæ ſumunt: vt vnitates Arithmetica, puncta, lineaſue, geometria: at horū per ſe affectuū quid quidē quiſq; ſignificat, ſumunt, vt arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratum, quid quoq; cubus: geometria, quid expers rōnis: quid frangi, quid concurrere, & huiuſmodi cætera. Demōſtrant autem ipſos eſſe, & per cōmunia, & p ea, q̄ demōſtrata ſunt. Eadē & aſtrologia facere ſolet. Tex. 25. ¶ Omis nāq; demōſtratiua ſcientia circa tria verſatur. Ea ſunt, ea quæ ponit eſſe: hæc autē ſunt genus, cuius p ſe affectuū eſt cōtenplatrix: & ea, quę cōmunes dignitates dicunꝛ, ex quibus primis demōſtrat: & tertiū affectus, quorum quid quiſq; ſignificat, ſumit: nihil tamen prohibet ſcientiarū nonnullas horum præterire nonnulla: veluti genus non ſupponere eſſe ſi eſſe pateat: non enim æque & numerum, & frigidum, & calidum eſſe patet: affectus etiā non ſumere quid ſignificant, ſi ſint clare, ſicut nec dignitates: nihil brohibet: vt quid ſignificat equalia ab equalibus auferre, qa eſt notū: ſed nihilominus hæc tria natura ſunt: id inq̄ circa quod ſcientiā demonſtrāt, & ea, q̄ demōſtrat, atq; ea, ex quibus demōſtrat. ¶ Non eſt autem id ſuppoſitio, neq; poſtulatio ſane, q đ per ſe ipſum eſſe, videritq; neceſſe eſt. Demōſtratio nāq; non in oratiōe, quæ eſt extra, ſed in oratione, quæ eſt in mēte conſiſtit: quando quidem neq; ratiocinatio in illa conſiſtere videtur. Cum enim ſemper aduerſus otationē, quæ extra eſt, per inficiationē obſtetur: vt aduerſus eā, quæ eſt in mente, non ſemper. ¶ Quod igitur demonſtrari quidem poteſt, non demōſtratum autem a ſe quiſpiā ſumit id aut ſupponit, ſi ita eſſe diſcenti videtur, atq; hæc nō abſolute quidem, ſed ad illū tantū ſuppoſitio eſt: aut poſtulat, ſi nulla prorſus diſcenti de hoc opinio, vel etiam contraria inſit. Atq; hoc inter ſuppoſitionē, poſtulationēq; intereſt. Etenim id eſt poſtulatio, q đ eſt contrariū opinioni diſcētis: vel quod quidem demonſtrabile eſt, ſed illud quiſpiā ſumit, vtiturq; non demonſtratio. ¶ Definitiones igitur cum affirmationes aut negatiōes non ſint, ſuppoſitiones nō eſſe patet: quas quidē vt genꝰ propoſitio completitur. Definitiones pręterea ꝑcipianꝛ ſolum oportet: at id ſuppoſitio non eſt, niſi quiſpiā & audire ſuppoſitionem dixerit eſſe. Sed ea ſunt ſuppoſitiones, quæ cū ſint hoc ipſo quod ſunt, emergit ipſa concluſio. Neq; geometra falſa ſupponit, quēadmodum nōnulli putarunt: qui quidē inquiūt, demonſtrantē falſis vti ſuppoſitionibꝰ nō oportere: geometram vero falſa ſupponere, deſignatū lineam nunc pedalem, nūc rectam eſſe dicentē, quæ quidē nec recta, nec pedalis exiſtat: nā geometra cū non ſit ea linea, quā deſignauit, aut protulit ore, concludere ſolet: ſed cum ea ſint, quę per illam ſignificanꝛ, aut indicātur, quæ deſignauit, ac protulit ipſe. Inſuper om̄is poſtulatio, ſuppoſitioq;, aut vniuerſalis, aut particularis eſt: at neutrū iſtorum definitionibus cōpetit: quare definitiōes, ſuppoſitiones poſtulationeſq; nō ſunt. ¶ Formas igitur aut vnū quid præter ipſa multa eſſe, ideo quia demōſtratio ſit neceſſe non eſt: tamen verum eſt dicere, neceſſario vnū eſſe de pluribꝰ prædicandū: nam ſi id nō ſit, vniuerſale ſane non erit: at ſi vniuerſale non ſit, non erit mediū ipſum: quare nec demōſtratio. Eſſe igitur vnū, quid oportet, idemq; de pluribus non ſolū cōmuni nomine prædicādum. T. 26. ¶ Nulla aūt demonſtratio ſumit fieri non poſſe, vt ſimul idem affirmeꝛ, atq; negeꝛ niſi fuerit opus vt hoc etiā pacto demōſtreꝛ cōcluſio. Quod quidē fuerit, ſi ſumpſerimus affirmare quidem primum de medio eſſe verum, negare autē verum non eſt. Nihil autem refert medium eſſe atq; non eſſe ſumere, & tertiū pari modo. Nam ſi datum eſt id, quo hominē dicere verū eſt, & ſi detur & id etiā quo nō hominē dicere verum eſt: tamen ſit tantū hoc totum ſumatur, hominē inquā animal, nō autem non amimal eſſe: erit etiam verum. Calliam: etiam & non Calliam, animal, non autem non animal dicere: cauſa autē eſt, quia primum nō ſolum de medio, ſed etiā de alio dicitur, propterea ꝙ ad plura ſeſe extēdit. Quare ad concluſionem nihil refert, & ſi medium & ipſum, & nō ipſum eſt. ¶ Hoc autē, omne inquā affirmandum aut negandum eſſe, ea demōſtratio ſumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamē ſemper vniuerſaliter, ſed quo ad ſatis eſt generi, circa q đ genus demōſtrationes afferūtur, ſicut & prius eſt dictum. Tex. 27. ¶ Conueniunt autem inter ſeſe ſcientiæ omnes, in hiſce quæ communia ſunt: communia vero dico, quibus vtuntur tāquam ex eis demonſtrantes, non autem de quibus demonſtrant, nec ea quæ demōſtrant. ¶ Differendi quoq; facultas cū omnibus conuenit, & ſi qua vniuerſaliter ipſa cōmunia oſtendere nitatur: velut om-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ne quoduis affirmetur, aut negeť oportet vel ab equalibus dēptis equalibꝰ, equalia ſunt ea, quæ reſtāt: vel taliū aliqua atqꝫ ipſa diſſerēdi facultas, non eſt ſic definitorū quorundā, neqꝫ generis cuiuſdā: non enim interrogaret. Demōſtranti nāqꝫ interrogare non licet, ꝓpterea ꝙ ex oppoſitis idē non oſtendatur: hoc autem demonſtratum in hiſce eſt, quæ de ratiocinatione ſunt pertractacta.

Cum in capite ſuperiori determinatum ſit demonſtrationē propter quid procedere ex proprijs ⁊ non ex communibus principijs, atqꝫ, vt in fine concluſit, principia propria cognitu ſint difficilia, in hoc octauo cap. latiorē facit ſermonē de principijs demonſtrationis propter quid. Cuius intētio eſt hic oſtendere que ſint principia propria queue communia: ⁊ quomodo queuis ſcientia vtatur huiuſmodi principijs. ſ. aut ſupponēdo illa, aut aliqua exponendo, alijs formaliter vtendo in demōſtratione, alijs vero

Tex. 24. ſolū virtualiter. ¶ Atqui ſecundū partitionem commētatoris quatuor ſunt textus in hoc capite: in quorū primo qui eſt ordine vigeſimuſquartus ponit diffinitionē ⁊ diuiſionem principiorum. Ait. n. principia eſſe in quouis gñe: que in tali genere ſunt indemōſtrabilia. Ubi notato ꝙ ſimplr principia non dicūtur niſi illa que ſunt immediata. i. que priora non habēt in tali gñe quibꝰ demōſtrētur, vt propō, in qua prima propria paſſio predicať de diffinitiōe, aut diffinitio, de diffinito, aut dignitates. ¶ Subiungit conuenientiā ⁊ dñtiam inter prima principia ⁊ alia, que velut cōcluſiones demonſtranť. Ait. n. ꝙ rā principia prima ꝙ̄ ea que ex hiſce proficiſcunť (. ſ. concluſiones) ſumitur quid ſignificāt. Sumere eſt recipere tanꝙ̄ ſuppoſitū. Requiritur. n. ante demonſtrationem ſupponere ſignificationes terminorū, tā principiorū ꝙ̄ concluſionis [At ꝙ ſint principia / ſumere, cetera demōſtrare neceſſe eſt] Id eſt differūt tñ ꝙ prima principia eſſe. ſ. ſubiectū eſſe, ⁊ dignitates eſſe veras, neceſſe eſt ſumere. i. ſupponere: qꝛ non ſunt demonſtrabilia: cetera vero. ſ. cōcluſiones neceſſe eſt demōſtrare. Subiungit exēpla. Ceu quid eſt vnitas, quid rectum. i. diffinitio vnitatis, que eſt primum ſubiectū geometrie, ⁊ diffinitio recti, ⁊ trianguli, que ſunt paſſiones illius: itē ſubm̄ ſupponere. ſ. vnitatē eſſe, hoc ſumendū. i. ſupponendum eſt: nā vt primo cap. dictū eſt, de ſubiecto ſupponiť quid eſt ⁊ qđ eſt, ⁊ de paſſione quid ſignificat: cetera vero. ſ. concluſiones ꝙ triangulus habet tres angulos ⁊c. oportet demonſtrare. ¶ In ſecunda particula textus [Eorum autem] ſubdit diuiſionē principiorū. Alia. n. ſunt propria vnicuiqꝫ ſciētie, alia cōmunia. At ne quis redarguat eū contradictionis, quippe qui dixerat nullā ſcientiā vti principijs communibus, ait cōia appellare ſimilitudine rationis (quod Boetius vertit ſecundū analogiā. i. proportionē) Et dicunť hoc modo cōia in illis ſolis ſciētijs que cōmunicāt aliquo mō in ſubiecto. Et hoc eſt quod ait. Quippe vſus eorū tantū ſe extēdit in ſcientia, quātum congruit eius ſubtō. In aliquibus codicibus pro / vſus / habetur / cumulus / mendū eſt. ¶ Subdit exēpla vt lineā eſſe, rectumue, proprie ſunt principia geometrie. At / ſi ab equalibus equalia demas q̄ remanent ſunt eq̄lia / principiū eſt cōmune tam geometrie ꝙ̄ arithmetice: qꝛ hoc, cū ſit cōmune omni quātitati, deſeruit tā numeris, ꝙ̄ quantitatibus cōtinuis. Atqui explicat id qđ dixerat ꝙ. ſ. hoc principiū tm̄ ſe extendit in vtraqꝫ iſtaruꝫ ſcientiarū, quantū cōgruit eius ſubtō quia inquit [Idē hoc facieť in geometris, ac ſi non de omnibus ipſum acciperet geometra: ſed de magnitudinibus tm̄ ⁊ Arithmeticus de numeris] ac ſi dicat tm̄ ſeruit aut geometre aut Arithmetico hoc principiū vniuerſale, ac ſi geometra in particulari dixiſſet / ſi ab equalibus magnitudinibus equales magnitudines demas: equales magnitudines remanent / ⁊ Arithmeticus dixiſſet / ſi ab equalibus numeris ⁊c. ¶ In tertia particula textus [Sunt etiam ea] magis elucidat exēplum de principijs proprijs. Dicens ea eſſe principia ꝓpria. ſ. incōplexa, circa que ſcientia cōſiderat illa que per ſe illis inſunt. Qualia ſunt propria ſubiecta, quibus per ſe inſunt paſſiones. Sequiť in textu [Atqꝫ hec (. ſ. ſubiecta) ⁊ eſſe, ⁊ quid ſunt, ſcientie ſumūt] Qꝛ de ſubtō ſupponiť q̄d eſt ⁊ qꝛ eſt, ſeu, qđ eſt, vt Arithmetica ſupponit q̄d ē vnitas ⁊ eā eſſe: ⁊ geometria ſupponit pūcta ⁊ lineas. Sequiť (At horū ꝑ ſe affectuū quid ſignificant ſumunt) Nomine affectus vbiqꝫ intelligiť propria paſſio: de qua vt cap. primo dictū eſt ſcia ſupponit q̄d ſinificat: vt Arithmetica ſuponit q̄d ſignificat par, q̄d impar, q̄d quadratū, q̄d cubꝰ: que ſunt paſſiones numeri. Geometria quid ſignificat expers rationis. i. proportio irrationalis.

Proportio irrationalis.

Proportio dicitur irrationalis que eſt inter duas lineas que non ſunt inter ſe commenſurabiles: puta cuius pars aliquota vnius non eſt aliquota alterius, vt ſecūdo cap. diximus de coſta ⁊ diametro quadrati equilateri: linee vero rationales ſunt: vt quadrupedalis ⁊ tripedalis, quibꝰ pes eſt pars aliquota ambarū. Et ideo proportio irrōnalis eſt paſſio geometrie: qꝛ in numeris nulla eſt ꝓportio irrationalis: ſed omnis rationalis: qꝛ omnes numeri habent ſaltē vnam partē aliquotā cōmunē puta vnitatem [quid ſignificat frangi] vt linea viſualis que frangitur in ſpeculo [quid concurrere] quēadmodū diximus paralellas non concurrere. Subiūgit [Demōſtrant autē ipſos eſſe per cōmunia, ⁊ per ea que demōſtrata ſunt] Id eſt ſciētia vera demonſtrat hos affectus. i. proprias paſſiones vere ineſſe ſubiectis: aut per principia cōia, ſicut geometra ⁊ Arithmeticus vtuntur illo / ſi ab equalibus equalia demas: aut per principia demonſtrata ex illo vt geometra ſi ab equalibus magnitudinibus ⁊c. ⁊ Arithmeticus ſi ab equalibus numeris ⁊c. ¶ In textu. 25. [Omīs nāqꝫ] Tex. 25. preſſius ꝙ̄ id fecerat cap. 2. explicat principiorū differētias. ſ. poſtulatiōes, ſuppoſitiones, cōes animi cōceptiones. Habetqꝫ textus particulas quinqꝫ. In prima reſumit qđ dixerat capite primo. ſ. tria eſſe precognita ante demonſtrationē. ſ. de ſubiecto (qđ hic vocat genus) quid eſt, ⁊ qꝛ eſt, ſeu qđ eſt: de dignitatibus, qꝛ ſunt. ſ. ꝙ ſint vere: ⁊ de paſſionibus (quas hic nuncupat affectus) quid ſignificant. Litera perſpicua eſt intelligēti que illic diximus. ¶ Subiungit ꝙ nihil prohibet ſcientiarū nonnullas aliqua iſtorum preterire. Boetius vertit / deſpicere. Id eſt nihil prohibet quin demōſtrator aliqū non ſupponat nec explicet aliqua iſtorū: quia. ſ. ſunt ꝑ ſe nota: vt in phia naturali, principiū eſt ignē eſſe calidū: nō eſt neceſſe illud ſupponere poſtꝙ̄ ad ſenſuꝫ patet. Arithmeticus autē nihil mirū ſi ſupponat numerum eſſe: qđ non ita patet ad ſenſum. Numerus. n. numerans eſt in mēte: ⁊ numerus numeratus, in rebꝰ. Et hoc eſt qđ ait nō eque patet numerum eſſe: ⁊ calidū ⁊ frigidū eſſe. Eodē modo de paſſionibus cum clariſſime ſint earū ſignificatiōes, nō opus eſt ſupponere quid ſignificāt. Et de dignitatibus puta quid ſignificat / equalia ab equalibꝰ auferre / quia id eſt notiſſimū. ¶ In ſecunda particula textus [Non eſt autem] deſcēdens ad principia cōplexa de quibꝰ in hoc capitulo eſt principalis intentio, conſtituit differentiā inter poſtulationē, ſuppoſitionē, ⁊ dignitatē. Et eſt litera certe notatu digna. Ad Cuius intellectū notāda eſt dñia inter hec quatuor. Dignitas, ſuppoſitio, petitio diffinitio.

Dignitas ſuppō, petitio, diffinitio.

Primū omniū conueniunt hec omnia, ꝙ vniuerſa hec ſunt principia quibus demōſtrator vtitur tanꝙ̄ principijs que nō demōſtrat: qꝛ in tali ſciētia nō ſunt proprie demonſtrabilia: ſed per principia alterius ſcientie.

tie. Et ideo generali nomine poſſunt appellari oēs ſuppoſitiones: ex quibus demōſtrator exorditur demōſtrationes. Sunt tñ inter hec notande tres dñe.

Prima dñia.

¶ Primo dignitas differt a ceteris tribus, ꝙ dignitas eſt propō ꝑ ſe nota ſimpliciter. ſ. ſcđm ſe ⁊ quo ad nos: itaqꝫ termini illius omnibus ſunt euidentes. Cetera vero principia, licet poſſint eſſe ſcđm ſe euidentia, tñ non ſunt euidentia quo ad nos: qꝛ termini nō ſunt om̄ibus per ſe noti. Ob idqꝫ lꝫ demonſtrator non demōſtret illa, tñ debet illa aliquo mō exponere aut perſuadere aut ſupponere tanꝙ̄ vera. ¶ Secūda dñia eſt inter ſuppoſitionē ⁊ petitionē.

2. Dñia. Nam ſuppoſitio vno mō accipitur generalr̄ vt eſt nomē cōmune omnibus principijs: alio mō ſpecialiter vt diſtinguitur contra petitionē. Si. n. ſit aliquod principiū qđ non ſit quidē ꝑ ſe omnibus tam euidens, ꝙ̄ dignitas: lꝫ tamē reſpondēti verū apparet: aut qꝛ certe verū eſt ⁊ facili negotio explicatur, aut qđ in opinione reſpōdentis verū eſt, illud eſt ſuppoſitio: vt ſi quis ſupponat diffinitionē trianguli eſſe figurā recti lineā triū angulorū: que quidē ex nomine ipſo facile apparet: aut oēs lineas ductas a centro circuli ad circūferentiā eſſe equales: nā oſtenſo centro facile videbit circūferentiā equaliter vndiqꝫ diſtare: aut ſi quis diſputans cū Democrito ſupponeret illi corpora fieri ex atomis, qđ licet eſt falſum, tñ ipſe opinatur eſſe verū. Hec inꝙ̄ omnia principia ſpeciali nomine dicunť ſuppoſitione. Si vero tale principiū nec ſit euidēs reſpōdenti nec facile perſuaſibile: aut qꝛ in rei veritate eſt dubiū reſpōdendi, aut cōtrariū eius opinioni, hec dř petitio ſeu poſtulatio: qꝛ. ſ. demonſtrator hoc poſtulat a reſpōdente ⁊ ſumit ab illo diſputationis gratia, vt ſi petat ſolē eſſe maiorē tota terra, aut aſtra eē paria aut volēs demonſtrare animā eſſe perpetuā ſupponeret eam per ſe moueri, aut ſi quis ab Ariſtotele q̇ icit nō eſſe vacuū petat vt admittat vacuum eſſe, vt. v. g. inde demonſtreť non poſſe per tale ſpatiū fieri motū ſucceſſiuū, vt ipſe arguit in quarto phiſi. Attamen ſi rñdens nō admittit qđ eſt contra ſuā opinionē, tunc inde oritur que-

3. Dñia. ſtio inter diſputantes. ¶ Tertia dñia eſt inter diffinitionē ⁊ alia tria, ꝙ alia ſunt propōnes: ⁊ ideo generali nomine dicunť ſuppōnes. Diffinitio vero non eſt ꝓpoſitio: ⁊ ideo non dicif ſuppō: ſed poſitio vt capite. 4. viſum eſt. ¶ Has tres differentias tractat Ariſt. in hoc textu. Ait ergo [qđ per ſe ipſum eſſe, videriqꝫ neceſſe eſt, nō eſt ſup-

Principia nō negantur i mēte

poſitio nec poſtulatio] ſed dignitas. Ac ſi dicat ꝙ ſuppoſitio vel poſtulatio, lꝫ per ſe ſit vera. i. indemonſtrabilis, tñ nō per ſe vř omnibus vera, ſed indiget ſuppoſitione. i. ꝙ preponatur a demonſtratore. Dignitas vero ⁊ ꝑ ſe eſt vera ⁊ per ſe omnibus apparet vera: ⁊ ꝑ ꝯñs ſubpoſitione non eget, vt quodlibet eſt vel non eſt. At quia poſſet quis dicere nihil eſſe tā manifeſtū, qđ nō poſſit ab aliquo proteruiſſimo voce negari, dicit ꝙ demōſtratio non eſt in oratiōe extra. i. in oratione vocali: ſed in mente. Ac ſi dicat ꝙ licet quis voce neget prima principia, non tñ pōt id negare mente: qꝛ illic ſunt per ſe euidentia iuxta illud Cōmentatoris primo de aīa cōment. 1. intellectus agens eſt cauſa primarū propoſitionū quo ad euidentiā: quippe cuius naturali lumine illuſtrantur. Alias (inq̄t) ſi ſatis eēt voce negare ꝑncipia, nō ſolū nulla eſſet demōſtratio: ſꝫ nulla eſſet ratiocinatio. i. ſyllogiſmus: qꝛ verbo quicunqꝫ pōt om̄ia inficiari. i. negari. ¶ In tertia particula textus [Qđ igitur ⁊c.] ponit ſecundā dñtiam inter ſuppoſitionē ⁊ poſtulationē. Qđ igitur inquit demonſtrari quidē poteſt. i. principiū qđ non eſt adeo omnibus euidens, quin poſſit aut demonſtrari aut perſuaderi aliqua rōne cōmuni, tñ demōſtrator ſumit illud a reſpondente tanꝙ̄ demonſtratū, illud (inquit) ſi ita eſſe dicenti vř erit ſuppō: nō quidē abſolute, ſed ad illum tm̄ reſpōdentē. Quod addit ꝓpť ſuppoſitionē que ſolū eſt vera ſecundū oppinionē rñdentis: aut quā rñdens ſolus admittit, quā alius non admitteret. Si autē id vel non apparet rñdenti, vel illi cōtrariū eſt: tūc erit poſtulatio exempla ſunt iam ſupra poſita. ¶ In quarta particula textus [Diffinitiones igitur ⁊c.] ponit tertiā differentiā inter diffinitionē (que in verſione Boetij dř terminus) et alia tria. Diffinitiones inquit cū non ſint affirmationes nec negationes non ſunt ſuppōnes [Quas quidem vt genus propō cōplectitur] Id eſt que ſuppōnes ſunt ſpecies propoſitionis. ¶ Subiungit ſecundā rōnem ꝙ diffinitio non ſit ſuppō: qꝛ diffinitiōes ſolū oportet percipiātur. i. intelligātur ſimplici intellectus operatione: id aūt quod tali intellectiōe ſimplici percipitur non eſt ſuppō: qꝛ ſuppō dicit iudicium [Niſi quiſpiā, inquid, ⁊ audire ſuppoſitionē dixerit eſſe] Ubi notato ꝙ vt Ariſt. ait. 3. de anima textu. 28. ſimpliciū intelligētia cōparatur operationi ſenſuū exteriorū: ⁊ ideo / intelligere / cōparat hic ad / audire / vt ſicut / audire / non eſt ſuppō, qꝛ non eſt propoſitio, ita nec intelligere. Sed ea inquit ſunt propōnes que cum ſint. ſ. vere, emergit. i. infertur ipſa concluſio. ¶ Reſpondit ſubſequēter tacite queſtiuncule. Dixerat. n. ſuppoſitionē eſſe principiū aut verū ſimplr aut ſaltē ſecundū opinionem rñdentis. At poſſit quis arguere ꝙ geometra ſepe ſupponit aliqua falſa vt puta hanc lineā eſſe pedalē, aut rectā, cū forte non ſit ita. Rūdet inꝙ̄ ꝙ geometra non vtiť in ſuis demonſtrationibus illis lineis oſtenſis ad ſenſum: qꝛ de ſingularibꝰ non eſt ſcientia ſed lineis in vniuerſali, q̄ deſignanť per illas demonſtratas. ¶ Tandē adiungit tertiā rationē ꝙ. ſ. diffinitio non ſit ſuppoſitio, dicēs om̄is poſtulatio ⁊ ſuppō aut eſt vlis, aut particularis: ſed diffinitio nec vl'is eſt nec particularis: ergo. ¶ In quinta particula textus [Formas igiť] Platōis idee. concludit ex dictis contra Platonē ꝙ propter neceſſitatem ſcientiaꝝ aut diffinitionū non eſt neceſſe introducere ideas a ſingularibꝰ ſeparates (que latine dicunť forme) ſed neceſſariū eſt dicere vnū eſſe, de pluribus predicandū: puta vnā eſſe rationē cōem ſpecificā aut genericā abſtractā ab indiuiduis ſola operatione intellectus, de qua ſit ſcientia ⁊ diffinitio. Nā ſi hoc vnū non ſit, non erit vle: ⁊ ſi nō eſt vniuerſale, non erit mediū demonſtrationis, qđ eſt diffinitio: ⁊ per ꝯñs nec erit demonſtratio. Atqꝫ adeo ꝯcludit ꝙ neceſſe eſt eſſe vnū cōmune non ſolū ſcđm nomen ſed ſcđꝫ rationē. Ubi docet vlia non ſolū eſſe in nominibus, ſed in indiuiduis ſcđm rem: abſtracta tñ per operationē intellectus.

Ulia in rebus.

¶ In tex. 26. [Nulla autem demonſtratio] Tex. 26. Poſtꝙ̄ principia tam proprie ꝙ̄ cōmunia explicata ſunt, docere pergit quomō vnaqueqꝫ ſcientia vtať principijs cōmunibus, ⁊ preſertim cōmuniſſimis. Etenim vt quarto meta. tex. 10. ⁊ tex. 27. eſt videre, duo ſunt gñalia prima principia. Unū negatiuū. De nullo idē affirmari ⁊ negari, uerū eſt / alterū affirmatiuū. De quolibet idē affirmari aut negari, verū eſt. In prima ergo particula textus ſermo eſt de primo, ⁊ in altera de ſecundo. Locus iſte obſcuriſſimus habetur: tum quia grece certe eſt adeo cōciſſus, vt videatur trūcus cui deſit aliqđ verbuꝫ: quia latine infideliter eſt traductus ꝓpter equiuocationē verboꝝ grecoꝝ. Unde ⁊ antiqui ⁊ neotherici diuerſe eum exponunt. Proponā prius ſenſuꝫ Ariſtotelis, qui facilis eſt: moxqꝫ ad literā deſcendā. Tres ſunt termini in ſyllogiſmo. ſ. maior extremitas, medium, ⁊ minor extremitas: quos Ariſto. appellat / primū / mediū / ⁊ tertiū, vt ſunt in ꝓpoſito / aial / hō / Callias. Intendit ergo Ari. docere ꝙ illud principiū / de nullo idē affirmari ⁊ negari verū eſt / non intrat formalr demonſtrationē. Et vtitur hac rōne. Aut deberet intrare ex parte primi. i. maioris extremitatis, aut ex pte medij, aut ex parte tertij. ſ. minoris extremitatis: ſꝫ nullū iſtorū: ergo.

De nullo idem affirmari ⁊ nega.

Probat minorē. Ex parte minoris extremitatis poni non pōt ſub illa forma vt iacet: ſed ſi accipiātur pro maiori extremitate duo termini cōtradictorij quoꝝ vnus af

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

firmetur ⁊ alius negat̃ de medio.ſ. Omnis hõ eſt aial et non eſt nõ aial. Callias eſt hõ:ergo Callias eſt aial ⁊ non eſt non aial. Et hec quidẽ optima forma demõſtrationis eſt, vtrũ vero illa pars negatiua maioris ⁊ concluſionis ſit ſuperflua, an aliquid cõducat, in fine examinabim⁹. Ex parte vero medij non põt addi hoc principiũ in pro prijs t̃mis, neq; ex parte minoris extremitatis:ſed addetur ſi accipiãtur pro medio aut pro minori extremitate duo termini contradictorij.ſ. omnis hõ ⁊ non hõ eſt animal:prima parte diſtributa, in ſenſu copulatiuo.ſ. omnis hõ eſt aial ⁊ non hõ eſt aial. Callias eſt hõ ⁊ Callias eſt nõ hõ (que vtraq; pars eſſet vera ſi minor extremitas eſſet ſuperior ad mediũ) ergo. Senſus ergo Ariſtotelis eſt ꝙ q̃q̃ poſſit dari vtraq; pars maioris vera, tñ illa p̃s de ſubiecto infinito eſt ſuperflua ⁊ nihil refert ad ſyllogiſmuз. Si.n. detur ꝙ ois hõ eſt aial ⁊ non eſt non aial: ⁊ ꝙ Callias eſt aial: lз non dare t̃ illa.ſ. non hõ eſt aial et non eſt non aial neq; illa/ Callias eſt non hõ: ſequeret̃ concluſio.ſ. Callias eſt aial ⁊ non eſt non aial. Et eadẽ rõne nihil refert ſi ex p̃te minoris extremitatis ſumat̃ ꝯtradictio.ſ. Callias ⁊ nõ Callias ẽ hõ, q̃cũq;.n. p̃s ſubſumat̃, ſufficit vt d illa ꝯcludat̃ maior extremitas. Hic tñ ſenſus q̃ certiſſim⁹ eſt Ariſtotelis, nec verſioni Boetij, nec Argiropyli cõquadrat, ⁊ multominus illi, quam mõ nobis Baſilea correctiſſimam dedit, niſi paucis mutatis verbis, q̃ nos iuxta phraſim grecam exegimus, ⁊ (ni fallor) merito mutauimus. ¶ Eſt ergo litera hec [nulla demõſtratio ſumit fieri non poſſe vt ſimul idẽ affirmetur atq; negetur]. i. formaliter ſumit hoc principiũ [niſi fuerit opus hoc etiã pacto demonſtret̃ cõcluſio. Qđ quidẽ fuerit ſi ſumpſerimus affirmare quidẽ primũ. i. maiorẽ extremitatẽ de medio eſſe verũ, negare autẽ verũ nõ eſſe] cuius iam nos exẽplũ poſuimus [Nihil autẽ refert mediũ eſſe atq; non eſſe ſumere: ⁊ tertiuз pari mõ]. i. nihil conducit ad vim demonſtrationis duos t̃mos cõtradictorios capere aut ex parte medij aut ex parte minoris extremitatis. Probat vtrũq; ſimul (qđ rem facit obſcurã) [Nã ſi datũ eſt id quo hoīeз dicere verũ eſt]. i. data eſt ea maior propõ qua vere enunciat̃ hoiem eſſe aial ⁊ non eſſe non animal (hec.n.m aior extremitas ſupplẽda eſt) [Et ſi det̃ id ẽt quo non hoiem dicere verũ eſt]. i. q̃uis detur etiã vera alia pars maioris de ſubõ infinito.ſ. non hõ eſt aial ⁊ non eſt non aial [tñ ſi tm̃ hoc totũ ſumat̃, hoiem inq̃ aial non autẽ non aial eſſe]. i. ſi tm̃ ſumeret̃ pro maiori illa prima pars de ſubõ finito [erit ẽt verũ]. i. optime concludet̃ [Calliã, ẽt ⁊ non Calliã, aial, non autẽ nõ aial dicere]. Si.n. ſubſumat̃ Callias ⁊ non Callias eſt hõ, infert̃ callias ⁊ nõ callias eſt aial ⁊ nõ eſt non aial. Moleſtũ eſſet hic referre trãſlationes Boetij ⁊ Argiropyli, vt appareret, q̃ non ſunt intelligibiles, vt modo circũferunt̃. ſubiungit Ariſtoteles cãm cur maior extremitas, que dr̃ de medio, dicat̃ etiã de eius contradictorio [Cauſa inquit eſt quia primũ id eſt maior extremitas non ſolũ de medio, ſed etiam de alio dicitur: propterea q: ad plura ſeſe extendit]. i. propterea ꝙ maior extremitas eſt ſuperior ad mediũ, predicat̃ tã de hoie q̃ de non hoie, puta de equo.

Dubium. ¶ Dubiũ reſtat quid velit ſentire Ariſt. in primo mẽbro: vtrũ ſentiat aliq̃ eſſe neceſſariũ ex parte maioris extremitates dicere/ois hõ eſt aial/ ⁊ nõ eſt non aial. Multi ſunt qui dicunt id nunq̃ eſſe neceſſariũ: quibus. S. Th. ſubſcribit: nam cũ duo termini contradictorij non poſſunt ſimul verificari de eodẽ, idẽ eſt omnino/omnis hõ eſt aial/ ⁊ ois hõ eſt aial, qui nõ eſt non aial. Quare ſcdm̃ iſtos intẽtio Ariſt. fuit inferre ꝙ nullo mõ tale principiũ intrat demonſtrationẽ: nã ſi aliq̃ modo intraret, maxime illo p̃mo modo: ſed illa eſt inutilis repetitio: q̃ nullo mõ intrat. Que quidẽ expõ optime põt ſubſtineri maxime iuxta verſionẽ Boetij. Philoponus dicit ꝙ aliq̃ cõtra ignaros hoies ⁊ proteruiſſimos neceſſe eſt tales propõnes ſumere. Poſſet.n. ignar⁹ dialectice credere ꝙ aia eſt perpetua: ⁊ non perpetua: propterea ꝙ ſcdm̃ partẽ intellectiuã eſt perpetua ⁊ non ſecundum ſenſitiuã. Contra quẽ arguendũ eſſet hoc mõ. Ois forma que hẽt aliquã opationẽ nõ dependentẽ a corpore eſt perpetua ⁊ non eſt non p̃petua: aia eſt hmõi: g̃. Et iuxta phraſim grecã quã fideliter transfert Argiropyl⁹ forte hoc voluit ſentire Ari. cum dixit [niſi fuerit opus. vt hoc ẽt pacto demonſtret̃ concluſio. ¶ In ſecunda particula textus [Hoc aũt ⁊c.] oſtendit quomõ ſecunduз principiũ affirmatiuũ. De quolibet idẽ affirmat̃ aut negat̃/ſeruiat demonſtrationi. Ait.n. ꝙ hoc principiũ ſeruit demonſtrationi ducẽti ad id qđ fieri nequit. i. ad impoſſibile. *De quolз ideз affir. aut nega.* ¶ Ad cuius euidentiã notandũ eſt ꝙ argumẽtatio ad impoſſibile duabus de cauſis fit. Vel ad oſtendendũ bonitatẽ conſequẽtie (qđ pertinet ad libros priorũ) vel ad probandũ veritatẽ propõnis: qđ pertinet ad libros poſteriorũ. Exẽpli gr̃a. Negat quis hãc cõſequẽtiã de Baroco eſſe bonã/Omne.b.eſt.a.c.non eſt.a.ergo .c.non eſt.b.probabo eſſe bonã ducendo ad impoſſibile: *Demõſtr. ad impoſ.* nã ſi illa eſt mala p̃miſſe ſunt vere ⁊ concluſio falſa, tunc ex contradictorio concluſionis vero cũ maiori inferã cõtradictoriã minoris in Barbara hoc mõ. Omẽ.b.eſt.a. oẽ.c.eſt.b. ergo oẽ.c.eſt.a. ⁊ ſic vel duo contradictoria ſunt vera, vel prima ꝯña de barozo erat bona: ſз due cõtradictorie non poſſunt eſſe vere per primũ principiũ: ergo prima ꝯña erat bona. At de iſta probatione nõ eſt ſermo inpreſentia: ſed de probatione concluſionis. Negat .n. quis hãc propõnem/aial non eſt hõ. Probabo ex eius contradictoria ducendo ad impoſſibile hoc modo. Sequtur bene/oẽ aial eſt homo: equus eſt aial: ergo equus eſt homo: ꝯñs eſt falſum: g̃ aliq̃ premiſſaꝝ: non minor: g̃ maior: ⁊ per ꝯñs contradictoria negata eſt vera. Qđ probt̃ per illud principiũ affirmatiuũ. De quolibet affirmatio aut negatio eſt vera. Et ideo ſi affirmatio eſt falſa neceſſe eſt vt negatio ſit vera. ¶ Ubi hoc animaduertẽdũ eſt quod queſtione. 2. argumẽto. 7. adnotauimus ⁊ queſtione quarta eſtatim examinabimus, vl̃з, hec prima principia g̃naliſſima non intrare formal̃r demonſtrationẽ: ſed ſolũ virtualiter. Et ita intelligit̃ hic textus. Non.n. hoc principiũ aſſumit̃ tanq̃ premiſſa: ſed ſolũ ad probandũ ꝙ ſi talis propoſitio eſt falſa, ſua cõtradictoria eſt vera. ¶ Subiungit Ariſto. [Nec tñ ſemper vl̃iter ſed quo ad ſatis eſt generi]. i. ſubiecto talis ſciẽtie. Qđ eſt dicere. Hoc principiũ non ſemper aſſumit̃ ſub illis t̃mis g̃naliſſimis/qđlibз eſt ens vel nõ eſt ens/ſed accõmodate ⁊ limitate ad ſubm̃ ſcie, vt ſi geometra vult demõſtrare diametrũ nõ eſſe cõmẽſurabilẽ coſte, aſſumit hoc p̃ncipiũ. Aut eſt cõmẽſurabilis, aut incõmẽſurabilis: det̃ ꝙ eſt cõmẽſurabilis: ergo aliqua certa pars eſt aliquota vtriuſq; ꝯñs eſt falſum, ergo ⁊ añs: ⁊ per ꝯñs eſt incommenſurabilis. Q: oẽs q̃ntitates aut ſunt cõmẽſurabiles, aut incõmẽſurabiles. Utit̃ g̃ geometria/cõmenſurabili aut incõmẽſurabili/tanq̃ p̃mo p̃ncipio, in q̃ntitate, vbi nõ eſt dare mediũ: q: cõmenſurari eſt ꝓpriũ q̃ntitatis. Alia.n. entia alioꝝ predicamẽtoꝝ, nec ſunt cõmenſurabilia nec incõmenſurabilia niſi rõne quantitatis. Et eodẽ modo Arithematicus vtitur tanq̃ p̃mo principio/ par vel imper/ ⁊ p̃hus/mobile, vel immobile ⁊c. Modus vniuerſaliſſimus eſt arguendi in omnibus ſcientijs. ¶ In textu. 27. *Tex. 27.* [Conueniunt autẽ] tandem concludit Ariſt. duo corollaria. Primũ eſt. Omnes ſcientiã cõmunicet quodãmodo, nõ quidẽ in his de quibus demõſtrant puta in ſubiecto, nã iſto modo ſole ſciẽtie ſubalterne cõmunicãt quodãmodo in ſubtõ: neq; in his q̃ demõſtrant, puta in paſſionibus ſeu cõcluſionibus, q: ſicut quelibet ſcientia hẽt ꝓpriũ ſubm̃, ita ⁊ hẽt ꝓprias paſſiones: cõmunicãt vero in principijs ex q̃bus demonſtrãt: q: cõueniũt ſaltẽ in illis principijs g̃naliſſimis in textu precedẽti expoſitis.

¶ Vel aliter exponetur hoc corollariũ, vl̃з. Omnes ſcientientie cõmunicant in principijs cõmunibus, puta in dictis duobus. Cõmunicent inquit in illis tanq̃ eis ex quibus demõſtrant. i. tanq̃ principijs quibus oẽs ſcientie general̃r vtunt̃ vt iam mõ dicebamus: nõ tñ tanq̃ illis de quibus aliquid demonſtrãt, nec tanq̃ cõcluſionibus quas demõſtrant. Etenim de illis primis principijs non ois ſcientia aliquid demõſtrat: tametſi Metaphiſica demõſtret aliquid de illis, puta ꝙ nullus põt illa corde negare vt iam mõ dicebat Ariſt. ⁊ habet̃. 4. met. tex. 8. Nec aliqua ſciẽtia põt a priori demõſtrare illa prima principia: q: ſunt immediatiſſima: quãuis Metaphiſica aliquo mõ illa a poſteriori oſtendat exẽplo ⁊ inductione: q: quacũq; re ſignata nõ põt ſimul eſſe ⁊ non eſſe: ⁊ neceſſe eſt aut eſſe aut non eſſe. ¶ Secundum corollarium eſt ꝙ differendi facultas. i. Dialectica conuenit cũ omnibus. i. habet principia cõia quibus in omnibus ſcientijs vtitur. *Cõuenit inter Meta. ⁊ Dialectu.* ¶ Sed eſt notandũ ꝙ vult hic ponere Ariſt. cõueniẽtiam inter dialecticã ⁊ metaphiſicã, qua ambe differunt a reliquis oĩbus ſcientijs, ⁊ preterea differentiã inter ambas. Conueniunt.n. vt habetur etiã. 4. meta. tex. 5. ꝙ vtraq; eſt ſcientia cõis ratione ſui ſubiecti: diuerſimode tñ: nã cũ ſubm̃ Metaphiſice ſit ens, qđ eſt ſuperi⁹ ad ſubiecta aliarũ ſciẽtiarũ, ad ipſam pertinet perſuadere oia principia rationi cõmuni. V.g. illud principiũ mathematicũ/omne totũ eſt maius ſua parte/probat rõne cõmuni: q: omne continens eſt maius cõtento. Cõtinẽs .n. cõmunius eſt q̃ totũ: quia locus eſt cõtinens locatũ ⁊ ideo maior, nõ tñ eſt totũ reſpectu illius. Et hoc principiũ/ſi ab equalib⁹ equalia demas ⁊c. perſuadebit per aliud vniuerſalius. ſ. ſi ab his que eodẽ mõ ſe habẽt demas eodẽ modo ſe habẽtia, que remanent eodẽ modo ſe habebũt. Etenim eodẽ modo ſe habere cõmunius eſt, q̃ eſſe equalia, ꝯuenit.n. alijs accidentibus q̃ quantitati: vt ſaporibus et coloribus. Et hac de cauſa in omnibus ſciẽtijs nãlibus cognitio metaphiſice eſt neceſſaria: quippe cuius propriũ eſt: a priori immediatas rõnes oſtẽdere. Dialectica vero q: eius ſubm̃ eſt ens rationis, qđ licet non ſit ſuperius ad ſubiecta realiũ ſciẽtiarũ, eſt tñ quodã modo cõe ad oia, (q: oẽs res ſe poſſunt habere vel vt genus vel vt ſpẽs aut aliud predicabile) ideo de omnib⁹ poteſt rationes communes ⁊ perſuaſibiles afferre. Exẽpli gratia. Quod longiſſimum latus triãguli ſit minus duob⁹ reliquis ſimul ſumptis, probat Euclides principio ꝓprio geometrie in ꝯcluſiõe vigeſima: ſз id p̃ſuadebit dialecticus rõne cõi: q: ſignatis punctis extremis longiſſimi lateris puta. a.  b. inter illa procedit illud latus recte p̃ cordam et alia duo q̃ſi per arcũ. Itẽ p̃hus moralis p̃bat odiũ eſſe incõcupiſcibili vbi eſt amor: q: p̃ odiũ ꝯcupiſcim⁹ incõmodũ inimico: ſicut per amorẽ optamus ⁊ bonũ: ſed dialecticus probabit rõne cõmuni: q: amor ⁊ odiũ ſunt contraria, ⁊ cõtraria ſunt circa idẽ. ¶ Eſt tñ dr̃ia inter metaphiſicã ⁊ dialecticã ꝙ metaphiſica ſolũ ſumit vnã partẽ cõtradictionis determinatã. ſ. verã ad concludendũ id qđ eſt verũ. *Differ. inter meta. ⁊ dialect.* Dialectica vero ſumit vtrãq; p̃tẽ cõtradictionis tam verã q̃ falſam: ⁊ ex vtraq; tanq̃ probabili argumentat̃ apparẽter: ⁊ propterea dialecticus interrogat reſpondentẽ vtrãq; partẽ oppoſitionis mauult dare. Unde notãter loquit̃ hic de dialectica (quã vocat differendi facultatẽ) vt diſtinguit̃ cõtra partẽ logice demonſtratiuam: nam demõſtrator ſolũ aſſumit partẽ neceſſariã ad cõcludendũ neceſſaria: vt geometra ſolũ demonſtrat diametrũ eſſe incõmenſurabilẽ coſte quadrati equilateris: dialecticus vero apparẽter argumentat̃ ꝙ ſit cõmenſurabilis hoc mõ. Diameter quadrati altera parte lõgioris põt eſſe cõmenſurabilis coſte, ⁊ nõ eſt maior rõ de illo q̃ de equilatero: ergo. Itẽ oẽs duo numeri ſunt proportionabiles: ergo oẽs due quãtitates. ¶ Eſt ergo litera Ariſtotelis [Differendi facultas. ſ. dialectica omnibus cõuenit] Id eſt principia habet cõia ad oĩes ſcientias [Et ſi qua] id eſt ſi aliqua alia ſcientia [vniuerſal̃r ipſa cõia oſtendere nitatur] vt eſt metaphiſica, que a poſteriori exẽplis nititur oſtẽdere illud principiũ quodlibet eſt vel nõ eſt/aut illud a priori ſi ab eq̃libus equalia demas ⁊c. [Atq; ipſa differendi facultas nõ eſt ſic diffinitorũ quorundã nec g̃nis cuiuſdã] id eſt. Attamen dialectica non ſumit determinatam partẽ contradictionis ſicut metaphiſica, vel ars demõſtratiua: ſed vtranq; ſumit [Non .n. interrogaret]. i. ſi non vteret̃ vtraq; tanq̃ probabili non interrogaret vtrã velit reſpondens dare [Demonſtranti namq; interrogare non licet propterea ꝙ ex oppoſitis idẽ non oſtẽdatur]. i. demonſtrator non interrogat: q: cũ debeat ſolũ neceſſariũ demonſtrare, nõ põt id facere ex vtralibet parte cõtradictionis: cũ neceſſe ſit alteram eſſe falſam, ex qua non demõſtrabitur neceſſariũ. Hanc dr̃iam inter dialecticũ ⁊ demõdſtratorẽ dicit oſtẽdiſſe in libris de ratiocinatione. i. de ſyllogiſmo, puta in libris priorũ. ¶ Hinc ſequit̃ ſolutio dubij quod hic ſine cauſa multi mouent: quomõ. ſ. aſſerat hic Ariſto. Dialecticã non eſſe determinati g̃nis cũ. 4. metap. tex. 5. dicat ſubiectũ eius eſſe ens rõnis. *Solutio dubij* Ad quod dubiũ reſpondent aliqui ꝙ ꝓpterea ꝙ ens rationis reperitur vl̃iter in omnibus generibus ſcientiaꝝ, dr̃ hic dialectica non eſſe determinati generis. ¶ Sed tñ re vera Ariſt. hic nihil aliud vult, niſi ꝙ dialectica nõ determinatur ad aliquã certã partẽ contraditionis: ſed vtraq; probabil̃r vtitur.

¶ De propriis cuiuſq; interrogationibus.

Cap. 9.

QVod ſi eadem interrogatio ratiocinatiua, & propoſitio contradictionis eſt (ſunt autem in vnaquaq; ſcientia propoſitiones, ex quibus vniuſcuiuſq; propria conficitur ratiocinatio) erunt porro & interrogationes quædam, ad ſingulas ſcientias attinentes, ex quibus fit cuiuſq; propria ratiocinatio. Patet ergo, non omnẽ interrogationem geometricam eſſe, nec ad medẽdi artem omnẽ accõmodari, & pari modo de cæteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorum oſtenditur, de quibus eſt ipſa geometria: aut ea, quæ ex eiſdem demonſtrantur, ex quibus geometria demonſtrat: qualia ſunt perſpectiua: idẽ eſt & in cæteris intelligendũ, Atq; de his ipſis reddẽda quoq; rõ eſt ex geometricis principiis, cõcluſionibuſue: ſed de principiis non eſt reddenda rõ geometræ, quatenus ꝓfeſſor geometriæ eſt: eadẽ ſunt & in cæteris ſciẽtiis obſeruãda. ¶ Nec igit̃ artificẽ queq; quæuis ꝑcõtari, nec ad quãuis interrogatione de ſingulis reſpõdere oportet: ſed ea tm̃: quæ in ſciẽtia ſua determinata ſũt. Quod ſi quiſpiã cũ geometra, quatenus geometra eſt, ſic diſſeruerit, patet & bñ illũ eſſe diceptaturũ, ſi ex his oſtenderit aliquid: quod ſi nũ hoc diſſeruerit modo, nõ bene ſine dubio diſceptabit. Patet etiã, illum non redarguere geometram, niſi per accidens, quamobrem inter ignaros geometriæ, de geometria diſſerendum non eſt: latebit eñi is, qui dixerit praue. In cæteris etiam ſciẽtiis, res ſeſe habet ſiml̃r. T. 28. ¶ Cum autẽ interrogatiões geometricæ ſint, ſuntne & ageometricæ: & interrogationũ eæ, quæ ab ea ꝓdeunt ignoratione, quæ eſt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diſpoſitio, geometricæ ne ſunt an nõ & in quacũq; facultatũ ſimiliter: præterea vtra ratiocinatioʼnũ ab ignoratiõe ꝓficiſcit: ea ne quę ex oppoſitis cõſtat, an ea q̃ cõſtructa vitioſe eſt: at.n. ageomeʼtricæ interrogatiões, aut ex Geometria ſunt: aut ex alia facultate: nã Muſica quidẽ interrogacio, a geometrica eſt: ex geometria vt æque diſtãtes putare cõcurrere, tũ geometrica, tũ ageometrica eſt: duplex.n. ageometricũ, & perinde atq; inforʼme: atq; alterũ ex eo: quia nihil geometriæ, vt informe q̃d vacat forma: alterũ ex eo, quia aliquid eius praue cõplectitur: vt informe, quod turpem habet formã, fœdãq;: atq; hæc ignoratio, & quæ ex talibus eſt principiis, geometriæ cõtraria eſt.

Tex. 29. ¶ In mathematicis autem, non ſimiliʼter fraus fit, cum diſſeritur: quia medium eſt ſemp duplex: nam alter extremorũ de hoc omni, & hoc rurſus idẽtidem de altero dicitur: atq; prædicatũ non dicitur omẽ: hæc autem cernere: licet, quaſi mentis perceptione. In diſſerendi vero facultatis diſceptationibus latent. Eſt ne oĩs circulus figuʼra? ſi deſignauerit, patet: ſed quidnã vltra: carmiʼna ne ſunt circulus, cõtinuo patet, non eſſe. Atq; non oportet inficiationem ad ipſum afferre, ſi inʼductiua propoſitio ſit. Vt enim neq; ꝓpoſitio eſt ea, quæ non ad plura ſeſe extendit (non em̃ erit de omnibus: ex vniuerſalibus autẽ extruitur raʼtiocinatio ſic patet nec eam inficiationẽ eſſe, quę vniuerſalis non eſt: etenim eædẽ ſunt propoſitiones inficiationeſue: nam quam affert quiſpiam inficiationem, ea vel diſſerẽdi vel demõſtrandi propoſitio fieri poteſt. ¶ Fit autẽ, vt quidam vitioſe concludant. Propterea quod eos medios ſumũt, qui terminos vtroſq; ſequuntur: quale quidem & Cæneus facit, ignẽ gigni multiplicata ratiõe hoc pacto concludens: ignis vt dicit celerrime gigniʼtur: quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo conſtare ratiocinatio nequit: ſed ſi celerrimam generationem multiplicata ſequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex iis, quæ ſumũtur ratiocinatio cõſtruatur: interdum vero fieri poteſt, ſed non cernitur. ¶ Quod ſi fieri nõ poſſet, vt verum oſtendat ex falſis, facile eſſet reſolʼuere: cõuerſio nãq; neceſſario fieret. Sit em̃. a. veʼrũ: q̃ cũ ſit, hæc ſunt, quæ quidẽ eſſe ſcio, veluti .b. ex iis igitur illud eſſe oſtendã. Conuertunt̃ autem ea magis, quæ in mathematicis ſunt: qa nulʼlũ accidẽs, ſed definitiones accipiũt, atq; hoc etiã ipſo a diſſerẽdi differũt facultate. ¶ Accreſcit etiã ratiocinatio nõ per media: ſed aſſumẽdo, N ã. a. de .b. ſumit̃, & hoc de. c. & hoc rurſus de. d. Atq; hoc in infinitũ procedit. In latus quoq; eius fit increʼmentũ. a. nãq;, de. c. atq; de. e. concludit̃. Sit enim .a. quidẽ numer⁹ abſolute. b. vero ſimpliciter numerus impar, &. c. de finitus numerus impar. a. igit̃ de. c. concludet̃. Altera rurſus in parte. d. quidem ſit par numerus ſimpliciter ſumptus. e. vero definitus numerus par. a. igitur de. e. cõcluditur.

Poſtq̃ in fine ſuperioris capitis oſtenſum eſt quomodo particulares ſcientie non vtuntur principijs communibus, in hoc nono capite pergit Ariſto. dicere quomõ queuis ſcientia vtat̃ proprijs principijs. Atqui ſi partitionem Cõmentatoris ſequimur, capitulũ hoc cõtinet fragmẽtum ſuperioris textus. 27. duoſq; alios textus. ſ. 28. ⁊. 29. In prima ergo parte poſtq̃ dixerat Dialecticam ⁊ Metaphiſicam habere quodammõ cõmunia principia omniũ ſciẽtiarũ, ſubiũgit ꝙ oẽs ſciẽtie hñt ſua ꝓpria principia ⁊ interrogatiões. Ad cui⁹ notitiã notandũ eſt hec tria nomina interrogatio, propõ, ⁊ cõcluſio, idẽ ſignificare diuerſis rationib⁹. Eadẽ.n. propõ dũ interrogat̃, eſt interrogatio ſeu queſtio: dũ probat̃ eſt cõcluſio: dum admiſſa a reſpondete vel probata ab arguen͠te aſſumitur tanq̃ premiſſa ad aliam probandũ, eſt propõ. V. g. Anima eſt immortalis / dũ interrogat̃, vel a diſcipulo vt ſciatur, vel ab arguente vt probet̃, vel reprobet̃, eſt interrogatio: dum cõcludit̃ ex illo medio, qꝛ anima põt intelligere ſine corpore, eſt cõcluſio: dũ ex ea infertur operationes noſtras dirigendas eſſe in aliã vitã, eſt propõ. ¶ In prima ergo parte textus Ariſt. ponit duas concluſiones: primã, que pertinet ad arguentẽ: ſecundã, que ꝑtinet ad reſpondentẽ. Prima concluſio. Uniuſcuiuſq; ſcientie ſunt proprie interrogationes. Probat̃: qꝛ vniuſcuiuſq; ſcientie ſunt proprie propões. ¶ Ubi adnotandũ eſt ꝙ aliter accipit̃ hic interrogatio q̃ in ſuperiori capite. Illic.n. accipiebat̃ ſtricte vt pertinet ad dialecticũ q̃ probabilit̃ interrogat vtrãq; partẽ contradictiõis: hic vero accipitur latius pro queſtiõe quacunq;, ẽt ſi ſit propoſitio neceſſaria, quales ſunt in ſcientijs demonſtratiuis. ¶ Concludit ergo nõ omnẽ interrogationẽ eſſe geometricã neq; oẽm ad artẽ medicã ꝑtinere [Sꝫ ea ⁊c.] Ubi notandũ ꝙ interrogatio dupl̃r põt ꝑtinere ad geometrã: vno mõ qꝛ interrogat̃ propter quid alicuius concluſionis geometrice; alio mõ qꝛ interrogatur ꝓpter q̃d alicuius propõnis perſpectiue que illi ſubalternat̃. Qd̃.n. geometra demonſtrat in cõi de lineis, Perſpectiuus aſſumit tanq̃ principiũ de lineis viſualib⁹: vnde ad ſubalternantẽ ſciẽtiam pertinet reddere propter quid ſubalternate. Ait ergo principia eſſe geometrica aut ea ex quibus aliquid eorũ. ſ. concluſionũ demõſtratur, de quibus (. ſ. concluſionib⁹) eſt geometria: aut ea. ſ. principia que ex eiſdem. ſ. principijs demonſtrantur, ex quibus geometria demonſtrat: qualia ſunt princidia perſpectiua. Itaq; vult dicere ꝙ principiũ perſpectiuũ põt interrogari a geometra. ¶ Qd̃ ſi quis arguat ꝙ poti⁹ ad perſpectiuũ ſpectat ſcire principia geometrica, q̃ econuerſo ad geometrã principia perſpectiua: ſiquidẽ perſpectiuus demonſtrat per principia geometrica. Rñdetur ꝙ perſpectiuus inquantũ perſpectiuus nõ ꝓbat ſua principia: ſed credit ⁊ recipit illa tanq̃ probata a geometra: ⁊ ideo illa pertinent ad geometrã. Et hoc eſt qd̃ ſubiungit [Atq; de his ipſis (. ſ. principijs ꝑſpectiuis) reddenda eſt ratio ex principijs geometrie ſiue ex concluſionibus eius] Addit nihilominus ꝙ geometra quatenus eſt geometra non debet reddere ꝓpter q̃d de ſuis ꝓprijs principijs: ſed hoc ꝑtinebit ad metaphiſicũ vt dictũ eſt. ¶ In ſecunda particula textus [Nec igitur ⁊c.] ponit ſecundã concluſionẽ ꝙ. ſ. non pertinet ad quãlibet ſcientiã de quouis interrogato rñdere. Exẽpli gratia. Si q̃s interroget geometrã, an linea recta pulchrior ſit q̃ viſualis, an circularis figura aptior ſit ad motũ q̃ quadrãgularis, non pertinebit ad ipſum rñdere: qꝛ ad ipſuꝫ nõ ſpectat aliquid ſcire de pulchritudine aut de motu. Unde ſubiũgit ꝙ ſi quiſpiã cũ geometra quatenus geometra eſt ſic diſſeruerit vt ex proprijs principijs geometrie voluerit illũ redarguere, bene diſceptabit. Si aũt argue

rit ex principiis que nõ ſunt geometrica, redarguet illũ quidẽ per accidẽs, nec propterea concludet eũ eſſe ignarũ geometrie, vt ſi geometram aſſerentẽ quadratũ pulchri⁹ eſſe circulo, quis redargueritt circulũ eſſe pulchriorẽ, nihil probauerit contra geometrã in quantũ eſt geometra. Ex his colligit. Ariſto. documentũ ꝙ de vnaqueq; materia diſputandũ eſt inter eos tm̃, hoc eſt, ⁊ cũ his, et corã his tm̃, qui periti ſunt in illa arte vt periti ex proprijs principiis diſputẽt, et nõ ex impertinẽtibus: ⁊ qui aſtãt ſciant iudicare vter diſputantiũ bñ diſputet. ¶ In textu. 28. [Cũ autẽ interrogationes] mouet Ariſt. tres dubitatiunculas: ſi interroganter legãtur: nã forſan melius legẽtur aſſertiue vt patebit. Ad cuius euidentiã notandũ eſt ꝙ queadmodũ in vnaquaq; ſciẽtia ſunt ꝓprie interrogationes et cõcluſiones, ita ſimul ⁊ proprie ignorantie ſeu deceptiones pertinẽtes ad illã ſcientiã. ¶ Secundo notandũ eſt ꝙ ignorantia vt videbimus cap. 12. alia eſt pure negationis ⁊ alia praue diſpoſitiõis. Ignorantie pure negationis eſt mera negatio ſciẽtie, vt ruſticus hẽt nũc ignorantiã geometrie de qua nec verũ dicit nec falſum: ignorãtia vero praue diſpoſitionis eſt error contrarius ſciẽtie: nã ſciẽtia eſt bona diſpõ, vt ſiquis in Geometria crederet paralellas concurrere. Ignorantia pure negationis geometrie eſt quecũq; ignoratio circa materiã aliaꝝ ſcientiarũ: vt pote que nihil ꝑtinet ad geometrã, vt ignorantia Muſice vel Phĩe. Ignorantia vero proprie geometrica, eſt illa que eſt in materia propria geometrie. Et hec vocatur ꝓprie grece ignoratio a geometrica. Qd̃ Boetius tranſfert non geometrica: ſed melius d̃r / a geometrica / ſeu in geometrica / quia particula / non / cũ accipitur infinitãter, tm̃ valet ſicut id qd̃ nõ eſt geometricũ: vt ignoratio medicine vocaret̃ non geometrica, ſicut lignũ dicitur non vidẽs, ſed particula / a / que grece eſt priuatiua ſeu / in / latine / ſignificat ignorationẽ in propria materia, ſicut cecũ non d̃r lignũ, ſed animal. Exm̃ Ariſt. eſt / Arrhythmõ / qd̃ põt verti, aut / informe, vt vertit Argiropylus, aut / non ſonorũ. Quod põt accipi negatiue, vt punctũ d̃r informe ⁊ lana nõ ſonora: aut priuatiue, ſicut qd̃ habet fedã et turpem formã d̃r informe: et diſſonantia vocũ d̃r inſonora. ¶ Tertio notandũ ꝙ adhuc hec ignoratio praue diſpoſitionis põt in ſciẽtia contingere dupl̃r. Uno modo ex defectu cõſequentie qꝛ non eſt ſyllogiſmus, ſed paralogiſmus. i. ſyllogiſmus vitioſe cõſtructus, vti trãſfert Argiropylus: aut ex defectu materie: qꝛ. ſ. procedit ex oppoſitis. i. ex falſis principiis que opponunt̃ principiis propriis. ¶ Igit̃ ſcd̃m hec tria notabilia mouet Ariſtoteles in prima particula tres queſtiũculas. Prima. Utrũ queadmodũ in geometria ſunt interrogatiões geometrice, ita ſint ⁊ interrogationes nõ geometrice. i. ignorãtie ꝓprie pertinẽtes ad geometrã. Scd̃a. Eſto ita ſit, vtrũ ille interrogationes que procedũt ex ea ignoratione q̃ eſt diſpõ. i. vtrũ ignorãtie praue diſpõnis ſint proprie geometrice. ¶ Tertia. Utra rõcinationũ proficiſcit̃ ab ignoratiõe. i. que illarũ d̃r propria ignorõ geometrie, ea neque ex oppoſitis cõſtat. i. nũquid ea que procedit ex falſis principiis an ea poti⁹ que vitioſe cõcludit per paralogiſmũ. ¶ In ſecunda ꝑticula textus rñdet ad queſtiones, vel forte vt Philoponus adnotauit poti⁹ ſuperiora verba legẽda ſunt aſſertiue hoc mõ, vt ſunt interrogatiões proprie geometrice / ita ⁊ proprie ageometrice ⁊c. nunc reddit rationẽ. Sed parũ refert. Rñdet ergo per diſtinctionẽ affirmatiue ad ambas priores queſtiones que ſunt cõnexe [At enim ageometrice interrogationes aut de geometria ſunt aut ex alia arte] i. aut ſunt in materia geometrie aut in alia mã: vt ignoratio muſice eſt non geometrica. i. aliena a geometria. Hic eſt intolerabile mẽdaciũ in omnibus traſlationibus Argiropyli, vbi ait ꝙ Muſica interrogatio, ſi de Geometria fiat, ageometrica eſt. Muſica.n. ignoratio non põt eſſe de geometria. Impponit exemplum Ariſt. de Muſica propterea ꝙ nullo mõ ſubalternatur geometrie, ſed arithmetice. Et quod Argiropylus tranſfert / ſi de geometria fiat / grece nõ eſt niſi tantũ / ex geometria quequidẽ particula non cõnectitur cũ primo exẽplo, ſed cũ ſecundo, cũ quo nos eã iunximus, hoc mõ. [Ex geometria aũt eque diſtãtes. i. paralellas cõcurrere] hec eſt ignoratio ingeometrica de geometria. Et ideo ſubiungit ꝙ ẽ tũ geometrica, quãtũ ad materiã / tũ ageometrica: qꝛ eſt nõ veritas, ſed ignorõ geometrica. ¶ Et ad declarandũ ſecũdã queſtionẽ ponit exẽplum ꝙ ſicut / informe / dicit̃ vno modo negatiue de illo qui caret forma: vt eſt punctũ vel angelus: ⁊ alio modo de illo qui habet turpem formã, ita ignoratio in geometrica alia eſt pure negationis, alia praue diſpoſitionis, que eſt proprie ingeometrica. Et idẽ obſeruãdũ eſt in omnibus ſcientiis. v. g. ꝙ ſunt tantum tria ellemẽta / eſt ignoratio pure negationis in philoſophia morali: ſed eſt ignoratio praue diſpoſitionis ⁊ propria in philoſophia naturali: econuerſo vero ꝙ tãtũ ſunt tres virtutes cardinales / eſt ignoratio pure negationis in philoſophia naturali: quia nihil ad eam pertinet, ſed eſt praue diſpõnis in philoſophia morali.

¶ In textu. 29. [In mathemacicis autem] reſpõdet ad tertiã queſtionẽ que erat vtrũ ignoratio propria cuiuſq; ſcientie ſit illa que procedit ex falſis principiis, an que fit ex paralogiſmo puta ex mala conſequentia. Et intendit in toto iſto textu conſtituere differentiam inter ſcientias mathematicas (quas Boetius traſſert doctrinas eo ꝙ mathematice per excellentiam dicantur ſcientie et doctrine (⁊ diſputationes dialecticas, ꝙ videlicet in dialecticis vtroq; modo cõtingit deceptio. ſ. et ex falſis principiis et ex paralogiſmis: in demonſtrationibus vero cõtingere quidẽ poteſt ex falſis principiis non tamẽ ex paralogiſmo: et ideo pluribus modis contingit decepto in dialecticis q̃ in demonſtratiuis. Atqui occaſione huius ponit in hoc tex. quinq; differẽtias in q̃bus mathematice excellunt aliis. Hanc differentiam oſtendit quinq; rationibus et ita in textu quinq; erunt particule. ¶ Ad intelligentiam horum notãdum eſt ꝙ paralogiſmus ex parte premiſſarum contingit ex defectu medij, puta qꝛ vel equiuoce ſumitur (quam antiqui vocabant fallatiã indictione (aut quia non plene diſtribuitur (quam vocabant fallaciam extradictionem) Primo excludit a mathematicis primũ defectũ: deinde: ſcd̃m: nã de defectu in inferẽdo (quẽ nos appellamus extrinſecũ) nõ facit Ariſt. mẽtionẽ hic. Prima ergo ratio Ariſt. eſt hec. Mediũ in ſciẽtiis demõſtratiuis duplex eſt. i. bis ſumitur: qꝛ per ſe refertur ad vtrãq; extremitatẽ (vt pote quia de ipſo omni dicitur maior extremitas, ⁊ ipſum dicit̃ de omni minori extremitate) ergo in demonſtratiuis nec cõmititur defectus equiuocationis medij nec indiſtributionis eius. Antecedens eſt manifeſtum, quia medium in demonſtratione vel eſt diffinitio cui per ſe primo cõuenit paſſio, ⁊ q̃ per ſe cõuenit diffinito, aut mediũ eſt genus et minor extremitas eſt ſpecies: et ideo mediũ non põt eſſe equiuocũ. Et q̃uis non ſumat̃ cũ ſigno vl̃i, qꝛ tñ eſt per ſe, idẽ eſt d̃r / animal rationale eſt riſibile / et omne animal rationale / ⁊ ideo uirtualiter diſtribuitur medium. At quia dixerat maiorem extremitatem dici de omni medio, et medium de omni minori, et non dixerat omnem maiorẽ dici de medio nec omne medium de minori, ſubiũgit rationem: quia predicatum, inquit, non dicitur omne. i. ſignum vniuerſale non debet poni a parte predicati, vt docuit ipſe. i. perher. cap. 5. Concludit ergo ꝙ huiuſmodi predicata i diſſerẽdi facultatis (. i. dialectice) diſceptationibus latent. Et ideo hec eſt prima differẽtia in qua mathematice excelunt aliis. ¶ Subdit exẽplũ equiuocationis. Circulus.n. equiuoce ſignificat ⁊ figurã ⁊ gen⁹ qdd̃ã carminis apud Homerũ, qd̃ eodẽ pede incipit ⁊ deſinit. Unde

Interrogatio: propoſitio, cõcluſio.

1. Cõcluſ.

2. Cõcluſ

Tex. 28.

Ignorantia duplex

Tres q̃nes

Ad duas queſtiões.

Arrhythmon.

Tex. 29.

Ad tertiã queſtionẽ

Prima excellentia mathematicarum.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Unde dialecticus pōt decipere ſic arguēdo/ oīs circulus eſt figura: carmē eſt circul⁹: ergo carmē eſt figura. At vero apud geometrā fieri nequit hmōi deceptio. Et ratio eſt quia [Hec inquit cernere licet quaſi mentis perceptione. ❡ Ubi notandū ꝙ equiuocatio que cōmittitur in hac voce/ circulus/ non cōmitteretur ſi ad oculū oſtenderetur deſcriptus: qꝛ lineatio circuli non eſt equiuoca ad carmē ſicut vox. Et qꝛ geometra ex acōmodatione ſue ſcientie hēt oēs figuras geometricas ante oculos mētis quēadmodū illas deſcribit in baco, ꝓpterea cū ei fit mētio de circulo, nullā equiuocationē intelligit: ſʒ ſtatim recurrit ad figurā: et ideo ſiquis interroget geometrā, eſtne oīs circulus figura [Si deſignauerit patet] .i. ſi lineatus fuerit, ꝓʒ ꝙ oīs circulus eſt figura: et ꝗuis nō lineetur in re, tñ mētis oculis lineatur a geometra. Et iō ſi ſubſumatur, carmē eſt circulus, ſtatim ei patet nō eſſe verū. Sūma ḡ huius rōnis eſt ꝙ cū in demonſtratiuis extremitates per ſe primo cōueniunt medio, inde determinatur ſignificatio mediꝫ, vt capi nō poſſit equoce: in dialecticis autē, qꝛ ꝓpōnes non ſunt per ſe, pōt equiuocatio latere: vt hic/ quicūqꝫ diſcit eſt ignarus: ſapiēs diſcit: ergo ſapiēs eſt ignarus/ nā diſcere equiuoce ſignificat ⁊ priuationē habitus, ⁊ hoc qđ eſt actu cōſiderare ⁊ intelligere. ❡ In ſecūda particula [Atqꝫ non opoꝛtet] qꝛ dixerat principia mathematicarū ſciētiarū eſſe de omni, inde quaſi coꝛollariū infert ſecūdā excellentiā huiuſmodi ſcientiarū ad ſcientias non demōſtratiuas, vīʒ, ꝙ aliter inſtatur hmōi principiis ꝗ̄ principiis aliaꝝ ſcientiarum. ❡ Ad cuius intelligētiam notandū ꝙ inſtātia (quā Argiropylus appellat inficiationem) eſt ꝓpō per quā aliqđ principiū oſtenditur eſſe falſum: vt ſiquis phūs aſſereret omne coꝛpus eſſe in loco, aduceretur inſtātia celū ſecūdū ſe totū non eſſe in loco. Unde ſicut interrogatio qñ eſt p̄miſſa, dr̄ ꝓpō, et qñ probatur eſt concluſio, ita inſtantia, ſi aſſumatur vt p̄miſſa ad reprobandū aliquod principiū, eſt ꝓpō: et ſi concludatur tanꝗ̄ oppoſitū principiis, eſt concluſio. ❡ Eſt ergo drīa inter mathematicas ⁊ alias ſcientias que non procedunt demonſtratione potiſſima, ꝙ in aliis ſcientiis ſufficit afferre inſtantiā de aliquo in particulari vt modo dicebamus de celo: et hanc vocat Ariſto. inſtantiā inductiuam: quia inductio fit per ſingularia. Sed in demōſtratiuis/ quia p̄miſſe ſunt de omni, inſtantia nō poteſt afferri niſi vniuerſaliter falſificādo principiū. Etenim cum hec ſit per ſe primo/ triangulus habet tres angulos ⁊c. non poteſt inſtantia ferri de aliquo triangulo, quin afferatur de omni: qꝛ nulla eſt ratio de vno potioꝛ, ꝗ̄ de alio. Et hoc eſt quod ait Ariſto. [Ut. n. neqꝫ eſt ꝓpoſitio (.ſ. in mathematicis) ea que non ad plura ſe extendit (cū omnis ꝺ̄monſtratio fiat ex vniuerſalibus) patet nec inſtantiā in his eſſe que non ſit vniuerſalis.] Et probat conſequentiam quia idē eſt ꝓpoſitio et inſtantia. Nam que affertur tanꝗ̄ inſtātia, ſi modo probatur, poteſt eſſe p̄miſſa ad aliud probandū tā in demonſtratiuis ꝗ̄ in dialecticis. ❡ In tertia particula [Fit autem ⁊c.] accedit ad probandum in mathematicis non contingere paralogiſmum ratione medii non diſtributi: que eſt tertia excellentia mathematicarū. Exponit tamen prius quomodo contingat hic defectus in dialectica. ❡ Ubi notandū eſt ꝙ in ꝓpoſitionibus conſuetis potiſſimū hic defectus cōmittitur, ſiquis in ſecunda figura arguat ex puris affirmatiuis: vbi, cū mediū p̄dicetur in vtraqꝫ p̄miſſa, in neutra diſtribuitur. Quo circa dum mediū ſumitur ſuperius ad extremitates, nō ſequitur/ omnis homo eſt animal: omnis equus eſt animal: ergo equus eſt homo. ❡ Ait pro exemplo Ariſto. ſciendū eſt ꝙ ex elemētis ſi ſuperius gignitur ex inferioꝛi, dicitur gigni multiplicata ratione (quod Boetius vertit multiplicata analogia. i. ꝓpoꝛtione) Propterea ꝙ vt autoꝛ eſt Ariſto. ſecundo de generatione tex. 24. ex vno pugillo terre fit per rarefactionē decē aque ⁊ ex vno aque, plures aeris: et ex vno aeris, multo plures ignis. Si autē ecōuerſo inferius fiat ex ſuperioꝛi, dr̄ gigni diminuta ꝓpoꝛtione. quia ex multis pugillis aeris, fit vnus aque per condenſationē. Quidā ergo phūs Ceneus nomine parallogizabatur hoc mō. Quidquid gignitur multiplicata ꝓpoꝛtione, celerrime gignitur: ignis celerrime gignitur: ergo ignis gignit̄ multiplicata ꝓpoꝛtione. Cuius cōcluſio vera quidē erat: ſed male ſyllogizata propter non diſtributionē mediꝫ. Et idō ſiquis ſub illa maioꝛi ſubſumat/ aqua celerrime gignitur ex aere (quod verū eſt qñ ex aere humido generatur) falſo cōcluderet ꝙ aqua multiplicata rōne generatur. Et hoc eſt quod ait Ariſt. [Fit autem vt quidā vitioſe concludāt propterea ꝙ eos medios (.ſ. terminos) ſumāt qui vtroſqꝫ extremos ſequunt̄: ſicut animal dr̄ de homine et equo: et celerrime gigni de igne et aqua. ❡ Hoc ſuppoſito declarat quomō hic defectus non contingat in mathematicis. Ait. n. ꝙ interdum fieri nequit vt ex tali diſpōne mediꝫ conſtruat̄ bonus ſyllogiſmus: nēpe qñ mediū eſt ſuperius ad extremitates: interdū vero fieri pōt vt ſit bonus [Sed nō cernit̄] .i. lʒ non videat̄ hēre foꝛmā: vt pote qñ mediū conuertit̄ cū extremitatibus. Unde cū in mathematicis ⁊ demonſtratiuis ſciētiis vt plurimū extrēmitates cōuertunt̄ cū medio, qꝛ mediū vt plurimū eſt diffinitio, ⁊ minoꝛ ⁊ maioꝛ extremitas ſint diffinitū et paſſio, fit vt in hmōi ſciētiis vt plurimū teneat hic mod⁹ arguēdi: vt/ oē riſibile eſt aīal rōnale/ oīs hō eſt aīal rōnale: ergo oīs hō eſt riſibilis. Tametſi qñqꝫ nō teneat ē͂tiā in ꝓpōnibus per ſe: vt oīs hō eſt aīal: oīs equus eſt aīal: ergo equus eſt hō. ❡ In quarta particula text⁹ [Qđ ſi fieri ⁊c.] ex his mō dictis elicit quartā excellentiā mathematicaꝝ ſciētiarū qua differt a dialecticis: vīʒ, ꝙ reſolutio facilioꝛ eſt in mathematicis, eo ꝙ procedat ex certis ⁊ determinatis principiis. Quam concluſionē probat duab⁹ rōnibus. ❡ Ad intellectū p̄ime meminiſſe primū opus eſt, ex ꝓlogo huius libꝛi, ꝙ reſoluere concluſionē eſt data cōcluſione inueſtigare principia ex quib⁹ concludit̄. Itē recoꝛdari opoꝛtet illi⁹ cap. 6. tex. 17. vīʒ, ꝙ demōſtratiue ſciētie ſolū ꝓcedunt ex neceſſariis: in ꝗ̄ differūt a dialecticis diſputationib⁹: nā verū dialectice nō ſolū ex vero, ſed ex falſo concludit̄: nō tñ verū demonſtrat̄ niſi ex vero: qꝛ falſum nō eſt cauſa veri. ❡ Ex quo fit vt media dialectica non ſint determinata: ſed ſint infinita: media vero demoſtratiua ſint determinata. Exēpli grā. Omīs hō eſt riſibilis/ dialectice infert̄ ex is p̄miſſis/ oīe aīal eſt riſibile: oīs hō eſt aīal: ⁊ ex his/ oē albū eſt riſibile: oīs hō eſt alb⁹/ et ex infinitis aliis: qꝛ falſa nō cadunt ſub numero, cū erroꝛ cōtingat infinitis modis. At demōſtrari nō pōt niſi ex veris et que pſe ſint cauſe illius: vt/ oē aīal rōnale eſt riſibile: oīs hō eſt aīal rationale. ❡ Et hac de cā argute ⁊ ingenioſe infert Ariſt. in dialecticis difficile eſſe reſoluere cōcluſiones in omnia principia: qđ tñ eſt facile in demonſtratiuis. Ait ḡ [Qđ ſi fieri nō poſſet vt verū oſtendatur ex falſis (.ſ. in dialecticis diſputationibus) facile eſſet reſoluere: cōuerſio nāqꝫ neceſſario fieret [.i. ſicut concluſio eſſet ꝟa ita āns eſſet verū ⁊ iō ſic cōcluſio inferret̄ ex p̄miſſis, ita et inferret illas] Sit. n. a. verū. i. ſit concluſio. a. vera: qđ cū ſit, hec ſunt ꝗ̄ quidē eſſe ſcio (.i. p̄miſſe ē͂t eſſent vere) veluti. b. (ꝑ quā literā intelligit ambas p̄miſſas) Ex his ergo illđ oſtendā. i. ex his ergo p̄miſſis veris oſtendā. i. demonſtrabo cōcluſionē. ❡ Applicat hoc ad mathematicas dicens [Cōuertuntur aūt ea magis ⁊c.] .i. in mathematicis vero magis cōuertunt̄ cōcluſio et p̄miſſe: qꝛ nō accipiūt accidētia cōia: ſed ſolū demōſtrant ꝓprias paſſiōes de diffinito: et iō cōcluſio infert p̄miſſas ſicut ecōuerſo. In dialecticis vero cōcluſio infert̄ ex p̄miſſis tñ nō ſemꝑ infert illas. Et hāc appellabāt antiq̄ falláciā ꝯſeq̄ntis.

❡ In

2. Excellē tia.

Inſtātia.

3. Excellē tia.

Multiplicata ꝓpoꝛtio.

4. excellē tia.

Reſolutio math. facilis.

5. Excellē tia.

❡ In poſtrema particula textus [Accreſcit etiam ⁊c.] adiūgit ſcđam rōnem ad eandē cōcluſionē. ſ. ꝙ facillioꝛ ſit reſolutio in mathematicis. Et rō hec quintā illis accūmulat excellētiā. Cū. n. dixerat dialecticā multis abūdare mediis ad eandē concluſionē: mathematicas vero non niſi ex determinatis demōſtrare, ſoluit dubiū qđ inde ſuboꝛitur. Quomō ergo vna ſciētia mathematica augetur: nā Dialectica augetur multiplicādo media ad eādē concluſionē. Rñdet ꝙ mathematice accreſcunt non per media (loquit̄ de mediis a prioꝛi ꝓꝑ quid) .i. non multiplicando media ad eandē cōcluſionē ſicut Dialectica, ſed aſſumendo. i. demonſtrando paſſionē de ſuo propꝛio ſubiecto, et per idē ſubīn demōſtrando eandē paſſionem de inferioꝛi ſubſūpto ſub illo. ❡ Ubi notandū ꝙ tripliciter creſcūt ſcientie mathematice: vno mō deſcendēdo directe: vt ſi/ habere tres angulos equales duobus rectis/ demonſtret̄ de triāgulo, cui per ſe primo cōuenit per ſuā propꝛiā diffinitionē, vīʒ, omnis figura rectilinea trium angulorū hēt tres ⁊c. triāgulus eſt figura rectilinea ⁊c. ergo triangulus hēt tres ⁊c. Mox eadem paſſio demonſtratur de iſoſcele per triangulū. ſ. omnis triangulus habet tres ⁊c. iſoſceles eſt triangulus: ergo. Deinde omīs iſoſceles habet tres ⁊c. triangulus ſemicirculi eſt iſoſceles: ergo. Et iſtū modū explicat hic. Appellat. n. diffinitionē. a. et primū ſubiectū. b. ſecundū. c. ⁊c. [Nam. a. inquit de. b. ſumitur] .i. p̄dicatur in minoꝛi prime demōſtrationis: et. b. de. c. in ſecunda demōſtratione ⁊c. et ita conſequenter. ❡ Secūdo mō augentur huiuſmodi ſcientie ad latus. i. per ſpecies ex quo diuidentes idē genus. Hoc exemplū expoſitoꝛes verſionē Boetij ſecuti explicant hoc mō. Detur paſſio propꝛia gñis/ vt omnis numerus eſt finitus vel infinitus/ tunc ſequitur numerus par eſt numerus: ergo eſt finitus vel infinitus. Si vero ſubſumas/ numerus impar eſt numerus/ idē concludetur de illo. Et ſi dicas/ omne aīal eſt ſenſibile/ quācunqꝫ ſpeciem animalis ſubſumas, cōcludet̄ illa paſſio. ❡ At vero ꝗuis exēplum ſit verū, non tñ eſt quo vtit̄ Ariſto. nec in greco nec in verſione Argiropyli. Ait. n. a. ſit numerus abſolute (quod ſit maioꝛ extremitas). b. vero ſimpliciter numerus impar. (quod ſit mediū). c. vero definitus numerus impar. i. certa ſpes numeri imparis: qđ ſit minoꝛ extremitas. Fiet hec demonſtratio/ omne. b. eſt. a. oē. c. eſt. b. ergo omē. c. eſt. a. i. omīs numerus impar eſt numer⁹: ternarius eſt numerus impar: ergo ternarius eſt numerus. Rurſus ſi. d. ſit numerus par. e. vero definitus numerus par: vt binarius vel quaternarius: fiet hec demōſtratio/ omne. d. eſt. a. omne. e. eſt. d. ergo oē. e. eſt. a. Uult ergo ꝙ genus ſupꝛemū, quancūqꝫ ſpeciē ſumas pro medio, cōcludetur ꝺ̄ infima ſpecie ſubſumpta ſub tali medio. Qđ eſt ſcientiam augeri ad latus. ❡ Tertio mō ſcientie mathematice creſcunt demōſtrando primā paſſionē de ſubiecto: et per primā, ſecundā: et per ſecundā, tertiā: et ita in infinitum. Quomō procedit Euclides demonſtrando primo de linea/ a quolibet puncto in quodlibet pūctum duci/ et deinde ſuper datam lineam triangulū equilaterꝫ collocari: et ita conſequenter. Relinquit ergo Ariſt. mathematicas ſcientias abunde cōmendatas.

Triplicit mathematice augētur.

❡ Quæſtio quarta.

❡ Utrum omnis demonſtratio procedat ex principiis per ſe et propꝛiis.

A Parte negatiua poſſent ſtatim argumenta fieri contra illā fundamētalem concluſionem Ariſt. cap. 6. tex. 16. ſ. omnē demonſtrationē procedere ex neceſſariis: nā demōſtrationes naturales de motibus ⁊ cōiunctionibus planetarū de pluuiis et grandine, ⁊ aliis impꝛeſſionibus naturalibus generant ſimpl̄r ſcientiā: et tñ nō procedunt ex neceſſariis. Sed ad hec reſpōſum eſt. q. 3. vbi notū fecimus quēadmodū hmōi ꝓpōnes ſint ſuo modo neceſſarie. ❡ Et ideo aliter arguit̄ aduerſus primā principalē cōcluſionē in eodē capite tex. 18, et. 7. capite tex. 19. vīʒ, ꝙ omnis demōſtratio procedit ex principiis per ſe et nullo mō ex his que ſunt per accidens. Ariſtoteles multas rerum propꝛietates demōſtrat que illis cōpetunt per accidēs: ergo ſibi eſt ipſe contrarius. Añs patet primo. In ſecundo phiſ. tex. 39. demōſtrat caſum et foꝛtunā ineſſe reb⁹, que tñ ſunt cauſe per accidēs: nā ſunt p̄ter intentionē agentis. Secundo. In. 2. de celo tex. 43. demonſtrat celū ſemper moueri et terrā ſemper quieſcere: et tñ motus et quies non ſunt propꝛie paſſiones celi et terre, ſed accidētia cōmunia omniū coꝛpoꝝ naturaliū. Et. tex. 104. demonſtrat, celū eſſe ſphericū, et terrā rotundā: et tñ ſphericū et rotundū non ſunt paſſiones coꝛpoꝛū naturaliū: ſed quantitatis. Tertio. In. 2. de generatione tex. 16. demonſtrat ignem eſſe primo calidum, aerem vero humidum, aquā frigidam, et terrā ſicā: et tamen ille non ſunt propꝛie paſſiones elemētoꝛū ſed cōmunes vt pote caloꝛ igni et aeri ⁊ humiditas aeri et aque ⁊c. Et Commentatoꝛ. 4. phiſ. tex. 2. dicit id qđ per accidens cōpetit, ſi ſemper cōpetit, poſſe intrare demōſtrationē, vt materiam ⁊ foꝛmā eſſe mobiles/ pōt eſſe principiū et cōcluſio demonſtrationis lʒ per accidēs cōueniat illis ratione totius cōpoſiti. Et id demū confirmatur qꝛ omne coꝛpus eſſe coloꝛatū cadit ſub demonſtratione: imo omne animal eſſe coloꝛatum licet eſſe coloꝛatū ſit accidēs cōmune. ❡ Secundo principl̄r arguitur. Mathematice inter omnes ſcientias ſunt que potiſſimis vtunt̄ demōſtrationibus: ⁊ tñ demonſtrāt per cauſas per accidens: ergo demonſtratio non ſemper procedit ex cauſis per ſe. Probatur minoꝛ. Demonſtrat geometra ſuper datā lineā diametrum equilaterum collocare, deſignata linea recta et ſumpto vno extremo pro centro deſcribendo vnū circulū qui tranſeat per aliud extremū, et rurſus ſuper aliud extremum deſcribēdo alium circulum equalem, et a puncto quo interſecant ſe circuli deducendo duas lineas vſqꝫ ad extrema date linee, vt patet in hac figura.

Tūc arguitur ſic. Ad triāgulum eſſe equilaterum per accidens eſt deſcriptio illoꝛū circuloꝛū: nam licet nullus ad imaginationem poſſit eſſe circulus, triangulus nihilominus eſſet equilater⁹. Itē probat omnē triāgulū habere tres angulos equales duob⁹ rectis, protrahendo vnā quālibet lineā triāguli. Que faciat. v. g. triangulum extrinſecum. d. et arguendo hoc modo angulus extrinſecus. d. eſt equalis duobus intrinſecis ſibi oppoſitis. ſ. a. b.



(que eſt. 32. Euclidis) ergo duo anguli. c. d. ſunt equales tribus. a. b. c. qꝛ ſi idē cōmune. ſ. c. addatur duobus equalibus, que remanent ſunt equalia: ſed. c. et. d. equiualent duobus rectis (que eſt. 13. Euclidis) ergo tres anguli. a. b. c. equiualēt duobus rectis. At vero ꝙ angulus extrinſecus. d. ſit equalis duob⁹ ſibi oppoſitis eſt cauſa per accidens: nam licet nullus eſſet angulus extrinſecus, nihilominus tres anguli intriſeci equiualerent duobus rectis. ❡ Tertio principaliter arguitur aduerſus ſecundā concluſionē principalem. ſ. demonſtrationem procedere ex propꝛiis. Et arguitur primo ꝙ procedat ex alienis tranſeundo de genere in genus contra concluſionem poſitam cap. 7. tex. 20. Philoſophia naturalis et geometria ſunt omnino ſcientie diuerſe: nam ſubiectum philoſophie eſt ens mobile et ſubiectum geometrie eſt quantitas continua vt abſtrahit a materia et motu: ergo principia vni⁹ ſunt ſimpliciter aliena reſpectu alterius: et tñ geometra probat illud principiū / a quolibet puncto in

quodlibet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quodlibet punctū lineā ducere/per hoc principiū phiſicū/inter quelibet duo puncta mediat ſpaciū. Et vice verſa phꝫus nālis.2.de celo tex.104.probat terrā eſſe rotundā ⁊ celū ſphericū:qd nō pōt probari niſi per mediū geometricū,vlꝫ,ꝙ omnes linee ducte a centro ad circūferētiā inſunt equales. Et eodēmodo Chirurgꝰ probat vulnera rotunda difficilius ſanari per mediū geometricū: per hoc.ſ.ꝙ latera talis vulneris magis diſtant ꝙ ſi haberet figurā oblongā. Quinimo lunā eſſe eclipſabilē eſt propoſitio aſtrologie,et tñ probatur per interpoſitionē terre inter ſolē ⁊ lunā,que eſt mediū phiſicū: nam interpoſitio dicit motū,de quo tractat philoſophus naturalis. ¶ Et cōfirmatur ſpecialiter argumentū in exemplo Ariſtotelis. Geometra vtitur principio Arithmectice ergo male ponit exēplū Ariſtotelis in iſtis ꝙ nullo mō vna ſcientia vtitur principiis alterius. Probatur añs. Geometra probat diametrum quadrati equilateri nō eſſe cōmenſurabilē coſte eo ꝙ diameter et coſta non ſe habēt ſicut duo numeri,puta ſicut numerus maior excedit numerū minorē per vnitatē vel vnitates q̄ ſunt partes aliquote omniū numerorū. ¶ Quarto pncipalr argr. Hoc principiū vniuerſaliſſimū / de nullo idē ſimul affirmatur et negatur/intrat formaliter demonſtrationē:ergo male id negauit Ariſto.cap.8.tex.26.et per ꝯñs omes ſcientie poſſunt vti hoc cōmuniſſimo principio. Probar añs. Hic eſt optimus ſyllogiſmus/idem ſimul eſſe et non eſſe eſt impoſſibile:materiā primā eſſe ſine forma eſt idem ſimul eſſe ⁊ nō eſſe:ergo materiā primā eſſe ſine forma eſt impoſſibile. Itē ſiquis proteruiſſimus concederet idem poſſe produci a ſeipſo,redarguēdus eſſet contradictionis hoc mō. Idē ſimul eſſe et non eſſe eſt impoſſibile: ſed idē ſeipſum producere includit idē eſſe qñ nō eſt(nā cauſa debet precedere effectum)ergo idem non pōt ſeipſum producere. Et multis aliis modis poteſt primum principium intrare demonſtrationem.

Ad primū ¶ Quæſtio hęc partim ex tertia quæſtione, partim ex expōne textus facile diſſoluit. Nihilominus ad maiorē dilucidationē formata ſunt pauca hec argumēta. Premiſſa ꝗ affirmatiua rñſione ad queſtionē,ad primū argm negatur añs. Et ad primā probationē rñdetur ꝙ de caſu ⁊ fortuna poſſumꝰ loqui aut particulr aut in gñe. Particulr nō eſt de illis ſcia nec demonſtratio:vt infra in hoc lib. aſſerit Ariſt.tex.43.i.nō demōſtratur ꝙ edificator inueniat theſaurū/aut ꝙ nauigās diteſcat/et ſimilia:qr he ſunt cauſe per accidēs:⁊ per ꝯñs non ſunt per ſe quarto mō. Tñ in gñe hoc cadit ſub ſciētia.ſ.ꝙ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe per accidēs ⁊ dubie,ꝙ earū effectus ſequunt preter intentionē agētis. Hmōi.n.propoſitiones ſunt per ſe:nam hoc qd eſt eſſe cām per accidens per ſe primo mō cōuenit fortune: qr illa eſt eiꝰ diffinitio. Et hoc mō tractat Ariſt.de fortuna in.2.phiſi. Et idem .3.ethi.cap.3.docet ꝙ de fortuitis,quippe que in nra poteſtate nō ſunt nō eſt conſiliū. ¶ Ad ſcdm membrū rñdetur per illud qd.ſ.dictū eſt.q.3.in ſolutione confirmationis quarti argumēti.ſ.ꝙ vt ſit aliqua propō demōſtrabilis,ſatis eſt ꝙ ſit per ſe aut perſeitate ſolius ſubiecti aut perſeitate ſolius pdicati:⁊ ille/ celū mouet/terra quieſcit ſunt pſe perſeitate ſubiecti ſicut/hō eſt bipes:nā pſe celū hēt vt moueat:lꝫ moueri pſe pmo nō cōueniat celo. E cōuerſo/hō eſt aptus ad medicinā/eſt demōſtrabilis:qr eſt per ſe pſeitate predicati:nā talis aptitudo pſe ꝯuenit homini: ꝗuis non ois hō per ſe hēat illā, ¶ Eodēmō poſſet dici ad tertiā probationē ꝙ ignis pſe perſeitate ſubiecti eſt calidus, ꝗuis caliditas ꝯueniat ēt aeri. Sed tñ alia eſt intētio Ariſt.vlꝫ,ꝙ ꝗuis qdlibet elementū vendicet ſibi duas q̄litates,tñ vna eſt que pſe primo illi conuenit. vt caliditas pſe primo conuenit igni,⁊ ſiccitas,ſcdario: aeri vero pſe primo conuenit humiditas,⁊ ſcdario,caliditas:hę aūt qualitates cōueniunt mixtis rōne elementorū. Et ideo rñdetur ꝙ/ignis eſt calidus/eſt pſe primo in ſcdo mō dicēdi per ſe:⁊/ignis calefacit/eſt in quarto: ⁊ per ꝯñs ſunt propōnes ſimplr demonſtrabiles. Ad illas propōnes/celū eſt ſphericū/terra eſt rotunda/rñdetur,ꝙ ꝗuis rotūditas ſit paſſio q̄ntitatis,nihilominus qr quātitas eſt accidēs propriū corporis,corpora nālia determināt ſibi certā quanitatē que pinde eſt de illis demonſtrabilis. Unde homini alia eſt propria figura alia vero equo aliiſqꝫ aliis aīalibus. ¶ Ad autoritatē Cōmentatoris multi varie rñdent:conceditur tñ intentū ꝙ aliquando,phi non vtuntur ita ſtricte propōnibus neceſſariis.ſ. quarū predicata per ſe primo cōueniunt ſubiectis:ſed ſatis eſt ſi ſemper cōueniāt,et tō illa ſeruit demōſtrationi/ mā ⁊ forma mouent localr/⁊ itē illa/omne aīal eſt coloratū/et qñqꝫ hec/cignꝰ eſt albus/coruꝰ eſt niger ⁊ ſimiles.

Ad ſcdm. ¶ Ad ſcdm principale rñdetur ꝙ Mathematice ſciētie potiſſimū demonſtrant per cauſas formales,ſicuti ſcientie nāles per efficiētem ⁊ finalē,vt videbimus lib.2.cap.11. Demonſtrant.n.mathematice valorē et virtutē figurarū quātitatis:et qr per vnā figurā oſtendit longitudo linearū alterīꝰ figure,et per vnū angulū extrinſecū oſtēdit ad oculū quantitas oppoſitorū angulorū,propterea ad demōſtrādā paſſionē vnius figure vtit mathematicꝰ alia figura.v.g.quia triāgulus equilaterus cōſtat ex tribus equalibꝰ lineis,⁊ linee exeūtes accētro ad circunferentiā eiuſdē vel eq̄lis circuli ſunt eq̄les,ppterea oſtēditur equilaterus triangulus per deſcreptionē circulorū. ¶ Unde ad argm negat ꝙ mathematice demōſtrent per cauſas omnino accidentales:nā ꝗuis deſcriptio circulorū non ſit pſe cauſa efficiēs triāguli equilateri,tñ quodā modo eſt cā formalis per ſe:ad hunc ſenſum,ꝙ ad deſcriptionē taliū circulorū formalr ſequit illa diſpō triāguli.

Ad tertiū Et eodēmō angulꝰ extrinſecus eſt quodāmō forma per quā manifeſtat valor angulorū internorū triāguli ¶ Ad tertiū principale rñſio pꝫ ex expōne tex.20. Unde colligitur Ariſto. nō negare vlr ſciētiā vnā poſſe vti principiis alterīꝰ:ſed duo ſunt que docet. Primū ꝙ vnaqueqꝫ ſciētia hēt ſua ppria principia,vltra que ipſa nō procedit,ſed vel ſunt pſe nota vel ad aliā ſcientiā pertinebit illa probare. Scdo docet ꝙ nulla ſcientia probat principia alterius,niſi aliquo mō ſubm illius pertineat ad ſubiectū alterius:alr ſi ſubiecta ſunt omnino diuerſa, erit trāſitus ſeu migratio a ſcientia in ſcientiā:qui quidē trāſitus reprobat:at ſi aliquo mō vnū ſubiectū pertineat ad aliud,nō erit trāſitus ſ.d deceſus licitus. ¶ Uñ ad primū membrū argumēti negat ſubm Geometrie et Phie eſſe oīo adeo diuerſa vt principia vnius ſint prorſus aliena reſpectu alterīꝰ:nā ꝗuis Geometra tractet de quātitate ⁊ pūctis vt abſtrahūt a mā,nihilominꝰ qr quātitas ⁊ pūcta ſunt accidentia corporis nālis, pōt phia reddere principiorū Geometrie rationē. ¶ Et pariter ad ſecūdum membrū rñdetur ꝙ eadē paſſio demonſtrat de eodē ſubō a diuerſis ſciētiis per diuerſa media,vt,ꝙ terra eſt rotunda/pbat phꝫus nālis per motū:qr vlꝫ oēs ptes terre quantū poſſunt tēdunt ad cētrū,et per ꝯñs equaliter diſtāt a centro:qd eſt facere circulū. Aſtronomus vero id pbat,qr terra eſt velut centrū mundi equaliter diſtans a celo. Itē lunā eſſe eclipſabilē phꝫus nālis probat per motū:qr.ſ.terra interponit inter ſolem ⁊ lunam,non curādo in quibus pūctis celi ſint tunc luminaria. Aſtronomꝰ vō vice verſa id demōſtrat qr quotieſcūqꝫ ſol ⁊ lūa ſunt in capite vl cauda draconis luna priuat lumine,nō curādo qd corpus interponit. ¶ Ad aliud de Chirurgia rñdetur eodēmō qr figura vulneris aliquid nōnunq̄ refert ad ſanitatē,ppterea chirurgus in quantū Geometra reddit aliqñ cām ſuorū principiorum. ¶ Sed ad confirmationē negat ꝙ Geometra vtat principiis Arithmetice:ſed tñ aliqñ poteſt vna ſcientia vti exēplis alterius:

vtl

tio noſtra incipit a ſenſu: ſed demonſtratio propter quid/
procedit ordine naturali. ¶ Ad quintũ principale reſpõ Ad quin.
detur, ꝙ qꝛ ſubiectũ in ꝑſpectiua ⁊ muſica eſt cõplexũ vt
linea viſualis/ et numerus ſonorus/ rõne linee ⁊ numeri
ſubalternãtur geometrie ⁊ arithmetice: ſed rõne adiecti Subalternatio ſciẽ
. ſ. viſualis aut ſonori ſunt ꝑtes philoſophie nlis. Et hac
rõne dicunf ſciẽtie medie inter mathematicas ⁊ nlis. Vn
de propõ que loquif de viſibili in ordine ad anguluꝫ quẽ
cauſat i oculo vel in ordine ad lineã viſualẽ, illa eſt mere
ꝑſpectiua: vt ꝙ obiectũ prope maius videtur qꝛ cauſat
maiorẽ angulũ viſualẽ. Cum vero hãc probat per lineã

 abſtrahendo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

abſtrahendo a viſuali.ſ.ꝙ linee procedentes ab eadē ba
ſi acutiorē ⁊ minorē angulū faciunt in parte diſtāti ꝗ in
ꝓpinqua, deſinit eſſe ꝑſpectiua ⁊ aſcēdit ad geometriā.
Si vero cōſideret obiectū viſibile non in ordine ad lineā
vel angulū, iam deſinit eſſe ꝑſpectiua ⁊ eſt mere phīa na
turalis: vt excellēs viſibile ledit viſum/viſibile ſupra ſen
ſum nō facit ſenſationē ⁊c. Et ꝓportionabiliť dicatur de
muſica. ¶ Et per hoc reſpondetur ad aliā ratiunculā de
De iride. iride. Apparentia enim coloris que fit in iride accidit ex
refractione radiorum ſolarium in nube rorida. Sꝫ ap
parentia figure circularis in arcu iridis accidit ex refra
ctione radiorū admodū circuli: eo ꝙ cū nubes opponiť
ſoli, radij medij penetrant centrū nubis ſine refractione
⁊ ad latera refrāguntur orbiculariter: vt eſt videre. 3. me
teororū. Et ideo quantū ad figurā circularē illa ſcientia
de iride ſubalternať perſpectiue: nam illa apparentia fit
propter refractionū linearū viſualiū ⁊ per conſequēs me
diate ſubalternatur geometrie. Sꝫ ꝗtum ad apparen
tiā colorū, licet quodāmō pertineat ad ꝑſpectiuā, pro
prius tñ pertinet ad philoſophiā naturalē: cuius eſt illa
propō/lucidū trāſiens per nigrū apparet rubeum, ⁊ per
magis rarū apparet viride, ⁊ per magis raruꝫ apparet
flauū. Unde nihil vetat ꝙ perſpectiua aliquo mō ſit vna
Ad confir pars philoſophie nālis, ⁊ tñ illi aliquo modo ſubalterne
tur alia pars philoſophie nālis. ¶ Ad ꝓmā cōfirmatio
nem reſpondeť ꝙ ꝑſpectiua ⁊ muſica nō ex eo ſolū ſubal
ternātur geometrie ⁊ arithmetice, ꝙ ab illis probantur
ſua principia: ſed qꝛ ſubiecta iſtarū ſunt quodāmō infe
riora ad ſubiecta illarū. Ob idqꝫ licet philoſophia nālis
probet aliquod principium geometrie non ſequitur phi
loſophiam eſſe ſubalternantē reſpectu geometrie. Sub
iectum.n. geometrie que eſt quātitas, vt abſtrahit a ma
teria ⁊ motu, nullo modo eſt inferius ad ens mobile: ſed
eſt accidens illius. Et ita philoſophia nō tanꝗ ſubalter
nans ꝓbat principia geometrie: ſed qꝛ ſciētia de ſubſtā
tia aliquo modo iudicat de ſuis accidētibus. Eadē rōne
nec chirurgia ſubalternatur geometrie: qꝛ corpus ſana
bile nō eſt inferius ad quātitatē, ſꝫ ſubiectū ei⁹. Et hac
rōne geometria probat principiū chirurgie: nam per ac
cidētia ſumiť notitia ſubiecti. ¶ Ad tertiū incōueniens
reſpōdeť illud minime ſequi: nā vt philoſophia nālis eſ
ſet ſubalternās reſpectu metaphiſice, reqrereť ꝙ a prio
ri ⁊ ꝓpter quid probaſſet pricipia metaphiſice: attamē
non ꝓbat ſubſtātias ſeparatas eſſe niſi ab effectu per e
Ad.2.con ternitatē motus: vt ſi motus celi eſt ꝑpetuus, aliqua eſt
intelligētia ꝑpetuo mouēs. ¶ Ad ſcd̄aꝫ cōfirmationē reſ
pōdeť ꝙ aſtrologia tractat de aſtris: puta de motibus ⁊
cōiunctionib⁹ eorū abſolute. Nautica vero tractat de il
lis in ordine ad opationes nr̄as. Naute.n. ex aſtris con
iectant ventos ⁊ ſerenitates, ⁊ inde proſpiciūt nauigan
dū ne ſit, an ceſſandū. Et ideo nautica qꝛ addit aliqd ad
ſubiectū aſtrologie nō eſt pars illius ſꝫ ſubalternať illi: ſi
cut perſpectiua qꝛ addit viſuale ſupra lineā, nō ē pars
geometrie, ſed eius ſubalterna. Nautica ergo eſt pars a
ſtrologie iudicialis que ex aſtris ſumit iudiciū effectiuū
qui hōibus poſſunt accidere. Eodē mō Stereometria
tractat abſolute de menſuris corpoꝝ: ars vero machina
rū ſeu architectura tractat de tali menſura in ordine ad
Ad ſextū. edificia cōſtruēda. ¶ Ad ſextū ꝓncipale varie rn̄dent do
ctores: qꝛ non eſt facile noſſe quomō ſubalternata dicat
qꝛ, ⁊ ſubalternans ꝓpter quid. Omiſſis vero opinioni
1. Propo. bus ſit prima propō. Sciētia ſubalternata non ſoluꝫ de
mōſtrat ab effectu ſꝫ a priori ⁊ propter qd: vt argm̄ pro
2. Prop. bat: qꝛ in hoc conſiſtit rō perſpectiue ⁊ muſice ſpeculati
ue ꝙ a priori demōſtrēt cōcluſiones. ¶ Secunda propō.
Quāuis poſſet forſaꝫ ſubſtineri ꝙ perſpectiua ſpecula
tiua nō eſt niſi geometria pro illa ꝑte qua ꝓbat cōcluſio
nes ꝑſpectiue, ⁊ muſica ſpeculatiua eſt Arthmetica pro
illa ꝑte qua ꝓbat cōcluſiones muſice, tñ alia eſt rei veri
tas, vꝫ ꝙ infra limites ꝑſpectiue diſtinguiť ſpeculatiua
⁊ practica. Prima pars patet quia ſi geometria a prio
ri ꝓbat principia ꝑſpectiue, videtur ſubinde geometria
eſſe perſpectiua ſpeculatiua. Sꝫ ſcd̄a pars ꝓbať. Perſ
pectiua ex ꝓpriis terminis perſpectiue reddit cām ſua
rū cōcluſionū: ergo ꝑſpectiua ſpeculatiua diſtinguitur
a geometria. Probať antecedēs. Illā cōcluſionē/obie
ctū prope maius vr̄ ꝗ longe/ꝑſpectiua ꝓbat hoc ſyllo
giſmo/ obiectū quod maiori angulo viſuali videť maius
apparet: ſed qd̄ ꝓpe videť, vr̄ maiori angulo viſuali: ꝗ.
Que quidē demōſtratio eſt a priori ⁊ intra limites per
ſpectiue: qꝛ premiſſe loquūtur de angulo viſuali. Unde
geometria nō dicitur demōſtrare ꝓpter quid ꝑſpectiue
eoqꝫ omnis demōſtratio ꝓpter quid ꝑſpectiue ſit geome
trie: ſed qꝛ demōſtratio ꝑſpectiua non pōt reſolui vſqꝫ ad
principia immediata ⁊ per ſe nota niſi per geometriā:
nā ille ꝓmiſſe ꝓbantur a geometra per lineas ⁊ angulos
abſtrahēdo a viſualibus.ſ. Si ab eadem baſi duo latera
triāguli ꝓcedāt maiorē angulū cauſāt in ꝑte ꝓpinqua
ꝗ in remota. Itaqꝫ vbi demōſtratio incipit per viſuale,
iam eſt pure perſpectiua. Et idē dicať de muſica reſpe
ctu arithmetice. ¶ Ex quo ſequiť quomō differat perſpe Ad confi.
ctiua practica ⁊ ꝑſpectiua ſpeculatiua: nam perſpectiua
practica ſolū ꝓbat/obiectū ꝓpe maius videri/ab expe
riētia ꝑ viſum: ſicut muſica practica ꝓbat ꝙ diapēte eſt
optima conſonātia, qꝛ bene cōſonat auribus: ⁊ ideo mu
ſica practica acquiriť exercitio cātandi: ſpeculatiua ve
ro reddit a priori rōnes concluſionū. ¶ Hinc ſequitur ſo
lutio confirmationis. Reſpōdetur.n. primo ꝙ geometra
nō demōſtrat concluſiones ꝑſpectiue ſed ſolū principia.
Itaqꝫ ꝗprimū venit ad lineas viſuales ceſſat negotium
geometrie ⁊ incipit demōſtrare ꝑſpectiuus. Scd̄o reſpō
detur ꝙ geometra inquātū geometra non hēt ſemꝑ ap
plicare ſua principia ad ꝓncipia ꝑſpectiua formādo de
monſtratiōes, ſꝫ qñ geometra requiriť a ꝑſpectiuo, aut
vult deſcēdere ad perſpectiuā: ⁊ vtraqꝫ de cauſa geome
tria nō eſt ꝑſpectiua. Et hoc ſcd̄m eſt qd̄ ait Ariſto. vꝫ,
ꝙ geometra ⁊ arithmeticus ſciūt in vniuerſali cōcluſio
nes ꝑſpectiue ⁊ muſice, nō tñ in ꝑticulari. Stat.n. ꝙ ſit
quis ꝑfectus geometra ſciens ꝙ ab eadē baſi latera ꝓce
dētia maiorē angulū faciūt in puncto propinquiori, ꝗ
i remotiori, ⁊ tñ hoc nūꝗ applicuerit ad lineas viſuales:
⁊ ꝑ cōſequēs nunꝗ aduerterit an obiectū ꝓpe videť ma
ius ꝗ longe. Et pariter arithmeticus ſtat ꝙ ſciat oēs
ꝓportiones numeroꝝ quas nunꝗ applicuerit ad ſonos
nec aduerterit quenā ꝓportio cōſonet, ꝗ vero diſſonet.

¶ De immediatorum ignorantia. Cap. 12.

Textus. 32.

IGnoratio autem ea, quæ non nega
tione, ſed diſpoſitione dicitur igno
ratio, deceptio eſt: quæ circa propo
ſitiones medio vacantes, vel non va
cantes, affirmatiuas, vel negatiuas,
aut per ratiocinationem, aut ſimpliciter fit. Nam
aut ſimpliciter quiſpiam eſſe, aut non eſſe putat,
aut per ratiocinationem exiſtimationem talem
ſequitur. ¶ Simplicis igitur exiſtimotionis ſim
plex eſt error: cuius autem, quæ per ratiocinatio
nem efficitur, plures. a. namqꝫ ſine media nulli
competat. b. *Si igitur quiſpiam concludat.a. com
petere ipſi.b. ſumpto medio.c. deceptus erit*, ſane
per ratiocinationem: atqꝫ fieri poteſt, vt ambę pro
poſitiones ſint falſæ: & etiam altera tantum: nam
ſi neqꝫ.a. cuiq̄.c. neqꝫ.c. cuiq̄ cōpetat.b. vtraqꝫ au
tem per interuallū econtra ſit ſumpta: ambæ pro
poſitiones

poſitiones erunt ſine dubio falſę: fieri nāqꝫ poteſt
vt.c. ſic ſe habeat ad extremū vtrūqꝫ, vt neqꝫ ſub
ſiciať. a. neqꝫ vniuerſaliter competat ipſi.b. etem
.b. quidem fieri nō poteſt, vt in toto quopiam ſit:
nam.a. primo remouebatur ab ipſo.a. vero nō ne
ceſſe eſt vniuerſaliter cūctis, quæ ſunt ineſſe: qua
re fit, ambæ vt propoſitiones ſint falſæ. At fieri
quoqꝫ poteſt vt altera vera ſumať, non tñ vtrauis
ſed.a.c. nam ꝓpoſitio.c.b. ſemper erit falſa: quia
in nullo eſt ipſum.b. ſed.a.c. vera eſſe poteſt: velu
ti ſi.a. ſine medio cōpetat quidē ipſi.c. nō compe
tat autem ipſi.b. cū enim idem primo de pluribus
quouis dicitur modo, neutrum erit in altero: nihil
autem intereſt, & ſi nō ſine medio cōpetat. ¶ De
ceptio igitur eſſendi per hoc, atqꝫ hoc modo fit ſo
lum nō enim alia in figura ratiocinatio erat eſſen
di: nō eſſendi vero & in ꝓma, & in media fit. Atqꝫ
primū dicamus, quot modis & quomodo ſeſe ha
bentibus ipſis ꝓpoſitionibus fit in prima figura.
Fieri itaqꝫ poteſt, vt ambę falſæ ꝓpoſitioes ſumā
tur: veluti ſi ipſum.a. tam.c. ꝗ.b. ſine medio cōpe
tat. Nam ſi ſumatur.a. quidē nulli ineſſe.c. ipſum
autē.c. cuilibet competere.b. erit vtraqꝫ ꝓpoſitio
falſa. Fieri quoqꝫ poteſt, vt altera propoſitionum
vtrauis falſa ſumať. Nam eſſe poteſt.a.c. quidem
vera.c.b. vero falſa.a.c. quidem vera, quia.a. non
omnibus ineſt, quæ ſunt.c.b. vero falſa, tum quia
fieri nequit vt.c. cui ipſum.a. nulli cōpetat, ipſi cō
petat.b. nam alias.a.c. propoſitio nō erit vera: tū
quia ſi ambę ſint verę, erit ipſa cōcluſio vera. At
c.b. etiā vera eſſe poteſt, altera ſumpta falſa: ceu ſi
b. & in.a. ſit et in.c. neceſſe eſt em̄ tūc alterū eē ſub
altero: quare ſi ſumať.a. nulli cōpetere.c. erit hęc
propoſitio falſa. Patet igitur & ex altera tātum &
ex ambabus propoſitiōibus falſis ratiocinationē
fieri falſam. ¶ *Sed in figura media vt totę quidē
propoſitiones ambę ſint falſæ*, fieri nequit, nā cū
a. cuilibet ineſt. b. nullum tum ſumi mediū poteſt,
quod alteri cuilibet: alteri nulli cōpetet. Oportet
autē hoc pacto ſumere propoſitiōes vt alteri qui
dē inſit, alteri vero non inſit, ſi hac in figura ratio
cinatio fieri debeat. *Si igitur quę ſic ſumūtur ſint
falſę*, cōſtat ecōtra veras vtraſqꝫ fore: qđ qdē fieri
nequit. Verū aliqua ex parte falſam eē vtrāqꝫ nō
obſtare quicꝗ videtur: veluti ſi mediū.c. tā.a. quā
b. cuidā inſit. Tunc enim ſi ipſum.c. cuilibet qui
dē.a. nulli vero. b. dicatur ineſſe, falſę quidē erūt
ambę propoſitiōes, at non ſimpliciter, ſed aliqua
ex parte, ſicuti patet. Eadē erunt, et ſi propoſitio
nem negatiuā verſus extremū mai⁹ poſueris. Fie
ri tamē poteſt, vt altera falſa atqꝫ vtrauis ꝓpoſitio
nū ſumať: quod enim ineſt cuilibet a. id.b. quoqꝫ
cuilibet ineſt. *Si igitur ipſum.c. tale ſumptū cuili
bet quidem.a. nulli vero.b. competere dixeris*, a.c
quidem erit vera.c.b. autē falſa. Rurſus quod nul
li.b. competit, id nec.a. cuilibet inerit: nam ſi cuili
bet.a. competeret, & ipſi quoqꝫ.b. cuilibet profe
cto cōpeteret: at nulli ineſſe ſuponiť. *Si igitur cui
libet quidem.a. nulli vero.b. competere dixeris*, c.
b. quidem veram, alterā vero falſam efficies. Idē
vtiqꝫ fiet, et ſi verſus mai⁹ extremū propoſitionē
negatiuā poſueris: quod enim nulli cōpetit.a. id
etiam nulli cōpetit.b. *Si igitur.c. nulli quidem. a.
cuilibet vero.b. competere dixeris*, a.c. quidē pro
poſitio erit vera, altera vero falſa. Rurſus ſi id qđ
b. cuilibet ineſt, nulli competere dixeris.a. falſum
tum efficies propoſitionem. Neceſſe eſt enim. ſi.b
cuilibet ineſt, et.a. cuidam competat. *Si igitur hu
iuſcemodi ſumptum.c. nulli quidem.a. cuilibet ve
ro.b. dicatur competere*, erit. c.b. quidē vera.a.c.
autem falſa. Patet igitur ex vtriſqꝫ falſis, et ex alte
ra tantum circa propoſitiones indiuiduas ratioci
nationem falſam fieri poſſe.

VTruſqꝫ ſunt, quæ ex libris poſte
riorum operepreccium eſt dialecticos diſci
pulos doceri: que vero poſt hec ſubſequū
tur, ꝗuis ſint ingenio plena, ⁊ que inge
nioſum quempiam perluſtrari nō penite
bit, forſam tamē prolixiora ſunt ꝗ neceſ
ſaria: ob idqꝫ propter prolixitatē nō exponunť a neothe
ricis. Nos vero ſtatuimus ſingula exponere: nō vt nego
cium faceſſamus doctoribus interpretandi (ſi forſan tp̄s
nō ſuffecerit) ſed vt totū Ariſtotelē illis qui acuratius eē
volunt dialectici exponamus. Nec mirū ſi operis ⁊ lon
giſſimi, ⁊ obſcuriſſimi, lōga ſit expoſitio, ne obſcura fiat.
In hoc ergo duodecimo capite incipit quartū mēbrum
principale eorum ſex, in que primū iſtū librū partiti ſu
mus. Enimuero poſtꝗ in primo capite inſtitutū eſt de
mōſtrationē eſſe neceſſariā, ⁊ in duobus ſequētibus dif
finitū eſt quid eſt ſciētia ⁊ demōſtratio, ⁊ in octo ſequen
tibus oſtenſum eſt ex quibus qualibuſqꝫ principiis ꝓce
dat oīs demōſtratio tam ꝓpter quid ꝗ quia, ⁊ in ꝗ figu
ra aptius fiat, in his tribus capitulis que modo ſequun
tur agitur de ignorātia, que opponitur ſcientie. Atqui
in duobus capitulis agr̄ de ignorātia praue diſpoſitio
nis, nempe in primo de ignorātia principiorum imedia
torum, ⁊ in ſcd̄o de ignorātia mediatorum que ſunt con
cluſiones. In tertio deniqꝫ arguiť de ignorātia pure ne
gationis. At vero in partitione cōmentatoris duodeci
mū ⁊ decimūtertiū, capita nō cōtinent niſi vnicū textuꝫ
qui eſt trigeſimus ſecundus. Quocirca nos caput hoc
duodecimum per ſex particulas diſtribuimus. ¶ In pri
ma ergo ꝑticula premittit Ariſt. quatuor diſtinctiones
ignorantie. Prima eſt. Duplex eſt ignorantia.ſ. pure ne Diuiſio
gationis, ⁊ praue diſpoſitionis. Ignorantia pure nega ignorātie
tionis eſt mera ꝓuatio ⁊ carentia ſcientie: vt ignorantia
geometrie in ruſtico. Ignorātia vero praue diſpoſitiōis,
eſt falſum iudiciū de re aliqua. Prima diciť ſimplex ne
gatio quia nullū dicit habitū vel actuꝫ: ſecunda vero fit
per habitū vel actum que eſt mala diſpoſitio. Item ꝓma
non diciť deceptio: nā qui negatiue ignorat, ſcit ſe igno
rare, ⁊ ideo nec decipitur, nec quicꝗ aſſerit, nec alicui
cōtradicit, quare talis ignorātia nihil ꝑtinet ad ſcientiā.
Secūda vero ignorātia eſt deceptio ⁊ error: nam qui ita
ignorat, decipitur putans ſe ſcire qd̄ neſcit: ob idqꝫ con
tradicit ſciēti: atqꝫ adeo talis ignorātia ꝑtinet ad ſcien
tiā vt extirpetur. ¶ Ait ergo ꝙ illa ignoratio que non eſt
ſcd̄m negationē: ſed ſcd̄m diſpoſitionē, illa eſt deceptio.
Boetius vertit/ illa eſt per ſyllogiſmū deceptio/ et in ali
quibus codicibus grecis ita legitur: ſed forſan in codice
Argiropyli nō erat illa ꝑticula/ per ſyllogiſmū/ ꝗ quideꝫ
litera certe melius quadrat: nam ſtatim deceptio diſtin
guntur in deceptionē que fit per ſyllogiſmū ⁊ deceptio
nem que fit ſine ſyllogiſmo: vnde ſequitur ꝙ nō oīs talis
deceptio eſt per ſyllogiſmū. ¶ Scd̄a diſtinctio eſt. Igno

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rãtia praue diſpoſitionis, alia eſt circa prima principia immediata (de qua agitur in hoc capite) ⁊ alia eſt propoſitionũ que ſunt mediate tanq̃ cõcluſiones: de qua agitur in ſequẽti. ¶ Q̃d ſi quis dubitet quomõ poteſt haberi error ꝑmorũ ꝑncipiorũ: vt de hoc gñali/ quodlꝫ eſt vel nõ eſt. Ad hoc rñdent expoſitores ꝙ põt quis illa negare ſaltem ore, licet nõ corde: vt ſupra dictum eſt cap. 8. tex. 25. ⁊ habetur. 4. meta. tex. 8. At vero quia vocalis negatio veritatis, nõ proprie dicitur error, ſed ꝓteruia: aliter mihi videtur dicendũ, vꝫ, ꝙ Ariſt. loquitur hic de ꝓpoſitionibus immediatis, q̃ q̃uis ſcdm ſe ſint immediate, non tñ ſimpliciter ⁊ quo ad nos ſunt ꝑ ſe note: vt/ omne aial rationale eſt diſciplinabile/ nulla ſubſtãtia eſt qualitas/ ⁊ ſimiles circa quas immediatas poteſt eſſe error, etiam mentalis. ¶ Unde ſubiungitur tertia diſtinctio. ſ. ꝙ talis deceptio, ſiue ſit circa imediata ſiue circa mediata, põt eſſe aut circa affirmatiuas aut circa negatiuas.

Dubium.

Immediata in falſi.

Ubi notandum ꝙ ſicut eſt ꝓpoſitio imediata in veritate tam affirmatiua q̃ negatiua, ita cõtradictoria eſt immediata in falſitate: vt homo non eſt rõnalis/ ſubſtãtia eſt qualitas/ ⁊ ſicut vna eſt mediata in veritate, ita alia eſt mediata in falſitate: vt/ mundus non eſt creatus/ eſt falſa mediate: quia/ mundus eſt creatus/ eſt vera mediata: ⁊ mũdus eſt infinitus/ eſt mediata in falſitate: quia/ mundus nõ eſt infinitus/ eſt vera mediata. ¶ Quarta diſtinctio eſt. Ignorantia praue diſpõnis aut fit per ſyllogiſmũ deceptoriũ, qui dicitur paralogiſmus, aut ſimpliciter. Et enim tunc quiſpiam ſimpliciter aut credit non eſſe, quod eſt, aut eſſe, quod non eſt, quando id credit deceptus vel experiẽtia vel autoritate: vt cum ruſticus credit ſolem non eſſe maiorem rota molari deceptus viſu, aut credit mundum eſſe perpetuũ deceptus autoritate alicuius philoſophi. Et hec ignorantia nihil ꝑtinet ad ſcientiã poſteriorũ. Poteſt tñ huiuſmodi errores pati ꝓpter aliquẽ paralogiſmũ, vt ſi adduceret̃ illi talis paralogiſm⁹/ vnaq̃q; res eſt talis q̃lis apparet: ſol apparet vt rota molaris: ergo tantus eſt quãtus eſt illa. Et de hac deceptiõe eſt p̃ſens ſermo. ¶ In ſecũda particula [Simplicis igitur] pergit exẽpla ponere ſingulorũ membrorum ſtatuens primo fundamentũ vꝫ [Simplicis exiſtimationis ſimplex eſt error: eius autẽ que per ratiocinationẽ efficit̃, plures] id eſt cum quis errat ſola autoritate aut alia via ſine ſyllogiſmo deceptus, vnicũ habet errorem. ſ. propoſitionis in qua decipitur. Qui autem errat per ſyllogiſmũ plures hẽt. ſ. ⁊ concluſionis ⁊ vtriuſq; vel alterius premiſſarũ.

Scđa pt.

¶ Ubi notandũ ꝙ error per paralogiſmũ aut cõtingit ex defectu forme cõſequentie: et iſte nõ pertinet ad preſentẽ mãm, ſed ad libros ꝑorum. Aut contingit ex deffectu materie: puta ex falſitate premiſſarũ: ⁊ de iſto eſt ſermo p̄ſens. ¶ Oſtendit ergo Ariſt. in hoc capite quomõ contingãt huiuſmodi paralogiſmi in immediatis ꝓpõnibus falſis. Et primo in affirmatiuis que opponunt̃ veris imediatis negatiuis. Unde ſupponit primo ꝙ. a. ſine medio nulli competat. b. vt ſi. a. ſit ſubſtãtia ⁊. b. q̃litas, hec ſit immediata nullum. b. eſt. a. [Si igit̃ quiſpiam (inquit) cõcludat. a. cõpetere ipſi. b. ſumpto medio. c. deceptus erit ſane ꝑ ſyllogiſmũ: vt ſi dicat/ omne. c. eſt. a. omne. b. eſt. c. ergo oẽ. b. eſt. a. ¶ Subdit tñ ꝙ huiuſmodi paralogiſmus fieri põt dũ ambe premiſſe ſunt falſe, aut dũ altera tm̃ [Nã ſi neq;. a. (inquit) cuiq̃. c. neq;. c. cuiq̃ cõpetat. b. vtraq; aũt per interuallum ecõtra ſit ſumpta] id eſt ambe p̄miſſe ſumant̃ affirmatiue cõtrarie illarum, tunc ambe ſunt falſe. Cõtrarie (inq̃) quia debent eſſe vl'es, cũ debeant inferre vniuerſalem: nã propõ imediata falſa dẽt eſſe vniuerſal'ẜ ⁊ de omni, ſicut immediata vera: vt ſi acciperet̃ pro medio (qđ ſignificat̃ per. c) aliud generaliſſimũ extraneũ puta/ quãtitas/ cui ne. c. a. nec. b. cõpetit: ⁊ fiat talis ſyllogiſmus/ oĩs quantitas eſt ſubſtãtia: omnis q̃litas ẽ quantitas: ḡ omnis qualitas ẽ ſubſtãtia. Ambe. n. p̄miſſe ſunt imediate falſe apud Ariſto. Et hoc eſt qđ ſubiungit [Fieri nãq; põt vt. c. ſic ſe habeat ad extremũ vtrunq;, vt neq; ſubijciatur ipſi. a. (quod eſt maior extremitas) neq; vniuerſaliter competat ipſi. b. id eſt neq; predicet̃ vniuerſaliter de minori. ¶ Subiungit autem rationem dicens] Etenim. b. quidẽ fieri nõ poteſt vt in toto quopiaꝫ ſit ⁊c. In qua rõne, cũ ſit obſcura, neſcio que myſteria ꝑter intẽtionẽ (vt exiſtimo) Ariſtotelis ſingunt expoſitores. Senſus tñ eſt manifeſtus ſi conſideret̃ primo huiuſmodi paralogiſmos fieri in ꝑma figura ex p̄miſſis vniuerſalibus vt iam adnotauimus. Probat ergo ꝙ põt. c. mediũ nec ſubijci ipſi. a. in maiori, nec vniuerſal'r p̄dicari de. b. in minori. Et ꝓbat primo ſcđam partẽ per hoc, qđ fieri nequit vt. b. ſcilicet minor extremitas ſit in aliquo toto (qđ eſt dicere/ cõtineat̃ ſub aliquo genere) Quod ꝓbat eo ꝙ. a. remouebat̃. a. b. imediate. Ac ſi diceret. Cũ hec eẽt imediata nullũ. b. eſt. a. ſequit̃ vtrũq; extremũ eſſe gñaliſſimum ⁊ per cõſequẽs ſubiectũ nec habere genus nec diffinitionẽ nec differentiã: ⁊ inde ſequitur ꝙ nihil p̄dicetur de. b. vniuerſal'r affirmatiue, ⁊ per cõſequẽs. c. nunq̃ p̄dicabitur vniuerſal'r de. b. poterit tñ predicari ꝑticularit̃: vt ſi. c. eſſet/ color/ verũ eſſet dicere/ aliquod. b. i. aliqua q̃litas eſt. c. ſed nõ eſſet ſufficiens p̄miſſa ad cõcludẽdũ vniuerſalẽ immediatã. Primã vero partẽ. ſ. ꝙ põt. c. nõ ſubijci affirmatiue ipſi. a. ꝓbat per hoc, quod. a. q̃uis ſit generaliſſimũ (vt ſubſtãtia) nõ eſt neceſſe vt p̄dicetur de omnibus que ſunt: nam nõ predicabit̃ de accidẽtib⁹. Et ita cõcludit ꝙ poſſunt eſſe ambe p̄miſſe falſe: vt exẽplo iam indicauimus. ¶ Eſt tñ hic dubiũ: nã videtur nõ obſtãte ꝙ. b. ſit gñaliſſimum, ꝙ nihilomin⁹ ſit in aliquo toto. i. p̄dicetur de illo aliquid vniuerſal'r puta ly/ ens/ vel deſcriptio vel ꝓpria paſſio illius gñaliſſimi: vt ſi dicas/ omnis q̃litas eſt accidẽs ſubſtãtie ratione forme/ aut oĩs q̃litas eſt ens. Reſpõdet̃ ꝙ cũ ly/ ens ſcđꝫ Ariſtotelẽ equiuoce dicat̃ đ ſubſtãtia ⁊ accidẽtib⁹, nõ eſt ad ꝓpoſitũ vt ſit mediũ đmõſtratiõis: q2 facit ꝑalogiſmũ i forma. Sꝫ neq; illa deſcriptio q̃litatis facit ad rẽ poſterioriſticã: vbi cum ſyllogiſmi ſint diſciplinabiles, nõ accipit̃ ꝓ medio niſi vl' gen⁹ vl' dr̃ia vel diffinitio vel ꝓpria paſſio q̃ nullo mõ reperiunt̃ in genere generaliſſimo.

Dubium.

¶ Proſequitur deinde oſtendere [At fieri quoq; ⁊c.] ꝓſequitur inq̃ oſtendere aliud mẽbrũ: quomõ vꝫ in tali paralogiſmo põt eſſe altera tm̃ p̄miſſa falſa: non tñ indifferẽter, q2 nõ põt eẽ maior falſa, ⁊ minor vera: nã minor nunq̃ poteſt eſſe vera ꝓpterea ꝙ debet eſſe vniuerſalis, ⁊ cum minor extremitas que eſt illis ſubiectũ, ſit generaliſſimũ, nõ habet genus nec diffinitionẽ nec dr̃iam q̃ de illo p̄dicetur vniuerſaliter: vt modo dicebamus. Et hoc eſt quod ait [propoſitio. c. b. ſemper erit falſa ſed. a. c. vera eſſe poteſt] Appellat. n. minorẽ. c. b. in qua. c. predicatur ⁊. b. ſubijcitur: ⁊ maiorem. a. c. in qua. a. p̄dicatur ⁊. b. ſubijcitur. Subiũgit exẽplũ veluti ſi. a. ſine medio cõpetat ipſi. c. ⁊ nõ ꝯpetat ipſi. b. puta ſi accipiat̃ ꝓ medio gen⁹ ſubalternũ ad ly. a. vꝫ angelus/ ⁊ dicatur/ oĩs angel⁹ ẽ ſubſtãtia: oĩs q̃litas eſt angelus: ergo oĩs qualitas eſt ſubſtantia. Subdit rõnẽ cur põt cõtingere ꝙ. a. cõpetat. c. ⁊ non cõpetat. b. [Cum. n. inquit idem primo de pluribꝰ dicitur, neutrũ erit in altero] id eſt cũ genus aliqđ predicat̃ de pluribus ſpẽbus, ſicut animal de homine ⁊ equo, neutra illarũ ſpecierũ p̄dicabit̃ de altera. Et a fortiori illud gen⁹ ſubalternũ, de quo predicat̃ generaliſſimũ, negabit̃ de alio generaliſſimo. Subiũgit aũt ꝙ nihil refert illud medium ſit genus immediatũ, vt ſubſtãtia ſpũalis, aut mediatũ, vt animal.

3. Partic.

¶ In tertia ꝑticula [Deceptio igitur] ſubſequitur exẽplũ paralogiſmorũ cõcludentiũ ꝯcluſiones negatiuas falſas cõtrarias imediatis veris. Et conſtituit primo differentiã, ꝙ deceptio eſſendi. i. paralogiſmus cõcludens affirmatiue, ſolũ fit in prima figura: paralogiſmus

ralogiſmus vero non eſſendi. i. concludẽs negatiue, fieri poteſt in prima ⁊ in media. i. ſecunda. Et ratio huius eſt q2 cũ cõcluſio imediate falſa, vt dictũ eſt, debeat eſſe vniuerſalis, nullo mõ põt cõcludi in tertia figura: q2 nullius modus illius figure concludit vniuerſalẽ. Q̃d ſi ſit affirmatiua, nõ põt cõcludi in ſcđa figura: q2 nullus modus illius figure cõcludit affirmatiue. Reſtat ergo vt vniuerſalis affirmatiua immediate falſa ſolũ cõcludat̃ in pria figura. Uniuerſalis ꝟo negatiua põt cõcludi ⁊ i ſcđo mõ prime figure ⁊ in primo ⁊ in ſcđo ſecũde. ¶ Subiungit ergo horũ exẽpla. Et in ꝑmo in ꝑma figura ambabus premiſſis exiſtẽtibus falſis: veluti ſi ipſum. a. i. maior extremitas tam. c. (ſcilicet medio) q̃. b. ſcilicet minori extremitati) ſine medio cõpetat: vt ſi tam mediũ q̃ minor extremitas ſint duo genera cõtraria imediata ad maiorẽ extremitatẽ: nã tũc ſi maior ſit vniuerſalis negatiua ⁊ minor affirmatiua, fit in Celarent paralogiſmus vtriuſq; ꝑmiſſe falſa: vꝫ: nulla ſubſtãtia ſpũalis eſt ſubſtãtia: oĩs ſubſtãtia corporalis eſt ſubſtãtia ſpũalis: ergo nulla ſubtantia corporalis eſt ſubſtãtia. ¶ [Fieri quoq; põt vt. a. c. ſcilicet maior ſit vera. c. b. vero. i. minor ſit falſa] vt ſi arguas/ nulla qualitas eſt ſubſtãtia: omnis angelus eſt q̃litas: ergo null⁹ angelus eſt ſubſtãtia. Et ꝓbat ꝙ. a. c. ſcilicet maior ſit vera: q2 non eſt neceſſe vt. a. q̃uis ſit generaliſſimũ, p̄dicetur de omnibus que ſunt: ſed. c. b. id eſt minorẽ probat eſſe falſam, duplici rõne. Primo q2 fieri nequit vt. c. de quo vniuerſal'r negat̃. a. cõueniat. b. ſcilꝫ minori extremitati: nã alias. a. c. ſcilicet maior negatiua eſſet falſa. Supponit̃. n. ꝙ maior extremitas affirmatur de minori, al's cõcluſio negatiua non eſſet falſa. Quo dato ſi detur etiam ꝙ mediũ affirmatur de eadem minori extremitate vniuerſal'r, ſequit̃ ꝙ maior extremitas affirmabit̃ de eodẽ modo, ⁊ ꝑ conſequẽs maior eſſet falſa: vt facile colligere quiſq; poteſt. Secũda ꝓbatio eſt ꝙ ſi maior ⁊ minor eſſent vere, tunc cõcluſio eſſet vera, ⁊ per cõſequens nulla eſſet deceptio. ¶ Oſtendit ſubſequenter ꝙ poteſt viceverſa maior eſſe falſa ⁊ minor vera ſi. b. ⁊ in. a. ſit. e. in. c. vt ſi minor extremitas ſumat̃ inferior ⁊ ad mediũ ⁊ ad maiorẽ extremitatẽ: vt apparet in hoc paralogiſmo/ nullum corpus eſt ſubſtãtia: omne animal eſt corpus: ergo nullũ animal eſt ſubſtantia.

4. Part.

¶ In q̃rta ꝑticula [Sed in figura media] tranſit ad paralogiſmos ſcđe figure. At qui de ãbab⁹ p̄miſſis falſis ponit hãc ꝯcluſionẽ. Fierit nequit vt in ſcđa figura inferatur cõcluſio negatiua immediata falſa taliter, vt ambe premiſſe tote ſint falſe: tote: id eſt vniuerſaliter pro quolibet ſuppoſito ſubiecti: poſſũt tñ ambe eẽ falſe ꝑticulariter. i. ꝙ reddãtur falſe pro aliquo ſuppoſito ſubiecti. ¶ Ad cuius intelligẽtiã notãdũ eſt ꝙ negatiua imediate falſa eſt vniuerſalis cõtraria imediate vere: vt ſi oĩs homo ẽ animal/ eſt imediate vera/ nullus homo eſt animal/ eſt imediate falſa: ita vt p̄dicatũ ſit aut gen⁹ aut differẽtia aut diffinitio ſubiecti. Et p̄dicatũ appellat̃. a. ꝙ in ſecũda figura eſt ſubiectuꝫ in maiori: ſubiectũ vero. b. qđ eſt ſubiectũ in minori. Igitur vt daretur vtraq; premiſſa falſa deberet dari medi⁹ terminus q̃ alteri extremorꝝ cõpeteret vniuerſaliter, et đ altero negaret̃ vꝫ: nã debẽt ãbe p̄miſſe eſſe vniuerſales cũ cõcludãt vniuerſalẽ. Et vna p̄miſſarꝝ dẽt eſſe affirmatiua ⁊ altera negatiua: quare vt negatiua ſit falſa, debet p̄dicatũ competere ſubiecto. Talis vero medius terminus dari nõ poteſt: tñ detur ꝙ nõ cõpetat ipſi. a. et cõpetat ipſi. b. vt nullũ. a. ſit. c. ⁊ omne. b. ſit. c. Si nullũ. a. eſt. c. tunc ꝑ conuerſionẽ nullũ. c. eſt. a. et omne. b. eſt. c. (qđ eſt cõceſſũ) ergo nullũ. b. eſt. a. cuius cõtrariũ erat ſuppoſitũ, vꝫ nullũ. b. eſt. a/ eſſe imediataꝫ in falſitate, ſi vero detur ecõuerſo ꝙ. c. cõpetat ipi. a. et nõ ipſi. b. tũc ſequit̃ nullũ. b. eſt. c. ergo nullũ. c. eſt. b. per conuerſionẽ: et omne. a. eſt. c. (qđ eſt conceſſuꝫ) ergo nullũ. a. eſt. b. et per cõſequens nullũ. b. eſt. a. qđ eſt cõtrariũ ſuppoſiti, vꝫ, nullum. b. eſt. a. eſſe imediatã in falſitate. Subiungit ergo Ariſt. [Uerũ aliqua ex ꝑte falſam eſſe vtranq; nõ obſtare quicq̃ videt̃: veluti ſi mediũ. c. tam. a. q̃. b. cuidam inſit [vt ſi. c. ſit rationale, fiet hic paralogiſmus in Cameſtres/ omne. a. eſt. c. nullum. b. eſt. c. ergo nullum. b. eſt. a. Id eſt/ omne animal eſt rõnale/ nullus homo eſt rational'ẜ ergo nullus homo eſt animal/ vbi ambe premiſſe ſunt falſe: ſed maior ſolum ꝓ aliquibus ſuppoſitis. [Eadẽ erũt ⁊ ſi propoſitionẽ negatiuã verſus extremũ maius poſueris] vt ſi in Ceſſare dixeris/ nullũ animal eſt irrationale: oĩs homo eſt irratiõalis: ergo null⁹ homo eſt aial. ¶ Subſequenter in quinta particula. [Fieri tñ poteſt] vt oſtẽdat quẽadmodũ poteſt maior eſſe vera: minor vero falſa ⁊ econuerſo. Primo in Cameſtres: vt ſi medium. c. ſit genus qđ vniuerſaliter affirmetur de vtraq; extremitate, quale eſt ly/ corpus: nam ſi tale mediũ cuilibet quidẽ. a. nulli vero. b. cõpetere dixeris, vt omne animal ẽ corpus: nullus homo eſt corpus: ergo null⁹ homo eſt animal: tũc a. c. ſcilicet maior eſt vera ⁊. c. b. ſcilicet minor eſt falſa. 5. Parti.

[Rurſus quod nulli. b. cõpetit ⁊c.] Probat vice verſa ꝙ poteſt maior eſſe falſa, ⁊ minor vera: vtpote ſi mediũ. c. nulli. b. cõpetat nec cuilibet. a. vt ſi dicas oẽ aial eſt irrationale: nullus homo eſt irrationalis: ergo nullus homo eſt animal. ¶ In ſexta deniq; ꝑticula [idẽ vtiq; fiet] oſtendit idẽ in Ceſſare. Et hoc eſt quod ait [Si verſus maius extremũ negatiuã poſſueris] id eſt ſi maiorẽ feceris negatiuã. Si. n. mediũ. c. fuerit extremũ vtriq; extremitati, maior negatiua erit vera, ⁊ minor affirmatiua falſa: vt/ nullũ animal eſt angelus: omnis homo eſt angelus: ergo nullus homo eſt animal. Rurſus ſi mediũ competat cuilibet. b. ⁊ non cuilibet. a. vt rationale, tunc vice verſa maior erit falſa ⁊ minor vera: vt ſi dicas/ nullũ animal ẽ rõnale: oĩs homo ẽ rõnalis: ḡ nullus hõ eſt animal. 6. Parti.

¶ De mediatorum ignorantia. Cap. 13.

Sed cum propoſitiones affirmamatiuæ, vel negatiuæ medio non vacantes, falſo per medium proprium concludũtur, fieri non poteſt, vt propoſitiones ambæ falſæ ſumantur, ſed ea tantum ſumitur falſa, quæ eſt verſus extremũ maius: atq; proprium id medium dico, per quod fit ea ratiocinatio, quæ opponitur falſe. a. namq; per. c. medium cõpetat ipſi. b. cum igitur. c. b. propoſitionem affirmatiuam oporteat ſumi, ſi prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidem perpetuo verã eſſe: nõ enim ipſa cõuertitur. a. c. autem eſſe falſam: hac enim conuerſa, cõtrarius ſyllogiſmus fit. Idem efficietur, & ſi medium alia ex ſerie fuerit ſumptum, ceu. d. ſi in toto ſit. a. & de omni. b. prædicetur. Etenim. d. b. quidẽ intacta maneat: propoſitio, altera vero vertatur neceſſe eſt. Quibus efficitur, vt illa quidẽ perpetuo vera: hæc autem ſemper falſa ſumatur. Atq; talis error concurrit cum eo, qui per medium efficitur proprium, ac fere idem eſt. ¶ Si vero non per medium proprium, extruitur ratiocinatio, cum hoc tale eſt, vt ipſi quidẽ ſubiiciatur. a. de nullo vero dicatur. b. tum ambas propoſitiões falſas eſſe neceſſe eſt. Etenim modo cõtrario ſunt ſumendæ, ſi ratiocinatio fieri debeat. At ſi hoc modo ſumant̃, ambæ ſane vertẽtur in falſas: veluti ſi. a. quidẽ cuilibet inſit. d. ipſum autẽ. d. nulli cõpetat. b. His cõuerſis, ratiocinatio fiet, & ambæ propoſitiones

An uiq̃ erunt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

erunt vt diximus falſę. Cum vero medium ceu.d. nõ ſubiicitur ipſi.a.tum.a.d.quidem ꝓpoſitio erit vera,quia.d. nõ erat in.a.d.b. vero falſa: quoniã ſi eẽt vera,cõcluſio ẽt eẽt vera,at erat falſa. ❡ Cũ aũt ꝑ mediã figurã fit error, tũc fieri nequit vt ambę ꝓpõnes totę falſę ſumãtur. Nã cũ.b.ſubiicitur ipſi.a. fieri nõ põt vt quicq̃ vnq̃ alteri cuilibet, alteri nulli cõpetat: ſicut & antea dixim⁹. Altera tñ ꝓpoſitio falſa, & vtrauis etiã ſumi poteſt: nã ſi.c. cã.a.q̃.b.cuilibet ieſt, ſi id ipſũ cuilibet q̃dẽ.a.nulli vero.b.competere dixeris, a.c.quidẽ erit vera altera vero falſa. Rurſus ſi ipſum.c.nulli quidẽ.a. cuilibet vero.b.cõpetere dixeris.c.b.quidem erit vera.a.c.autẽ falſa. Si igitur deceptiõis ratiocinatio ſit negatiua, dictũ eſt quando, & ex quibus ipſa deceptio erit. ❡ Sed ſi affirmatiua ſit, cũ ꝑ mediũ quidẽ extruitur ꝓprium, fieri nõ poteſt, vt ambæ ꝓpoſitiones ſint falſæ. Neceſſe eſt eñ intacta maneat ipſa.c.b. ſi ratiocinatio fieri debeat, quẽadmodũ & antea dixim⁹. Quare ſemper erit.a.c. ꝓpoſitio falſa: hæc eſt enim ea, quæ vertitur. Idẽ efficieẽ, & ſi ex alia ſerie mediũ ipſum ſumatur, ſicut & in errore dixim⁹ negatiuo. Etenim.d.b.propoſitio maneat.a.d.vertaẽ neceſſe eſt: atq; hic error cõuenit cũ priore. ❡ Sed cũ non ꝑ propriũ ratiocinatio cõficitur mediũ, ſi id quidẽ collocatur ſub.a.ꝓpoſitio quidẽ.a.d.erit vera.d.b.autẽ falſa: fieri namq; poteſt, vt.a.cuidã inſit, cuidã non inſit quorum neutrũ ſub altero collocatur. Sin vero.d. nõ ſubiicitur ipſi.a.tũ.a.d.quidẽ ſemper eſt falſa quippe cũ affirmatiuã eam eſſe oporteat.d.b. vero fieri poteſt, vt nunc vera, nũc falſa ſumatur nihil enim vetat, vt.a.quidẽ nulli.d.competat.d.vero cuilibet inſit.b. animal enim nulli ſciẽtiæ competit: at ſciẽtia muſicæ cuilibet ineſt. Neq; rurſus prohibet quicq̃, vt neq;.a.cuiq̃.d.neq;.d.cuiq̃ inſit.b. Patet igitur fieri poſſe, vt ambæ, atq; altera ſit falſa, cũ mediũ ſub.a.nõ collocatur. Perſpicuũ igitur eſt, quot modis per ratiocinationẽ error, & per quæ fieri poteſt circa propoſitiones vacãtes medio, & item eas, quæ demonſtrari poſſunt.

Vbſequitur in hoc decimo tertio capite dicere de paralogiſmis concludẽtibus ꝓpoſitiões falſas mediatas quãdoquidẽ in ſuperiori ſatis de immediatis dictũ eſt. Atqui eo hic ordine procedit quo in ſuperiori. Prius vł3 de prima figura, mox de ſcda. Atqui prius de cõcludentibus negatiue q̃ de concludentibus affirmatiue: vt in quinq; particularis per quinq; cõcluſiones palam fiat. ❡ In prima ergo particula ponit primã cõcluſionẽ. 1. Conclu Quãdo propoſitio mediata ſiue affirmatiua ſiue negatiua falſo cõcludiẽ in prima figura per ꝓpriũ mediũ, nõ poſſunt ambe p̃miſſe eſſe falſe, ſed ſola maior. Atqui mediũ propriũ appellat illud, per qđ cõtraria ꝓpoſitio vera demõſtraretur. ❡ Ad cuius intelligẽtiã ex ſuperioribus meminiſſe opus eſt eandẽ eſſe mediatã ꝓpoſitionẽ veram, ꝛ propoſitionẽ demõſtrabilẽ: nempe cuius p̃dicatũ non ineſt ſubiecto immediate, ſed per mediũ, per quod demõſtratur: vt/ois homo eſt corpus/que demonſtratur per/animal/ꝛ/ omnis homo eſt riſibilis/q̃ demonſtratur per/admiratiuũ. Statuamus ergo hãc mediatã falſam/ nullũ .b.eſt.a.id eſt/nullus homo eſt riſibilis/cuius ꝓpriũ mediũ eſt/admiratiuũ/per qđ.a.vere demõſtratur de.b. Si hec ergo falſo concludatur per mediũ ꝓpriũ in prima figura, erit ꝑ hunc paralogiſmũ/nullũ.c.eſt.a.oĩe.b.eſt.c.(id eſt nullũ admiratiuũ eſt riſibile, omnis homo eſt ad admiratiu⁹)ergo nullũ.b.eſt.a.qui quidẽ ſyllogiſm⁹ appellatur ſyllogiſmus contradictionis: qꝛ infert oppoſitã concluſioni quã per tale mediũ deberet inferre. Ait ergo Ariſto. ꝙ cum in prima figura minor paralogiſmi debeat eſſe affirmatiua, ſiue affirmatiue concludat ſiue negatiue (ſaltem in quatuor primis modis euidẽtibus de quibus loquitur) ꝛ mediũ ſit propriũ, minor ſemper erit vera: qꝛ ea prorſus minor ſumitur in paralogiſmo ad cõcludendũ falſum, que ſumitur in ſyllogiſmo ad vere demõſtrandũ. Et hoc eſt quod ait [non.n.ipſo (ſcilicet minor.c.b.) cõuertitur] id eſt minor nõ mutatur in ſuã contrariã. Maior vero.a.c. eſt falſa: quia cõuertitur id eſt mutaẽ in ſuã contrariã: nã in demõſtratione aſſumitur/ omne admiratiuũ eſt riſibile/ ꝛ in paralogiſmo aſſumiẽ/ nullũ admiratiuũ eſt riſibile. ❡ Subiungit autẽ [Idem efficietur ꝛ ſi mediũ alia ex ſerie fuerit ſumptũ ꝛc.] id eſt perinde erit ſi ſumatur mediũ quod licet nõ ſit ꝓprium, ſubijciatur autẽ vniuerſaliter maiori extremitati ꝛ predicetur de oĩ minori: vt ſi acciperetur pro medio/aĩal rõnale/q eſt cauſa remota: vł flebile/aut alia paſſio hominis que nõ ſit cauſa riſibilitatis. Idẽ.n.inquit error erit tunc (puta ꝙ ſola maior erit falſa) ac ſi aſſumereẽ mediũ proprium. ❡ In ſecũda ꝑticula [Si vero nõ per mediũ ꝓprium] ponit ſecũdam cõcluſionẽ. 2. Cõclu. Si talis ꝓpoſitio negatiua mediata falſa concludatur in prima figura ꝑ tale mediũ vt ſubijciatur quidẽ.a.ſcilicet maiori extremitati, de nullo tñ.b.ſi dicaẽ, tunc ambe p̃miſſe ſunt falſe. Cuius rõnem ſubiungit, quia in prima figura cõtrario mõ debent ſumi premiſſe, vt.ſ.maior ſit negatiua et minor affirmatiua: vt ſi ad cõcludendũ hanc mediatam falſam/nullus homo eſt ſenſibilis/ ſumatur pro medio/equ⁹/ qđ ſubijciẽ ſenſibili ꝛ negatur de homine, videlicet nullus equus eſt ſenſibilis: omnis homo eſt equus: ergo nullus homo eſt ſenſibilis. ❡ Subiungit autẽ [Cum vero mediũ ceu.d.nõ ſubijcieẽ ipſi.a. (ſubintellige nec predicatur de.b.) tũc.a.d.id eſt maior, erit vera. d.b.vero.i. minor erit falſa. Ut ſi.d.ſit lapis ꝛ dicas/nullus lapis eſt ſenſibilis: omnis homo eſt lapis: ergo nullus homo ẽ ſenſibilis. ❡ In tertia particula [Cũ autẽ ꝑ mediã figurã] 3. Conclu tranſit ad ſecundã figurã vbi paralogiſmus nõ põt concludere niſi negatiue: ꝛ ponit tertiã concluſionẽ. In ſecunda figura fieri non poteſt vt ambe premiſſe ſint totaliter: falſe poteſt tñ altera totałr eſſe falſa indifferẽter tã maior q̃ minor. Probatur: nam ſi datur negatiua mediata falſa/vt nullũ.b.eſt.a.ſua contraria omne.b.eſt.a. debet eſſe vera. Si autem.b.eſt.a.non poteſt dari vnum medium quod vniuerſaliter affirmeẽ de.a. ꝛ negetur de .b. Si enim omne.a.eſt.c.ꝛ nullũ.b.eſt.c.fieri non poteſt vt.b.ſit.a. Et tamẽ vt ambe premiſſe eſſent falſe in ſecunda figura, cũ vna premiſſa debeat eſſe affirmatiua ꝛ alia negatiua, deberet mediũ quod eſt predicatũ vtrobiq; in affirmatiua non cõuenire ſubiecto ꝛ in negatiua conuenire illi. Dixit autem [tote falſe] quia ꝑtialiter pro aliquo ſuppoſito ſubiecti bene poſſunt eſſe falſe: vt ſi dicas nullũ ſenſibile eſt equus: ois homo eſt equus: ergo null⁹ homo eſt ſenſibilis/maior tñ eſt falſa non pro omnibus, ſed pro aliquibus ſuppoſitis. ❡ Poteſt tamẽ maior eſſe vera ꝛ minor falſa in/ Cameſtres/ſi ſumatur.c. medium quod ſit ſuperius ad vtranq; extremitatẽ: vt omne riſibile eſt animal: nullus homo eſt animal: ergo nullus homo eſt riſibilis. Rurſus ſi in eiſdem terminis arguas in Ceſſare minor vice verſa erit vera ꝛ maior falſa vt/nullũ riſibile eſt animal: omnis homo ẽ animal: ergo nullus homo eſt riſibilis. Concludit deniq; Ariſt. ꝙ ſi deceptio ſit negatiua

negatiua.i.negatiue concludẽs ſatis dictum eſt quomõ fiet. ❡ In quarta particula [Sed ſi affirmatiua] proſequitur Ariſt. dicere de paralogiſmo concludẽte affirmatiue. 4. conclu. Et primo de prima figura ponit quartã cõcluſionẽ ꝓportionabłr ad primã. Cum propoſitio affirmatiua falſa mediata cõcluditur in prima figura per mediũ propriũ, fieri nõ poteſt vt ambe premiſſe ſint falſe: ſ3 ſola maior. Exẽpli grã. Hec negatiua eſt mediata/vera/nullus homo eſt qualitas/cuius ꝓprium mediũ eſt/ſubſtantia/ ratione cuius homo nõ eſt qualitas per qđ concludiẽ in Cellarent hoc modo/nulla ſubſtãtia eſt qualitas: omnis homo eſt ſubſtantia: ergo nullus homo eſt qualitas. Si igitur per idem mediũ cõcludatur/omnis homo eſt qualitas/in Barbara, aut particularis in Darij, minor debet manere eadẽ, ꝛ per cõſequẽs ſemper erit vera: ſed maior que conuertitur.i.que mutaẽ in ſuam cõtrariã, eſt falſa: vt/omnis ſubſtãtia eſt qualitas: ois homo eſt ſubſtantia: ergo oĩs homo eſt qualitas. ❡ Subiungit ꝙ idẽ efficietur ſi ſumatur mediũ ex alia ſerie qđ tñ habeat eandẽ habitudinẽ ad extrema, vt in errore negatiuo dictũ eſt. Ueluti ſi medium ſit/animal vel ſenſibile/qđ non eſt prima ratio cur hõ nõ eſt qualitas: vt ſi arguaẽ/ omne animal eſt qualitas: omnis homo eſt aial: ergo omnis homo eſt qualitas. ❡ In quinta particula [Sed cum non per proprium] 5. Parti. ſubiungiẽ quinta concluſio quando mediũ non eſt proprium ſed extraneum. Qui habet tres partes. Prima. Si medium extraneum.d.ſubiiciatur.a. ideſt maiori extremitati tũc.a.d.ideſt maior, erit vera. d.b.vero ideſt minor erit falſa. Fieri namq; poteſt: vt.a. ſcilicet maior extremitas, cuidam inſit.ſ.medio ꝛ cuidã non ſit.ſ.minori extremitati: ꝛ tamen ꝙ medium nõ dicatur de minori extremitate: vt ſi arguas/omnis color ẽ qualitas: omnis homo eſt color: ergo oĩs homo eſt qualitas. ❡ Si vero medium nõ ſubiicitur maiori extremitati, tunc maior ſemper erit falſa/cum ſit affirmatiua, minor vero poteſt eſſe vera ꝛ falſa. Exemplum Ariſto. primi membri eſt/omnis ſcientia eſt animal: omnis muſica eſt ſcientia: ergo omnis muſica eſt animal. Exemplum ſecundi poteſt eſſe/omnis ſcientia eſt animal: omnis color eſt ſcientia: ergo omnis color eſt animal.

❡ De ignorãtia negatiõis. Cap.14. Tex.32

Aniſeſtum eſt etiam ſi ſẽſus quiſpiam: de fuerit, neceſſario & ſcientiam aliquã de eſſe: quam quidem cõſeq nõ poſſumus, ſi diſcimus vel inductione, vel demõſtratiõe. Eſt autem demõſtratio quidem ex vniuerſalibus, inductio vero ex particularibus: fieri vero non poteſt vt vniuerſalia ꝑcipiãtur, niſi per inductionẽ. Quoniã & ea q̃ abſtracta dicũtur, erũt per inductionem nota, ſi quis nota voluerit facere, in eſſe inquã nõnulla generi cuiq;: & ſi non ſeꝑabilia ſunt, & vnunq dq; eſt tale. Inductione aũt eum q ſenſu caret conficere, vnum eorũ eſſe conſtat, quæ vllo pacto fieri poſſũt ipſorum namq; ſingularium eſt ipſe ſenſus. Non enim fieri poteſt, vt ipſorum accipiatur ſcientia. Neq; enim ex vniuerſalibus abſq; inductione, neque per inductionem ſine vi ſentiendi.

Oſt ignorantiam praue diſpoſitionis ſubſequitur in hoc capite (quod apud Cõmentatorem eſt textus. 33.) ſermo de ignorantia pure negationis que fit ſine paralogiſmo. Ignorãtia vero multis modis contingere poteſt quibus contingit homines non dare literis operam: quia non omnibus datum eſt adire corinthum: hi tamen modi nõ cadunt ſub arte: quia de contingentibus ſingularibus non eſt ſcientia. Ob idq; ſolum docet Ariſt. vnicum modum quo neceſſarium eſt carere ſcientia. Eſt ergo in hoc capite vnica concluſio. Cõcluſio. Defficiente ſenſu neceſſe eſt ſcientiam eam deficere, que per illum ſenſum acquiritur: vt cecus ſcientiã de coloribus habere non poteſt: nec ſurdus, de ſono: dũmodo a natiuitate huiuſmodi ſenſibus caruerit. Probat Ariſto. concluſionem hac ratione. Omnis ſcientia aut inductione acquiritur, aut demõſtratione: ſed neutra iſtarum deficiente ſenſu acquiri poteſt de obiecto illius ſenſus: ergo. Probatur minor. Inductio, cum fiat ex ſingularibus, que ſunt obiecta ſenſuum, manifeſtum eſt fieri non poſſe ſine ſenſu vt, niſi per tactum, cognoſcere non poſſumus hunc ignem eſſe callefactiuum, et hunc, ꝛ non alios ꝛc. Sed nec demonſtratio que ex vniuerſalibus procedit fieri poteſt ſine ſenſu: quia vniuerſalium cognitio ex ſingularium experiẽtia gignitur: vt.1. metaphiſi. cap.1.docet Ariſto. ❡ At vero quia poſſet quis obiicere non omnia vniuerſalia cognoſci ex inductione ſingularium. Sunt enim vniuerſalia que non abſtrahunt a materia: vt/omnem ignem eſſe calefactiuum/albedinem diſgregare viſum/et ſimilia: et hec manifeſtum eſt inductiue cognoſci: ſed ſunt alia vniuerſalia, vt mathematica, que abſtrahunt a materia: vt triãgulum habere tres angulos: que videntur non acquiri per inductionẽ ſenſus: quia nec tractant de triangulo calido nec colorato ꝛc. Ideo ſubiũgit Ariſt. ꝙ illa etiam vniuerſalia que abſtracta dicuntur.ſ.mathematica, haberi nõ poſſunt niſi per inductionem: nam q̃uis ſint per intellectum abſtracta, tamen realiter non ſunt niſi in ſingularibus: et ideo niſi quis per ſenſum aut viſus aut tactus cognoſceret partẽ et totum, non haberet propriam ſcientiam illius / omne totum eſt maius ſua parte. Et ita concludit ꝙ neq; vniuerſalia fiunt cognita ſine inductione, neq; inductio fit ſine ſenſu. ❡ In quo vt.S.Tho. perdocte cõſiderauit, Plato. cõdemnat Ariſto. duas poſitiones. Primam Platonis qui dicebat nos habere ſcientias per ſpecies ab ideis nobis participatas. Que ſi vera eſſet, poſſemus quidẽ vniuerſalia ſine inductione ſingularium cognoſcere. Altera quam condẽnat opinio eſt quam forſam tenuit Cõmentator.3.de anima cõmento. 36. videlicet ꝙ poſſumus in hac vita cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quiditatiue: cũ tamen illarũ ſenſationes non habeamus proprias.

❡ Quæſtio ſexta.

❡ Vtrum deficiente ſenſu deficiat ſcientia illius obiecti.

Parte negatiua arguitur. Et primo contra rationem Ariſt. que videtur latius eſſe prolata q̃ fuerit neceſſariũ. Inductio rerum ſpiritualium, vt ꝙ hic angelus eſt ſeparatus a materia, ꝛ hic ꝛc. nõ fit per ſenſum: ergo nõ omnis inductio fit per ſenſum, vt ratio eius preſupponit. ❡ Secundo arguitur ꝙ neq; omnia vniuerſalia cognoſcantur tali inductiõe que fit per ſenſum. Habemus enim ſcientiã de deo et de intelligentiis et de materia prima et de forma ſubſtantiali et de hoc principio/quodlibet eſt vel non eſt/aliiſq; id genus plurimis: ꝛ non per ſenſum: ergo male dicit Ariſt. ꝙ omnia vniuerſalia, etiam abſtracta, cognoſcuntur per ſenſum. ❡ Tertio arguitur. Per notitiã vnius ſenſus ſepe deuenimus in cognitionem obiecti alterius ſenſus: vt videntes lac cognoſcimus eſſe dulce, et in tenebris guſtãtes cognoſcimus eſſe album. Et cecus audiẽs tubam, cognoſcit figuram eius, quam prius per tactum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tactum expertus eſt: ergo deficiente vno ſenſu per alium poſſumus habere ſcientiam obiecti illius. Veluti ſi mihi .v.g. deficeret odoratus a natiuitate, viderem̄q; vultures a longinquo venire ad cadauera, facerem argumētuz. Vultures aliquo ſenſu mouentur ad hoc cadauer: nō tactu nec viſu nec guſtu nec auditu: ergo odore. ¶ Et confir. Naturale eſt nobis per cauſas cognoſcere effectus: ſed qualitates prime ſunt cauſe ſecundarū: ergo qui haberet tactū quo cognoſceret primas qualitates, ⁊ per illum poſſet venire in cognitionem ſecundarum que ſunt obiecta aliorum ſenſuum. ¶ Quarto tandem ad rem arguitur. Cecus poteſt per diſciplinā acquirere ſcientias de coloribus: puta ꝙ albedo diſgregat viſum, nigredo cōgregat, audiendo cauſas, videlicet, quia albedo plus participat de luce atq; adeo acutiꝰ penetret et diſgreget viſum: ergo deficiente ſenſu non eſt neceſſarium deficere ſcientiā illius obiecti. ¶ In cōtrariū eſt autoritas Ariſt.

¶ Ad plenam intelligentiam concluſionis Ariſto. que veriſſima eſt, notandum eſt primo ꝙ ſcientiam pro iſto ſtatu acquirimus, aut inuentione, aut diſciplina: vt habetur .1. meta. Auditus potiſſimum ſeruit diſcipline, vt docet illic Ariſt. cap. 1. et viſus ſeruit inuentioni: vt docet cap. 2. ¶ Secundo notandū ꝙ ſcientia de aliqua re haberi poteſt vno modo in vniuerſali per conceptus cōmunes ⁊ cōnotatiuos: alio modo per conceptus

1. Conclu. proprios et quiditatiuos. Hoc notato reſpōdet ad queſtionē tribus concluſionibus. Prima. Deficiente aliquo ſenſu nō poteſt haberi ſcientia obiecti illius per inuētionem. Ut ſi cecus a natiuitate nullam diſciplinam audiret de coloribus, nullam prorſus haberet illorum ſcientiam. Probatur. Intellectus noſter pro iſto ſtatu ita eſt ſenſibus alligatus, vt ſine fantaſmatibus intelligere nō poſſit. Vn̄ Ariſto. 3. de ala tex. 18. neceſſe eſt inquit intelligentē fantaſmata ſpeculari: ſed cecus a natiuitate nulla pōt habere fantaſmata propria colorꝝ: ergo neq; habere eorū ſcientiā. ¶ Secūdo arguit. Si naſceretur hō omni prorſus ſenſu orbus, profecto de mūdo iſto nihil amplius ſciret q̃ lapis: cū ſenſus ſint intellectus ianue: ergo eadē ratione qui careret ſenſu viſus, non hēret ſcientiā coloris: imo neq; ille haberet magis ſcientiā viſus, q̃ ego modo

2. Conclu. habeo ſexti ſenſus exterioris qui nullus eſt. ¶ Eſt nihilominus ſecunda cōcluſio. Cecus a natiuitate licet poſſet auditu per diſciplinā habere aliquā ſcientiā de coloribꝰ per conceptus comunes cōnotatiuos, tamen non poteſt habere ſcientiam per propios et quiditatiuos. Prima pars nota eſt qꝛ pōt cecus in ſcholis doceri ꝙ ſicut ſonꝰ quē experitur percipitur auditu, ita et alia qualitas percipitur alio ſenſu qui dicitur viſus: et ſicut acutus ſonus ⁊ acutus ſapor aliter afficit auditum ⁊ guſtū q̃ grauis: ita alius color diſgregat, et alius cōgregat viſum: ⁊ poteſt diſcere lac quod guſtat eſſe album, ceraſa eſſe rubea et alia id genus. Sed ſcđa pars probatur: qꝛ certe iſta iudicia nō ſunt propria ⁊ quiditatiua colorū ſed communia. Probatur qꝛ proprie cecus nō intelligit quid eſt albedinē diſgregare ⁊ nigredinē cōgregare, ſed per ſimilitudinē ad ſonum vel ad guſtū: neq; intelligit differentiā inter album ⁊ nigrū/rubeū ⁊ viride: ſed habet omnino ſimiles cōceptus eis quos ego habeo dū diſputo de ſexto ſenſu, an vꝫ deus poſſit facere aliū ſenſum quo percipiatur aliud ſenſibile diſtinctū a quinq; generibꝰ ſenſibiliū. Utrāq; partē huius cōcluſionis vr̄ mihi aſtruere Ariſt. 2. phi. tex. 6. dicēs, cecū a natiuitate de coloribus ratiocinantē de nominibus quidē habere ſermonē, rem vero

3. Conclu. non intelligere. ¶ Sequit ex his: tertia cōcluſio. De vniuerſalibus que ſunt re a mā ſepata vt deꝰ ⁊ intelligentie non poſſumus naturaliter pro iſto ſtatu habere propriā ⁊ quiditatiuam ſcientiam: quia cognitio noſtra pro iſto ſtatu non poteſt haberi niſi per ſenſum: et illa non ſunt ſenſibilia: ſed cognoſcimus de illis aliqua cōmunia predicata et ab effectu: puta, ꝙ deus eſt prima cauſa iſtorū inferiorum, ꝙ intelligentie mouent celos et ſimilia.

¶ Reſpondetur ergo ad prima duo argumēta per tertiam concluſionem. Etenim quamuis faciamus inductionem intelligentiarum, tamen de illis ſingularibus non habemus propriam ſcientiam: tam ignotum enim eſt mihi ꝙ hec intelligentia eſt ſeparata, q̃ ꝙ intelligentia in communi eſt ſeparata. Nec de illo primo principio/ quodlibet eſt vel non eſt/ haberem propriam ſcientiam, ſi nullum prorſus haberem ſenſum: quia tunc nec haberem fantaſmata que neceſſe eſt intelligentē ſpeculari. Atqui nec materiam primā cognoſcere poſſumꝰ niſi per ſenſum puta per trāſmutationes quas videmꝰ: vt ait Ariſto. 1. phiſicorum. textu ſexto. Et pariter formam cognoſcimus per eius operationes. 8. methaphiſ.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur ꝙ qui habet omnes ſenſus poteſt quidem poſtq̃ expertus eſt obiecta omnium, per cognitionem vnius venire in cognitionem alterius: vt poſtq̃ vidi lac eſſe album et guſtaui eſſe dulce, poſſum per viſum iudicare eſſe dulce, et per guſtum iudicare eſſe album: ſed niſi cecus audiſſet lac eſſe albū nunq̃ per guſtum cognoſceret eſſe album. ¶ Ad aliud ſi carens odoratu videret vultures a longinquo venire, conceditur ꝙ coniectaret alium forte ſenſum eſſe vulturibus: ſed de illo non haberet propriam ſcientiam: quia neſciret magis quomodo immutaret ille ſenſus, q̃ ego ſcio modo quomodo immutaretur ſextus ſenſus ſi fieri eſſet poſſibilis adeo. ¶ Eſt tamē modū, ꝙ cum ſint aliqua ſenſibilia cōmunia pluribus ſenſibus ſecundo de anima tex. 63. poteſt quidē qui vno caret, habere ſcientiam per aliū: vt quātitas et figura percipitur viſu ⁊ tactu: ⁊ ideo cecus per tactū poteſt a doctore ſcientiā mathematicam doceri de figuris ⁊ numeris. ¶ Ad confirmationē diſtinguitur triplex cauſarū genus. Cum enim omnis cauſa, vt ſupra viſum eſt, notior ſit quo ad naturā ſuo effectu, tamē quo ad nos aliqua eſt cauſa poſterius nota q̃ effectus: vt deus intelligētie ⁊ forme ſubſtātiales: et per has cauſas nō cognoſcimus effectus: ſed vice verſa per effectus, cauſas. Alie ſunt cauſe magis ignote, etiā nobis q̃ ſint effectus: vt obiecta ſenſuū notiora ſunt nobis q̃ ſpecies que multiplicātur per media. Et per huiuſmodi cauſas (dicūt Paulus ⁊ alij) cognoſcimus effectus. Quod ego nō adeo crediderim. Non. n. video quomodo per colorē cognoſco ſpeciē viſibilē coloris: imo huiuſmodi ſpecies ſenſibiles cognoſcimus per coniecturas ab effectu/ qꝛ. n. experior colorē diſtantē immutare mihi viſum, arguo aliquid multiplicari a colore per mediū: ⁊ per cōſequens ſicut per cognitionē ſpeciei non venio in cognitionem coloris, ita nec e conuerſo. Alie vero ſunt cauſe que quantū ad cognitionē noſtrā indifferenter ſe habent reſpectu ſuorū effectuū: vt qualitates prime reſpectu ſecūdarū: neq; enim calorē cognoſcimus per calorē neq; ecōuerſo: ſed calorē cognoſcimus per tactū, ⁊ colorē per viſum. Unde ad cōfirmationem negatur ꝙ per cognitionē qualitatū primarū poſſumus nos deuenire in ſcientiam propriam qualitatum ſecundarum. ¶ Ad quartum argumentum reſpondet concluſio ſecunda.

Ad tertiū

¶ An ſit in demonſtrationibus proceſſus in infinitum. Cap. 15. Tex. 34.

Omnis autē ratiocinatio tribus e terminis conſtat: atq; alia eſt affirmatiua, quæquidem oſtēdere poteſt, a, competere ipſi. c, ex eo quia, a, competit ipſi. b. & . b. cōpetit ipſi. c. alia eſt negatiua quæ quidem alteram propoſitionem habet affirmatiuam alterā negatiuā: patet igitur hæc eſſe principia, & ea quæ ſuppoſitiones dicūtur. His enim ſumptis neceſſe eſt demonſtrare. a. per. b. mediū ipſi competere. c. & rurſus. a. per medium aliud ipſi ineſſe. b. & itē. b. per aliud quipiā ipſi competere. c. ¶ Si igitur probabiliter ſolumq; differendi modo ratiocinari volumus, id tantum vt patet cōſiderandū eſt, ſi ratiocinatio ex quam maxime probabilibus veriſimilibuſq; conficitur. Atq; ſi per. a. b. propoſitionē quæquidē (tametſi vere nō vacat medio: videtur tamē eodē vacare) ratiocinationē quiſpiā fecerit, is eſt vt ad differētem pertinet raciocinatus: ſin vero nō illo pacto, ſed ad veritatē ratiocinationes extruere libet, tū id cōſiderandum eſt, vt ex hiſce quæ competunt, ratiocinatio ſemper conficiatur. ¶ Res autē ita ſe ſe habet. Quoniam eſt id quod de alio nō per accidens prædicatur: atq; per accidens dico, veluti cū dicimus nonnunquā albū illud hominē eſſe, non perinde dicētes atq; cū dicimus hominem eſſe album: homo nāq; nō quia eſt aliud quicquā, eſt albū: at albū eſt homo: quia accidit homini vt ſit album. Sunt igitur nōnulla talia, vt per ſe prædicentur. ¶ Sit itaq;. c. tale, vt ipſum quidem nulli competat rei. b. autem huic cōpetat primo, vt non ſit inter ipſa mediū vllū, & rurſus. d. ipſi. b. & . e. ipſi. d & . f. idētidem ipſi cōpetat. e. querēdum eſt igitur, ſi neceſſe eſt hoc ſtare, an fieri pōt vt in infinitum proficiſcatur. Rurſus ſit. a. de quo nihil per ſe prædicat: atq; hoc ipſi primo cōpetat. h. & nulli priori medio competat: & . h. idētidem ipſi. g & . g. ipſi . f. & . f. ipſi competat. e. quærimus igitur, vtrum & huiuſce profectionis ſit neceſſario ſtatus, an ſine medio ſit ſemper abitio. Atq; hoc tantum ab illo differt, quod illud quidē quærit fieri ne poſſit, vt quipiam ſi a tali incipiat, vt ipſum quidē nō in ſit cuiquam, aliud autem de ipſo dicatur, verſus ſupera pergēdo ſine fine ſemper proficiſcatur, hoc aūt fieri nec poſſit, vt quiſpiā ſi incipiat ab eo: de quo nihil dicitur, ipſum vero de altero prædicatur, petatq; inferiora hoc ſēper pacto proficiſcatur, nulluſq; ei modus occurrat. ¶ Præterea quærēdum eſt, fieri ne poteſt, vt ſi extrema ſint finita, media ſint infinita: veluti ſi. a. cōpetat ipſi. c. & inter ipſa ſit mediū. b. ac inter. a. & . b. medium etiam aliud cadat, & inter hæc rurſus aliud, vtrum & in his ipſis ſit in infinitum proceſſio, an id ipſum fieri nequeat. Idem eſt autem hoc conſiderare, & ſi demonſtrationes in infinitum proficiſcantur, & ſi ſit cuiuſlibet demonſtratio, an ad vtramq; partē finis occurrat. ¶ Similiter & de ratiocinationibus negatiuis, & propoſitionibus eſt dicendum, veluti ſi. a. nulli. b. competat, aut illi primo non in eſt, aut eſt aliquod medium, cui priori non ineſt. Atq; ſi ſit. c. quod quidem cuilibet competit. b. . rurſus. a. aut ipſi. c. primo, aut alij priori non ineſt. Quod quidem cuilibet competit. c. & in his enim aut infinita ſunt ea, quibus non ineſt prioribus ipſum. a. aut finita, moduſq; tādem occurrit. ¶ In his autem quæ conuertūtur, ſecus res habet. Nō enim in hiſce quæ mutuam ſuſcipiūt prædicationem, id de quo primo vel vltimo prædicatur eſt. Omnia namq; ſimiliter hoc pacto ſeſe habent ad cuncta, ſiue ſint ea infinita quæ prædicantur de ipſo: ſiue vtraq; de quibus queritur ſint infinita: niſi fit vt non ſimiliter conuertantur, ſed alterum per accidens, alterum vero natura.

Hic incipit membrum quintum principale huiꝰ libri, in quo Ariſt. poſt q̃ egit de ignorantia reuertitur ad tractandum illud verbum qđ dixerat cap. 2. tex. 5. [Non ſciet qui demonſtrationem horum non habet] ideſt, vt bona ſit demonſtratio requiritur reſolutio principiorum vſq; ad immediata. Oriri nāq; poſſet inde dubitatio an talē reſolutionē contingat in infinitum abire: tūc. n. non poſſet ad principia prima peruenire. Hac đ cauſa in hoc mēbro (quod per quinq; capitula vſq; ad decimum nonū incluſiue protenditur) intendit patefacere demonſtrationes nequaquam in infinitū procedere. Atqui in diuiſione. Cōmentatoris, priora tria capitula vnicum textum complectuntur, qui eſt trigeſimus quartus. Cōtinet vero caput hoc decimū quintū particulas ſex. ¶ In tribus prioribus premittit duas ſuppoſitiones que ſunt ad ſubſequētia neceſſarie. Prima. Omnis ratiocinatio, ſeu ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis. ſ. medio et duabus extremitatibus: omniſq; ratiocinatio aut affirmatiua eſt .i. que affirmatiue concludit: nēpe que oſtēdit. a. competere. c. quia. a. competit. b. et. b. c. (ponit. n. exemplum in prima figura) alia vero eſt negatiua: quequidem alterā propoſitionem habet affirmatiuam, alterāq; negatiuā: nam ex puris negatiuis nihil ſequitur. At ne quis exiſtimaret ꝙ quando principia mediata demonſtrationis reſoluēda ſunt ad immediata plures ſunt terminini neceſſarij, ſubiūgit [His ſcilicet tribus ſumptis neceſſe eſt demōſtrare. a. per. b. mediū ipſi cōpetere. c. ⁊ rurſus. a. per mediū aliud ipſi ineſſe. b. ⁊ itē. b. per aliud quippiam ipſi cōpetere. c.] Quod eſt dicere, data hac demōſtratione, om̄e. b. eſt. a. om̄e. c. eſt. b. ergo om̄e. c. eſt. a. ſi maior eſt mediata, ſumendū eſt mediū. d. per qđ. a. demōſtretur de. b. ⁊ ſi minor eſt mediata ſumendū eſt aliud mediū. e. per qđ . b. demōſtretur de. c. vt ſi fiat hec demōſtratio. v. g. /om̄e corpus animatū eſt ſubſtātia: om̄is homo eſt corpus animatū: ergo omnis homo eſt ſubſtantia/ tunc quia maior eſt mediata, reſoluenda eſt ſic/ omne corpus eſt ſubſtantia: om̄e corpus animatum eſt corpus: ergo. Rurſus qꝛ minor eſt etiam mediata, reſoluenda eſt hoc modo/ omne animal eſt corpus animatū: omnis homo eſt animal, ergo. ¶ In ſecunda particula [Si igitur probabiliter] ſubditur ſecunda ſuppoſitio: que eſt differentia inter ſyllogiſmum dialecticum et demōſtrationem: videlicet. Si ſyllogiſmum facimus dialecticum, ſatis eſt nobis ex probabilibus procedere. Ob idq; ſi propoſitio. a. b. ideſt maior apparet eſſe immediata, licet in rei veritate non ſit immediata, nihil obſtat ſyllogiſmo. At vero in demonſtratione non ſatis eſt premiſſas eſſe probabiles, ſed requiritur vt in rei veritate ſint immediate, ideſt, ꝙ nec inter maiorem extremitatem et medium nec inter mediū et minorem: aliquod predicatum mediet. ¶ Subſequenter in tertia particula [Res autem ita ſe habent] probat differentiam eſſe veram: nam id quod de alio predicatur, aut predicatur đ illo per ſe, aut predicatur per accidens. Dupliciter autem predicatur per accidens, aut quando ſubiectum predicatur de accidēti: vt, album eſt homo/ aut quando accidens predicatur de ſubiecto: vt/ homo eſt albus/ et aliter prima propoſitio eſt per accidens

Due ſuppoſita oēs

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dens ꝗ ſecunda: nam homo non predicatur accidentaliter de albo, eo ꝙ homo ſit accidēs, at quia albuꝫ nō ratione ſui eſt homo, non ſed quia eſt aliud, puta Petrus idest, quia homo dicitur de petro cui acidi eſſe album. Attamen / homo eſt albus / non eſt hac ratione accidentalis: homo enim nō eſt albus / quia homo eſt aliud, ſed eſt accidētalis, quia predicatum nō eſt de eſſentia ſubiecti. Et hoc eſt quod ait [Homo namq; non quia eſt aliud quid ꝗ eſt albus] Meminit autē huius diſtinctionis qꝛ quādo dicimus demonſtrationē procedere ex propoſitionibus per ſe, intelligitur vt opponitur huic quod eſt per accidens ſecūdo modo. Non autē meminit tertij modi, puta quādo accidēs predicatur de accidēti: vt, albū eſt dulce / eo ꝙ iſte modus ambos ſuperiores cōprehendit et per illos innoteſcit. ❡ In quarta particula [Sit ita ꝙ .c. tale] duabus ſuppoſitionibꝰ premiſſis mouet tres queſtiones in quibus tractādis ſermo huius mēbri quinti totus verſatur. Ad cuius intelligentiā notato ꝙ proceſſus in infinitū in demōſtrationibus poteſt contingere aut deſcendēdo verſus maiorē extremitatē, aut deſcendendo verſus minorē, aut interponēdo inter medium et aliquam extremitatem. Eſt ergo prima queſtio de aſcenſu. Detur inquit .c. ſcilicet minor extremitas que nulli inſit, nempe ſub qua non ſit dare inferius: vt .c. ſit Petrus. Cui .b. puta homo per ſe primo competat ſine medio, et rurſus ipſi .b. competat .d. vt animali: et ita aſcendendo. Eſt ergo prima queſtio an in iſto aſcenſu ſit ſtatus vt veniatur ad primum, an potius ſit infinitum abire [Rurſus ſit .a.] Secunda queſtio eſt vice verſa deſcendēdo. Detur .a. maior extremitas ſuprema que v. g. ſit ſubſtantia de qua nihil per ſe predicatur (nam ens nō poteſt eſſe maior extremitas, cum non poſſit per mediuꝫ aliquod demonſtrari, ſed eſt per ſe notum omnibus cōuenire) .a. vero per ſe primo competat ipſi .h. ſine medio vt corpori, ⁊ .h. competat corpori animato: et ita deſcendēdo. Eſt ergo queſtio ſecunda vtrum in hoc deſcenſu ſit ſtatus vt veniatur ad infimum, an vero ſit proceſſus in infinitū. ❡ Atqui explicat differentiam Ariſto. inter has duas queſtiones. Prima enim querit, fieri ne poſſit vt incipiendo ab infimo quod de nullo predicatur ſit verſus ſuperiora in infinitum aſcendere. Secunda vero querit vtrum incipiendo ab illo de quo nihil predicatur, ſit verſus inferiora in infinitum deſcendere. Tertia queſtio eſt ibi [Preterea querendum eſt] Eſto extremitates .a. et .c. ſcilicet maior et minor ſint finite inter quas ſit medium .b. vtrum poſſint ita in infinitum multiplicari medis, vt inter .a. et .b. detur aliud medium .d. et inter .a. et .d. aliud medium .e. et ita in infinitum: et pari ratione vtrum inter .b. et .c. ſit medium .f. et inter .f. et .c. aliud .g. et ita in infinitum. ❡ Applicat deinde Ariſto. has tres queſtiones ad rem preſentem dicens [Idem autem eſt hoc conſiderare] idest, perinde eſt iſta tria querere, et querere an demonſtrationes in infinitum proficiſcātur: et ſi ſit cuiuſlibet demonſtratio, idest, vtrum cuiuſlibet premiſſe ſit alia demonſtratio per aliam priorem. Alludit ad illum errorem philoſophorum quem cap. 3. tex. 6. refutauit qui dicebant nullam nos propoſitionem poſſe ſcire niſi per demonſtrationem: ſecundum quos ſequebatur demonſtrationes procedere in infinitum. ❡ In quinta demum particula [Similiter et de ratiocinationibus negatiuis] ſubiungit Ariſto. eaſdem etiam queſtiones locum habere in demonſtrationibus negatiuis. Ponit autem exemplum in prima figura in Cellarent aut Ferio modis euidentibus vbi maior eſt negatiua et minor affirmatiua: vt / nullum .b. eſt .a. omne .c. eſt .b. Ait ergo ꝙ ſi .a. nulli competat .b. tunc aut illi primo nō ineſt, aut eſt aliquod medium cui priori non ineſt. Aut enim maior eſt / nulla ſubſtantia eſt qualitas / que eſt immediata aut ſe habet: vt / nullus homo eſt qualitas / inter que extrema medium eſt / ſubſtātia / de qua primo negatur qualitas. Eodem modo minor / omne .c. eſt .b. conſiderandū eſt an ſit mediata vel immediata. In quibꝰ proinde querēdum eſt an in multiplicatione mediorum ſit ſtatus an vero proceſſus in infinitum. ❡ In ſexta particula [In his autem] concludit has queſtiones non habere locū in conuertibilibus: vt cum propria paſſio demonſtratur de ſubiecto per diffinitionē. ❡ Ad cuius intellectum notato ꝙ ſicut poteſt fingi proceſſus in infinitum in generibus, vt homo, animal, corpus ꝛc. ita et in paſſionibus eiuſdem ſubiecti: vt admiratiuum, riſibile, diſciplinabile ꝛc. Eſt tamen differētia ꝙ primus proceſſus ſit ſecundum ſuperius et inferius aſcendendo vel deſcendendo: quiquidem dicitur aſcenſus ſecundum predicationem eſſentialem: et per conſequens illic querendum eſt primum infimumq; ſubiectum, atq; vltimum ⁊ ſupremum predicatum. In paſſionibus vero non eſt proceſſus ſecundum ſuperius et inferius, ſed ſecundum prius ⁊ poſterius in cauſando: quia prima paſſio eſt cauſa ſecunde et ita conſequenter. Quare in iſtis neceſt aſcenſus, nec eſt proinde querere primum ſubiectū nec vltimum predicatum: ſed omnes paſſiones conuertuntur cum ſubiecto et diffinitione. Et hoc eſt quod ait [Siue ſint ea infinita que predicātur de ipſo, ſiue vtraq; de quibus queritur ſint infinita] hoc eſt ſiue fixo ſubiecto hoīe, ꝓcedas in infinitū verſus paſſiones, ſiue fixa vltima paſſiōe deſcendas in infinitū verſus ſubiectum, cuncta eodē modo ſe habēt quo ad conuertentiā predicationis. Etenim ſicut / omnis homo eſt riſibilis / ita / omne riſibile eſt hō. Et idē eſt de omnibus paſſionibus eius [Niſi inquit ſi non ſimiliter conuertuntur] quia / omne riſibile eſt homo / eſt indirecta et ſecundū accidēs vt infra videbimꝰ: ⁊ tñ / oīs homo eſt riſibilis / eſt ſcdm nām. i. eſt directa ⁊ per ſe.

❡ Quod inter extrema determinata non ſint media infinita. Cap. 16.

HIs hoc pacto diſpoſitis patet fieri nō poſſe vt media ſint infinita ſi prędicatiōes verſus ſuperiꝰ inferiꝰ ve proficiſcanť ad ſtatū. Atq; verſus quidē ſuperius prædicationē: eā dico, q̄ pergit ad idquod eſt magis vniuerſale: verſus aūt inferius eam, quæ ad particulare deſcendit. Nam ſi cum .a. de .c. prędicatur in infinita ſunt media, ceu .b. patet fieri poſſe, vt ab .a. verſus inferiꝰ infinitū aliud de alio prædicetur, nam antea quā accedatur ad .c. infinita media ſunt, & .a. c. verſus ſuperius infinita ſimiliter ſunt, antea quam aſcendatur ad .a. Quare ſi hæc fieri nequæunt, fieri profecto nō poteſt, vt inter .a. & .c. media ſint infinita. ❡ Neq; quidquā refert: ſi quiſpiam dicat alia quidē ipſorum. a. b. c. inter ſeſe hærere, vt nihil prorſus ſit inter ipſa: alia vero non poſſe talia ſumi. Quouis namq; medio .b. ſumpto, ab hoc autem ad .a. aut ad .c. infinita vel finita media erunt: nihil igitur intereſt quonam primo, ſiue quæ ſtatim, ſiue quæ non ſtatim infinita ſint: nam ea quæ poſt hæc ſunt, infinita eſſe ponuntur.

REſpondere hic incipit ad propoſitas queſtiones. Atqui primo reducit queſtiones quatuor ad duas nempe ꝙ ſolutio tertie et quarte reducatur ad ſolutiones duorum priorum. In hoc enim capite reducit tertiā queſtionem de

de infinitate mediorū ad illas que ſunt de infinitate extremorum aſcendendo vel deſcendendo: et in ſequēti capite reducit queſtionem de negatiuis ad queſtionem affirmatiuarum. Sūt q; in hoc decimo ſexto capi. due breues particule. In prima poniť hec cōcluſio. Si extrema ſurſum deorſum q; verſus ſunt finita idest finite diſtantia, fieri nequit vt inter ipſa ſint media infinita. Verſus ſuperius, inquit, eſt illa predicatio que pergit verſus magis vniuerſale: et verſus inferius, ea que verſus particulare deſcendit. Probat concluſionem. Si inter .a. et .c. ſint infinita media (que omnia collectiue appellat .b.) fit vt ab .a. verſus .c. in infinitum aliud de alio predicetur: et pariter ex .c. aſcendendo verſus .a. [Quare ſi hec fieri nequeunt] idest ſi aſcendendo non poteſt dari proceſſus in infinitum (que erat prima queſtio) nec deſcendendo (que erat ſecunda) vt capite decimo octauo determinabitur, ſequitur ꝙ nec poſſunt inter illa extrema eſſe infinita media. Ratio eſt hec in ſumma. Si extrema non ſunt infinite diſtantia, media non poſſunt eſſe infinita: ergo duabus prioribus queſtionibus determinatis: et tertia diſſoluitur. ❡ In ſecunda particula [Neq; quicꝗ refert] diſſoluit reſponſionem quam quis poſſet prefate rationi obiicere. Reſponderet nāq; quiſpiam hanc rationem Ariſto. ſupponere ꝙ inter .a. et .c. ſunt infinita media conſequenter immediate ſe habentia, ſicut cōtingit in quantitate diſcreta, in qua binario immediate ſuccedit ternarius, et ternario quaternarius, et ita conſequenter. De quibus mediis conceditur tanꝗ manifeſtum ꝙ datis duobus certis numeris extremis inter illos non poſſunt eſſe infiniti medij. Poſſunt nihilominus inter duo extrema finite diſtātia dari infinita media non immediate ſe habentia: vt in quātitate continua inter extrema puncta pedalis linee, que ſolū pedaliter diſtant, dantur infinita puncta media, non tamen immediata ſed taliter mediata ꝙ inter quecunq; duo mediant infinita. Et de iſtis mediis nō vř ꝓcedere ratio Ariſto. ꝙ ſi extrema finite diſtant non poſſunt eſſe infinita media. ❡ Reſpondet ergo Ariſto. nihil refert hoc vel illo modo accipi media. Ad cuius intelligentiam notandum eſt ꝙ puncta et partes proportionales continui non ſunt infinita in actu, ſed ſolum in potentia: et ideo ſimpliciter nō dicitur illa infinita diſtantia: nam qui tranſit ab vno extremo in aliud non trāſit determinate per quodlibet pūctum numerando illa: alias nunꝗ pertranſiret. At vero predicata ſunt ſicut entia in actu: nam quodlibet dicit aliam et aliam formam et quiditatem: et ideo habent ſe ſicut entia in actu. Qua de cauſa ſpecies et predicata eſſentialia cōparantur numeris .8. meta. tex. 10. Vnde qui ponit inter primum ſubiectum et vltimum predicatum infinita media predicata, non debet illa ponere vt puncta vel partes proportionales, ſed vt numeros. Si autē ponantur vt numeri, nihil refert ponantur mediata vel immediata: nam ſicut non poteſt quis venire ad vltimū numerando conſequenter infinita immediata, vt vnum duo tria ꝛc. ita nec poteſt peruenire ad vltimum numerando per numeros mediatos, vt vnū tria ſex ꝛc. Et hoc eſt quod ait Ariſt. [Neq; quicꝗ refert ſi quiſpiā dicat alia quidē ipſorū mediorū immediate inter ſe herere, alia vero nō poſſe talia. i. immediata ſumi] Quouis nāq; medio ſumpto .b. ab illo vſq; ad extremū .a. vł vſq; ad extremū .c. ſignando ſunt media finita vel infinita. Si infinita, non poterunt pertranſiri et per oīs .a. in infinitum diſtat .a. c. Si vero .a. b. ad .a. ſunt finita media, neceſſe eſt ꝙ ab illo .b. ad .c. ſint infinita (ſiquidē admitis infinita inter .a. et .c.) et ſi .a. b. ad .c. ſunt finita .a. b. ad .a. debēt eſſe infinita. Et hoc eſt quod ſubiungit [Nihil igitur intereſt .a. quonam primo ſint infinita ſiue que ſtatim ſiue que non ſtatim] idest, nihil differt a quonam primo .ſ. medio ſumas infinita .ſ. ab illo quod ſtatim. i. immediatum eſt ipſi .a. vel ab illo quod eſt mediatum [Nam ea que poſt hec ſunt] idest media que poſt .b. ſunt verſus .c. debent eſſe infinita.

Cōcluſio

❡ Quod negatio mediata ad immediatā af
firmationē reducatur. Cap. 17.

ATqui & in negatiua demonſtratione patet finem proceſſionis eſſe, ſi in affirmatiua verſus vtrumq; ſtatur. Supponatur enim fieri nō poſſe, vt prædicatio aut ab vltimo verſus ſupera, aut a p̄mo verſꝰ vltimū in infinitū proficiſcať: atq; id vltimū dico, quod non prędicati ratione, ſed ſubiecti tantūmodo ſubit, ſitq; id .c. primū autē. i. quod nō ſubiicitur cuiquā, ſed ſolū de alio dicitur. Hæc ſi ita ſint: erit profectionis in negatione etiam ſtatus. ❡ Tripliciter enim oſtendi negatiua concluſio poteſt. Et primo quidem hoc pacto, cum .b. cuilibet .c. & .a. nulli .b. competere ſumitur .b. c. igitur propoſitio, ac interuallum omnino minꝰ, in ea neceſſario reducetur quæ medio vacant: quippe cum id ſit, vt patet, affirmatiuum alterū autem interuallum, ſi medio non vacet, ad id redigi poterit, quod medio, vacat: nam ſi .a. nō ſine medio nō cōpetat ipſi .b. tum aliquid erit .a. quo prius ipſum, quam .a. b. remouetur, quod quidem cuilibet cōpetere .b. oportet: atq; illud ſit .d. Rurſus ſi interuallū .a. d. nō vacat medio, aliquid item erit, a quo prius ipſum .a. quam .a. d. remouetur. Atq; illud ſit .e. quod quidem neceſſe eſt cuilibet competere .d. Cum igitur eius viæ qua ſuperiora petuntur, finis atq; ſtatus ſit, ſtabitur & hic tandem, eritq; aliquid ſane primo cui non competit ipſum .a. ❡ Secundo autem hoc oſtenditur modo, cum .b. cuilibet quidem .a. nulli vero .c. cōpetere ſumitur: & hoc enim pacto .a. nulli cōpetere cōcludetur. Si igitur hoc oportet oſtendere, aut per medium ſuperius dictum, aut per hunc vt patet, aut per tertium oſtendetur: at primus eſt dictus: per ſecūdum autem hoc oſtendetur pacto: ſi quis .d. cuilibet quidem .b. nulli vero .c. cōpetere ſumpſerit, modo competat aliquid ipſi .b. Quod ſi .d. ſine medio ſegregatur .a. c. bene eſt: ſin vero medium cadit, neceſſe eſt illud .d. quidem cuilibet ineſſe, nulli vero competere .c. Cum igitur in affirmatiōibus cum ſuperiora petūtur finis occurrat, & in negationibus itidem hic ſeſe offert tandem. ❡ Tertio hoc oſtenditur pacto, ſi .a. quidem .b. cuilibet competit .c. vero nulli eidem ineſt: tūc enim cōcluditur .c. nō cuilibet competere .a. Et hoc igitur aut per antea dictos modos, aut per hunc tertium oſtendetur. At per illos vt oſtendimus ſtatur: per hunc autem oſtendetur. Si .b. quidem ſumetur cuilibet competere .d. ipſum vero .c. nulli eidem ineſſe: atq; .d. rurſus cuilibet ineſſe .e. ipſum vero .c. nulli eidem competere: cum igitur ſuppoſitū ſit verſus etiam infera prædicationis affirmatiue ſtatum ac vltimum eſſe, patet ipſius etiam .c. prædicationem negatiuam ſtare tandem, & nō in infinitum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

infinitum procedere. ❡Perſpicuum autem eſt, & ſi non vna via, ſed vniuerſis nunc per primam, nunc per ſecundam, nunc per tertiam figuram, vt patuit oſtendatur, hoc etiam pacto ſtare, ac finem ipſius eſſe: hę namqꝫ finitę ſunt: ea vero quæ ſunt finita, finities neceſſe eſt vniuerſa eſſe finita. Patet igitur in negatione ſtatum ac finem eſſe, ſi in affirmationibus ſtatur.

IN hoc capite decimo ſeptimo reducit Ariſto. queſtionem de negatiuis ad queſtionē affirmatiuarū. Et diuiditur in quinqꝫ particulas. In pꝛima con-
Cōcluſio. ſtituit concluſionē hanc. Si in affirmatiua demōſtratione verſus vtrumqꝫ extremū ſtatur. i. nō pꝛocedituꝛ in infinitū, neceſſe eſt vt in negatiua quoqꝫ ſtetur. Et ſubdit rationē: qꝛ ſi affirmatiue pꝛedicationes ab vltimo ſubō aſcendēdo ſunt finite, neceſſe eſt vt ēt negationes ſin finite. Qđ eſt dicere. Si datur affirmatiua pꝛedicatio immediata, dabitur ēt negatiua pꝛedicatio in mediata. Vltimū ſubm̄ appellat qđ de nullo pꝛedicaꝛ: vt Petrus: pꝛimū vero pꝛedicatū, de quo nullū aliud pꝛedicaꝛ qđ poſſit demōſtrari: vt ſubſtātia: nā/ ens/ vt dictū eſt non eſt demonſtrabile pꝛedicatū. Exponit cōcluſionē per exēpla in tribus figuris. Tripliciter enim inquit, oſtendi pōt negatiua cōcluſio. ❡In ſecunda ergo particula oſtēdit concluſionē in pꝛima figu-
In pꝛima figura. ra. Et eſt ſane ingenioſa rō. Detur. g. demonſtratio hec negatiua in pꝛima figura/ nullū aīal eſt qualitas: oīs hō eſt aīal: ergo nullus hō eſt qualitas. Vbi maioꝛ eſt mediata negatiua. Vult pꝛobare ꝙ ſi in pꝛedicatis minoꝛis affirmatiue non pꝛocedituꝛ in infinitū: ſed veniꝛ ad ſupꝛemū, nec in pꝛedicatis maioꝛis negatiue pꝛocedaꝛ in infinitū. Et hoc eſt qđ ait. Cū. b. mediū cuilibet. c. ſ. minoꝛi extremitati: et. a. maioꝛ extremitas nulli. b. cōpetere ſumitur, neceſſariū eſt: vt. b. c. ſ. minoꝛ pꝛopō, ꝛ interuallū omnino minus (. i. interuallū inter extrema minoꝛis pꝛopoſitionis) reducaꝛ ad immediata, poſtq̄ eſt affirmatiua, et ſuppoſitū eſt in affirmatiuis non eſſe pꝛoceſſuꝫ in infinitū. Infert [Vnde ſequiꝛ alterū interuallū]. i. maioꝛē negatiuā, ſi medio nō vacet. i. ſi nō ſit immediata redigi etiā poſſe ad immediata. Pꝛobaꝛ ꝯña: nā ſi. a. v. g. qualitas/ non immediate negatur de. b. ſ. de aīali, deꝛ ergo aliud mediū de quo pꝛꝰ negetur: vt pote coꝛpus qđ debet in minoꝛi affirmari đ minoꝛi extremitate. Et ſi. a. d. ideſt/ nullū coꝛpus eſt qualitas/ nō eſt immediata, detur aliud mediū. e. quod debet cōpetere ipſi. d. Cū ergo aſcendendo per pꝛedicata minoꝛis affirmatiue non ſit pꝛocedere in infinitū: ſed deueniendū eſt ad ſupꝛemum, puta/ ſubſtantia/ illud pꝛoinde erit immediatum ſubiectum de quo negabitur qualitas, vt ſi dicas/ nulla ſubſtantia eſt qualitas: oīe animal eſt ſubſtantia: ergo nullū animal eſt qualitas. ❡In tertia particula [Secundo
In ſecūda figura. autem] idem oſtendit in ſecunda figura. Detur enim hic ſyllogiſmus in Cameſtres/ omne. a. eſt. b. nullum. c. eſt. b. ergo nullum. c. eſt. a. Pꝛobatur eodem modo ꝙ ſi aſcendendo per pꝛedicata maioꝛis affirmatiue non pꝛoceditur in infinitū, neqꝫ pꝛedicata minoꝛis negatiue pꝛocedant in infinitum [Si igitur hoc opoꝛtet oſtendere]. i. ſi minoꝛ negatiua nullum. c. eſt. b. eſt mediata, aut debet demonſtrari per mediū ſuperius dictū, ideſt in pꝛima figura, et in illa iam dictū eſt demonſtratione negatiuam non pꝛocedere in infinitum: aut debet demōſtrari in tertia figura, de qua ſtatim dicetur: aut debet demonſtrari per eandem ſecundam. Et tunc debet demonſtrari per. d. medium quod conueniat cuilibet. b. ꝛ nulli. c. ſ. omne. b. eſt. d. nullum. c. eſt. d. ergo nullum. c. eſt. b. Tunc aut minoꝛ, ſcilicet nullum. c. eſt. d. eſt immediata, ꝛ tunc bene eſt ideſt habetur intentum. Si vero ſit mediata, detur medium. e. quod debet rurſus affirmari de. d. et negari de. c. cum ergo pꝛedicata in maioꝛi affirmatiua non pꝛocedant in infinitum, ſequitur ꝙ nec in negatiua. ❡In
In tertia figura. quarta particula [Tertio hoc oſtenditur pacto] idem tandem oſtēdit in tertia figura. Vbi detur. v. g. hic ſyllogiſmus in Felapton/ nullum. b. eſt. c. omne. b. eſt. a. ergo. a. non eſt. c. tunc ſi maioꝛ negatiua eſt mediata, aut debet reſolui per pꝛimam aut ſecundam figuram, in quibus iam dictū eſt demonſtrationes negatiuas non pꝛocedere in infinitū: aut debet demōſtrari per eandē tertiā figurā: ꝛ tunc dēt reſolui per mediū. d. hoc mō nullū. d. eſt. c. omne. d. eſt. b. ergo. b. non eſt. c. (quia vniuerſalis non poteſt concludi in tertia figura) que reſolutio fit deſcendendo ſub ſubiecto minoꝛis: nam in pꝛioꝛi ſyllogiſmo. b. erat ſubiectum reſpectu. a. et in hoc. d. eſt ſubiectum reſpectu. b. Concludit ergo Ariſto. ꝙ cum deſcendendo in affirmatiuis non detur pꝛoceſſus in infinitum, ſit, vt neqꝫ in mediis negatiue pꝛocedatur in infinitū: nam quidquid ſumatur pꝛo medio inter extrema negatiue, debet fieri ſubiectum in affirmatiua. ❡In quinta demum particula [Perſpicuum autem eſt] reſpondet cuidam dubio quod videtur ſuper eſſe ex dictis. Poſſet enim quis dicere ꝙ q̄uis in nulla figura pꝛocedatur in infinitum, tamen demonſtrando vnam figuram per aliam poſſet in infinitum abiri. Cui dubio reſpondet ꝙ cum in nulla figura pꝛocedatur in infinitum nec figure ſint infinite, q̄uis vna figura demonſtretur per aliam, nunq̄ tamen erit pꝛoceſſus in infinitum.

❡Quod non ſit proceſ. in infini. in demonſtra. Cap. 18. Tex. 35.

AT idipſum & illis ita eſſe patebit, ſi primum diſſerendi modo, deinde reſolutiue id contemplabimur. In his itaqꝫ quæ de definiendis rebus dicuntur, earundemqꝫ difinitionem ingrediuntur, verum id eſſe patet vniuerſaliter autem hoc pacto dicamus. Fit enim vt vere dicatur, cum albū ambulare, & magnū illud lignū eſſe: & rurſus lignū magnū eſſe, ac hominē ambulare dicitur. At differt hoc & illo dicere modo: nam cum albū dico eſſe lignum, tum lignum id eſſe dico cui accidit vt ſit album, ſed non album eſſe ſubiectum ipſius ligni: non enim: aut album ſimpliciter erat, aut aliquod album deinde factum eſt lignum: quare nō dicitur hoc pacto, niſi per accidens. Cum autē lignum albū eſſe dico, tunc non aliquid aliud album eſſe dico, atqꝫ illi vt ſit lignū accidit, veluti cū dico muſicum album eſſe: tunc enim hominem eum album eſſe dico, cui accidit vt muſicus ſit. Sed lignū eſt ſubiectum, qđ quidē nihil aliud vt eſt erat, quā aut abſolute lignum, aut aliquod lignum: deinde factū eſt albū. Quod ſi oporteat nomina ponere hoc quidem dicere pacto ſit prædicare: illo autem pacto, aut nullo pacto prædicare, aut abſolute, ſed per accidens prædicare dicatur. Eſt aūt id quidem quod prædicatur, vt album: id vero de quo prædicatur, vt lignum. Supponatur igitur id quod prædicatur abſolute ſemper de eo de quo dicitur, ſed non per accidens prędicari: hoc enim pacto demonſtrationes demonſtrant. ❡Quare cū vnum prædicatur de vno, illud aut ſubit rationem

nē eorum quę definiendo ſubiecto cōpetunt: aut eſt quale, aut quantū, aut ad aliquid, aut agēs, aut patiens, aut vbi, aut quādo. Præterea omne quod ſubſtantiā ſignificat, id quod illud eſt, aut quod illud eſt quoddā, id eſſe ſignificat de quo prędicatur: quod vero non ſubſtantiā ſignificat, ſed de ſubiecto dicitur alio, quod quidē nec eſt idipſum quod illud, nec id quod illud eſt quodā, id omne accidens eſt: vt cum albū, de homine prædicatur. Homo namqꝫ neqꝫ id eſt quod album, neqꝫ id quod album eſt quoddam, ſed animal fortaſſe: eſt enim homo id quod animal eſt. Atqꝫ ea omīa quę non ſubſtantiā ſignificāt, de ſubiecto aliquo prædicari oportet: & nō eſſe quicquā albū: quod quidē ſit albū non quia aliud quicquā eſt: formæ nāqꝫ valeāt, ſidiū enim ſunt attrectationes & ſi ſint, nihil prorſus ad præſentem ſermonem pertinent. Ipſæ nāqꝫ demōſtrationes de rebus talibus ſunt. ❡Præterea ſi non hoc illius eſt qualitas, & illud huiꝰ, neqꝫ qualitatis eſt qualitas, fieri ꝓfecto nequit vt hoc pacto mutuo prædicentur: ſed fit quidem vt verū dicas, at non fit econtra prædices vere. Nam aut vt accidens, aut vt ſubſtantia prædicabitur: veluti ſi ſit genus vel differētia prædicati. Hoc autem demonſtratū eſt neqꝫ ad ſupera neqꝫ ad infera infinita eſſe. Neqꝫ. n. homo eſt bipes, & bipes animal & animal, aliud: neqꝫ rurſus animal de homine, homo de Callia, & is de alio hoc ipſo quid eſt prædicatur. Omnem. n. talem ſubſtantiā definire poſſumus. At fieri nequit vt in finita quiſquam intelligendo pertranſeat: quare neqꝫ ad ſupera neqꝫ ad infera ſunt infinita. Fieri enim nō poteſt, vt ea ſubſtantia de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur, mutuo non prædicabūtur. Erit. n. ipſum id, quod ipſum eſt quoddam. At vero neqꝫ de quali, aut de cæteris quicquam niſi per accidens prædicabitur. Hæc enim omnia accidunt: & de ſubſtantiis prædicantur.

❡Sed neqꝫ verſus ſupera infinita erunt: de vno quoqꝫ nāqꝫ prædicatur id quod ſignificat, aut quale quid, aut quantum quid, aut aliquid taliū, aut ea quæ in ſubſtantia ſunt. Hæc autem ſunt finita, & genera prædicamentorum finita ſunt: eſt enim aut quale, aut quantū, & cætera, quæ iam dudum enumerauimus. Atqꝫ ſupponūtur vnū prædicari de vno, ipſa vero de ipſis non prædicari, niſi ratione ipſius quid eſt prædicentur. Etenim accidentia ſunt vniuerſa: ſed quædā per ſe, quædam alio modo: atqꝫ hæc omnia de ſubiecto quodam dicimus prædicari, & accidens nō eſſe ſubiectum vllum. Nihil enim taliū ponimꝰ id eſſe, quod id eſt quod dicitur, non aliud quicquā, ſed ipſum in aliis eſſe, & alia quædam de alio dicimus prædicari. Neqꝫ igitur ad ſuperiora, neqꝫ ad inferiora vnū de vno in infinitū dicetur. De quibus enim accidentia dicuntur, quæcunqꝫ in vniuſcuiuſqꝫ ſubſtātia ſunt, ea nō ſunt infinita. Verſus etiam ſupera, nec ipſa, nec vtraqꝫ accidētia ſunt infinita. Neceſſe eſt igitur aliquid eſſe, de quo primū aliquod, & de hoc aliud, & huius profectionis tandem exitum eſſe: vt id ſit, quod de nullo vlterius alio dicatur: & id etiam, de quo non prædicatur aliud prius. Vnus igitur hic eſt modus ad hoc propoſitū demonſtrādum. ❡Alius autē eſt hic. Patet enim horū demōſtrationem eſſe, de quibus priora aliqua prædicātur: & item fieri non poſſe, vt aut melius ſimus ad ea diſpoſiti quorum eſt demōſtratio, quam ſi ſciamus, aut ea ſine demonſtratione ſciamus: quibus efficitur, vt ſi per aliqua priora quippiā innoteſcit, illa vero neſcimus, neqꝫ ad illa melius ſumus affecti, quam ſcientiā haberemꝰ: nec id profecto ſciamus, quod per illa notū efficitur. Si igitur fit, vt ſimpliciter quippiā per demōſtrationem & nō ex quibuſdā, nec ex ſuppoſitione ſciamꝰ, neceſſe eſt prædicationes medias ſtare: nam ſi nō ſtent, ſed ſemper aliquid ſuperius ſit ſumpto, omnium erit tū demonſtratio. Quare ſi fieri nō poteſt, vt infinita quiſquā pertranſeat, ea profecto quorum eſt demōſtratio nunquā per demōſtrationem ſciemus. Quod ſi neqꝫ melius ad ipſa ſumus affecti, quam ſi ſciremus, nihil tū per demonſtrationem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſciemus. Ex his igitur quæ diſſerendi diximus modo, id de quo loquimur ita eſſe quiſpiam credet. Tex. 36. ❡Reſolutiue autem per hæc breuius perſpicuum fuerit fieri non poſſe, vt verſus ſuperius aut inferius infinita prędicata in demonſtratiuis ſcientiis ſint. de quibus præſens hæc conſideratio eſt. Demonſtratio enim eſt de hiſce, quæ rebus inſunt per ſe: ea vero quæ per ſe competunt, duplicem ſubeunt modum: quædam enim in eadem ſunt diffinitione rerū, quibus ineſſe dicuntur: vt multitudo, vel diuiſibile: hæc enim numero competunt, & in ipſius ſunt definitiōe, quædā: in ratione ſua res eas ſuſcpiunt, quibus cōpetunt: vt impar: hoc enim numero competit & definitione ſua numerum ſuſcipit. At fieri nequit, vt aut hæc aut illa ſint infinita, ne ea quidem quæ vt impar de numero prædicantur. Nam impare rurſus aliud erit inde finitione, cuius eſt ipſum: hoc ſi ſit, primum numerus ipſe cui quidē competunt, in definitione erit ipſorū. Si igiꝛ fieri nequit vt inſint vni talia infinita, nec infinita verſus ſuperius erūt. At vero neceſſe eſt ipſi primo competant vniuerſa, veluti numero, & numerus illis inſit: quare conuertuntur, nō ſuperabunt. Nec itē ea, quæ definitiones eorū quibus inſunt ingrediūtur: non enim aſſignari definitiones poſſent. Quare ſi hæc ſunt vniuerſa ea quæ per ſe prædicantur hæc (autem infinita non ſunt) ſtāt omnia plane verſus ſupera: quare ſtāt & ad infera. Quod ſi ita ſit, erunt & ea ſane finita, quæ inter duos terminos collocantur. ❡Quod rurſus ſi ita ſit, patet iam & demōſtrationū eſſe principia neceſſario, ac demōſtrationem non omnium eſſe, quod quidē nōnullos aſſerere iam in initio diximus. Etenim ſi principia ſint, neqꝫ demonſtrabilia ſunt omnia, neque in infinitū fieri poteſt abitio: nam alterū iſtorum vtrūuis eſſe, nil aliud eſt quā nullum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nullũ interuallũ eſſe medio vacãs, atquæ indiuiſi
bile, ſed vniuerſa eſſe diuiſibilia. Id enim quod de
monſtratur, nõ foris addito, ſed immiſſo termino
demonſtratur. Quapropter ſi fieri poteſt, vt hoc
pacto procedatur in infinitum, fieri quoq; poteſt,
vt inter duos terminos infinita media cadant. At
hoc fieri nequit, ſi tã verſus ſuperius quã verſus
inferius prædicationũ finis exiſtat. Eſſe vero præ
dicationum hoc pacto finem, antea differendi mo
do: nunc reſolutiue ſatis, oſtendimus.

Oſtq̃ igit̃ in ſuperioribus duo-
bus capitulis monſtratum eſt ꝙ ſi non
eſt in infinitum proceſſus aſcendendo
aut deſcendendo, eſſe non poteſt in me-
diis que inter duo extrema ſumuntur:
item ꝙ ſi non proceditur in infinitum in
affirmatiuis: procedi non poteſt in negatiuis, reſtat in
hoc decimo octauo capite oſtẽdere ꝙ in affirmatiuis nõ
ſit proceſſus in infinitum nec aſcendendo nec deſcenden
do, vt per omnes numeros probatũ ſit proceſſum in infi
nitum in demonſtrationibus non eſſe poſſibilem. Atqui
apud cõmentatorem duo ſunt textus in hoc capite. ſ. tri
geſimus quintus et trigeſimus ſextus. In primo oſten-
dit Ariſt. intentũ rationibus cõmunibus ſumptis a dia
lectica: et in altero id manifeſtat argumẽtis ſumptis ex
propria ratione demonſtrationis. Primus textus diui
Text. 57. ditur in quinq; particulas. Enim vero quia d̃bet rẽ oſtẽ
dere per inductionem videlicet ꝙ nec in predicatis quidi
tatiuis nec in accidentalibus ſit infinitus proceſſus, in
prima particula premittit diſtinctionẽ predicationũ in
predicationem ſimpliciter abſolute, et predicationẽ ſe-
cundum accidens i. ſecundum quid. ¶ Ait ergo ꝙ res
ipſa tunc patebit ſi primum differendi modo. i. dialecti-
ce, deinde reſolutiue, ideſt, ex propria ratiõe demõſtra-
tionis oſtendatur. Et ſubiungit ꝙ in his que de diffiniẽ
dis rebus dicuntur. i. in predicatis quiditatiuis que in-
grediuntur diffinitionẽ ſpecierum, per ſe notum eſt pro
ceſſum in infinitũ eſſe impoſſibilem: cum quia cum reruz
eſſentie diffinibiles, ſint finite, nõ poſſunt habere predi-
cata quiditatiua infinita, tum etiam quia diffinitio da-
tur vt per illam natura rei innoteſcat, ſi autem infinita
eſſent in diffinitione, non eſſet diffinitio cognoſcibilis.
Infinitum. n. non eſt cognoſcibile, tertio phiſico. tex. 65.
¶ At vero vt res vniuerſaliter in omnibus predicatis
Pre. per accidẽs tri pliciter. innoteſcat, notandum eſt (inquit) tripliciter aliquam/
predicationem eſſe accidentalem. Eſt namq; predicatio
per accidens aut quando accidẽs predicatur de acciden
te, vt/ album ambulat aut quando ſubiectum predica-
tur de accidẽte, vt/ hoc magnum eſt lignum/ aut quan-
do accidẽs predicatur de ſubiecto, vt/ lignũ eſt magnũ/
homo ambulat. Et eſt inter has predicationes differen
tia ꝙ cum ſubiectum predicatur de accidenti, vt album
eſt lignum/ non denotatur ꝙ album ſit ſubiectum ligni
(modus eſt loquendi. Ariſtotelis, neothericis multis ig
notus) quia vt aliquid ſit ſubiectum alicuius forme, re-
quiritur aut ꝙ perpetuo fuerit ſubiectum, vt/ homo eſt
animal/ aut ꝙ illud ſubiectum fuerit factum tale, vt lig-
num factum eſt album: at vero album nec perpetuo fuit
lignum (quia hec nõ eſt neceſſaria/ albuz eſt lignum) nec
album factum eſt lignum, ſed econuerſo lignum factum
eſt album. Unde illa/ album eſt lignũ/ eſt per accidens ea
ratione: quia id cui accidit albedo, puta hoc lignum, eſt
lignum. Et eadem ratione cum vnum accidens predica-
tur de alio, vt/ muſicum eſt album/ non eſt predicatio per
accidens eo ꝙ accidens quod eſt muſica ſit ſubiectum
albedinis, ſed eo ꝙ id cui accidit muſica accidit albedo.
Attamẽ/ lignũ eſt albũ/ eſt per accidens quia lignum eſt

ſubiectũ albedinis: quia. ſ. lignum factum eſt albũ: qua-
re lignũ non eſt album ratione alterius ſicut album ra-
tione hui⁹ ligni eſt lignum. ¶ Ait ergo Ariſt. ꝙ ſi licet no-
mina imponere, quando ſimpliciter appellauerim⁹ pre-
dicationẽ per accidens/ intelligamus eam ſolum in qua
accidẽs predicatur de ſubiecto, vt/ homo ambulat/ nam
illa ſimpliciter eſt predicatio quia eſt directa. Alie vero
predicationes nõ ſunt ſimpliciter predicationes ſed per
accidens. i. ſecundum quid. Ratio eſt quia in demonſtra
tionibus non vtimur niſi predicationibus directis et ſe-
cundum naturam: et natura rei eſt ꝙ accidens inſit ſub
iecto tanq̃ forma et per conſequens tanq̃ predicatum
non autem ſubiectum accidenti, aut accidẽs accidenti.
Cauendum ergo eſt nequis decipiatur in verbo equiuo
co/ per accidens/ accipitur enim vno modo vt diſtingui-
tur cõtra per ſe et quiditatiue/ quãuis faciat predicatio
nem ſimpliciter, vt/ homo eſt albus/ alio modo vt diſtin-
guitur contra/ predicationem abſolute et ſimpliciter: et
tunc tantum valet ſicut/ ſecundum quid. Et ita ſuppo-
nit Ariſto. hic ꝙ que abſolute eſt predicatio, non eſt per
accidens: non obſtante ꝙ abſolute et ſimpliciter predi-
catio diſtinguatur ſtatim in eſſentialem ⁊ accidentalem.
¶ In ſecunda igitur particula [Quare cum vnum] 2. Parti.
ſubdiſtinguit predicationem que ſimpliciter et abſolute
eſt predicatio, in predicationem eſſentialẽ et accidenta
lem. Ait enim ꝙ cum vnum predicatur de vno (nam pre-
dicatio in qua plura predicantur de vno non cadit ſub
arte) illud, ſcilicet predicatum aut diffiniendo ſubiecto
competit. i. aut eſt predicatum quiditatiuum quod in-
trat diffinitionem ſubiecti, aut eſt quale aut quantũ ⁊c.
¶ Et ſubdit differentiam inter huiuſmodi predicata, vi
delicet, ꝙ predicatum ſubſtantiale ſignificat id quod il-
lud eſt (. ſ. ſubiectum) ideſt totum eſſe ſubiecti, vt/ homo
eſt animal ratiõale/ aut id quod illud eſt quodã ideſt aut
aliquam partẽ quiditatis ſubiecti, vt/ homo eſt animal.
Diffinitio enim dicit totam eſſentiam ſubiecti: ſed par-
tes diffinitionis ſignificant quodammodo partes ſubie
cti: eo modo quo in predicabilib⁹ in de genere ⁊ in de dif
ferentia expoſitum eſt. Sed predicatum accidentale nõ
ſignificat id quod eſt ſubiectũ. Cum enim dico hõ eſt al-
bus, nõ aſſero, eſſe hominem/ idem eſſe, quod/ eſſe albũ.
Subdit [Atq; ea que non ſubſtantiam ſignificant]. i.
predicata accidentalia debent predicari de ſubõ. Et nõ
debent eſſe quicq̃ album. i. ſubm̃ ſubſtantiale ꝙ eſt albũ,
nõ quia eſt aliud quicq̃: quẽadmodum/ homo eſt albus
non q2 homo eſt aliud. Quod eo dicit, q2 muſicũ/ quãq̃
ſit accidens, põt eſſe albũ quia eſt aliud quicq̃: ſcꝫ quia
eſt Petr⁹ cui accidit ⁊ Muſica et albedo. ¶ At vero q2 Valeant ſpecies.
dixerat Ariſt. predicatũ ſubſtãtiale eſſe id qđ eſt ſuũ ſub-
iectũ, puta idẽ eſſe Petrũ ⁊ hominẽ et aĩal, nequis obii-
ciat argm̃ ex ideis Platonis, quas Platonici dicebant
predicari de ſingularibus, non tñ eſſe realiter in ſingula
ribus, ſed habere eſſe perpetuũ ſeparatũ ab illis, exclu-
dit illas ideas, que latine etiã dicunt̃ forme, dicẽs [For
me nãq; valeant fidiũ enim ſunt actrectationes] Boe-
tius vertit ſpẽs gaudeant, monſtra. n. ſunt. Litera greca
ſic habet [Ta gar eide chæreto, tereſtimata gar eſti]
chæreto/ eſt verbũ ſalutandi ſignificãs et gaudeãt/ ⁊ va
leãt. Boetius trãſtulit in prima ſignificatiõe: quo caligi
nẽ multis offudit, vt crederẽt Ariſto. hic laudare Plato
nis ideas: propterea ꝙ ſunt in mãles: cũ tñ manifeſte ve-
lit dicere ꝙ valeãt. i. recedant: vt eſt illud comicũ/ valeãt
qui inter nos diſidiũ curant/ q2 nihil ad rẽ pertinet/ tere-
tiſmata/. n. ſunt illa preludia que cithared⁹ anteq̃ op⁹
incipiat premittit pulſando cordas. Et ideo alij tranſtu
lerunt/ cantilene enim ſunt/ et Boetius/ neſcio qua rõ-
ne ductus/ monſtra enim ſunt/ ſed melius Argiropilus
dixit/ fidiũ attrectationes. Sunt etenim ſtrepitus illi cor
darũ qui nihil ad muſicã ptinẽt. Et hoc eſt qđ ait Ariſt.
nempe

nẽpe ꝙ ille idee aut nihil ſunt/ aut nihil ptinẽt ad rẽ pre-
ſentem tanq̃ p̃dicata de quib⁹ diſputat̃ an ꝓcedãt in in
3. Parti. finitum. ¶ In tertia particula [Preterea ſi non ⁊c.] pre
miſſis ſuppõnibus accedit ad probandũ intentionẽ dia-
lectice. Quod facit tribus rationibus. Primo enim pro
bat ꝙ non ſit proceſſus in infinitũ in predicatis directis
⁊ indirectis ſimul ſumptis, per modum circuli: ⁊ deinde
ꝙ non ſit talis ꝓceſſus directe aſcendẽdo aut deſcenden
do. Et ſupponit primo ꝙ ſi directe ⁊ ſecũdum naturam
. a. predicatur de. b. b. non predicat̃ directe de. a. Et hoc
eſt qđ ait [Si non hoc illius eſt qualitas ⁊ illud huius:
neq; qualitatis eſt qualitas, fieri profecto nequit ⁊c.]
Qualitatẽ hic vocat non ſolũ accidẽs quarti p̃dicamen
ti, ſed quãcuq; diſpoſitionẽ formalẽ que directe de alio
predicat̃: ſiue ſit in predicatis quiditatiuis ſiue in acci-
dentalibus. Ait ergo ꝙ ſi animal/ ⁊ rõnale/ ⁊ album/ ⁊ a-
lia predicamenta ſunt predicata directa de homine, ho-
mo non erit predicatũ illorũ [Sed ſit, inquit, vt verũ di
cas, at non ſit vt ecõtra predices vere]. i. he/ hõ eſt ratio
nalis/ hõ eſt albus/ ſit vt ſint vere propõnes ⁊ ſimplr pre
dicatiões, cõuertẽtes vero poſſunt eſſe vere propõnes,
ſi ſint particulares, nunq̃ tñ erunt ſimplr p̃dicationes.
¶ At nihilominus admiſſis hmõi predicationibus indi-
rectis probat ꝙ nec in illis erit in infinitũ abire. Aut. n.
predicatũ indirecte predicab̃r tanq̃ accidẽs aut tãq̃ ge
nus aut dr̃ia, itaq; ſubm̃ ſit genus aut dr̃ia predicati: vt
aĩal eſt hõ/ bipes eſt aĩal. Si tanq̃ genus ⁊ dr̃ia vt dicas
directe/ hõ eſt bipes/ et indirecte/ bipes eſt aĩal/ ⁊ directe
animal eſt ſenſibile/ et indirecte ſenſibile eſt corpus ⁊c. in
his iã dictũ eſt in principio huius cap. non eſſe proceſſuz
in infinitũ. Qđ probat: q2 oĩs talis ſubã eſt diffinibilis:
illa vero ſubã cuius ſunt infinita p̃dicata eſſentialia dif-
finiri non põt, vt nos ſupra expoſuim⁹. Si autẽ talis in
directa p̃dicatio eſt, ſicut ſubã p̃dicat̃ de q̃li aut q̃to ⁊c.
vt/ albũ eſt hõ: aut vnũ accidẽs de alio, vt/ muſicũ eſt al-
bũ/ iã hmõi propõnes excluſe ſunt ab arte ſyllogiſtica: q2
non ſunt ſimplr predicationes. Accidẽtia. n. ſcđm natu-
rã predicant̃ de ſubã, ſed nõ ecõuerſo. Nec vnũ accidẽs
predicat̃ de alio, proprie. Et hoc eſt qđ dixerat/ qualita
tis non eſt qualitas q2 qualitas non ineſt ꝓprie acciden
ti tanq̃ ſubiecto: ſed ſi conceditur/ muſicum eſt albuz: quia
vtrunq; accidẽs ineſt eidem ſubtõ, ⁊ q̃uis qualitas inſit
q̃titate tanq̃ ſubtõ/ quo/ eſt q2 tã qualitas q̃ quãtitas
inſũt ſubſtãtie tãq̃ ſubiecto/ qđ. ¶ In quarta particula
[Sed nec verſus ſupera] Subditur ſcđa ratio: dialecti
ca qua ꝓbat̃ nec in predicatis directis eſſe in infinitũ ab
ire. Supponit. n. primo ꝙ cũ vnũ de vno predicat̃, predi
catũ ſe habet reſpectu ſubiecti, aut tanq̃ quale qđ/ aut
tanq̃ quãtũ quid/ aut tanq̃ vnũ aliud nouẽ predicamẽ
toꝝ accidẽtiũ, aut tãq̃ vnũ eorũ que ſun in ſubtã. i. in eſ
ſentia rei puta/ genus/ aut dr̃ia. Secũdo ſubponit ex iã
mõ dictis ꝙ gñ̃a ⁊ dr̃ie ſũt finita. Et tertio ſupponit, ꝙ
p̃dicamenta accidentiũ ſunt finita, vt numerata ſunt in
predicamentis. Et quarto ſupponit ꝙ hic non loquimur
de predicatione vbi plura predicãt̃ de vno: q2 predicata
cõplexa poſſunt ſcđm partes multis modis multiplicari.
Et quinto ſupponit etian ex dictis, ꝙ loquimur de predi
cationibus ſimplr, puta in qua predicat̃ genus aut dr̃ia,
aut accidẽs de ſubõ: ſiue ſit accidens per ſe vt ꝓpria paſ
ſio, ſiue accidens cõe: q2 vnũ accidens non eſt ſubm̃ alte-
rius. Hinc format virtualr hãc rationẽ. Aut eſſet ꝓceſ-
ſus in infinitũ deſcẽdendo aut aſcendendo: neutrũ eoꝝ
ergo. Probatur minor. In predicatis directis acciden
tia debẽt predicari de predicatis quiditatiuis ſubãe, et
inter p̃dicata ſubãe ſuperiora debẽt predicari de inferio
ribus: vt patet ex prima ſuppoſitione. Sed in predicatis
quiditatiuis ſubſtãtie deſcẽdendo nõ eſt proceſſus in in
finitum (que erat ſecũda ſuppoſitio) nec predicata acci-
dentalia ſunt infinita, vt dicebat tertia ſuppoſitio: ergo.

in predicatis quiditatiuis non eſt deſcenſus infinitus.
Exẽpli gratia. Si dicas ſubſtãtia eſt qualis, quãta ⁊c.
cum ſint ſolũ nouẽ predicamẽta non poſſunt eſſe predica
ta infinita: ꝙ ſi ſubſumas, oĩs ſubſtãtia eſt qualis cor
pus eſt ſubſtãtia: ergo corpus eſt quale: ⁊ rurſus ſi ſub
ly/ corpus/ ſubſumas/ animal/ ⁊ ita deſcendẽdo, non de-
ſcẽdes in infinitũ, ſed ſiſtes in Petro. Sed ꝙ nec ſit aſcẽ
ſus verſus ſupera. i. aſcendendo, probat: quia neutra. i.
nec predicata eſſentialia nec accidentalia ſunt infinita.
Et ita concludit hunc eſſe vnum modũ probandi ꝙ nec
aſcendendo nec deſcendendo ſit progreſus in infinitũ.
¶ In q̃nta ꝑticula [ali⁹ aũt] ſubiũgit aliũ modũ ꝓbãdi
etiã dialecticũ. Supponit. n. primo oẽm propõnẽ media
tã eſſe demõſtrabilẽ. Et mediatã appellat de cuius ſubõ
aliud prius dr̃/ vt hõ eſt corpus/ de cuius ſubõ prius dr̃/
aĩal/ per qđ/ corpus/ demõſtratur de hoĩe. Scđo ſuppo-
nit ꝙ ad propõnem demõſtrabilẽ, nõ poſſumus eſſe me
lius diſpoſiti, q̃ ſi illã ſciamus: ad principiũ autẽ imme
diatũ poſſumus eſſe melius diſpoſiti. Nã propoſitionem
demonſtrabilẽ cognoſcimus per ſcientiã, principiũ vero
immediatũ, per intellectũ, qui eſt melior habitus. Ter-
tio ſupponit ex ſecũdo cap. ꝙ niſi ſciamus aut intelliga-
mus principia demõſtrationis, non poſſumus concluſio
nẽ ſcire. Niſi forte ſcđm quid ex aliquibus ſuppoſitis et
admiſſis a rñdente diſputationis gr̃a: vel ſicut perſpeti-
uus ex ſuppoſitis ⁊ receptis a geometra demõſtrat. Tũc
arguit Ariſt. Oĩs propõ mediata eſt ꝑ aliqua principia
demonſtrabilis ⁊ ſcibilis: ⁊ non põt ipſa ſciri niſi omnia
eius principia ſciãtur: g̃. neceſſe eſt omnia eius principia
ſciri: ſed infinita non poſſunt ſciri, vt ipſe docet primo ⁊
tertio phi. ergo principia debẽt eſſe finita ⁊ per ↄñs non
proceditur in infinitũ. ¶ In textu. 36. [Reſolutiue au-
tem] probat eandẽ concluſionẽ argumento ſumpto ex Tex. 36.
propria ratione demonſtrationis. Rõnes enim ſuperio-
res dialectice ſunt cões omnibus predicatis tã eſſentiali
bus q̃ accidẽtalibus: demõſtratiue vero ſolũ procedunt
ex propõnibus que ſunt per ſe. Ait ergo Ariſt. ꝙ reſoluti
ue. i. ex proprijs rõnibus demõſtrationis breuius ⁊ per-
ſpicatius oſtendetur nec ſurſum nec deorſum in infini-
tum abire demonſtrationem. Et format hanc rationez.
Omnis demõſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe
aut primo modo, puta in quibus p̃dicatũ eſt de ratione
ſubiecti: vt/ homo eſt animal/ numerus eſt multitudo:
aut ſecũdo mõ: puta in quibus ſubiectũ eſt de ratiõe pre
dicati: vt/ homo eſt riſibilis/ numerus eſt par vel impar:
ſed neutra iſtorum predicatorum ſunt infinita ergo.
Probatur minor et primo in predicatis ſecundis ſcili-
cet in proprijs paſſionibus, dupliciter. Ipſe ponit exem-
plum de numero cuius paſſio eſt par vel impar: ponam⁹
nos de homine ⁊ riſibili. Si ſit abire in infinitum in paſ-
ſionibus, tunc ſicut riſibile predicatur de homine in ſe-
cundo modo perſeitatis ita ſecũda paſſio predicabitur
de riſibili, ⁊ tertia de ſcđa ⁊c. ⁊ per conſequẽs riſibile erit
de diffinitione ſcđe paſſionis, ⁊ ſecunda de diffinitione
tertie ⁊c. tunc ſic riſibile eſt de diffinitiõe ſcđe paſſionis:
ergo homo qđ eſt de diffinitione riſibilis, erit etiã media
te de diffinitione ſcđe paſſionis ⁊ per cõſequẽs tertie ⁊ ſe
quẽtiũ: ſed iam ꝓbatũ eſt ea q̃ intrãt diffinitionẽ nõ eſſe
infinita: ergo in huiuſmodi paſſionibus non eſt proceſ-
ſus in infinitum. ¶ Scđo id confirmat̃ ibi [At vero ne-
ceſſe eſt] Eſto ꝑ impoſſibile daret̃ huiuſmodi proceſſus
infinitus in paſſionibus, nõ tñ eſſet proceſſus predican
di ſcđm/ ſub ⁊ ſupra/ de quo hic diſputat̃: nam vt capite
15. dictũ eſt oẽs paſſiones cõuertibilr predicant̃ de ſubõ.
Probat deinde ſcđam partẽ minoris, vcꝫ ꝙ nec ſit ꝓceſ
ſus infinitus in p̃mo mõ dicẽdi ꝑ ſe vbi ait [nec itẽ ea]
nam in p̃mo modo dicendi per ſe ſolum ſunt ꝓpoſitiões
in quibus p̃dicatũ eſt de diffinitione ſubiecti: ⁊ iam ſepe
repetitũ eſt ea q̃ intrant diffinitionem non eſſe infinita.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Non fecit mentionē de tertio ⁊ q̄rto modo per ſe quia illi vt quarto cap dictū eſt, non ſunt modi p̄dicādi: ſed tertius eſt modus per ſe eſſendi ⁊ quartus per ſe cauſandi. ¶Concludit tandē ꝙ ſi nec aſcendēdo nec deſcēdendo eſt ꝓceſſus in infinitū, ſit vt neq; inter infimū ſubm̄ ⁊ ſupremū p̄dicatū ſint infinita media, quod capite. 16. ſatis monſtratum eſt. ¶In ſcd̄a ꝑticula textus [Quod rurſus] Ex dictis ⁊ maxime ex vltima cōcluſiōe immediate p̄cedēti infert aliqua eſſe p̄ma principia demōſtrationū ⁊ per cōſequens non oim̄ eſſe demōſtrationē vt aliqui philoſophi dicebāt quorum cap. 5. meminit. Subdit rōnem [Etenim ſi principia inquit ſint] illa nō ſunt demōſtrabilia, nec erit ꝓceſſus in infinitū in demōſtrationibus. ¶Quod adhuc noua ratione cōfirmat: q̄ talis eſt. Dicere ꝙ nullū eſt primū p̄ncipiū aut ꝙ demōſtrationes in infinitū habeant, tantundē eſt ac ſi dicatur ꝙ nulla eſt ꝓpoſitio immediata, ſed iam dictū eſt aliquas eſſe immediatas propōnes: nam ꝓbatū eſt inter extrema finite diſtantia nō mediare infinita ⁊ per cōſequens dari aliqđ p̄dicatū qđ immediate cōueniat ſubtō: ergo falſū eſt dicere ꝙ nullū eſt primū principiū aut ꝙ demonſtratiōes ꝓcedant in infinitū. Probat Ari. maiorē. Nam mediū demonſtrationis nō ſumitur de foris: vz quod ſit extraneum extremis: ſed debet eſſe intrinſecū vtriq; medians inter ſubiectum ⁊ p̄dicatū: ſicut / animal / mediat inter corpus / ⁊ hominem: ergo dicere ꝙ demonſtrationes poſſunt procedere in infinitū / eſt dicere ꝙ inter aliqua duo extrema vnius propoſitionis dantur infinita media: qđ in ſuperioribꝰ p̄ſertim cap. 16. ꝓbatū eſt eē impoſſibile.

¶Quod non ſit proce. in infi. in propoſitionibus mediatis. Cap. 19. Tex. 37.

Demonſtratis autē his patet, ſi quippiā idem vt. a. duobus inſit quibuſdam vt. c atq; . d. quorū alterū de altero, aut nullo modo, aut nō de quolibet p̄dicaꝛ: non ſemper illud per cōmune aliq̄d ipſis cōpetere: triangulo nāq; duorum æqualium, & omniū inæqualiū laterum, angulos habere duobꝰ rectis æquales, per cōmune cōpetit quoddam: cōpetit enim, vt vterq; eſt quædam figura, & non vt aliud quicq̄. At non ſemper id ita ſe habet. Sit enim. b. per quod. a. tam ipſi. c. quam. d. competere dicitur: patet igitur ipſum. b. per aliud cōmune quippiā ipſis cōpetere: & illud item per aliud: quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, non ergo neceſſe eſt pluribus idem per aliq̄d cōmune ſemper ineſſe, ſiquidē ſint iterualla, q̄ medio vacāt. Tex. 38. ¶Terminos tñ eodem in genere & indiuiduis ex eiſdem neceſſe eſt eſſe, ſiquidem ipſum cōmune rationē eorum, quæ per ſe cōpetunt ſubit. Fieri nāq; poteſt, vt ea, quæ demōſtranꝛ, ad aliud genus ex alio migrent, ac tranſeant, vti diximus. Patet etiā, cum. a cōpetit ipſi. b. atq; eſt aliquod medium, tum. a. poſſe oſtēdi ipſi cōpetere. b. Atq; huius hæc erūt, & toridē elemēta quot media ſunt. Propoſitiones enim eæ, quæ medio vacāt, elemēta ſunt, aut oēs, aut eæ, quæ vniuerſales ſunt. Q đ ſi nullum ſit mediū, non eſt alterius demōſtratio: ſed hæc eſt via, quā acceditur ad principia. Similiter ſit & ſi. a. non competit ipſi. b. Nam ſi eſt medium aliquod aut prius, cui non competit ipſum. a. eſt ſine dubio demōſtratio: ſi vero nō eſt, nulla eſt demonſtratio. Atq; quot ſunt termini, tot ſunt elementa principiaue. Propōnes. n. quæ ex hiſce cōſtant, ipſius ſunt demōſtrationis principia. Et vt quædā principia ſunt indemōſtrabilia, hoc pacto: hoc eſt illud, & illud ineſt huic: ſic & hoc mō: hoc nō eſt illud, & illud nō ineſt huic: quare quædā eſſendi quippiā quædam nō eſſendi principia erunt. Cum autem oſtendēdum quippiam eſt ſumendum eſt quippiam, quod primum de ipſo. b. prædicaꝛ: ſitq; id. c. de quo ſimiliter ipſum dicitur. a. Atq; hoc modo ſemper ꝓficiſcenti, nulla propoſitio tibi, nulluſq; terminus affirmandus extra ipſum. a. ſumuntur in probando: ſed mediū ſemper denſatur, quouſq; indiuiſibilia & vnum fiant. Eſt autē tunc vnū, cum fuerit vacans medio interuallum, ac vna ſimpliciter propoſitio, quæ quidē medio vacat. ¶Atq; vt cæteris in rebꝰ principiū ſimplex eſt, idq; non eſt idē vbiq; : ſed in pōdere quidē eſt minima, in modulatione vero primus ſenſibilis ſonus, & in aliis aliud: ſic in ratiocinatiōe quidem vnum vacās medio propoſitio eſt, in demonſtratione vero & ſcientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibꝰ nihil extra id, quod ineſt atq; competit, cadit: in negatiuis autē, vbi quidem eſt id, quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit: veluti ſi. a. per. c. non competat. b. nam ſi. c. quidem cuilibet inſit. b. ipſum autem. a. nulli competat. c. rurſuſq; ſit. a. nulli competere. c. demonſtrandum, medius inter hæc ipſa ſumendus eſt terminus: atq; hoc modo ſemper pergendum. Quod ſi ſit ipſum. d. nulli. e. competere demonſtrandum, hoc pacto, vt c. cuilibet quidem. d. nulli vero vel non cuilibet inſit. e. nullus extra ipſum. e. terminus vnquam cadet. Hoc autem eſt, id cui non ineſſe oportet. At in tertio modo, nec id a quo negare, nec id, quod negare ſe, iungereq; oportet, terminus ſumendus vnquam egreditur.

Ex his, quæ haſtenus de reductione mediatorum principiorū ad immediata dicta ſunt, infert Ariſt. in hoc. 19. cap. quatuor corollarias concluſiones. Atqui in diuiſiōe cōmentatoris cap. hoc duos habet textus: ſane trigeſimum ſeptimum ⁊ trigeſimum octauum. In trigeſimoſeptimo infert Ariſto. ex dictis hanc cōcluſionē: ꝙ ſi aliqua paſſio conueniat duabus diſtinctis ſpeciebus que de ſe aut nullo mō aut non vl'r p̄dicanꝛ, debet illis conuenire per aliquod mediū conueniens vtriq;, non tñ ꝓcediꝛ in infinitū ſed deueniēdum eſt ad aliquod primum cui per ſe primo cōueniat. Exēpli gr̄a. Senſibile / cōuenit hōi ⁊ equo, que de ſe nullo mō p̄dicātur, ⁊ riſibile / homini ⁊ maſculo, que de ſe non vl'r p̄dicanꝛ: q2 non oīs homo eſt maſculus. Cōuenit ergo ſenſibile homini ⁊ equo per diffinitionē aīalis cōem vtriq;: ⁊ riſibile cōuenit maſculo per diffinitionem hois. Tamen ſenſibile per ſe primo cōuenit animali aut eius diffinitioni. Exēplū Ari. eſt. Habere tres angulos equales duobus rectis / conuenit iſoſceli ⁊ ſchaleno per diffinitionē trianguli: cui per ſe p̄mo cōuenit illa diffinitio. Et ꝓbat ꝙ non ſit procedere in infinitū. nā ſit. b. mediū per qđ. a. paſſio tā ipſi. c. q̄z. d. cōpetere dr̄, ſi ipſum. b. ꝑ aliud mediū cōpetit. c. ⁊ ſic in infinitū, dabunꝛ inter. a. ⁊. c. infinita media: cōtra id qđ hactenus determinatū eſt. ¶In textu. 38. [Terminos tñ] ſunt quinq; ꝑticule. In 1. Cōcluſ Tex. 38.

prima excludit quādā obiectionē ad ꝓmā cōcluſionē. Poſſet. n. quis obiicere ꝙ talis paſſio pōt demōſtrari de dictis ſpeciebus ꝑ infinita media multiplicata accidentał̄r ⁊ extranee, vt ſi diceremus ꝙ eſſe ſenſibile cōuenit homini ⁊ equo, nō ſolum q2 ſunt aīalia, ſed q2 habēt quātitatē ⁊ q2 habent colorē ⁊c. Rñdet ergo ꝙ mediū et tria. ſ. extrema debent eſſe in eodē genere ⁊ in eiſdem indiuididuis. Indiuidua vocat extrema immediata q̄. ſ. non poſſunt diuidi ꝑ tertium mediū. At ꝙ debeat mediū eſſe in eodē genere, patet q2 debet demōſtratio ꝓcedere ex propoſitionibus per ſe, nec tranſeundū eſt de gñe in genus vt capite. 7. tex. 20. declaratum eſt. ¶In ſcd̄a particula.

2. Conclu. [Patet etiā] infert ſcd̄am concluſionē, ꝙ cū eſt aliqua ꝓpō mediata illa eſt demōſtrabilis per illud mediū et quot ſunt media inter illa extrema, tot erunt demōſtrationes. Propōnes aūt que medio vacāt ſunt veluti prima elementa q̄ non poſſunt diuidi ꝑ aliud mediū: vt / homo eſt q̄litas / demōſtrabitur ꝑ medium corpus: et / homo eſt corpus / per mediū animal: et homo ē animal / per animal rōnale; et ſic deueniꝛ ad hanc imediatā / homo ē animal rōnale. Ait vero oēs imediatas eſſe elemēta aut ſaltem imediatas vl's: q2 ſingularis: vt Petrus eſt homo, nō cēſetur p̄ncipiū demōſtratiōis. Aut forſan appellat vniuerſales ꝓpoſitiones ꝑ ſe notas, que ſūt velut prima elemēta. ¶In tertia ꝑticula [Similiter ſit] idem oſtendit in propōnibus negatiuis: q2 enim hec / nullus homo ē qualitas / eſt imediata, demōſtrabiꝛ per oīa media puta per / aīal / nullum aīal eſt qualitas: hō eſt animal: ergo. Et maior / nullū aīal eſt qualitas / demōſtrabitur ꝑ corpus: et corpꝰ, per ſubſtantiā quoaduſq; veniaꝛ ad hāc imediatā

3. concluſ nulla ſubſtātia eſt q̄litas. ¶In quarta particula. [Cū aūt] infert tertiā cōcluſionē, qua oſtēditur qua arte vtēdū nobis ſit in reſoluēdis ꝓpoſitionibus mediatis. Ait. n. ꝙ cum fuerit aliqua ꝓpō mediata: vt / oē. c. eſt. a. . ſ. ois homo eſt ſubſtātia / tunc ſumendū eſt. b. mediū qđ p̄mo cōueniat ipſi. c. vt animal: et ita aſcēdēdo ꝑ terminos immediatos nullus terminus ſumeꝛ extra. a. id eſt ſuperior ad maiorē extremitatē: q̄ ſupgrediaꝛ illā: ſed ſēp denſatur (inquit) mediū quouſq; indiuiſibilia ⁊ vnū fiāt.

Denſari. Denſari medium vt capite. 11. dictū eſt, ꝙ ꝓpō fiat immediatior quaſi extrema magis inuicem appropinquēt: vt cōmodis illic exēplis id elucidauimus. Exēpli gr̄a. Si demōſtres ꝙ / homo eſt ſubſtātia / per aīal / et animal eſt ſubſtātia / ꝑ corpus animatū / et corpus animatū eſt ſubſtantia / per corpus, vides quomō extrema magis ac magis appropinquant, quoaduſq; veniꝛ ad hanc imediatā ⁊ indiuiſibilē / corpus eſt ſubſtātia. ¶In quinta particula.

5. concluſ. [Atq; vt ceteris] artificioſe explicat Ariſt. p̄ma principia demōſtrationū, per ſimilitudinē ad primas menſuras in aliis rebus. Docet namq; . 10. metaphiſice. tex. 2. menſurā in omni genere eſſe quid indiuiſibile vt vnitas in numero, tonus in muſica ⁊c. Ait ergo ꝙ queadmodū in pōdere mina ſeu mina eſt mēſura, in modulatione p̄mo ſenſibilis ſonus. i. tonus minimus q̄ ſentiri pōt, ſic in ratione quidē. i. in ſyllogiſmo dialectico primū elemētū eſt propō immediata. ſ. que caret medio ꝑ qđ ꝓbetur: in demōſtratione vero primū principiū eſt intellectꝰ, hoc eſt, propō per ſe nota, cuius aſſenſus nūcupatur intellectꝰ. (Menſura)

Mna. ¶Pro / mina / Boetius vertit / vncia / grece tñ eſt / mna / ſeu mina que latine eſt libra, pauloue maior: cōtinet. n. dimidiam vnciam ſupra duodecim. Et q2 libra, vt eſt inter minora pōdera maximū, ita eſt iter maiora minimū, ponitur exēpli gr̄a pro indiuiſibili menſura. ¶Cōcludit

4. Cōclu. ergo per modū epilogi quartā concluſionē, vł3, ꝙ in demōſtrationibus affirmatiuis medium nō cadit extra id quod ineſt, id eſt non ſumitur mediū qđ ſit ſuperius ad maiorē eſtremitatē que demōſtratur ineſſe minori. Hoc enim eſt. a. eſſe extra. b. qđ eſt excedere ⁊ ſupergredi illud

Extra eē. aſcendēdo. Et quia affirmatiua vniuerſalis vt ſupra dictū eſt capitulo. 12. tex. 32. non pōt demōſtrari niſi in prima figura, vbi maior extremitas debet p̄dicari in maiori de medio diſtributo, ſit vt mediū nō cadat extra maiorē extremitatē: ſed mediet inter ambas [In negatiuis autē (inquit) vbi quidē eſt id quod ineſſe oportet (id eſt in p̄miſſa affirmatiua) nihil extra hoc (ſcilicet mediū, cadit) id eſt, extremitas nō eſt extra mediū tanq̄ ſuperius exuperans ipſum. Et ratio eſt: quia ſi negatiua cōcludatur in modo euidēti prime figure, minor debet eſſe affirmatiua ⁊ per conſequens mediū quod illic p̄dicatur, debet eſſe aut cōuertibile aut ſuperius ad minorē extremitatē. Si aūt debeat cōcludi in ſecūda figura, tūc ſiue maior ſiue minor ſit affirmatiua, cū mediū vtrobiq; ſit p̄dicatū, debet etiā proinde eſſe cōuertibile aut ſuperius ad extremitates. Exēplum tamē qđ ſubdit Ari. eſt difficile qđ oēs expoſitores diſcruciat. Ait enim ꝙ ſi demonſtrandū ſit. d. nulli cōpetere. e. ſcilicet / nullū. e. eſt. d. per hoc ꝙ. c. competat omni. d. ⁊ nulli. e. ſcilicet omne. d. eſt. c. nullū. e. eſt. c. ergo nullū. e. eſt. d. in Cameſtres, tūc nihil erit extra. e. id eſt mediū nō erit ſuperius ad minorem extremitatem. ¶Hoc tñ videtur repugnare regule ſuperiori, videlicet, ꝙ extremitas nō debet ſuperare mediū in prima ⁊ ſecūda figura: ſed potius mediū eſt ſuperius ad extremitates. ¶At vero nihil repugnantie eſt. Imo vtrūq; eſt neceſſariū in ſcd̄a figura. ſ. ꝙ in affirmatiua mediū ſit conuertibile aut ſuperius ad ſubiectum, ⁊ in negatiua non ſit ſuperius: nā alias negatiua vniuerſalis erit falſa: ergo pro. d. dicito homo: pro. e. lapis ⁊ pro. c. animal, ⁊ fiet ſyllogiſmus / omnis homo eſt aīal: nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo. ¶Et ꝑ hoc clareſcit vltimū exemplū Ariſt. de tertia figura. Cuius litera ita eſt ordināda. In. 3. modo (id eſt in. 3. figura) terminus ſumendus (id eſt mediū) nunq̄ egredietur (id eſt nunq̄ erit ſuperius ⁊ excedens) id a quo negari oportet (id eſt ſubiectū cōcluſionis) nec id qđ negare oportet. i. p̄dicatū. Et ratio eſt q2 mediū in. 3. figura in vtraq; p̄miſſa debet eſſe ſubiectū: ⁊ ideo debet eē cōuertibile aut inferius ad vtrāq; extremitatē: alias eſſet p̄dicatio indirecta, q̄ ab arte demonſtratiua exploſſa eſt / ⁊ ſi p̄miſſa eſſet vniuerſalis eſſet falſa. Formandus ḡ eſt ſimilis negatiuus in tertia figura hoc mō / nullus hō ē lapis: omnis hō ē aīal: ergo aīal nō eſt lapis. Nec puto hic alia latere miſteria q̄ ex horū inconſideratione ſolent hic expoſitores diuinare. ¶Haud neſcio, aliqua hinc reſtare dubia q̄ poſſemus in quōnē reuocare: ſed video opus amplius, q̄ꝫ putarā augeri: ob idq; ſatiꝰ exiſtimo nōnulla reſcindere.

¶De demonſtratione vniuerſali, & particulari. Cap. 20. Tex. 39.

Cum autē demonſtrationum alia vniuerſalis, alia particularis ſit: & alia affirmatiua, alia negatiua: ambigiꝛ, vtra ſit præſtabilior: ac eodē modo de ea, quæ recte demonſtrare, & de ea, quæ reducere ad impoſſibile diciꝛ, quæri poteſt. Primū igitur de vniuerſali, & particulari, deinde de affirmatiua, negatiaq;, & poſtea de recta, & deducēte ad impoſſibile demōſtratione determinabimꝰ. Forſitan itaq; cuipiā hoc pacto cōſiderāti, particularis præſtabilior vniuerſali videbiꝛ. Nā ſi ea demōſtratio, qua magis ſcimꝰ, eſt præſtabilior (hæc em̄ ſane demōſtrationis eſt virtus, atq; magis vnūquodq; tū ſcimus, cū ipſum ꝑ ſe, q̄ cū per aliud ſcimus: ſeu muſicū Coriſcū tum ſcimus magis, cū percepimꝰ Coriſcū eſſe muſicū, q̄ cum cognoſcimus hominē eſſe muſicū: & in cęteris ſimiliter)

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ter) vniuerſalis autē oſtēdit quippiā nō vt ipſum eſt, ſed vt aliud: veluti triangulū duorū æqualium laterum angulos habere duobus rectis æquales nō hoc ſane, quod duorum eſt æqualium laterū, ſed quod triangulus eſt, particulari demonſtratio ne cuipiam ineſſe quippiā vt ipſum eſt oſtendente: ſi igit̃ ea demōſtratio præſtabilior eſt, quæ per ſe q̄ppiā demonſtrat, & ꝑticularis eſt talis, ipſa demōſtratio particularis magis nimirū demōſtratio ac præſtabilior, q̄ vniuerſalis eſſe videbit̃. ¶ Præterea ſi vniuerſale quidē nō ſit pręter res ſingulas quidq̄, demōſtratio autē opinionē efficit eſſe aliquid id, de quo demōſtrat, vt quadā in ratiōe rerū talē eſſe naturā: ceu triāguli circa ſingulos, figuræ circa ſingulas, nūeri deniq; circa ſinglos. ¶ Atq; ea demōſtratio, quæ circa id verſatur, q̇d eſt in ratione rerū, ea eſt demōſtratione p̄ſtantior, quæ circa id verſat̃, q̇d rationē eorū, quæ ſunt egreditur: eaq; rurſus per quā non efficitur error, pręſtātior eſt ea, per quā error efficit̃: vniuerſalis aūt talis eſt demonſtratio, q̇d quidē intueri licet, cū rationū ſimilitudo mutato ordine demonſtrat̃ (nā id, inquiunt, q̇d eſt quid tale, ſimilitudinē mutato ordine rationū ſubibit, quod quidē neq; linea neq; numerus eſt, neq; ſolidū, neq; planū, ſed præter hæc aliud q̄ddā) ſi igitur hæc demōſtratio vniuerſalis eſt magis, & eſt de eo q̇d minꝰ eſſe videt̃, q̄ id, de quo ꝑticularis demōſtrat, atq; opinionem efficit falſam: vniuerſalis ꝓfecto demōſtratio inferior erit lōge particulari. ¶ An harū altera rō non magis eſt de vniuerſali, quā de particulari? Nā ſi duobus rectis æquales habere, nō hoc ei triāgulo cōpetit, q duorū eſt æqualiū laterū, quo eſt talis, ſed quo triangulus eſt: is qui ſcit illud ipſi competere, quo duorū eſt æqualiū laterū, minus ꝓfecto ſcit cui nā quatenus ipſum eſt, competit quā qui ſcit idem eidē ea rōne competere qua triangulus eſt, atq; omnino ſi illud nō eo triangulo competit quo triangulus eſt, deinde quiſpiā idipſum oſtendit, non erit ipſius vtiq; demōſtratio. Sin vero triangulo cōpetit vt triāgulus eſt, is magis profecto ſcit, qui illud triāgulo, quo triāgulus eſt percipit competere. Eadem eſt & in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura ſeſe extendit, ratioq; eſt eadē & nō ſolo cōmunis eſt nomine, atq; cuius inſunt triangulo tres anguli duobus rectis æquales non ſane triāgulꝰ vt duorū eſt ęqualiū laterū, ſed ecōtra, qui duorū eſt æqualiū laterū: vt triāgulus eſt tales angulos habet. Quare qui ſcit vniuerſaliter is magis ſcit, vt quodq; cuiq; cōpetit, q̄ is qui particulariter ſcit: vniuerſalis igit̃ demonſtratio præſtabilior eſt demōſtratione ꝑticulari. ¶ Præterea ſi vniuerſale vna quædā ſit ratio, & non ſolo commune nomine, nō minus erit quā res nōnullę ꝑticulares. Quin etiā magis erit, ac tāto quāto in illis ſunt ea, q̄ nō intereūt: ꝑticularia autē magis occidūt. ¶ Præterea nulla ꝓrſus neceſſitas cogit id eo p̄ter hæc aliq̇d hoc eſſe putare, quia vnū ſignificat, non eñ id in ipſo magis, quā in aliis cōpelleret, quæcūq; nō ſubſtātiā, ſed quātū, aut quale cæteraq; ſignificāt talia. Q̇d ſi putat̃, non demōſtratio ſane, ſed is, qui audit huius eſt cā. ¶ Præterea ſi demōſtratio quidē eſt ratiocinatio cauſam oſtēdēs & ꝓpter q̇d eſt, vniuerſale autē magis eſt cauſa: nā cui p ſe quippiā ineſt, id ſibiipſi eſt cauſa: at qui vniuerſale primū eſt: ſane ergo cauſa vniuerſale eſt: demōſtratio nimirū vniuerſalis p̄ſtabilior demōſtratiōe particulari eſt: eſt eñ magis cauſæ, & ipſius ꝓpter quid eſt. ¶ Præterea vſq; ad hoc ꝓpter q̇d q̄rimus: tuncq; ſcire arbitramur, cū non eſt aliq̇d aliud q̄ hoc, ob q̇d aut fit, aut eſt q̄ppiā. Sic enim ipſum extremū iā finis, ac vltimū eſt: veluti gratia cuius acceſſit, vt argumētū accipiat. Et hoc gratia cuius? vt reddat id, q̇d mutuo cepit, ac debet. Et hoc itē gr̄a cuiꝰ? vt nō iniuriā faciat. Et ſic euntes cū nō eſt ob aliud vlteriꝰ, nec eſt aliud cuius gr̄a, tū ob ipſum, vt finē acceſſiſſe, & eſſe, ac fieri dicimus: & tū maxime ſcire propter quid acceſſit, putamus. Quod ſi cūctis in cauſis ita res ſeſe habet, & cū propter quid quæritur: tū̃ his autē quæ ſic ſunt cauſæ, vt harū gr̄a cætera ſint & fiāt, hoc ſcimus maxime pacto: & in cæteris tum maxime ſcimus, cum non vlterius hoc eſt, quia aliud eſt. Percepto igitur hoc angulos externos quatuor rectis æquales habere, quia duorum eſt æqualium laterum reſtat quærere, propter quid hoc eos angulos habet: atq; cognito, quia triangulus eſt, reſtat item quærere, propter quid hoc eos triangulos habet: quos ſi percipiamus, quia eſt figura, quæ rectis ex lineis conſtat, cui quidem non propterea quod aliud quippiam eſt, anguli competunt dicti: tū profecto maxime ſcimus, ac etiā tum vniuerſaliter ſcimus, demōſtratio igitur vniuerſalis præſtabilior eſt longe particulari.



¶ Præterea demōſtratio quo particularis eſt magis, eo magis in infinitum incidit: quo vero vniuerſalis magis, eo ad ſimplex, ac ipſum vltimū ꝑgit: at res quo ſunt infinitæ eo nequeūt ſciri: quo vero ſunt finitæ, eo ſub ſcientiā cadūt: quibus efficitur, vt res, q̄ ſunt vniuerſales, eo magis ſub ſcientiā cadūt, q̄ hoc ſane, q̄ ſunt particulares: vniuerſalia igit̃ ſunt demōſtrabilia magis. At eorū magis eſt demōſtratio, q̄ ſunt demōſtrabilia magis: nā ea, q̄ referunt̃ ſimul, ſunt talia magis: vniuerſalis igit̃ demōſtratio p̄ſtabilior eſt longe particulari, cū ſit & magis, vt ꝓbatum eſt, demōſtratio. ¶ Præterea ſi ea demonſtratio magis eſt expetēda, per quā hoc, & aliud ſcit̃, q̄ ea, per quā hoc ſolū percipit̃: iſq; qui habet vniuerſale, ſcit & particulare, & non econtra, patet vniuerſalem demonſtrationē expetendā eſſe magis, & præſtabiliorē hoc quoq; pacto quā demonſtrationē ꝑticularē. ¶ Inſup vniuerſaliter magis demonſtrare, nihil aliud eſt q̄ per id oſtēdere medium, quod principio ꝓpinquius eſt. Propinquiſſimū autē id eſt, q̇d vacat medio: atq; hoc eſt principiū: ſi igitur demōſtratio: quæ conficit̃ ex principio,

cipio, vel ex magis principio, exactior eſt ea, quæ non ex principio, vel ex minus principio, proficiſcitur, atq; talis eſt ea, quæ magis vniuerſalis eſt demonſtratio: vniuerſalis profecto demonſtratio præſtabilior eſt demōſtratione particulari: veluti ſi demonſtrare oporteat. a. competere. d. mediaq; ſint. b. atq;. c. &. b. ſit ſuperius ipſo. c. ea ſane demōſtratio, quæ per. b medium conficitur: magis erit vniuerſalis, q̄ ea, quæ per mediū. c. extruetur. At. n. harū rationū nōnullæ differendi ſubeunt modum, maxime autē inde patet, vniuerſalē magis præſtabilem eſſe: nam cum propoſitionē priorem habemus, poſteriorē quoq; tum quodāmodo ſcimus, potētiaq; habemus: veluti ſi quis oēm triangulū ſcit duobus rectis æquales habere, eū quoq; qui duorum eſt æqualium laterum ſcit quodāmodo, potentiaq; duobus rectis æquales habere, & ſi neſcit ipſum triangulū eſſe: ſed qui propoſitionem hanc habet, is vniuerſalem nullo ſcit modo, neq; potentia, neq; actu. ¶ Præterea vniuerſalis quidē intelligibilis eſt, particularis autē ad ipſum ſenſum vtiq; terminatur. Vniuerſalem igitur demonſtrationem præſtabiliorem particulari eſſe, ſatis iam per ea, quæ dicta ſunt demōſtrauimus.

Hoc eſt ſextū, atq; vltimū membrum huius primi libri: in quo Ariſ. tandem agit de demonſtratione & ſcientia cōparatiue. Quod protēditur per octo capitula vſq; ad finem libri. Diuiditur aūt in tres ptes. In primis enim tribus capitulis cōparatur demōſtratio demonſtrationi: in tribus ſequentibus comparat̃ vna ſciētia ad aliā: & in duobus vltimis comparat̃ ſcientia ad alios habitus: puta fidem & opinionē & ſolertiā. Atq; in diuiſione cōmentatoris capitulū hoc vigeſimū eſt vnicus textus. 39. viſum tū̃ nobis eſt in tredecim ꝑticulas diſtribuendū.

Triplex diuiſio.

¶ Proponit ergo primū tres diuiſiones demonſtrationū. ſ. in vniuerſalem & ꝑticularē: in affirmatiuā & negatiuā: in directā & ad impoſſibile. De quarū ſingulis in ſingulis capitulis differit. In hoc cap. intendit docere demonſtrationē vniuerſalē p̄ſtantiorē eſſe ꝑticulari. Ubi notandū ꝙ cū omnis demōſtratio demōſtret aliquā ꝓpriā paſſionē, & indiuidui nulla ſit ꝓpria paſſio preter illā que ē vniuerſalis ſpeciei, fit vt oīs demōſtratio maiorē ſaltē aſſumat vniuerſalē.

Demonſt. vniuer. & ꝑ

Diſtinguitur ergo demōſtratio vniuerſalis a ꝑticulari rōne minoris extremitatis & cōcluſionis. Non tamen accipitur hic particulare pro propoſitione de ſubiecto nō diſtributo. Sed pro propoſitiōe de ſubiecto ſingulari. Eſt ergo demōſtratio particularis cuius concluſio eſt ſingularis: vt / oñis homo eſt riſibilis: Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt riſibilis / & vniuerſalis que cōcludit ꝓpoſitionē de ſubiecto cōmuni. Reſpectiue tamē illa q̄ concludit paſſionem ſuperioris ſpeciei: vt / ſenſibile, de animali / dicetur magis vniuerſalis, reſpectu cuius illa que concludit eandem paſſionē de inferiori ſpecie cenſetur ꝑticularis. ¶ In tribus ergo primis ꝑticulis adducit primo tres apparētes rationes ꝙ demōſtratio ꝑticularis ſit dignior.

1. Partic.

Prima. Illa demōſtratio eſt preſtātior que magis facit ſcire (nam illa eſt preſtātior que maiorē virtutē habet demōſtrandi: & virtus demōſtrādi non eſt niſi virtus generādi ſcientiā) ſʒ demonſtratio ꝑticularis magis facit ſcire q̄̃ vniuerſalis: ergo eſt preſtātior. Probat̃ minor. Illa que facit ſcire per ſe, magis facit ſcire, q̄̃ illa que facit ſcire per aliud: ſed ꝑticularis facit ſcire ꝑ ſe, et vniuerſalis ꝑ aliud: ergo ꝑticularis eſt preſtantior. Probat̃ maior exēplo, cuʒ ſcio in ꝑticulari Coriſcū eſſe muſicū (Coriſcus nomē ꝓpriū eſt) ſcio id q̇d per ſe conuenit Coriſco: ſʒ cū ſcio hoiem eſſe muſicū, ſcio Coriſco poſſe conuenire muſicā inquātū eſt homo: & iō magis et ꝓprius ſcio primo, q̄̃ ſecūdo modo. Sʒ minor ꝓbatur alio exemplo: q2 demōſtratio vniuerſalis demōſtrat per rationem communem: vt habere tres angulos equales duobus rectis / conuenire iſoſceli, non quia eſt iſoſceles, ſed quia eſt triangulus. ¶ In ſecunda particula [Preterea ſi vniuerſale] ſequitur ſecunda ratio. Demōſtratio opinionē facit, ideſt, cognitionē & ſciā aliquid eſſe in rerū natura / vt hominē eſſe riſibilē ignē eſſe calefactiuum &c. ſed vniuerſalia nullum habent eſſe reale preter ſingularia, quia nullus eſt triāgulus hic niſi ſingularis: ergo demōſtratio q̄ cōcludit in ꝑticulari hāc naturā cōuenire huic rei, p̄ſtātior eſt q̄̃ illa q̄ demōſtrat in vniuerſali, cū ꝓpiquius attigat admodū eſſēdi rerū. **2. Parti.** ¶ In. 3. particula [Atq; ea demōſtratio] ſubſequit̃ tertia ratio / que taliſ eſt. **Tertia.** Illa demōſtratio preſtātior eſt, que verſatur circa illa que magis ꝑticipant de ratione rerū ſeu de ratiōe eſſendi, vt vertit Boetius, & ea rurſuſ q̄ non pōt eſſe cauſa errandi, q̄̃ illa q̄ verſat̃ circa illud q̇d minus ꝑticipat de rōne eſſendi & minus pōt eſſe cauſa errandi: ſed demonſtratio ꝑticularis ſe habet hoc mō reſpectu vniuerſalis ergo eſt preſtātior. Probatur minor vniuerſalia circa q̄ verſatur demōſtratio vniuerſalis, inquantum ſunt vniuerſalia, abſtrahuntur a rebus, & per conſequens minꝰ participant de ratione eſſendi, q̄̃ ſingulare: et ideo ex illis pōt generari error ꝙ ſint realr̃ ſeparata: nam ꝓpter huiuſmodi demōſtrationes vniuerſales Plato aſſeruit ideas ſeparatas. Ponit exemplum Ariſto. quod cap. 5. tex. 13. ante poſuerat, videlʒ. Si permutat̃im proportionari, q̇d neceſt ꝓpriū linearꝫ nec numerorū, ideſt, q̄ntitatis cōtinue nec diſcrete, ſʒ alicuius cōmunis & inominati (q̇d poſſumus appellare / ꝓportionabile) demōſtraret̃ de aliquo, ſuſpicaret̃ quis illd eſt aliq̇d vniuerſale ſeparatū. ¶ In q̄rta ꝑticula [An harū altera] molit̃ rationes ſoluere. **Quarta.** Solutio p̄me eſt hec ꝙ illa nō cōcludit in cōueniēs magis de vniuerſali q̄̃ ꝑticulari demōſtratiōe. Modus peculiaris reſpondēdi Ariſt. eſt ꝑ interrogationē. Quinimo ecōtrario demōſtratio vniuerſalis magis facit ſcire: nam q̇ ſcit iſoſcelē habere tres angulos equales duobꝰ rectis, minus ſcit cui illa paſſio ꝑ ſe p̄mo conueniat, q̄̃ qui ſcit illā paſſionē cōuenire ꝓprie rōni triāguli, quoniā iſoſceli nō cōuenit illa paſſio inq̄̃tū eſt iſoſceles, ſed inq̄̃tū eſt triāgulus, & ſi eadē paſſio cōueniret triāgulo nō inq̄̃tū triāgulus eſt, qui talē paſſionē d̄mōſtraret de triāgulo, nō ꝓprie & ꝑ ſe demōſtraret. In ſumma vult dicere ꝙ cū demōſtratio ſēꝑ demōſtret paſſionē vniuerſalē, & demōſtratio vniuerſalis demōſtret illā per ꝓpriā rationē cōmunē cui ꝑ ſe p̄mo conuenit: magis facit ſcire q̄̃ demōſtratio ꝑticularis, q̄ demōſtrat eādē paſſionē de ſingulari, vel de aliquo inferiori, cui illa rō communis nō per ſe p̄mo cōuenit. ¶ Et hoc eſt q̇d cōcludit. Si igit̃ triāgulꝰ ad plura ſe extēdat, nō tā̃q̄ equocū ſed tan̄q̄ genus aut ſpecies, & ſingulis ſpēbus trianguli cōueniat vna cōmunis paſſio, illa cōueniet per rōnē cōmunē triāguli, ob idq; demōſtratio vniuerſalis q̄ illā demōſtrat ꝑ talē rōnē cōmunē, magis facit ſcire, & per ꝯn̄s eſt dignior q̄̃ particularis. ¶ In quinta ꝑticula [Preterea ſi vniuerſale] Soluit ſc̄dam rōnē vlʒ ꝙ cū vl̄e dicat vnicā rōnē cōmunē, non minus ꝑticipat de rōne eſſendi q̄̃ ſingularia, imo q̄̃uis non habeat eſſe realr̃ niſi in ſingularibus, tū̃ inq̄̃tū abſtractū, eſt magis ens, q2 eſt per ſe incorruptibile & ꝑpetuū: cū ſingularia ſint per ſe corruptibilia vt quōne p̄ia ſup ꝓlogū Porphirij expoſituʒ reliquimus. **Quinta.** ¶ In ſexta ꝑticula [Preterea nulla] Soluit tertiā rationē dicēſ nullā eſſe neceſſitatē aſſerēdi pro **Sexta.**

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pter demõſtrationes vles, vniuerſalia eſſe realr ſepara-
ta a ſingularibus. Nullã, inquit, maiorẽ neceſſitatẽ ꝙ
in accidẽtibus: ꝙuis.n.idem ſit albũ ⁊ dulce, ⁊ quis de-
monſtret de albo diſgregare viſum nihil conſiderãdo de
dulci, nõ ꝑpterea negat albũ eſſe dulce: ⁊ ꝑpterea ꝙ ma
thematicus demõſtret ꝓprietates ꝙtitatis nihil loquẽ
do de ſubſtãtia, non negat ꝙtitatẽ inherere ſubſtantie.
Et ita ꝙ aliquid demõſtrat de triãgulo abſtrahendo per
intellectũ ab hoc ⁊ ab illo, nõ aſſerit aliquẽ eſſe triangu-
lũ realiter a ſingularibus ſepatũ: ſꝫ ipſe ꝙ hoc exiſtimat
Septima fallitur. ¶ In ſeptima pticula [Preterea ſi demonſtra-
tio] Poſtꝙ rationes in contrariuꝫ diſſoluit, pergit for
mare.7.rationes ad probandum intentum. Prima eſt.
Illa demonſtratio eſt preſtantior que reddit cauſam cõ-
cluſionis (nam cum ſcire ſit rem ꝑ cauſam cognoſcere, il
la facit magis ſcire) ſed demonſtratio vniuerſalis proce
dit per cauſam, nam cauſa paſſionis que demonſtratur
debet eſſe rõ communis alicuius ſpeciei ſpecialiſſime aut
ſubalterne: ergo demonſtratio vniuerſalis eſt pſtantior.
Octaua. ¶ In octaua pticula (preterea vſq;) ſequit̃ ſecunda ratio
que eſt velut ſuperioris explicatio. Tunc vnamquanq;
rem ſcire arbitramur cum ipſam vſq; ad vltimã cauſam
reſoluimus: ſed hoc fit per demonſtrationẽ vniuerſalem
ergo. Exponit primo maiorẽ in cauſis finalibus, vbi res
eſt explicatior. Veluti ſi quis querat a mercenario, cuius
huc gratia venit: quo reſpondente vt argentũ accipiat,
iterum queratur ad quid vis argentum: ⁊ reſpondente
vt mutuum ſoluat, illius adhuc cauſam reſpondeat ne
iniuriam faciat: que cum ſit opus virtutis eſt iam prima
cauſa. Ait: ergo Ariſto. ꝙ quemadmodũ in hoc caſu nõ
ſcimus ſimpliciter cur iſte venit, quouſq; ſciamus illũ
vltimum finem, ita res ſe habet in alijs generibus cau-
ſarum. Probat deinde minorẽ videlicet ꝙ hoc expectet
ad demonſtrationẽ vniuerſalem. ¶ Ubi notandum eſt ꝙ
omnes ſex anguli triãguli equiualẽt ſex rectis, vt appa
ret in figura ſextus. Nã.a.⁊.b.equiualent duobus rec-
tis, cum ſtant a linea cadẽte ſuper lineã rectã: ⁊ eadem
rõne.c.⁊.d.equiualent duobus rectis: ⁊ pariter.e.⁊.f.
Cum igitur tres intrinſeci equiualeant duobus rectis,
fit vt tres extrinſeci equiualeãt quatuor, nec hoc ſolũ eſt
verũ in triangulo: ſed cuiuſcũq; angularis figure recti li
nee anguli oẽs extrinſeci equiualent quatuor rectis, vt
ex.32. concluſione Euclidis colligitur. Ait ergo Ariſto.
ꝙ ſi quis a geometra querat an oẽs anguli extrinſeci
iſoſcelis equiualeant quatuor rectis, id affirmabit. Sed
ſi queratur cur illi tales anguli equiualent quatuor re-
ctis, non reſpõdebit particulariter: quia eſt iſoſceles.i.
quia habet duo latera equalia: ſed quia eſt triangulus:
⁊ rurſus triangulo hoc conuenit: quia eſt figura recti li-
nea. Ubi cõſtat reſolutionem cauſarũ ſemper fieri pro-
cedendo ad vniuerſaliora: ⁊ per conſequens demonſtra-
tio vniuerſalis eſt preſtãtior. ¶ In nona particula [pre
Nona. terea demonſtratio] ſequitur tertia ratio, que talis eſt.
Demonſtratio quanto magis eſt particularis tãto ma-
gis tendit ad infinita: nam indiuidua non habent nume
rum determinatum ſed ratione materie poſſunt proce-
dere in infinitum: ſicut ait Ariſt. 6.phiſi.textu.3. ꝙ diui
ſio materialis continui procedit in infinitum, demõſtra
tio vero vniuerſalis tendit ad vnum ſimplex vniuerſale
quod continet ſub ſe inferiora: ſed infinita nõ cadũt ſub
ſcientia: ergo demonſtratio vniuerſalis magis facit ſci-
re: ⁊ per conſequens eſt preſtantior. Et addit ꝙ demon-
ſtratio vniuerſalis eſt magis demonſtratio ꝙ particula
ris: qꝛ vniuerſalia ſunt magis demõſtrabilia ꝙ particu-
Decima. laria. ¶ In decima particula [preterea ſi ea] ſequitur
quarta ratio. Illa demonſtratio magis eſt expetenda ⁊
eſtimanda: per quam plura ſciuntur, ꝙ illa per quã ſciũ
tur pauciora: ſed per demonſtrationẽ vniuerſalem, dum
ſcitur vniuerſale, ſciuntur ⁊ omnia particularia, dũmo
do ſciantur contineri ſub tali vniuerſali, vt qui ſcit om-
nem mulã ſub ratione cõmuni eſſe ſterilem, quacũq; ſta
tim cognita, ſcit illam eſſe ſterilẽ: ⁊ tamen econuerſo qui
ſcit hanc mulam eſſe ſterilem, non propterea cognoſcit
omnem mulam eſſe ſterilem: ergo demonſtratio vniuer-
ſalis preſtantior eſt. ¶ In vndecima particula [inſuper
vniuerſaliter] ſubiungitur quinta ratio que eſt huiuſ- Undecia
modi. Illa demonſtratio eſt preſtabilior que demõſtrat/
aut ex primo principio/ aut ex illo qd huic eſt proximum
aut propinquius: ſed demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſ
modi, particularis vero nõ, ergo vniuerſalis eſt preſtabi
lior. Probatur maior: qꝛ cum virtus demõſtrationis ſit
facere ſcire, ⁊ nihil ſciamus niſi ꝑ reſolutionẽ ad prima
principia, illa certe que ꝓcedit ex immediatioribus erit
dignior. Sed minor probatur, qꝛ id quod eſt magis vni
verſale magis accedit ad primum principium quod eſt
vniuerſaliſſimum; veluti ſi demonſtrandum ſit.a.compe
tere ipſi.d.per.b.c.media vt ſi demonſtranda ſit hec/ om
nis homo eſt ſubſtantia/ prius demonſtratur per/ aial;
deinde per corpus/ quod cuꝫ ſit vniuerſalius, magis ac-
cedit ad ſubſtantiã, adeo vt hec ſit immediata/ omne cor-
pus eſt ſubſtã/ ſꝫ illa demõſtratio eſt vniuerſalior que vni-
uerſaliori medio vtit̃: ergo illa pſtabilior eſt. ¶ Subdit
Ariſt. ꝙ alique predictarũ rationuꝫ ſubeunt modũ diſſe-
rendi.i. ſunt dialectice: potiſſimum.3.⁊.4. que non vtun
tur peculiari ratione demonſtrationis, ſed medio com-
mum: procedunt nanq; de quacunq; cognitione, non ſo
lum de ſcientifica. ¶ In particula duodecima [maxime Duodeci.
autem] ſequitur ſexta ratio que fere recidit in quartaꝫ.
Qui ſcit propoſitionem vniuerſalem, ſcit in potẽtia oẽs
ſingulares illius vniuerſalis/ vt qui ſcit omnem triangu
lum habere tres angulos ⁊c. ſcit in potentia iſoſcelem ⁊
alias ſpecies habere tres angulos ⁊c. qui vero econuer-
ſo ſcit particularem non ſubinde ſcit vniuerſalem: ergo
ſcientia vniuerſalis eſt preſtantior ⁊ per conſequens de-
mõſtratio vlis per quã illa gignitur dignior eſt particu- Deciater.
lari. ¶ In decimatertia particula [preterea vlis] ſequi
tur demũ ſeptima ⁊ poſtrema rõ. Demõſtratio que ad in
tellectum terminatur preſtabilior eſt illa q̃ terminat̃ ad
ſenſum, ſed vniuerſalis terminat̃ ad intellectũ: nam de-
monſtrat vniuerſale, quod ſolo intellectu directe cogno
ſcit̃. Etenim ſpẽs vniuerſales directe repreſentãtes vlem
non fiunt niſi ꝑ abſtractionẽ intellectus, ⁊ ideo ſolũ ſunt
in intellectu: demõſtratio vero pticularis terminat̃ ad ſen
ſum, nam ſingularia ſolo ſenſu cognoſcunt̃ directe, ab in
tellectu vero ſoluꝫ cognoſcunt̃ reflexe.ſ. per reflexionem
ad ſingulare phantaſma. Cuius rõ eſt qꝛ cũ in intellectu
nulla ſit ſpẽs niſi ꝑ abſtractionẽ, nulla eſt ꝓinde illic ſin
gularis: ꝑ vniuerſalẽ vero nõ põt intellect⁹ hoc poti⁹ ꝙ
illud ſingulare repſentare, niſi reflectẽdo ſe ſupra ſingu
lare phantaſma, vt.3.de anima Deo dãte faciem⁹ notũ.

¶ De demonſtratione affirmatiua & negatiua. Caput. 21.

AFfirmatiuã autẽ negatiuæ demon-
ſtratiõi præſtare, hinc ſane patebit.
Sit enim ea præſtabilior demonſtra
tio (cætera modo ſint eadem) quæ e
poſtulationibus ſuppoſitionib⁹ ve,
aut propoſitionibus paucioribus conſtat. Nam ſi
notæ ſimiliter ſint, citius per haſce cognitio com-
parabitur, quod quidem magis eſt expetendum,
ratio autem propoſitionis huius, præſtabiliorem
eam inquam eſſe, quę ex paucioribus cõſtat, vni-
uerſaliter hęc eſt. Nam ſi ſimiliter ſunt ipſa media
nota, priora vero ſunt notiora, ſit vna quidem de
monſtratio, qua.b.c.d.mediis.a. demonſtratur ip
ſi cõpetere.e. alia vero, qua rurſus.a.p.b.c.media
ipſi

ipſi.d.competere demõſtratur: hæc igitur.a.d.in-
quam &.a.e.ſimili modo ſeſe habent, ſed.a.d.pri
or eſt, atq; notior.a.e.per illam enim hæc demon-
ſtratur, atqui id magis creditur, per quod oſtendi
tur aliud, demõſtratio igitur ea, quæ ex pauciori
bus cõſtat (modo ſint cætera paria) præſtabilior
eſt, vt ꝓbauimus. Ambę igitur per tres terminos,
ꝓpoſitioneſue duas demõſtrant: verũ altera eſſe
quippiam, altera & eſſe quippiam, & non eſſe ſu-
mit: ex pluribus ergo cõſtat, quare inferior eſt, vt
cõſtat, q̃ affirmatiua. ¶ Præterea id ita eſſe patet,
cum demõſtratum ſit ratio in actionẽ eſſe nõ poſ-
ſe: ſi ambæ propoſitiones negatiuę ſint, ſed alte-
ram talẽ, alterã affirmatiuã eſſe oportere. ¶ Præ
terea inſuper hoc ſumere oportet: nam cũ demon
ſtratio accreſcit, affirmatiuas quidem propoſitio
nes neceſſe eſt fieri plures, ſed fieri nequit, vt vl-
la in ratiocinatiõe plures vna ſint negatiuę.a.nã-
q; nulli cõpetat.b.&.b.cuilibet inſit.c. Si igit̃ am-
bæ propoſitiones ſunt augẽdæ media ſunt inter-
ponenda, atq; inter.a.b.ſit.d.inter.b.c.ſit.e.patet
igit̃.e. quidẽ affirmatiue tam ſubiici quam etiam
dici.d.vero dici qdẽ affirmatiue, ſubiici aũt nega-
tiue. Nã ipſum quidẽ de quolibet.b.prædicet̃.a.
vero nulli ipſi inſit oportet. Fit igitur vna propo-
ſitio negatiuę, ipſa in quã.a.d. Idem eſt & cæteris
in ratiocinatiõibus modus: etenim neceſſe eſt me
dium quidem id, quod inter affirmatiuæ propoſi
tionis terminos cadit, interuallum vtrunq; affir-
matiuum, alterum negatiuum efficere: quare tan
tum vna ſit hæc propoſitio talis: cæteræ oẽs ſunt,
vt patet, affirmatiuę. Si igitur id, per qd quippiã
demonſtratur notius eſt, magiſq; creditur: & ne-
gatiua quidem per affirmatiuam demõſtratur, vt
patuit: affirmatiua vero, per negatiuam non de-
monſtratur: hæc ipſa ſane cum prior ſit, & notior,
& magis credatur, præſtabilior erit ſine dubio ne
gatiua. ¶ Præterea ſi vniuerſalis ea propoſitio,
quæ vacat medio. ratiocinatiõi⁹ eſt, vt patet, prin
cipium: atq; in affirmatiua quidem affirmatiua, in
negatiua vero eſt negatiua: conſtat autẽ affirma-
tiuam negatiua prioremeſſe, notioremue (nega-
tio namq; per affirmationẽ innoteſcere ſolet, præ
ceditq; negationes affirmatio, perinde ac eſſe prę
cedit non eſſe) affirmatiua profecto demonſtra-
tio probabilior eſt negatiua: quippe cum ꝑ princi-
pium ipſius ſit negatiue principio præſtabilius:
eamq; præſtabiliorem eſſe oporteat, quæ præſta
bilioribus principiis vtatur. ¶ Inſuper antiquior
eſt: nã abſq; affirmatiua, negatiua eſſe non poteſt.

SEquitur in hoc capite vigeſimo
primo comparatio demonſtrationis affir
matiue ad negatiuam. Quod cum apud
commentatorem vnicus ſit textus qua-
drageſimus, in quinq; tamen particulas
ſecatur: nam tot rationibus Ariſtot. pro
bat affirmatiuam demonſtrationem preſtare negatiue.
1. Ratio. Prima ergo ratio eſt. Illa demonſtratio eſt excellentior
que ex paucioribus petitionibus ſuppoſitionibuſue aut
propoſitionibus, ideſt, dignitatibus procedit (nomina
hec latiſſime expoſuimus capite.8. ſuper textum vigeſi-
mum quintum) ſed demonſtratio affirmatiua ex paucio
ribus huiuſmodi principijs procedit ꝙ negatiua: ergo
eſt excellẽtior. Maiorem probat Ariſto. dupliciter. Pri-
mo quia licet omnia principia eſſent eque nota, tamen
per pauciora citius et facilius attingimus ſcientiam:
quod maxime eſt expetendũ: ergo demonſtratio que per
pauciora demonſtrat expetibilior eſt. Secundo id ꝓbat
vniuerſalr. Eſto principia eiuſdẽ ordinis ſint eque nota
.ſ.comparando primum primo ⁊ ſecundum ſecundo ⁊c.
nihilominus ꝙto principium eſt prius ⁊ immediatius,
tanto eſt notius, vt ex ſupradictis conſtat. Hoc ſuppoſi
to oſtendit maiorem hoc exemplo. Detur propoſitio me
diata.a.e.ſcilicet omne.e.eſt.a. q̃ debet demonſtrari per
tria media.ſ.b.c.d. ſit vero.a.d. q̃ ſolum monſtratur per
duo.ſ.b.c. vt ſit. v.g.a.e.omnis homo eſt ſubſtãtia/ ⁊.a.
.d.omne animal eſt ſubſtantia/ vt.a. ſit ſubſtantia.e.ho-
mo (nam precedẽs litera ſemper deſignat predicatũ).d.
ſit animal. c.corpus animatum, ⁊.b.corpus. Manife-
ſtum eſt hic ꝙ.a.d.notior eſt ꝙ.a.e.nam vt dictum eſt ca
pite.2. magis ſcimus principia ꝙ concluſiones: ſed.a.e.
demonſtratur per.a.d. vt omnis/ homo eſt ſubſtãtia/ per
omne animal eſt ſubſtantia/ ergo.a.d.eſt notius, et per
conſequens illa demõſtratio que per pauciora media de
monſtrat notiorem concluſionem concludit, ꝙ illa que
per plura demõſtrat, atq; adeo preſtabilior eſt. Mino-
rem autem videlicet affirmatiuã per pauciora media de
monſtrare, probat/ quia licet vtraq; demõſtret ꝑ tres ter
minos ⁊ duas premiſſas, tamen affirmatiua demõſtrat
per vnum genus ꝓpoſitionis.ſ. ſolum per affirmatiuas,
negatiua vero demõſtrat per duo genera: quippe cuius
altera premiſſa debet eſſe affirmatiua altera negatiua.
¶ In ſecunda particula [preterea id] ſequitur ſecunda
ratio facilis. Demonſtratio affirmatiua procedit ex am Scda rõ.
babus affirmatiuis, negatiua vero ex vna affirmatiua,
ꝙ affirmatiua eſt pſtantior. Probat̃ ꝯña, quia poſtꝙ ex
puris negatiuis nihil ſequit̃, ſed in omni demonſtratio
ne negatiua requiritur ſaltem vna premiſſa affirmatiua
⁊ in propoſitione affirmatiua nulla requiritur negati-
ua, ſignum eſt propoſitionem affirmatiuã maiorem ha
bere virtutem ad demonſtrandum ꝙ negatiuam: ⁊ per
conſequens demonſtrationem affirmatiuã que vtranq;
premiſſam habet affirmatiuam, preſtãtiorem eſſe. ¶ In
tertia particula [Preterea inſuper] ſubſequitur tertia 3. Ratio.
ratio. Propoſitio affirmatiua plus ⁊ frequẽtius ſeruit
ad reſoluendam propoſitiones mediatas ad immedia-
tas ꝙ negatiua: ergo eſt dignior ⁊ per conſequens de-
monſtratio affirmatiua que cõſtat ex ambabus premiſ-
ſis affirmatiuis eſt dignior. Probat maiorem. Nam ſi
propoſitio mediata eſt affirmatiua, debet reduci per am
bas premiſſas affirmatiuas, ſi vero propoſitio illa me-
diata eſt negatiua, debet redduci per vnam ſolam nega
tiuam ⁊ alteram affirmatiuam. Sit.v.g. ꝙ.a.nulli com-
petat.b.id eſt, ſit propoſitio mediata/ nullũ.b.eſt.a.id eſt
nullũ corp⁹ animatũ eſt qualitas, ⁊.b.cuilibet inſit.c.i.
ſit hec mediata/ omnis homo eſt corpus animatum/ in
Cellarẽt, ⁊ inter.a.b.ſ.extrema negatiue, mediet.d. pu-
ta corpus: ⁊ inter.b.c.ſ. extrema affirmatiue mediet.d.
.ſ.animal. Igitur minor affirmatiua reſoluitur ꝑ duas
affirmatiuas.ſ.omne animal eſt corpus animatum: oĩs
homo eſt animal: ergo. Maior vero negatiua reſoluitur
per vnam negatiuam ⁊ alteram affirmatiuam.ſ.nullum
corpus eſt qualitas: omne corpus animatum eſt corpus,
ergo. Et ita oſtenditur ꝓpoſitionem affirmatiuã pluſꝙ
negatiuam reſolutioni deſeruire. Concludit ergo Ariſt.
ꝙ ſi id per qd aliud notificatur notius eſt, ⁊ negatiua ꝓ
poſitio ꝓbatur per affirmatiuam ⁊ non econuerſo, ſit vt
affirmatiua propõ ſit notior ꝙ negatiua: ⁊ per cõſeqñs
demonſtratio affirmatiua, vt pote que ex notiorib⁹ pro
 cedit,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cedit, ſit preſtabilior. ¶ In.4.particula [p̄terea ſi vniuerſalis] ſequitur.4.ratio que talis eſt. Illa demõſtratio eſt preſtãtior cuius primum et immediatum principium eſt preſtantius: ſed talis eſt demonſtratio affirmatiua: ergo. Probat̃ minor. Principium immediatũ propoſitionis affirmatiue eſt ꝓpō affirmatiua, principium autem immediatuꝫ ꝓpōnis negatiue eſt ꝓpō negatiua: ſed affirmatiua propō p̄ſtantior eſt q̃ negatiua, tum qꝛ vt dictum eſt, prior eſt ⁊ notior in demonſtratione, cũ negatiua demonſtretur per affirmatiuam ⁊ non econuerſo, tum qꝛ quamuis vtraqꝫ ſit in ſuo genere immediata, qꝛ ſicut affirmatiua immediata non habet priorem affirmatiuam, ita nec negatiua immediata habet priorem negatiuã, tamen ſecundũ eſſe nature rerum affirmatio precedit negationem, ſicuti eſſe precedit non eſſe: ⁊ per affirmationem innoteſcit negatio, ſicut per poſitiuũ innoteſcit priuatio. ¶ Quod ſi quis arguat negationem precedere affirmationem: nam anteq̃ mũdus eſſet: verum erat dicere mundus non eſt: ⁊ quodcũqꝫ indiuiduũ prius non eſt, q̃ ſit. ¶ Reſpondetur ꝙ via generationis ex non eſſe proceditur ad eſſe: tamen id quod non eſt nõ produceretur niſi ab illo quod eſt: ſicut aqua non calefieret niſi ab igne qui eſt actu calidus. Et niſi Deus fuiſſet eternus, nihil produceretur. Hac de cauſa priuatio innoteſcit per habitum: vt tenebre ſunt abſentia lucis: ⁊ cecitas, carentia viſus. Unde de chimera que nunquam fuit, nullam cognitionem habemus niſi per negationem rerum quas nouimꝰ, vt ꝙ neqꝫ ſit homo neqꝫ equus ⁊c. ¶ In quita particula [inſuper antiquior eſt] concluditur quinta ⁊ vltima ratio videlicet ꝙ demonſtratio affirmatiua ſit preſtantior quippe antiquior ſit ⁊ natura prior, cum negatiua propoſitio dependeat ab affirmatiua per quam demonſtratur: non tamen econuerſo.

4.ratio.

¶ De demonſtratione ad impoſſibile.

Cap. 22. Tex. 41.

CVm autẽ affirmatiua præſtabilior ſit negatiua, patet rectã etiã ea prę ſtabiliorẽ eẽ, quę ad id deducit qđ fieri nequit. Atqꝫ primo ſcire differentiam ipſarum oportet. Igitur.a. quidẽ nulli.b. cõpetat.b. vero cuilibet inſit.c. atqꝫ hoc pacto negatiua recta fit demõſtratio, qua quidẽ a ꝓceſſione recta nulli cõpetere demõſtrat̃. Sed ea, quæ ducit ad id, qđ fieri neq̄t, ſic ſeſe habet: nã ſi demonſtrandũ eſt.a. nulli competere.b. ſumendum eſt econtra, cuilibet eidẽ ipſum competere: at.b. etiã cuilibet. c. quare fit, vt.a. cuilibet competat.c. Sit autem notum, atqꝫ conceſſum, hoc minime fieri poſſe: non ergo fieri poteſt, vt.a. competat ipſi.b. quod ſi.b. concedit̃ ipſi competere.c. fieri profecto nequit vt.a. competat ipſi.b. ¶ Termini igitur ordine ſimili diſponunt̃, verum differentia in propoſitionũ negatiuarum cognitione conſiſtit, vtra, inquam, iſtarum ſit notior: vtrum hæc.a. nulli competit.b. an iſta.a. nulli competit.c. cum igitur cõcluſio notior eſt, tum ea ſane fit demonſtratio, qua deducitur in id, quod haud quaq̃ fieri poteſt: ſed cũ ea propoſitio, quæ in ratiocinatione ſumitur notior eſt, tum recta nimirum efficitur demonſtratio. ¶ At conſtat propoſitionem hanc.a. nulli competit.b. priorem hac eſſe natura.a. nulli competit.c. Ea namqꝫ ſunt cõcluſione priora, ex quibus emergit ipſa cõcluſio, atqꝫ patet, hanc quidem.a. nulli.c. competit, cõcluſionem eſſe: illa autẽ.a. nulli.b. cõpetit, id eſſe ex quo emergit ipſa cõcluſio. Nõ enim ſi fit, vt quippiam tollatur, hoc quidem eſt concluſio, illa vero ex quibus: ſed id quidem ex quo fit ratiocinatio, quæ ſic ſeſe habet, vt aut totius ad partẽ aut partis ad totum rationẽ habeat: at.a.c.&.a.b. propoſitiones non ſic inter ſeſe habent, vt patet. Si igitur ea demõſtratio, quæ ex notioribus prioribuſue conficitur, ſemper eſt pręſtabilior: vtraqꝫ vero demonſtratio dicta, ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore, alltera ex poſteriore, negatiua demonſtratio præſtabilior eſt ea ſimpliciter demonſtratione, qua deducitur ad id, quod fieri nequit. Quare patet, affirmatiuam quoqꝫ demonſtrationem rectam, quæ quidem negatiuæ præſtat, vt patuit, præſtabiliorem eſſe eadem.

SVbſequitur in hoc cap. vigeſimo ſecundo, vt monſtretur demonſtrationẽ directam preſtantiorẽ eſſe illa que eſt ad impoſſibile. Atqui apud cõmentatorẽ vnicuſ eſt hic tex.41. diuidit̃ aũt in tres ꝑticulas. ¶ In p̄ma diffinit̃ qđ ſit demõſtratio ad impoſſibile, qđ explicat̃ per comparationem ad demonſtrationem directam aſſumant̃ enim due premiſſe in Celarent nullum.b. eſt.a. omne.c. eſt.b. Ex his fiet demonſtratio directa ſi concludatur / nullum.c. eſt.a. At vero vt maior illa negatiua demonſtretur ad impoſſibile ſumendũ eſt inquit contrarium.ſ.a. nulli cõpetere.b. Non eſt ſolicitus Ariſ. in tanto rigore loqui: non enim ſumendum eſt contrarium: ſed contradictoriuꝫ: nam qui negaret / nullum.b. eſt.a. negare etiam poſſet / omne.b. eſt.a. cum due contrarie poſſint eſſe falſe. Ergo vel loquitur in materia naturali, vbi contrarie non poſſunt eſſe falſe: vel accipit indifferenter contrarium pro contradictorio. ¶ Eſt ergo demonſtratio ad impoſſibile quando ex contrario aut contradictorio propoſitionis negate infertur aliquod impoſſibile per quod oſtenditur propoſitionẽ negatiuam eſſe veram, vt ſi negetur / nullum.b. eſt.a. in materia naturali.ſ. nullum animal eſt lapis / dato contrario / omne.b. eſt.a. et ſubſumpto oẽ.c. eſt.b.ſ. ois hõ eſt aial / inferaꝫ ois hõ eſt lapis / conſequens eſt falſum et non minor: ergo maior, et per conſequens contrarium eſt verum. ¶ In ſecunda particula [Termini igitur] infert cõuenientiam ⁊ differentiam inter huiuſmodi demonſtrationes. Cõueniunt enim ꝙ vtraqꝫ procedit ex eadem diſpoſitione trium terminorum: puta ex eodem medio et ex eiſdem extremitatibus, licet nõ ex eiſdem premiſſis qꝛ directa fit in Celarent, ⁊ ad impoſſibile, in Barbara. Differẽtia tamẽ (inquit) eſt ꝙ ſi illa negatiua que ſumpta eſt pro maiori de Cellarẽt notior eſt in veritate q̃ contraria concluſionis que infertur in Barbara (ſemper loquit̃ in materia naturali) fit tunc demõſtratio directa in Celarent. Sin vero contraria cõcluſionis que infertur in Barbara eſt notior, tunc demõſtratio fit ad impoſſibile. Exempli grã. Neganti hanc / nullũ aial rõnale eſt irrationale / in vanũ ſane demõſtraretur ad impoſſibile ex eius contraria .ſ. omne animal rationale eſt irrationale, omnis hõ eſt aial rationale: ergo nullus hõ eſt irrationalis / cõſequens eſt falſum: quia ſua cõtraria in materia naturali eſt vera.ſ. nullus homo eſt irrationalis: ergo alique premiſſarũ ⁊c. In vanũ inq̃ eſſet qꝛ illa contraria concluſionis.ſ. nullus homo eſt irrationalis / que ſumitur pro premiſſa ignotior eſt q̃ / nulluꝫ animal rationale eſt irrationale / vbi formaliter exprimitur predicatũ repugnare rationi ſubiecti.

Demonſ. ad impoſ.

iecti. Unde potius ex hac arguẽdum eſt directe in Celarent / nullum animal rationale eſt irrationale: ois homo eſt animal rationale: ergo nullus homo eſt irrõnalis. At vero econuerſo neganti hanc / nullus hõ eſt irrationalis / poteſt ad impoſſibile demõſtrari ex cõtraria.ſ. ois homo eſt irrationalis / omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt irrationale / conſequẽs eſt falſum, imo / nullum animal rationale eſt irrationale (que clarior eſt q̃ illa primo negata) Eodem modo neganti hanc / animal non eſt equꝰ / arg̃ ad impoſſibile ex contradictoria / omne aial eſt equꝰ / omnis homo eſt animal / ergo omnis homo eſt equꝰ / conſequẽs eſt falſum: ergo: ⁊c. nam ruſtico notius eſt hominem non eſſe equum q̃ animal nõ eſſe equum. ¶ In tertia ꝑticula [At conſtat ⁊c.] His ſuppoſitis ꝓbat concluſionẽ intentã. Et probatio eſt hec. Demonſtratio affirmatiua potior eſt q̃ negatiua, et negatiua q̃ ad impoſſibile: ergo omnis demoſtratio direta preſtantior eſt q̃ ad impoſſibile. Et hoc modo fit nota illa conſequẽtia in principio capituli que prima fronte non habet apparentiam. Cum affirmatiua dmõſtratio preſtãtior ſit q̃ negatiua, patet rectam preſtabiliorem eſſe ea que eſt ad impoſſibile. Eſt em̃ ſenſus ꝙ ſuppoſito ex dictis affirmatiuam preſtabiliorem eſſe negatiua, et oſtenſo iam nũc negatiuam preſtabiliorẽ eſſe ea que eſt ad impoſſibile, fit vt om̃is directa ſit preſtantior. Quod autem negatiua directa preſtãtior ſit demõſtratione ad impoſſibile: probat hoc modo. Illa demonſtratio eſt preſtabilior, vt ex dictis patet, que ꝓcedit ex prioribus et notioribus, ſed demonſtratio negatiua directa procedit ex prioribus et notioribus: ergo eſt preſtabilior. Probat rurſus, minorem, eo ꝙ illa propoſitio / nullum.b. eſt.a. que eſt maior in demonſtratione directa in cellarent, eſt prior (et per conſequens notior) q̃ illa / nullum.c. eſt.a. contraria concluſionis demonſtrationis ad impoſſibile, eo ꝙ eſt premiſſa reſpectu illius, quia nullum.c. eſt.a. infertur in Cellarent ex illa / nullum.b. eſt.a. et illa nullum.c. eſt.a. eſt quodammodo premiſſa rurſus in demonſtratione ad impoſſibile. puta omne.b. eſt.a. omne.c. eſt.b. ergo omne.c. eſt.a. conſequens eſt falſum: imo / nullum.c. eſt.a. ergo aliqua premiſſarum: ergo premiſſa demonſtrationis directe eſt prior quam premiſſa demonſtrationis ad impoſſibile. ¶ Quod ſi quis contra arguat / nullum.c. eſt.a. eſſe priorem q̃ / nullum.b. eſt.a. poſtq̃ in demonſtratione ad impoſſibile: nullum.c. eſt.a. eſt premiſſa: et nullum.b. eſt.a. eſt concluſio. ¶ Reſpondet Ariſtote. ingenioſe licet obſcure illic [Non enim ſi fit ⁊c.] et reſponſio ſtat in hoc ꝙ illa / nullum.c. eſt.a. / non eſt proprie premiſſa in demonſtratione ad impoſſibile reſpectu illius nullum.b. eſt.a. Propterea namqꝫ ꝙ tollatur concluſio demonſtratiõis ad impoſſibile: dicendo / conſequens eſt falſum / non accipitur eius contrarium aut contradictorium formaliter pro premiſſa: debet ſe enim concluſio habere ad premiſſas ſicut pars ad totum: qꝛ premiſſe conſtat ex tribus terminis.ſ. medio ⁊ extermitatibus, ex quibus extremitatibus debet conſtare concluſio. Et tamen contrariuꝫ aut contraditorium concluſionis ad impoſſibile non ita ſe habet reſpectu propoſitionis negate ex cuius contrario procedebat demonſtratio ad impoſſibile. Colligitur ergo ꝙ licet demonſtratio ad impoſſibile quãdoqꝫ ſit affirmatiua, nihilominus demonſtratio negatiua, ſi ſit directa, eſt preſtantior quia cetera non ſunt paria. ¶ Scio hic multi de huiuſmodi demonſtrationum comparationibus multa diſputare. Sed nec res tanti eſt momenti: et Ariſto. eam abunde tractauit.

¶ De certitudine & vnitate ſcientiarum.

Cap. 23. Tex. 43.

SCientia aũt ſcitia exactior priorqꝫ eſt ea, quę eadẽ & ipſius eſſe & ꝓpter quid eſſe eſt: ſed nõ ea quæ eſt ipſiꝰ eſſe, ſine ea quæ ipſius ꝓpter quidẽ & ea quę nõ eſt de ſubiecto, vt arithmetica ipſa muſica: & itẽ ea quæ eſt pautioribꝰ, ea quæ eſt ex additiõe, vt arithmetica ipſa geometria. Ex additione autẽ dico hoc pacto: vnitas eſt ſubſtantia poſitione vacans, pũctum vero cum poſitione ſubſtãtia eſt: hoc igitur ex additione eſſe dico. ¶ Vna autem ſcientia eſt, quæ vniꝰ eſt generis: quæ componuntur ex primis, & ſunt partes, aut effectus horum per ſe: diuerſę vero ſcientiæ ſunt, quarum principia ex eiſdem nõ ſunt, nec ex vnius principiis principia alterius proficiſcũtur. Huius autem eſt ſignum cum ad ea quę nõ demonſtrantur eſt ventum: oportet enim ipſa eodem in genere eſſe, in quo ſunt ea quę ſunt demõſtrata: eſt autem & huius ſignum, cum ea quæ demonſtrantur per ipſa eodem in genere ſunt, atqꝫ propinqua. ¶ Atqꝫ fieri poteſt, vt plures eiuſdem ſint demõſtrationes, non ſolum ſi ex eadem ſerie medium non cohærens accipiatur, vt ſi inter.a.b. nunc.c. nunc.d. nunc.e. mediũ accipiatur: ſed etiã ſi ex diuerſa ſumatur. Sit enim.a. mutatur.c. mouetur.b. voluptate afficitur: verũ igitur.c. dies, ſi.c. de.b.&.a. de.d. prædicaueris: qui nãqꝫ voluptate afficitur mouetur & qui mouetur mutatur. Rurſus inter eoſdẽ terminos mediũ.d. ponatur, in quo ſit quietẽ conſequitur, verum igitur identidem dices ſi.a. de.b.& de.d.b. prædicaueris, qui nãqꝫ afficitur voluptate, is quietem conſequitur, is mutatur. Quare per diuerſa media, non ex eadem ſerie ſumpta, conficitur ratiocinatio: non tamen adeo diuerſa, vt neutrũ dicatur de altero: neceſſe eſt enim ambo cuipiam eidem ineſſe. Conſiderãdum eſt, quot modis per cæteras quoqꝫ figuras eiuſdem ratiocinatio fieri poteſt.

HAec eſt ſecunda pars huius ſexti membri in qua poſt comparationes factas inter demonſtrationes ſequitur vt ſcientia que eſt effectus demonſtrationis comparetur ad ſcientiam. Et qꝛ in ſcientia ſunt tria, ſcilicet habitus, obiectum, et principium. In hoc capite.23. fit comparatio inter habitus ſcientie, et in ſequenti, inter obiecta ſcientie, et in vigeſimo quinto inter principia ſcientie. Atqui in diuiſione Commentatoris continet textum.42. et partem textus.43. In tex.42. comparantur ſcientie quantũ ad certitudinẽ: et in.43. quantum ad vnitatem. ¶ Eſt ḡ p̄ma cõcluſio ſciẽtia exactior ac p̄or eſt alia ſciẽtia tripliciter. Boetius pro / exactior / vertit / certior. Et q̃q̃ idem ſit tamẽ vocabulũ / certior / clarius eſt ac magis vſitatũ. Primo modo, vna ſciẽtia eſt certior alia, eo ꝙ facit cognoſcere ⁊ concluſionem et propter quid illius. Alia vero ſolum facit cognoſcere concluſionẽ. Boetius dicit ꝙ illa eſt certior que facit cognoſcere et propter quid ⁊ quia: vbi illa particula cauſalis / quia / rem obſcurat. Poſſet enim quis ſuſpicari ſenſum Ariſto. eſſe ꝙ vna et eadem ſcientia demonſtret a cauſa et ab effectu, et alia non demõſtret niſi ſolum ab effectu. Attamẽ quid quid ſit de hoc, non eſt hic ſenſus Ariſto. ſed ſenſus eſt, ꝙ illa

UNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ illa ſcientia qua quis ſcit non ſolum hoc eſſe hoc: puta lunam eſſe eclipſabilem, aut rabarbarū purgare coleram, ſed etiam ſcit eius cauſam, certior eſt illa qua ſolum ſcit hoc eſſe hoc, aut ab effectu, aut ſignis, aut aliis coniecturis. ¶ Secundo modo vna ſcientia eſt certior alia quia non eſt de ſubiecto, cū alia ſit de ſubiecto. Non eſt ſenſus ꝙ aliqua ſcientia non habeat ſubiectū, ſed ꝙ illa ſcientia cuius ſubiectum abſtrahit a ſubiecto ſenſibili, eſt certior ꝗ illa que concernit ſubiectū ſenſibile ⁊ naturale, vt Arithmetica certior eſt ꝗ Muſica: quia tractat de quantitate abſtrahendo a ſubiecto, Muſica vero de quantitate ſenſibili: et res ſenſibilis eſt ſubiectum quantitatis. ¶ Tertio modo vna ſcientia eſt certior altera, quia eius ſubiectum eſt ſimplicius, et ſubiectum alterius ſit per compoſitionem ideſt additionem ad illud: vt Arithmetica certior eſt ꝗ Geometria: quia vnitas ꝗ eſt principiū numeri, de quo tractat Arithmeticus, ſimplicior eſt ꝗ punctum quod eſt principium quantitatis cōtinue, d qua tractat Geometra. Eſt enim inquit vnitas, ſubſtantia indiuiſibilis nō hēns poſitionem: ⁊ punctum eſt ſubſtantia indiuiſibilis habens poſitionem in cōtinuo. Hic ſunt qui exiſtiment Ariſto. inſinuare quandam opinionem Platonis qui tenebat rerum ſubſtantias nihil aliud eſſe ꝗ vnitates quaſdā mathematicas, quas proinde refert hic. S. Tho. At vero forte. Ariſto. non loquitur niſi ſecundum veram opinionem. Non. n. accipit hic nomen/ ſubſtantia/ pro primo predicamento vt diſtinguitur ab accidentibus: ſed accipit loco generis pro eſſentia cuiuſcumq; rei ſiue accidens ſit ſiue ſubſtantia: quemadmodum ipſe docet accipi nomen/ ſubſtā tia. 5. Metaphiſice Textu. 15. Et dicit ꝙ vnitas diffinitur per hoc ſolum ꝙ ſit res indiuiſibilis que non habet poſitionem in continuo: qui enim ſolum dicit/ duo/ aut tria/ nullum ponit ordinem vnitatum: vt vnum ſit hic ⁊ aliud illic aut vnum ſurſum et aliud deorſum ⁊c. Punctum vero dicit quid indiuiſibile quod habeat poſitionem in continuo. Nam in continuo pūctum medium eſt inter extrema: et vnum eſt ſurſum et aliud deorſum. Et ſic geometra quaſi ex indiuiſibilitate vnitatis et poſitione in continuo componit diffinitionem puncti. Quo igitur exemplo nihil aliud vult docere Ariſto. niſi ꝙ ille ſcientie que vtuntur principiis magis compoſitis et magis in particulari, non ſunt ita certe ſicut ille que tractāt de rebus in vniuerſali et magis abſtracte. ¶ In ſecun-

Tex. 43. Scientie vnitas.

da particula: que eſt tex. 43. [vna autem ſcientia] Fit ſecunda comparatio ſcientie ad ſcientiam in vnitate et diuerſitate. Vbi ponitur ſecunda concluſio. Illa ſcientia eſt vna que eſt vnius generis ſubiecti: ille vero ſunt diuerſe que procedunt ex principiis diuerſis, ad cuius intelligentiā notandū eſt vt eggregie hic notat diu⁹ Thomas ꝙ ſcientia eſt motus quidam rationis quo intellectus ex quibuſdam principiis tendit in cognitionem alicuius rei, ſicut ſenſatio eſt motus inſenſibile: et quia motus, vt auctor eſt Ariſt. 5. Phiſi. Tex. 5. diſtinguntur et ſortiuntur ſpeciem ex termino et fine, vt augmentatio diſtinguitur ab alteratione/ quia alter eſt motus ad quantitatem, et alter ad qualitatem, hinc fit vt ſcientia dicatur vna et ab alia diſtincta ab vnitate rei cuius cognitio per talem ſciētiam intenditur vt Geometria ꝗuis multas et diuerſas concluſiones diuerſarum linearum ⁊ figurarum complectatur, eſt vna ſcientia quia omnia illa tendūt in cognitionem quantitatis continue, et ſub tali ratione omnia conſiderantur: atq; adeo Arithmetica que tractat de numero eſt alia diſtincta: et ita de ceteris, quēadmodum viſus diſtinguitur ab auditu: quia ſunt diuerſorum obiectorum. ¶ Explicat ſtatim Ariſto.

Sub vno genere.

que nam dicantur comprehendi ſub vno genere, et dicit illa eſſe tria ſcilicet principia, et partes, et affectus ideſt paſſiones que per ſe conueniunt eidem ſubiecto. Principia ſunt propoſitiones immediate infra limites illius generis: vt in Geometria/ a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere/ ſi ab equalibus continuis quātitatibus equales demas ⁊c. Dixerim infra limites illi⁹ generis, quia vt ſupra dictum eſt non eſt tranſeundum in demonſtrationibus a genere in genus vt ſcilicet vna ſcientia probet ſua principia per principia alterius ſciētie: et licet ſubalternata aſcendat ad ſubalternantem, tamen habet ſua propria principia, vt Muſica ſit de numero ſonoro, et Arithmetica de numero abſtracto.

¶ Partes intelliguntur eſſe partes ſubiectiue ideſt ſpecies proprie vt Geometria tractat de lineis ſuperficiebus et corporibus que ſunt per ſe ſpecies quātitatis cōtinue. Dicit/ per ſe/ quia non tractat de figura lignea, enea ⁊c. que ſunt accidentales ſpecies figure. Et codē modo tractat de paſſionibus per ſe quantitatis, vt/ habere tres equales duobus rectis ⁊c. Sed nō tractat quenam figura ſit pulchrior, que ve ſit ad motum accommodatior, circularis ne, an potius angularis. ¶ Subditur [Diuerſe vero ſcientie ſunt quarum principia non ſunt ex eiſdē, neq; principia vnius ex alterius principiis proficiſcuntur] Arguere hic quiſpiam poſſet Ariſtotelem in aduertētie, quippe qui vnitatē ſciētie diffiniuit ex vnitate obiecti, ⁊ tamē diuerſitatē ſcientiarū explicat ex diuerſitate principiorum, cū debuiſſet explicare diuerſitatē ex diuerſitate obiectorum. ¶ Ad hoc reſpondetur.

Diuerſe ſcientie.

Primum ꝙ Ariſto. non dicit expreſſe ꝙ vnitas ſcientie ſit ex vnitate obiecti: tametſi ſub his verbis ſoleat hic locus citari: ſed dicit ꝙ vna ſciētia eſt illa que eſt vnius generis, ⁊ nomine vnius generis intelligit illa tria. ſ. principia/ partes/ et paſſiones: et ideo et ex vnitate principiorum ſumit vnitatem ſcientie, ⁊ ex eorum ſubinde diuerſitate oſtēdit diuerſitatē ſcientiarū. Secundo reſpondetur, ꝙ idem eſt dicere/ vnitas obiecti/ ⁊ vnitas principiorum/ nam vnitas ſcientie, vt queſtione ſeptima explicabimus, non ſumitur ex vnitate materiali obiecti: nam de eadem re materiali ſunt diuerſe ſcientie: de quātitate. n. que eſt ſubiectū geometrie, tractat etiam philoſophus naturalis quatenus quantitas requiritur ad motū. Sed attenditur vnitas ſcientie penes vnitatem formalem obiecti que ſumitur ex ratione principiorum. Differt enim Geometria a Philoſophia naturali, quia Geometria tractat de quantitate per principia abſtrahentia a materia ſenſibili. Philoſophia vero per principia concernentia motum. Ait vero [Quorum principia non ſunt ex eiſdem] veluti principia trianguli et quadranguli que ſunt ex principiis figure. Et rurſus [ꝙ principia vnius non ſint ex principiis alterius] ſicuti principia iſoſcelis ſummuntur ex principiis trianguli: que omnia ad eandem pertinent ſcientiam. Probat deinde concluſionem a ſigno dicens, ſignum huius vnitatis et diuerſitatis tunc apparere, cum fit reſolutio ſciētie vſq; ad immediata principia. Tunc enim apparet quomodo prima principia vnius ſcientie differunt a primis alterius, et cum prima principia ſint eiuſdem generis cum aliis mediata que ex primis per ſe ſequuntur: inde apparet quomodo omnia principia vnius ſciētie differunt a principiis alterius. ¶ In tertia particula [Atq; fieri poteſt. Exponendo hoc quod poſtremo nunc dixit, oſtēdit quomodo aliqua diuerſitas principiorum facit diuerſitatem ſcientiarum, alia vero non. Eadem enim concluſio poteſt pluribus demōſtrationibus demonſtrari dupliciter. Vno modo quando plura media ſunt eiſdē coordinationis et generis, vt omnis homo eſt ſubſtantia/ demōſtratur per/ animal/ quod eſt immediatū homini/ et mediatū ſubſtantie (quod Argiropylus dicit, non coherens, et Boetius non continuū) et demonſtratur per corpus et per corpus animatum. Sed omnia iſta principia pertinent ad eandem ſcientiam: quia ſunt eiuſdem generis. Alio

Alio modo quādo media ſunt diuerſa ⁊ ex diuerſa coordinatione vt ſi. a. predicatū ſit, mutari, et. b. ſubiectū ſit voluptate affici, tūc hec cōcluſio/ omne. b. eſt. a. ideſt quidquid delectatur mutatur: poteſt cōcludi per diuerſa media. ſ. per. c. quod ſit moueri, ⁊ per. d. quod ſit quieſcere. Enimuero quidquid mouetur mutatur, ⁊ quidqd delectatur mouetur (nam delectatio ſenſualis eſt motus ſanguinis a corde: ⁊ delectatio ſpiritualis non eſt ſaltim ſine precedenti motu appetitus rationalis) ergo quidquid delectatur mouetur. Rurſus quidq; id quieſcit, mutatur: quia quies eſt finis motus: et quidquid delectatur quieſcit, q2 eſt in termino ſibi cōuenienti: ergo quidquid delectatur mouetur. Exēplum hoc Ariſt. nō oſtendit in iſtis terminis ꝙ iſta cōtraria media faciūt diuerſas ſcientias quia contrariorū eadem eſt diſciplina, ſed vult per hoc explicare ꝙ eadem cōcluſio ptineat ad diuerſas ſciētias: vt ꝙ terra ſit rotunda probatur in philoſophia naturali: q2 omnes eius partes fluūt ad cētrum ⁊ in Aſtrologia a poſteriori: quia cū luna intrat vmbram terre orbiculariter eclipſatur. Queſtiūcula ſeptima hoc amplius examinabitur: ſi modo prius duo ſequētia capitula que huic anectuntur exponantur.

¶ Quod fortuitorum & ſenſibilium non ſit ſcientia. Cap. 24. Tex. 42.

EIus autem, quod proficiſcitur a fortuna cauſaq; fortuita & fluctuāte, per demonſtrationē ſcientia nō eſt. Quoniam omne quod fortuito fit, nec eſt vt neceſſariū, nec vt plerūq;: ſed eſt id quod fit preter iſta. Demōſtratio vero alterius eſt iſtorū. Omnis enim ratiocinatio, quæ per propoſitiones fit, aut per neceſſarias, aut per eas quæ ſūt plerumquæ conficitur: atquæ ſi neceſſariæ quidem ſint, concluſio quoq; neceſſaria eſt: ſin vero plerumq; ſint, cōcluſio quoq; talis efficitur: quare ſi id quod proficiſcitur a fortuna, neq; plerumq;, neq; neceſſario fit, nulla prorſus ipſi⁹ erit ſine dubio demonſtratio. Tex. 43. ¶ At vero neq; per ſenſum fit, vt ſciamus: nā & ſi ſenſus talis & nō huius alicuius eſt, ſentire tamē neceſſe hoc aliquid eſt, & aliquo in loco, & nūc: vniuerſale vero, & qđ eſt ſupra omnia, fieri nequit vt ſentiatur: quippe cum nō ſit hoc, neq; nūc, non. n. vniuerſale eſſet. Quod enim ſemper eſt, & vbiq;, id vniuerſale dicimus eſſe. Cum igitur demōſtrationes quidē ſint vniuerſales, vniuerſalia vero ſentiri nequæant: perſpicuum eſt fieri non poſſe, vt per ſenſum ſciamus. ¶ Quin vt patet, ſi fieri poſſet, vt ſenſu triāgulū angulos habere duobus rectis æquales perciperemus quæreremus vtiq; demonſtrationē: & non, vt quidam inquiunt, ſciremus. Sentire nāq; ſingulare neceſſe eſt: at ſcientia in vniuerſalis cognitione conſiſtit. Quamobrem ſi in luna etiā eſſemus, terrāq; ſe lunæ obiicientem videremus, non profecto cauſam ipſam defectionis ſciremus: ſciremus enim lunam deficere, & nō propter quid omnino ſenſu perciperemus: nō enim ipſius vniuerſalis eſt ſenſus, attamē ex eo quia ſæpe hoc accidere videremus, ipſum vniuerſale venati, demonſtrationē vtiq; haberemus: ex ſingularibus enim pluribus vniuerſale ipſum patefieri ſolet. ¶ Ipſum autem vniuerſale preſtabile nimirū eſt, propterea quod ipſam cauſam indicat: quare de talibus notitia vniuerſalis præſtabilior eſt perceptione ſenſuum, & intellectione eorum quorū eſt alia cauſa. De primis autem alia ratio eſt. Patet igitur fieri non poſſe, vt quiſquam ſentiendo quidquā inquam eorum ſciat, quæ demōſtrabilia ſunt: niſi ſentire quiſpiā id eſſe dicat, ſciētiam inquam per demonſtrationem habere. ¶ Sunt tamē inter ea quæ proponuntur nonnulla, quæ quidem ad ſenſus reducuntur defectionem: nonnulla namq; nō quæreremus, ſi illa viſu perciperemus: non propterea quod ſcimus vidēdo, ſed quod ex eo quia videbimus, habemus tandem ipſum vniuerſale: veluti ſi vitrum perforatū eſſe, lumenq; per meatus penetrare viſu perciperemus, pateret etiam nobis propter quid poſt vitrum lumen efficitur: ex eo plane, quia videremus quidem ſeorſum idipſum fieri in vnoquoq;, intelligeremus autem ſimul in vniuerſis hoc fieri pacto.

CVm ſuperiori capite ex vnitate ſubiecti ⁊ principiorum oſtenderit vnitatem ſciētie, in hoc capite proſequitur dicere de ſubiecto, et in ſequenti de principiis. Et ſunt quinq; hic particule. Vbi notandū ꝙ cum dixerat ad vnitatē generis neceſſarium eſſe vt tam paſſiones ꝗ prima principia per ſe conueniāt ſubiecto ſcientie, excludit hic duo genera obiectorū a ratione ſcientie. ſ. ⁊ fortuita que non ſunt paſſiones et effectus per ſe, ⁊ ſenſibilia que licet ſint prima in noſtra cognitione, non tamen ſunt prima ſimpliciter. ¶ Eſt ergo in prima particula prima concluſio. De

Prima cōcluſio.

his que ſunt a fortuna non eſt ſcientia: vt de inuentione theſauri et aliis que non habent certā et per ſe cauſam. Quam ſic probat. Quidquid ſub ſcientia cadit, ſequitur ex ſuis principiis neceſſario ſimpliciter aut plerumq; et frequenter: ſed ea que ſunt a fortuna nō neceſſario ſequuntur nec frequenter: ergo illa non cadunt ſub ſcientia. Eadē ratione probat tertio ethicorū ꝙ nec cadunt ſub cōſilio. Minor manifeſta eſt, nam fortuita ſunt que eueniunt preter intentionē agentis: quod autem nō per ſe intenditur, fortuito contingit. Sed in maiori hoc animaduertito quod queſtione tertia et queſtione quarta aduotauimus, videlicet, diſtinctos eſſe gradus ſcientiarum: alie enim demonſtrant ex ſimpliciter neceſſariis: vt mathematice: et alie ex his que plurimum cōtingunt: vt naturales. Talis nāq; eſt natura rerū vt nōnunquam deficere poſſit: ſemini. n. oliue per ſe conuenit oliuā generare licet impediri nonnūq; poſſit. Quod autē fodiens vt oliuā plantet, theſaurū inueniat, id per accidens quidē atq; adeo raro cōtingit. ¶ In ſcđa particula [At vero] ſequitur ſecūda concluſio. Sciētia nō eſt ſingulariū et eorum que cadunt ſub ſenſu. Quam hac ratione patefacit. Quidquid cadit ſub ſcientia: eſt vniuerſale: id vero quod cadit ſub ſenſu non eſt vniuerſale, ſed hoc aliquid, ideſt prima ſubſtantia, ergo de obiecto ſenſibili non eſt ſcientia. Et hoc eſt quod ait [Nam ſi ſenſus talis et non huius alicuius eſt (ideſt, ſi ſenſus alicuius eſt qualitatis tanꝗ proprij obiecti, nā ly/ talis/ genitiuus eſt, nō eſt per ſe ſubſtātie) ſentire enim neceſſe eſt hoc aliquid. i. ſingularē ſubſtantiā] Quod probat q2 id quod ſentitur eſt hic et nunc. i. hic color hic ſonus ⁊c. vniuerſale autē non eſt hic et nūc. In prima queſtione ſupra prologum Porphyrij expoſuimus quēadmodum vniuerſalia nō ſint hic ⁊ nunc, ſed ſunt vbiq; ⁊ ſemper. Vbiq; inꝗ et ſemper/ nō poſitiue et per ſe: nā ſi homo inquātum homo eſſet vbiq;, omne illud in quo reperitur ratio hominis

2. Conclu.

deberet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

deberet eſſe vbiq; ⁊ ſemp̄, ⁊ ita Petrus eſſet vbiq;. Sed debet intelligi per modū negatiōis, videlicet, ꝙ vniuerſale inquantū per intellectū abſtrahiť, nō eſt hic ⁊ nunc, ſicut nec eſt corruptibile: ſed hec omnia habet rōne ſingularis in quo eſt. ¶ In tertia particula [Quin vt patet] excludit errorē quorūdam credentiū ſcientiam conſiſtere in ſenſatione: nēpe qui credebant intellectū ⁊ ſenſum eandem eſſe potentiā: quorū meminit. 3. de anima ⁊ 4. metaphiſice textu. 21. et ratio ſtat in hoc. Per ſolum ſenſum pōt quis cognoſcere triangulū quē videt eſſe albū vel nigrū, non tñ ſine doctore cognoſcere poſſet tres angulos equiualere duobus rectis, cū nec per ſenſuꝫ cognoſcat qđ ſit angulus rectus. At vero eſto quis poſſet hoc percipere in hoc particulari triāgulo, nō tñ proinde ſciret omnē triangulū ea rōne qua triangulus eſt, hēre tres angulos eq̄les duobus rectis: ⁊ ideo qui hēret hanc experientiā adhuc egeret demōſtratione vl'i. ¶ Et quia vl'e conoſciť aut demonſtratione aut inductiōe ex ſingularib⁹, ſubdit ſcđm exēplū. Si quis inquit eſſet poſitus in luna, videretq; illā ſemel intrare vmbrā terre ⁊ p̄ illā eclipſari, nō ſubinde hēret ſciētiā eclipſis: qꝛ poſſet ſuſpicari id tunc a caſu contigiſſe ⁊ nō ex ratione motus lune. Cum autē id ſepe expertus eſſet, tunc ex multis ſingularibus inferret vniuerſale. ſ. ꝙ quotieſcunq; luminaria ſunt in talibus punctis luna eclipſatur. Colligitur: ꝙ ſcientiam non eſſe ſingularium. ¶ In quarta particula [Ipſum autem vniuerſale] comparat ſcientiā vniuerſalium ad ſenſationem ſingularium. Ait. n. cognitionē vniuerſalium preſtabiliorem eſſe, quia propter qđ vnūquodq; tale ⁊ illud magis: ſed ſcientia vniuerſalis ſignificat cauſam effectū ſingularium vt cap. 20. expoſitum eſt: ergo. ¶ Et ne quis obijciat ꝙ cognitio principiorū immediatorum eſt preſtantior ſcientia, licet non habeatur per cauſam: reſpondet aliam eſſe rationem eorum: quia immediata non habent cauſam ⁊ ideo cognitio eorum eſt ſimplicior ⁊ preſtantior ꝙ̄ ſcientia. Et ita cōcludit eorum que demonſtrabilia ſunt non eſſe ſcientiā per ſenſum. Niſi quis, inquit, forſan equiuoce ſcientiam ipſam appellet ſenſationē propterea ꝙ ſciētia ſit cognitio certiſſima ⁊ ad vnū determinata: ſicut quis dr̄ recte ſentire de rebus, qꝛ recte iudicat. ¶ In quinta particula [Sunt tñ] oſtendit tandē cognitionē ſenſitiuā ordinari ad ſcientiam explicans concluſionem textus. 33. videlicet ꝙ deficiente ſenſu deficit ſcientia. Ait namq; ꝙ nonnunquam defectus ſcientie, videlicet aut ꝙ non ſit ſcientia, aut ꝙ ſit obſcura ſcientia, reducitur in defectum ſcientie. Eo enim non habemus propriam ſcientiam ⁊ quiditatiuam Dei ⁊ intelligentiarum, quia illa non percipimus ſenſu: cognoſcet tamen ea anima ſeparata quando non dependebit a ſenſu. Exemplum vero Ariſtote. eſt huiuſmodi, quidam antiqui philoſophi falſo credebant cauſam tranſparentie vitri eſſe, ꝙ vitrum putabant habere poros quos appellabāt ſtriſſima foramina per que tranſit lumen: ait ergo Ariſtote. ꝙ propterea illi non habebant certam ſcientiam huius, quia paruiſſima illa foramina videre ſenſu non poterant.

¶ Quod non omnium ſyllogiſmorū eadem ſint principia. Cap. 25.

Atqui fieri non poteſt, vt omnium ratiocinationū eadem principia ſint: quod quidē prius differendi modo contēplabimur: nam ratiocinationū aliæ veræ ſunt, aliæ falſæ: quanquā enim fieri poteſt vt verum cōcludatur ex falſis, tamen id ſemel efficitur: veluti ſi. a. quidem vere de. c. prædicetur, medium autem. b. falſum ſumatur. tunc enim neq;. a. competit ipſi. b. neq;. b. competit ipſi. c. ſed ſi inter has propoſitiones ſumantur media, falſa erunt ex eo, quia concluſio omnis falſa e propoſitionibus proficiſcitur falſis: ex veris autem veræ concluſiones emergunt: at patet, a falſis vera differre, ac eſſe diuerſa. ¶ Deinde neq; ipſa falſa ex eiſdem proficiſcuntur: ſunt enim & talia falſa, vt inter ſeſe ſint contraria, & ſimul eſſe nō poſſint: vt iuſtitiam eſſe, vel iniuſtitiam, vel timiditatem: & hominē vel equum, vel bouem eſſe: & æquale quod eſt vt, maius vel minus eſſe. Ex his autem quæ certa ſunt hoc, pacto. ¶ Neq;. n. ratiocinationum verarū omnium eadē principia ſunt. Complurium namq; principia diuerſa ſunt genere: neq; quibu ſuis accommodantur quæuis. Vnitas enim non accōmodantur punctis: illæ nāq; poſitione vacāt, his eadem competit. Neceſſe eſt autē, aut ad media accōmodari, aut ſupera ex parte, aut infera, aut alios intra, alios extra terminorū habere. Ac neq; fieri poteſt, vt principiorū cōium vlla ſint, ex quibus cuncta demonſtrabuntur. Dico autē cōmunia, veluti quoduis affirmandū, aut negandū eſt. Genera eñ eorū, quæ ſunt, non eadē ſunt: ſed diuerſa: atq; alia ſolis cōpetunt quātis, alia ſolis hiſce, quæ rationē ſubeunt qualitatis, cum quibus per cōmunia demōſtrationes conficiuntur. Præterea principia non multo ſunt pauciora cōcluſionibus principia enim ipſæ ſunt propoſitiones. Propoſitiones autē ſunt, cum aut additur, aut interponitur termin⁹. Præterea concluſiones ſunt infinitæ, termini vero finiti. Inſuper principiorum alia ſunt neceſſaria, alia contingentia. Hoc igitur modo cōſiderantibus, fieri non poſſe porro videntur, vt eadem ſint principia finita, ſi concluſiones ſint infinitę. Quod ſi quiſpiam alio modo dicat, veluti hæc quidē geometrię, hęc autem arithmeticæ, & hæc medicinæ principia eſſe, quid aliud erit, quod dicitur quam ſcientiarum principia eſſe. At ex eo dicere eadem eſſe, quia ipſa ſibiipſis eadem ſunt, ridiculum eſt: hoc enim pacto cuncta eadē fiunt. ¶ At vero neq; hoc eſt, ex omnib⁹, inquā, quoduis demōſtrari quęrere, omnium eadem principia eſſe eſt enim inſignis ſtultitiæ ſane: nam neq; in manifeſtis hoc fit ſcientiis, neq; in reſolutione fieri poteſt. Propoſitiones eñ vacātes medio principia ſunt: atq; diuerſa plane concluſio fit, aſſumpta vacante medio propoſitione. Quod ſi quiſpiā ipſas primas vacātes medio propoſitiones omnium eſſe principia dicat, ſciat is vnam in vnoquoq; genere eſſe. Qđ ſi neq; eadem omniū principia ſunt hoc pacto, vt ex omnibus qđuis oporteat demonſtrari, neq; ſunt adeo diuerſa vt vniuſcuiuſq; ſciētiæ ſint diuerſa, reſtat ſi principia oīm generis ſint eiuſdē, ex his tñ hæc, ex aliis vero alia demonſtrenť. ¶ At patet & hoc fieri nō poſſe. Demonſtratū eſt. n. ſcientiarū, quæ genere differūt principia, diuerſa genere eſſe: p̄ncipia nāq; duplicia ſunt: ex quibus, & circa quod principia igitur ex quibus, cōmunia ſunt: principia vero circa qđ, propria: vt vnitas, magnitudo.

Poſtq;

Poſtq; in præcedēti capite dictū eſt de obiecto ſcientie, ſequitur in hoc vigeſimoquinto dicere de eius principijs. Docuerat enim cap. 23. ꝙ vna ſcientia differt ab alia per hoc quod queuis ſcientia habet ſua ꝓpria principia. Oſtendit ergo hic diuerſarū ſcientiarū non eſſe eadē principia cōmunia. In tribus eñ primis particulis oſtendit illud dialectice. i. rōnibus cōmunibus: ⁊ in alijs duabus oſtēdit illud rationibus analecticis. i. ſumptis ex propria ratione demonſtrationis.

Cōcluſio. ¶ Concluſio ergo eſt [Atqui fieri nō pōt vt oim ratiocinationū (. i. ſyllogiſmorū) eadem ſint principia] Probat id p̄mo, qꝛ ſyllogiſmorū alij ſūt veri, id eſt, vere concludētes: ⁊ alij falſi. i. falſo cōcludentes: ſed vera cōcluſio nō cōcludiť niſi ex veris ⁊ falſa non niſi ex falſis: ergo diuerſarū ꝯcluſionū, ⁊ a fortiori diuerſarum ſcientiarū, diuerſa ſunt principia. ¶ At qꝛ poſſet quis huic rationi obuiare dicēs ꝙ falſa principia ſeruiūt ⁊ ſyllogiſmo vero ⁊ ſyllogiſmo falſo: nam verū concludiť ex falſis in ſyllogiſmo dialectico. Rñdet ꝙ hoc ſolū eſt verū ſemel. i. in p̄mo ſyllogiſmo, vt ſi dicas / oē aial eſt riſibile / ois eſt aial: ergo ois hō eſt riſibilis. Sed tñ ſi illa maior falſa debeat rurſus reſolui p̄ alia principia: tūc ex falſis non concludeť niſi falſum. Et ideo loquēdo de oībus principijs vſq; ad p̄cipia immediata nō ponit p̄ncipia falſa eſſe principia ſyllogiſmi veri. ¶ In ſcđa particula. [Deinde neq; ⁊c.] idē oſtēdit i ſyllogiſmis falſis, dicēs, ꝙ neq; oim ſyllogiſmorū falſorū eadē ſunt p̄ncipia communia: nam falſe cōcluſiones multe ſunt inter ſe contrarie. Et enim ꝙ iuſtitia ſit iniuſtitia / contrariatur. i. diuerſum eſt ab eo: ꝙ iuſtitia eſt fortitudo: nā alia rōne falſuꝫ eſt iuſtitiā eſſe iniuſtitiam, quia vl'ꝫ predicatū eſt contrarium ſubiecto, ⁊ alia ratione falſum eſt iuſtitiam eſſe fortitudinē. ſ. quia ſunt diſtincte virtutes, ⁊ alia rōne hō non eſt equus: quia. ſ. non eſt hinibilis: ⁊ alia nō eſt bos, nēpe qꝛ non eſt mugibilis: ⁊ alia ratione equale, non eſt maius vtpote qꝛ nō excedit: ⁊ alia nō eſt minus, puta qꝛ non exceditť. ¶ In tertia p̄ticula [Neq;. n.] id oſtēdit in ſyllogiſmis veris q̄nq; rōnib⁹. Prima eſt hec. Principia geometrie ⁊ principia arithmetice nō ſunt eadē: nā principiū arithmetice eſt vnitas, ⁊ geometrie pūctū: q̄rū vnitas nō hēt poſitionē in ꝯtinuo quā hēt pūctū, vt paulo añ dicebamus, ꝙ diuerſarū ſcientiaꝝ diuerſa ſunt principia. Quod autē illa ſint diſtincta principia ꝓbat ex. ſ. dictis Ariſt. Nā media q̄ ſunt principia demonſtrationū in eadē ſcientia, aut debent ſumi ſurſum directe aſcendendo aut deorſum deſcendendo, aut inter extrema ſumendo: ſed punctū nec ſumitur. ſ. nec ſub vnitate: ergo ſunt diſtincta principia. Explicať maior exēplo. Aſcendendo multiplicātur media ſi qđ fuit maior extremitas in priori ſyllogiſmo, aſſumať p̄ medio in alio: vt ſi dicas omne animal eſt corpus animatū: ois homo eſt animal: ergo omnis hō eſt corpus animatū / rurſus / omne corpus animatū eſt corpus: omnis hō eſt corpus animatū: ergo omnis homo eſt corpus: rurſus / oñe corpus eſt ſubſtantia: omnis homo eſt corpus: ergo oñis homo eſt ſubſtantia. Deſcendendo vero multiplicantur, ſi ecōuerſo quod fuit minor extremitas ſumatur pro medio: vt ſi dicas / omne corpus eſt ſubſtantia: omne corpus animatum eſt corpus: ergo omne corpus animatum eſt ſubſtantia: rurſus omne corpus animatū eſt ſubſtātia: omne animal eſt corpus animatum: ergo omne animal eſt ſubſtantia: rurſus / omne animal eſt ſubſtantia: oñis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Sed interponendo multiplicantur media, ſi / omnis homo eſt ſubſtātia / demonſtretur per / animal / ⁊ maior. ſ. omne animal eſt ſubſtātia / per / corpus animatū / ⁊ omne corpus animatum eſt ſubſtantia / per corpus. Et clarum eſt ꝙ punctū ⁊ linea non ſe habent iſto modo: ⁊ per conſequens nec media diuerſarum ſcientiarum ſunt eadem ⁊ cōmunia. ¶ Secunda ratio eſt ibi [At neq; fieri] ⁊ eſt hec. Si eadem eſſent principia diuerſarum ſcientiarum, haberet ſe ſicut hoc principium vniuerſale / de quolibet idem affirmatur ⁊ negatur, ſed hoc non eſt ſufficiens principiū in oñibus ſcientijs: quia vt dictum eſt in textu. 26. hoc nō intrat formaliter demonſtrrtionē: ⁊ ideo preter illud debent eſſe principia alia particularia, vt in ſcientia de quantitate, principia quātitatis, ⁊ in ſciētia de qualitate, principia qualitatis: ergo queuis ſcientia habet ſua peculiaria ⁊ per ſe principia. 2. Ratio.

¶ Tertia rō eſt ibi [Preterea p̄cipia] que ſicuti quarta, obſcura eſt: ⁊ ideo a diuerſis expoſitorib⁹ diuerſimode intelligitur. Dubiū. n. eſt quō principia ſint pauciora concluſionibus: nā vř contrariū eſſe verū: cum queuis cōcluſio ſyllogiſmi ex duab⁹ ad minus premiſſis concludatur, ⁊ ſic principia ſunt plura concluſionibus. Item eſto ſint pauciora, nō apparet quō ſint paululum pauciora. ¶ Primo dicit. S. Th. ꝙ licet quelibet cōcluſio habeat duas premiſſas, tñ q̄cunq; premiſſa pōt eſſe principiū multarū concluſionū ⁊ ſic principia ſunt pauciora. Scđo poſſumus dicere forſan ad mentē Ariſt. ꝙ eodē fere mō quo creſcunt cōcluſiones, creſcunt principia, vt patet in exemplo: qđ modo apponebamus prime rationi. Sit. n. ſubſtantia. a. corpus. b. corpus animatū. c. animal. d. homo. e. Tunc ſeries demonſtrationum eſt hec / omne. d. eſt. c. omne. e. d. ergo omne. e. eſt. c. rurſus omne. c. eſt. b. omne. e. eſt. c. ergo omne. e. eſt. b. vbi ſicut additur vnum principium, ita ⁊ vna cōcluſio. Nam cōcluſio prioris ſyllogiſmi facta eſt minor in ſcđo, rurſus omne. b. eſt. a. omne. e. eſt. b. ergo omne. e. eſt. a. vbi additur aliud principiū ⁊ alia cōcluſio. Et hoc eſt qđ ait principia eſſe non multo pauciora. ¶ Quod ſi contra quis arguat ꝙ hac ratione tot deberent eſſe principia quot concluſiones, ſiquidē vt creſcūt cōcluſiones, augenť ⁊ principia, ⁊ que mō eſt concluſio, ſtatim eſt principiū. Rñdetur ꝙ principia ſimpl'r ſolum ſunt propōnes immediate vt. b. eſt. a. c. eſt. b. d. eſt. c. e. eſt. d. Et hoc eſt qđ ait [propoſitiones ſunt cū aut additť, aut interponiť t'mus] tunc enim fit propō. i. principiū immediatū, concluſiones autem ſunt oēs propōnes mediate: que plures poſſunt eſſe vt. e. eſt. c. e. eſt. b. e. eſt. a. rurſus. d. eſt. b. d. eſt. a. rurſus. c. eſt. a. Stat ergo ratio in hoc ſi ꝓpria principia alicuius ſcientie ſunt fere tot quot ſunt concluſiones, neceſſe eſt vt q̄libet ſciētia hēat ſua principia propria: nā principia cōia poſſunt ſeruire multis ſciētijs: vt / qđlibet eſt vel nō eſt. 3. Ratio

¶ Quartā rationē addit dicēs [Preterea cōcluſiones ſunt infinite, termini vero finiti] vbi dubitant expoſitores quō propōnes ſunt infinite ⁊ termini finiti: vř. n. hoc eſſe cōtra id qđ ſupra determinatū eſt capite. 18. textu. 25. vl'ꝫ, ꝙ non eſt procedere in infinitū in predicationibus: ⁊ per ꝯñs neq; in demōſtrationibus. ¶ Item eſt dubiū ad qđ propoſitū addita eſt hec rō ⁊ quomō probet intentā concluſionē. Omiſſis autem opinionibus, exiſtimo t'mos hic appellare Ariſt. predicata que quidē in quacunq; coordinatione predicamētali ſunt finita: ⁊ hoc eſt quod loco citato capite. 18. probauit Ariſt. qꝛ ⁊ aſcēdendo ſtatur in ſupremo genere, ⁊ deſcēdendo ſiſtitur in vltima ſpecie: ⁊ inter iſta extrema non poſſunt eſſe infinita media. Ait ergo Ariſto. ꝙ quamuis termini ⁊ predicata ſint finita, qꝛ in vnoquoq; predicamento predicata eſſentialia ſunt finita, ⁊ predicamenta ipſa itidē ſunt finita, qꝛ numero decē, nihilominus ex iſtis finitis terminis poſſunt infinite. i. innumere propōnes conſtitui eſſentiales et accidentales, dū ſuperiora de inferioribus et vnū predicamentū de alio et aliud de alio predicanť. Quemadmodū in naturalibus ex q̄tuor elemētis innumere mixtorū ſpecies componuntur: et ex viginti tribus aut quatuor elemētis alphabeti conflantur dictiones ſine numero. 4. Ratio

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ro. Unde hac de cauſa adiunxit hanc rationē. Cū enim in quarta rōne dixiſſet nō multo pauciora eſſe principia ꝙ̄ concluſiones, vbi loquebat̄ de principiis tantū demō ſtrationis, que ſunt immediata ⁊ per ſe, extēdit rationē ad ſyllogiſmos dialecticoſ qui vtuntur predicationibus accidentalibus que modis in numeris multiplicari poſ ſunt. Unde cū illa que mō eſt concluſio poſtea eſt princi pium, ſequitur vt etiā in ſyllogiſmo dialectico quot ſūt concluſiones, tot ſint etiā fere principia, atq̄ adeo vna queq̄ ſcientia habeat ſua propria principia. ¶ Alij di cunt ꝙ ſicut ſpēs figurarum poſſunt creſcere in infinitū vt triangulus quadrangulus et ita numeratiꝫ aſcenden do, ita et cōcluſiones per ſe in qualꝫ ſcientia poſſunt in infinitū multiplicari. Sed puto priorē expoſitionē ſen

5. Ratio. ſum Ariſt. planū aperire. ¶ Subiungit tandē quintam rationē dicēs [inſuper principiorū alia ſunt neceſſaria, alia cōtigentia] quaſi dicat cum neceſſariorꝫ principia ſint neceſſaria: et contingentiū, contingentia, ſit vt non ſint diuerſorū concluſionū, atq̄ adeo diuerſarū ſcientia rūꝫ, eadē principia. ¶ Subſequēter ibi [Quod ſi quiſ piā] excludit demū quendā ſophiſticū ſenſum quo quis poſſet dicere eadē eſſe principia cōia, vt ly/eadem faciat ſuppoſitionē accomodā, vt dicunt antiqui, ſeu propor tionabilē, videlꝫ, eadem eſſe principia Geometrie, Ari thmetice, et Medicine, quia. ſ. ſicut in Geometria prin cipia ſunt propoſitiōeſ immediate et eiuſdem generis cū ſuis concluſionibus, ita et in Arithmetica et in Medi cina et in alijs ſcientijs. Ait. n. ſenſum iſtum eſſe ridicu lum: nā idem eſt ac ſi diceretur ꝙ principia ſcientiarum ſunt eadē, non ꝙ principiū vnius ſit alterius: ſed ꝙ vnū quodlibet ſit ſibi ipſi idē. i. ꝙ ſicut principia vnius ſcien tie ſunt omnia eiuſdē rationis, ita et principia alterius ſcientie inter ſe. ¶ In quarta particula [At vero] ſub ſequitur prima ratio analectica ſumpta ex natura de mōſtrationis: que talis eſt. Si quis dixerit eadē eſſe om nium ſcientiarū principia cōmunia, intendenſ ꝙ quodli bet demōſtratur ex quolibet, hoc erit inquit inſigniꝫ ſtul titie: quia neq̄ in manifeſtis. i. in demonſtrationibꝰ que immediate procedunt ex primis et immediatis princi pijs, neq̄ in illis que procedunt ex principijs mediatis que reſoluūtur per alia immediata, id fieri pōt. Quod probat: nam principia immediata in vnaquaq̄ ſcientia ſūt diſtincta et particularia, et ex illis procedit̄ vſq̄ ad vl timā concluſionēꝫ per propōnes que ex eiſdem per ſe ſe quūtur: ergo non quodlibet demonſtratur ex quolibet. ¶ Et ſubiungit ꝙ ſi quiſpiā dixerit prima principia eſſe communia omnibus ſcientijs, licet in vnaquaq̄ ſcietia ſint alia principia proxima vnicuiq̄ propria. Reſpon det ꝙ non ſolū principia proxima ⁊ mediata, ſed princi pia immediata debent eſſe propria in vnoquoq̄ genere vt hactenus ſepe dictum ⁊ expoſitum eſt. ¶ Concludit ergo ꝙ ſi principia non ſunt hoc pacto cōmunia vt quod libet demonſtretur ex quolibet: quāuis nec ſint adeo di uerſa quin habeant illa principia generaliſſima commu nia/ qđlꝫ eſt vel nō eſt/ ⁊ nihil eſt ⁊ nō eſt/ nihilominus, cū principia omnia eiuſdē ſcientie tā mediata ꝙ̄ immedia ta debent eſſe eiuſdem generis, ſit vt hec ſcientia ex his pricipijs procedat, ⁊ hec, ex his. i. vt quelibet ſciētia ha beat ſua ꝓpria principia. ¶ In quinta particula [At patet] concludit tandem ſecundam rationem analecti cam, dicens, duplicia eſſe principia demonſtrationis: a liud enim eſt principium circa quod, puta ſubiectū cir ca cuius cognitionē verſatur ſciētia: vt vnitas ſeu nume rus in arithmetica: ⁊ pūctus/ ſeu magnitudo in geome tria: alia ſunt ꝑncipia ex quibus. ſ. propōnes. Atq̄ prin cipia quidē ex quibꝰ/ nō incōuenit aliqua eſſe cōia, ſicut illud generaliſſimū/ quodlibet eſt vel nō eſt/ eſt omnibus cōmune, ⁊ principia ſubalternātis ſeruiūt ſubalternate ⁊ metaphiſica eſt cōis ſcientia probans principia alia rum ſcientiarū, vt capite octauo textu. 27. oſtendimus: nihilominus principium circa quod/ eſt vnicuiq̄ ſcientie proprium: ⁊ per conſequens quecunq̄ ſcientia habet ſua propria principia complexa habentia attributionē eiuſdem generis ad idem ſubiectum.

¶ Quæſtio ſeptima.

¶ Utrum ex vnitate generis vnitas ſumatur ſcientie.

A Parte negatiua arguitur. Meta phiſica eſt vna ſciētia vt habetur. 4. me tha. tex. 1. ⁊ libr. 6. textu. 2. ⁊ tamen eius vnites non ſumitur ab vnitate generis obiecti: ergo pars negatiua vera. Pro batur minor: quia vt locis citatis eſt videre ſubiectum metaphiſice eſt ens: qđ vt in predica mentis capite. 4. q. prima monſtrauimus, nō eſt genus. ¶ Secundo principaliter arguitur, aut vnitas generis intelligitur vt nomen ſonat, videlicet vnitaſ alicuius ob iecti generici continentis multas ſpecies, aut intelligit̄ genus pro ſpē, vt vnitas ſcientie ſumenda ſit ab vnita te ſpecifica obiecti. Si primo mō certe oēs ſcientie que tractāt de ſubſtantia eſſent vna ſcientia, quippe cū oēs ſubſtantie ſint illo modo eiuſdem generis. i. eiuſdem pre dicamēti: atq̄ adeo philoſophia nālis que tractat de en te mobili ⁊ aſtrologia, ꝙ̄ tractat de celis ⁊ medicina, que tractat de corpore ſanabili, eſſent eadem ſcientia: ⁊ ea dem rōne geometria ⁊ arithmetica: cum magnitudo et numerus ſint eiuſdem generis generaliſſimi quātitatis. Si vero accipiatur genus pro ſpecie, tunc ſequit̄ ꝙ phia nālis non eſt vna ſcientia, vtpote ꝙ̄ tractat de celo ⁊ ter ra, de elemētis ⁊ mixtis, de animatis ⁊ inanimatis: que ſunt res diuerſiſſime. Imo neq̄ geometria eſſet vna, cū tractet de ſpeciebus varijs figurarum. ¶ Et confirma. Habitus quicūq̄ ſciētie eſt vna res: ergo cōſtituit̄ in ꝓ pria ſpecie per propriū genus ⁊ propriam differentiam, ſicut hō ⁊ equꝰ ⁊ res alia ꝙ̄cūq̄: atq̄ adeo non ſortit̄ vni tatem ex obiecto. ¶ Tertio principaliter arguit̄ ꝙ nec di uerſitas ſcientie debeat attendi penes diuerſitatem ob iecti aut principiorū: que eſt ſecunda pars concluſionis Ariſt. Si. n. loquamur de ſcientia particulari vniꝰ cōclu ſionis, concluſio vna differt ab alia qꝛ extrema ex quibꝰ conſtituunt̄ ſunt diſtincta. Si autē loq̄mur de vna ſcien tia totali, tunc differūt rōne ſubiecti in quo ſunt. Differt eīn philoſophia ꝙ̄ eſt in Petro ab illa que eſt in Paulo per hoc ꝙ ſunt in diuerſis ſubiectis, licet ſint de eodē ob iecto ⁊ procedant ex eiſdē principijs. ¶ Quarto princi paliter arguit̄. Scientia/ fides/ ⁊ opinio/ ſunt habitus di uerſiſſimi, vt capite ſequenti videbit̄, et tamen poſſunt eſſe eiuſdē obiecti: nā de miſterijs trinitatis beati habēt euidentiam, nos vero fidem, ſed gentiles poſſunt hēre opinionem. Item ſciētia practica ⁊ ſpeculatiua vt hētur . 2. metaph. tex. 3. ſunt diuerſe, que tñ ſunt eiuſdem obie cti: nam de domo pōt haberi ſcientia vna ſpeculatiua, ⁊ alia practica. Imo metaphiſica phiſica ⁊ mathematica que ſunt diuerſe ſcientie, ſunt nihilominus de eodē obie cto, nam de quantitate poſſunt omnes tractare. ¶ Et cō fir. Demōſtratio/ quia/ ⁊ ꝓpter qđ/ ſunt rationes differē tes ſpecie, ⁊ tñ uerſant̄ circa eandē concluſionem puta luna eſt eclipſabilis. Quinimo philoſophia naturalis ⁊ aſtronomia ſunt diuerſiſſime ſcientie: ⁊ tamē verſantur circa eandem concluſionem, ſcilicet/ terra eſt rotunda, imo forſan idem numero iudicium producūt illius con cluſionis. ¶ In contrariū eſt Ariſto. capite. 23. tex. 43. vbi vnitatem ſcientie conſtituit penes vnitateꝫ generis: ⁊ diuerſitatem, penes diuerſitatem principiorum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis notan dum

dum eſt. Primo ꝙ hic non diſputamus queſtionē illam: an vna totalis ſcientia conſtet ex collectione pluriū ha bitum: an potius ſit vnicus ſimplex habitus: hec enim non eſt ad propoſitum: quam tñ queſtione. 3. proemiali abunde tractauimus. ¶ Secundo notandū eſt, ꝙ vt ce terarum rerum, ita ⁊ ſcientiarū triplex poteſt conſide

Triplex diſtinctio. rari diſtinctio. Differūt eīn ſciētie aut numero, aut ſpē aut genere. Atqui quemadmodum alijs in rebus vt. 8. meta. tex. 22. autor eſt Ariſto. numeralis diſtinctio atten ditur ratione materie: differētia vero generica, per hoc ꝙ ſint res diuerſorum predicamētorum (idem enim eſt eſſe res eiuſdē generis ⁊ eiuſdem predicamenti) differen tia vero ſpecifica attēditur ratione forme (differt. n. ſub ſtātia genere, a quātitate, qꝛ ſunt diuerſorū predicamē torum: hō vero ab equo differt ſpē ratione formarū, ſed Petrus ⁊ Paulus differunt numero, qꝛ eorum forme recipiunt̄ in diuerſis materijs) ad hunc modum vnitaſ in ſcientijſ atq̄ diuerſitas ſumenda eſt. ¶ Rñdetur ergo

1. Cōcluſ. ad ꝗſtionē quinq̄ cōcluſionibus. Prima ſciētie differūt numero, ratiōe ſubiecti, puta qꝛ ſunt in diuerſis intelle

2. Cōclu. ctibus. Hec eſt ꝑ ſe manifeſta. ¶ Secūda cōcluſio. Sci entie, ⁊ in vniuerſum quicūq̄ habitus, differūt gñe non rōne obiecti, ſꝫ aliūde: qꝛ veꝫ aut differunt in gñe cogni tionis, vt differūt ſcientia, fides, ⁊ opinio, penes formi dinem, certitudinē, ⁊ claritatē, vt cap. ſequēti patebit: ⁊ differunt illi quinq̄ habitus intellectus. 6. ethic. cap. 5. ſ. intellectus: ars, ſcientia, prudentia, ⁊ ſapientia: aut dif ferunt ex parte finis, vt ſcientia practica ⁊ ſpeculatiua 3. de anima tex. 38. Aut quia vna procedit per cauſam ⁊ alia per effectū, vt ſcientia/ quia/ ſcientia/ propter quid. Differentia, inquam, horum habituum non eſt ex parte obiecti: ſed differunt genere in ratione cognitionis. De

3. Cōcluſ. hac igitur differentia non loquitur. Ariſt. in preſentia. ¶ Tertia concluſio. Scientie differunt ſpecie penes dif ferentiā ſpecificā obiectorū: itaq̄ ſcientia illa eſt vna cu ius oēs concluſiones cōueniunt in vnitate ſpecifica obie cti, ⁊ differt ſpē ab alia, cuiꝰ cōcluſiones cōueniūt in alia vnitate obiecti. Hanc concluſionē ꝑtendit hic Ariſt. Cu ius expōnem ſubiūximus ex. S. tho. qꝛ. ſ. ſcientia eſt mo tus in obiectum, et motꝰ diſtinguūtur penes terminuꝫ. Habet eīn ſe obiectū reſpectu habitus ſicut forma in re bꝰ naturalibꝰ: vnde ſicut rōne forme diſtinguūt̄ res natu rales, ita ⁊ habitus reſpectu obiectorū. Et hoc eſt quod ait Ariſt. 2. de aia. tex. 33. obiecta ſunt priora actibus, ⁊ actus priora potentijs. Unde doctores eliciunt regulaꝫ illā. ſ. actus et habitus atq̄ adeo potentias diſtingui ra tione obiectoruꝫ. Nec ſolum ſcientie, ſꝫ ēt virtuteſ mora les diſtingunt̄ ſpē ꝑ obiecta vt fortitudo a iuſtitia, et iu ſtitia a tēpantia. ¶ Ad maiorē aūt explicationē ſit ꝗrta

4. Cōclu. cōcluſio quā in. 3. q. ꝓhemiali poſuimuſ, vbi quatuor ge nera diſtinctionum inter ſcientias ⁊ habitus intellectua les, ex diuerſis locis Ariſt. retulimus. Cōcluſio ꝙ̄ quar ta eſt. Diſtinctio hec ſcientiarū ſpecifica non debꝫ atten di penes obiecta materialia, ſꝫ penes obiecta formalia: id eſt nō debet attēdi penes res ſcitas, ſꝫ penes rōnē for malē qua cadunt ſub tali ſcientia. Concluſio eſt hic. S. thome et opus. 70. q. 5. arti. 1. Que quidē per diſtinctio nē ſēſuū elucidatur. Eīn vero color cōſiderari pōt. Pri mo inq̄ꝫtū ē res ꝗdā, puta paſſibilis qualitas, et ſecūdū hoc non eſt ſpēs ſpecialiſſima, ſꝫ genus ſubalternū mul tas ſub ſe hēns ſpēs coloris. Scđo cōſiderat̄ in rōne ſen ſibilis: et ſic cōſideratus, eſt ſpēs ſpecialiſſima: qꝛ oēs co lores cōueniunt in vna rōne viſibilis: nā oēs multiplicāt ſpēs ſine motu et mediante lumine: ſicuti oēs ſoni cōue niunt in vna rōne audibilis: qꝛ multiplicāt ſpēs ꝑ motū localē: vt. 2. de aia explicabit̄. Et eodē mō ꝙ̄uis nūerꝰ ſo norus inquantum res quedā nālis, habet ſub ſe diuer ſas ſpēs puta, voces humanas, ⁊ ſonus organorum et lire ⁊c. Tamen quia conſiderantur in muſica quatenus ſeruant certas proportiones, que in omnibus ſonis ſunt eiuſdem rationis, habent rationem vnius obiec ti, ⁊ per conſequens muſica eſt vna ſcientia. Et ita o mnia de quibus tractat philoſophia habent vnā ratio nem generalem mobilis: ⁊ illa que tractat geometria ha bent rationē formalem cōtinui ⁊ ita in ceteris ſcientijs, atq̄ hac de cauſa Ariſt. 3. de anima tex. 38. pari ratione ⁊ ſenſus ⁊ ſciētias inquit ſeccari ſicut res de ꝗbus ſunt.

¶ Quinta cōcluſio. Hec ratio cōmunis ſcibilis per quā ſcientie habēt vnitatē ⁊ diſtinctionē, debet accipi ſecun 5. Cōcluſ. dum rationem abſtractionis a materia. Concluſio hec colligitur ex Ariſto. 6. meta. tex. 2. Et ratio eius eſt: quia cum ſciētia non ſit niſi de vniuerſali, quod fit per abſtra ctionem intellectus, ſequitur vt vbi ſit diuerſa ratio ab ſtracionis ſit diuerſa ratio ſciētie. Exempli gratia. Res tribus modiſ ſe habent ad materiam ſenſibilem. Alie. n. ſunt que non ſolum per intellectū: ſed realiter ſunt ab ſtracte a materia: ſicut ratio entis in cōmuni reperitur in intelligētijs que ſunt prorſuſ immateriales. Alie ſunt res que, licet realiter nō ſint ſeparate a materia, abſtra huntur tamen per intellectum: vt quantitas. Alie ſunt Metaph. que in ſuis diffinitionibus includunt materiam, vt ele Mathe. menta ⁊ mixta, ⁊ alie res naturales. Hac ratione loco Phīa. modo citato diſtinxit Ariſt. Metaphiſicam que tractat de ente, ⁊ Mathematicas que tractant de quantitate, ⁊ philoſophiam que tractat de rebus naturalibus. Un de mathematicus diffinit rectum ⁊ curuū vt abſtrahit a materia, philoſophus vero vt eſt in materia. Diffinit namq̄ ꝙ equalitas eſt naſi curuitas. ¶ Hoc inſinuauit hic Ariſt. cum dixit diuerſitatē ſcientie attendi penes di uerſa principia: idē enim eſt ſcientiā tractare đ ſubiecto magis abſtracto/ ⁊ ꝓcedere per principia magis abſtra cta ⁊ magis immaterialia. Unū ad vnitatem ſciētie requi ritur vnitas formalis obiecti, que attenditur penes me dia ⁊ principia ex quibus procedit, ⁊ diuerſitas ſcientia rum attenditur penes diuerſa principia, ex quibus ar guitur diuerſa ratio formalis obiecti. ¶ Hinc elicitur, ꝙ ſcientia de celo, ⁊ ſcientia de generatione, ⁊ ſciētia de anima, ⁊ alie partes philoſophie naturalis nō ſunt adeo diſtincte ſcientie ſicut mathematica ⁊ philoſophia natu ralis: ſed ſunt ſicut partes eiuſdem ſciētie. ſ. philoſophie nālis: qꝛ tractant de differentibus ſpeciebꝰ motuſ: cū ſci entia naturalis ſit de ente mobili. Ueluti ſciētia de figu ris ſuperficierum: ⁊ corporū ſunt partes geometrie. Niſi quis velit dicere, ꝙ motus localis celorū ſit abſtratior et minus materialis quam motus alterationis ⁊ gene Geome. ⁊ rationis. ¶ Quod ſi quis arguat eadem ratione geo Arithme. metriam ⁊ arithmeticā non eſſe diſtinctas ſcientias: ſed partes vnius mathematice generalis, cum quantitas continua ⁊ numerus ſint ſpecies eiuſdem quantitatis. Reſpondetur ex Ariſt. 7. meta. tex. 35. vbi dicit ꝙ alia eſt materia ſenſibilis vt lignum, ⁊ alia intelligibilis vt ma thematica. ſ. continuitas. Continuū enim eſt vnum nu mero, qđ ſi diuidatur, ſit plura numero: et ideo arithme tica eſt abſtractior ꝙ̄ geometria: quia abſtrahit a conti nuitate. Et hoc docuit hic etiā Ariſ. tex. 42. in tertio mo do certitudinis ſcientie, ⁊ ideo ſunt omnino diſtincte ſci entie. Qua de cauſa pluraliter dicuntur mathematice, ⁊ non/ vna mathematica, ſicut vna philoſophia natura lis. Dicitur autem vna geometria: quia omnes ſpecies figurarum habent vnam rationē abſtractionis ⁊ in ma terialitatis. At perſpectiua eſt diſtincta ſcientia a geo metria: quia perſpectiua reſpicit materiam ſenſibilem, a qua abſtrahit geometria. Et eodem modo differunt a rithmetica et muſica. Hac igitur arte abſtractionis et immaterialitatis vtendum eſt ad diſcernendum vnita tem ⁊ diuerſitatem ſcientiarum.

¶ Ad primum igitur argumentū principa le. Ad. 1. arg

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

le. Reſpondetur ex dictis q non accipitur hic genus pro genere pdicamētali: ſed pro vna rōne ſpecifica obiecti: & ideo ens eſt ſubm metaphiſice quia vniuerſa que tractat metaphiſica, cōſiderat ſub rōne entis: & eadē rōne Deus eſt ſubiectū theologie, qūuis neq; ens neq; Deus ſint gña predicamētalia. ¶ Eodē mō rūdetur ad ſcdm per quartā & quintā concluſionē non. n. vnitas ſciētie attēdiť penes vnitatē materialē obiectorū, ſed penes rationē formalē, que non ſatis eſt vt ſit generica: ſed accipitur vnitas generis pro vnitate ſpecifica ſpecialiſſima in ratione ſcibilis. Et oīa que conſiderat philoſophia naturalis qūuis differant ſpē & gñe ineſſe reali, tñ ratio ſcibilis eſt in omnibus vna ſpecifica: quia tractat de ente mobili: quod nō abſtrahit a materia ſenſibili: quāuis tractet de illo in vniuerſali abſtrahendo a ſingularibus. Et pari ratione geometria eſt vna ſcientia: & ita de alijs. ¶ Ad confirmationē cōcediť q habitus habet ſuū propriū genus intrinſecū & differentiā, eſt enim qualitas ſpiritualis. a. (vt. a. ſit vltima differentia) Sed tñ illa vltima differentia in genere cognitionis ſumitur ab obiecto: ſicuti differentia ſpecifica viſionis ſumitur a colore: & omnis differentia ſpecifica motus ſumitur a termino. ¶ Ad tertiuz principale cōcediť q diſtinctio numerica inter duas concluſiones attendiť penes hoc, q cōſtant ex diſtinctis extremis, vt/ Petrus eſt homo/ Petrus eſt animal. Sed tamen diſtinctio earum ſpecifica etiam attēditur penes obiectum puta penes rem ſignificatam, vt/ homo diſputat/ equus currit. Et pariter conceditur q ſcientie totales differunt numero ratione ſubiecti in quo ſunt, vt dialectica que eſt in Petro, & dialectica que eſt in Paulo: ſed hic nō loquimur niſi de diſtinctiōe ſpecifica. ¶ Quartum argumentum per idem ſoluitur: militat enim de differentia generica habituum, que non ſumitur ab obiecto ſed aliunde, vt in ſecunda concluſione expoſitum eſt. ¶ Et eodem modo reſpondetur ad confirmationem q. ſ. demonſtratio/ quia/ & propter quid/ differunt ſpecie: quamuis ſi ſimul afferantur ad eandem concluſionem, forſan vt ſupra diximus, eundem aſſenſum producunt. Et pari ratione philoſophia naturalis & aſtrologia ſunt diſtincte ſcientie: licet verſentur circa eandem concluſionem: quia vt inquit hic Ariſtote. procedunt per diuerſa principia, et ideo ſub diuerſa ratione tractāt de rotunditate terre, vt ſuperius dictum eſt.

¶ De ſciētia, & opinione. Cap. 26. Tex. 44.

INtereſt autem inter id, quod ſub ſcientiam, & id, quod ſub opinionem cadit: nam ſcientia quidē vniuerſalis eſt cognitio, & per neceſſaria comparatur: neceſſariū autem aliter ſeſe habere non poteſt: at ſunt quædam vera quidem, & numerantur interea, quæ ſunt: tamen & aliter ſeſe habere poſſunt. Patet igitur, circa hæc ſcientiam non eſſe: nam ea non poſſent aliter ſeſe habere, quę aliter ſeſe habere poſſunt. At vero nec intellect9: intellectum enim principium ſcientiæ dico: neq; ſine demonſtratione ſcientia, quæ quidem eſt exiſtimatio vacantis medio propoſitionis. Eſt autem intellectus verus, & ſciētia, & opinio. Et id, quod per hæc dicitur. Quare reſtat, opinionem eſſe circa id quod verum quidem eſt, aut falſum aliter autē ſeſe habere poteſt. Hæc autem eſt vacantis medio, & non neceſſariæ propoſitionis exiſtimatio. ¶ Atq; hoc cōſentaneum eſt etiam iis, quæ apparent: tam enim opinatio, quam talis natura incertum eſt ſane. Nemo præterea tum opinari quippiam arbitratur, cum illud putat aliter ſeſe habere non poſſe: ſed ſcire. Sed cum eſſe quidem ſic putat, exiſtimat autem & aliter ſeſe habere poſſe, nihil prohibet illum tum opinari: propterea quod rei quidem talis opinio eſt, neceſſariæ vero ſciētia. ¶ Quomodo igitur fit vt idem vnus opinetur, alius ſciat: & cur opinio non erit ſcientia, ſi quiſpiam poſuerit fieri poſſe, vt de eodem omni opinio habeatur, q ſcit? proficiſcitur enim & hicce, qui ſcit, & hicce, qui opinatur, per media, quouſq; perueniat ad ea, quæ medio vacant: quare ſi ille ſcit, & qui opinatur, ſcit. Fieri enim poteſt, vt queadmodum ipſum eſſe, ſic & ipſum propter quid eſt opinentur: hoc autē conſtat ipſum medium eſſe. ¶ An ſi exiſtimauerit quidē, ea, quæ aliter ſeſe habere nequeunt, perinde atq; habēt, definitiones ſeſe habere, per quas ipſæ demonſtrationes conficiūtur, ſciet, non opinabitur: ſin autem vera quidem eſſe crediderit, non tamē hæc ipſis putauerit competere ratione ſubſtantiæ, atq; formæ, opinabitur, non vere ſciet: atq; ſi per ea quidem, quæ medio vacant, proceſſerit, ipſum eſſe, & propter quid eſt, opinabitur: ſin vero non per ea, quę vacant medio, tantum ipſum eſſe opinabitur. ¶ Opinio namq; ſcientiaq; omnino eiuſdem non eſt: ſed vt eſt & vera, & falſa modo quodam eiuſdem opinio, ſic & ſcientia, & opinio eſt eiuſdem. Etenim opinionem quidem veram, ac falſam, vt quidam inquiunt eiuſdem eſſe, cum alia abſurda, tum hoc ſecum trahit, vt non opinetur quiſpiam, quod opinatur falſo. Sed cum multipliciter idem dicatur, partim eſſe poteſt, partim eſſe non poteſt. Nam opinari vere diametrum commenſurabilem eſſe, abſurdum eſt ſane: ſed ſic eſt eiuſdē, quia diameter circa quem ſunt ipſæ opiniones, eſt idem, vtriuſq; tamen ratio non eadem eſt. Pari modo ſcientia eiuſdem eſſe atq; opinio poteſt. Illa namq; ſic erit animalis exiſtimatio, vt fieri non poſſit: veluti ſi illa quidem exiſtimatio ſit homini ſubſtātiæ ratione competere: hæc autem homini quidem, ſed non illo competere modo. Idem eſt enim id, circa quod vtraq; fit eſt enim homo: ſed modus non eſt idem, vt patet: ex his autem emergit, fieri non poſſe, vt ſimul idem opinetur quiſpiam, ac ſciat: nam ſimul exiſtimationem haberet, & aliter, & non aliter idem ſeſe habere: quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem poteſt, vt in alio, atq; alio ſit eiuſdem vtrunq;, ſicuti diximus: ſed in eodem ſic hoc pacto fieri nequit. ¶ Haberet enim ſimul exiſtimationem, hominem per ſe animal eſſe, & non per ſe animal eſſe, quorum primum eſt non poſſe, ſecundum ſit poſſe hominem non animal eſſe. De reliquis autem quonam pacto diſtribuenda ſint, de mente inquam, de intellectu, de ſcientia, de arte, de prudentia, de ſapientia, aliis in locis pertractabitur. Quædam enim ipſorum ad naturalem, quædam ad morum magis pertinet contemplationem.

Hec

HAEc eſt tertia, & poſtrema pars ſexti, atq; vltimi membri principalis huius libri, in qua poſt comparationes demonſtrationis ad demonſtrationē, & ſcientie ad ſcientiam, comparat ſcientiam ad alios habitus: nēpe in hoc cap. ad opinionem, & in cap. ſequenti, ad ſolertiam. Atqui capitula hec apud Commentatorem vnicum continent textum, qui eſt quadrageſimus quartus, atq; poſtremus huius libri. Habet nihilominus hoc vigeſimū ſextū cap. particulas quinq;. In prima ponit concluſionem hanc. Inter eſt inter id quod ſub ſcientiam & id quod ſub opinionem cadit. Boetius ad mentem propius Ariſto. q̄ ad literā vertit. Scibile/ & ſcientia differt ab opinabili & opiniōe. Parum refert. Probat concluſionez, tribus rationibus. Prima. Sciētia eſt cognitio obiecti vniuerſalis que fit per neceſſaria principia: opinio vero eſt contingentium, & per media contingentia: ergo ſcibile & opinabile differunt atq; adeo ſciētia & opinio. Probat minorem (nam maior ſatis hactenus probata eſt) Contingentia poſſunt aliqua cognitione a nobis cognoſci: ſed contingentium non eſt ſcientia, alias cuz ſcientia ſit eorū que non poſſunt aliter ſe habere, ſequeretur q illa que aliter poſſunt ſe habere, non poſſent aliter ſe habere: neq; contingentium eſt intellectus. Intellectum appellat aſſenſum primorum principiorum, & per circunloquutionē dicit, q intellectus eſt ſine demonſtratione ſcientia, quia intellectus non acquiritur per demonſtrationē. Unde quod dixit prius/ neq; intellectus/ appoſitiue, & expreſſiue ſubiunxit/ neq; ſine demonſtratione ſcientia. Unde id quod interponitur. ſ. [intellectum principium ſcientie dico] legendum eſt vt parenteſis: alioquin litera eſt obſcura. Si ergo contingentiū neq; eſt ſcientia, neq; intellectus: & contingentia poſſunt eſſe vera, ſicut intellectus & ſcientia (non ſolum aſſenſus: ſed obiecta ipſa ſunt vera) reſtat vt contingentium cognitio ſit opinio. Ex quo ſequitur opinionem eſſe circa id quod verum & falſum eſſe poteſt. Subiungit autem [Hec autem eſt vacantis medio (id eſt immediate) & non neceſſarie propoſitionis exiſtimatio] Quo verbo docet q ſicut ſcientia reducitur ad propoſitiones immediatas neceſſarias, ita opinio contingentis mediate reducitur ad contingentem immediatam, vt/ cum a longe video aliquid quod opinor non currere, id cōijcio quia video ipſum non moueri, & non moueri opinor: quia non video ipſum mutare locum. ¶ In ſcda particula [Atq; hoc] ſubiungit alias duas rationes breues. Secunda ergo ex diffinitione opinionis ſumitur. Etem tā opinio q̄ natura talis. i. obm opinionis eſt quid incertū: ſcientia vero & ſcibile ſunt certa: g ſcientia et ſcibile differūt ab opinabili & opinione. ¶ Hinc doctores eliciūt hāc diffinitionē opiniōis. Opinio eſt aſſenſus verus aut falſus, incertus, ſeu cū formidine. ¶ Tertia ratio ſumiť ex hoim conſenſu. Tunc. n. ſcire aliquid putamus, cū arbitramur illud nō poſſe aliter ſe habere cū autē putamus id poſſe aliter ſe hēre, q̄uis in rei veritate ſit neceſſariū, ſolā habemus opinionē. Signū g eſt q ſcibile & opinabile ſint diuerſa obiecta. ¶ In tertia particula [Quomō igitur] mouet duas dubitationes que ex dictis reſultant. In tertia enim proxima ratione inſinuauit q poſſit de eodē obiecto alius hēre ſcientiā, ali9 vero opinionē, dū alius id qd eſt neceſſariū exiſtimat eſſe neceſſariū, alius vero opinatur eſſe contingens. Prima ergo dubitatio eſt, cū ante dictū ſit obm ſcibile eſſe neceſſariū, opinabile vero eſſe cōtingens, quomodo fieri pōt vt de eodē vnus habeat ſcientiā alius opinionē. Secunda dubitatio eſt. Si de eodē habeť ſciētia et opinio, quōmo nō inde ſequitur q opinio ſit ſcia. Uiť enim id cōſequi: ſi. n. obm ſciētie & opinionis eſt idē, & tā opinio q̄ ſciētia reduciť ad propōnes immediatas, vt paulo ante dicebamus, viť ſubſequi opinionē eſſe ſcientiā. Qd autē opinio reducať ēt ad cauſas immediatas, probat, qr nō ſolū poſſumus opinari ipſum eſſe. ſ. lunā eclipſari: ſed ēt propter quid: nā pōt quis hēre opinionē q cauſa eclipſis lune ſit nubecula illi antepoſita. ¶ In quarta particula. [An ſi exiſtimauerit quidē] rūdet primo ad ſcdam queſtionē que eſt facilior. Ubi notandū eſt q cū pfectio ſit ex integra cā, imperfectio aūt ex defectu cuiuſcūq; circūſtantie, ad perfectionē ſciētie requiruť duo. ſ. & q obiectū ipſum ſit in rei veritate neceſſariū, & q ita exiſtimeť: ſed ad rationē opinionis ſufficit alterū illorū. ſ. aut q mediū ſit contingens aut q exiſtimeť eſſe tale. Et ideo dicit Ariſt. q cū quis exiſtimauerit mediū neceſſariū; qr intelligit eius diffinitionē p quā ipſum demōſtrat, tūc ſcit illud: ſi autē aliqs nō intelligat eius diffinitionē nec illud per ppria principia demōſtret, hēbit ſolū opinionē: & ſic ſcientia & opinio q̄uis ſint de eadem re non ſunt idem. ¶ In quinta particula [Opinio nāq;] ſoluit primā dubitationē quomō vez ſtet q obiectū ſcientie ſit neceſſarium, obiectum vero opinionis ſit contingens, & nihilominus ſint idē. Atq; intentio eius eſt oſtendere q ſunt eadē res incōplexe ſignificata, tñ non ſunt idē obiectū cōplexe ſignificabile, qd eſt proximū obiectū aſſenſus: nam de quātitate habem9 ſciētiā q accidit ſubſtātie: qr nō eſt de intrinſeca ratione illius: & habemus opinionem q realiter diſtinguatur ab illa. Itaq; propōnes ſunt diuerſe: ſz ſubiectū earū eſt idē. ¶ At pro intelligētia litere notandū eſt fuiſſe quoſdā phos vt Democritū & Empedoclem & alios quos refert Ariſt. 4. meta. tex. 21. & infra qui putabant nō eſſe aliā rerū veritatē q̄ que eſt in apparētia ſenſus: vt ſi res mihi guſtata iudicať amara, eſt amara: & ſi tibi iudicať dulcis, ē dulcis. Ex quorū opiniōe vt infert illic Ariſt. ſequiť q idē eſt verū & falſum: nā vinū eſſe dulce/ eſt verum, qr ſanus ita iudicat: et eſt falſum: qr infirmus ita iudicat. Et preter hoc aliaq; multa id genus incōuenientia que illic cōgerit Ariſto. infert ēt nunc q ſecundū illos nulla poſſet eſſe opinio: nā ſi talis eſt res qualis mihi aparet, nullomō poſſem opinione mea decipi, & per ɔñs eſſet ſcientia. ¶ Soluit ergo Ariſto. primā dubitationē dicēs, q ſcientia et opinio poſſūt eſſe aliquo modo eiuſdē, vt pote in diuerſis hoibus: qr de eadē cōcluſione, puta/ luna eſt eclipſabilis/ Aſtrologus hēt ſciētiā, et ruſticus pōt habere opinionē. Non tñ poſſunt eſſe omnino eiuſdē: qr idē hō non pōt habere eiuſdē concluſionis ſimul ſciētiā et opinionem: niſi ſicut pōt habere ſimul et opinionē verā et opinionē falſā. Interponit parēteſim, q non poteſt opinio eadem ſimul eſſe vera et falſa vt dicebant illi phi, videlz q idē ſimul eſt verū et falſum: nā tūc preter alia abſurda ſequiť q nulla eſt opinio: ſed omnis aſſenſus eſt ſcientia. At pōt, inquit, tñ habere quis opinionē verā et ſimul opinionē falſam de eadem re, ſed non de eadē propōne. Exēplum Ariſto. eſt vt opinio que aſſerit diametrū eſſe cōmenſurabilē coſte, ita eſt falſa, vt nullatenus poſſit eſſe vera. Pōt tñ cū illa ſimul eſſe alia opinio vera de eadē diametro, vt puta q Diametr9 excedit coſtā. Ad hunc igiť modū pōt ſimul eſſe ſcientia et opinio de eodē hoie per diuerſas propōnes: vt ſi quis iudicet hominē neceſſario eſſe animal, et ſimul iudicet aial conuenire homini in quantū hō eſt ſubtā, habet quidē ſciētiā de hoie. ſ. q eſt animal ſalte, qr/ de quo tñ hēt opinionē falſam: qr homo non eſt animal in quantū ſubſtātia, ſed in quantū hō. Et ita errat in propter quid. Et eadē ratione pōt habere ſcientiā de hoie q ſit riſibilis, qr eſt animal ratiōale: et opinionē q diſtinguitur a ſua quātitate. Sz tñ de eadē concluſione non pōt magis quis habere ſcientiā et opinionē ſimul, quā habere ſimul opinionē verā & opinionē falſam. Ubi notato q ſecundū Ariſto. tm repugnant ſciētia & opinio eiuſdē concluſionis pp certitudinem

Pp nem

Cōcluſio.

Diffinitio opiniōis.

Solutio pmi dub.

Scientia et opinio repugnāt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nem vniꝰ ⁊ in certitudinē alterius, quantū repugnat vt idē aſſenſus ſit ſimul verus ⁊ falſus. Nā per ſcientiā (inquit) iudicamus rē non poſſe aliter ſe hēre, ⁊ per opinionē iudicamus rem poſſe aliter ſe habere: que ſunt repugnantia. ¶ Et ita tandem concludit ꝙ in diuerſis hominibus poteſt eſſe ſcientia ⁊ opinio de eadem concluſione: in eodem tamen nequaquam. ¶ Excuſat ſe tandē Ari. a tractatione aliorum habituum de quibus meminit. 6. Ethicorū cap. 3. que ſunt intellectus, ſcientia, ars, prudentia, ⁊ ſapientia. Enimuero de ſcientia ſolum hic dictum eſt dialectice quatenus eſt finis demonſtrationis. At vero de ipſa ⁊ intellectu ad libros de anima pertinet exatius dicere. Et de ſapientia ad libros metaphiſice: de prudentia vero ⁊ arte, ad philoſophiam moralem.

¶ De ſolertia. Cap. 27.

Solertia vero quædā eſt coniectatio medij in tempore admodum breui: veluti ſi quiſpiam hoc viſo, lunam eam partem, quæ eſt verſus ſolem, lucidam ſemper habere cito perceperit, propterea idipſum effici, quod lumen ex ſole ſuſcipit lumina, aut ſi viſo paupere diuitem adeunte, hoc illum ꝓpterea facere, ꝙ mutuo argentum accipit, intellexerit: aut ſi cognouerit, cur hi ſunt amici, quia ſunt eiuſdem hominis inimici: omnes enim medias cauſas, qui vidit extrema, cognouit: lucidam partem verſus ſolem habere ſit. a. ſolis lucere lumine ſit. b. luna ſit. c. igitur ipſum. b. id ſolis lucere lumine, competit. c. ipſi, inquam, lunę: at ipſum. a. lucidam, inquam, ſemper verſus ſolem habere partem, ipſi ineſt, quare fit, vt. a. per. b. medium ipſi competat. c.

In hoc denium cap. 27. poſtremoqꝫ primi libri comparat ſciētiam ad ſolertiam: que etiā deficit a ratione ſciētie: quia non procedit ex ſimpliciter neceſſarijs: ſed ex cōiecturis. Facit hic autem mētionem de ſolertia propterea ꝙ non ſimpliciter coincidit cum aliquo illorum quinqꝫ habituum quos. 6. Ethico. poſuit. Eſt enim ſolertia pars quedam prudentie, vt. 12. q. 49. arti. 4. docet. S. Thom. Prudentia namqꝫ eſt virtus conſiliatiua practica. ſ. circa operationes. Solertia vero eſt quedam vis facile et de repente inueniēdi cauſam rei vt patet in exēplis Ariſto. vt ſi ignarus philoſophie videat lunam illuminari in illa parte que eſt verſus ſolem, inde coniectet lunam recipere lumen a ſole, aut ſi vidēs pauperem ingredientem domum diuitis, coniectet cauſam eſſe vt argentum ab illo mutuet. Unde ſicut facilitas ⁊ ſubtilitas vt quis facile ab alio doceatur dicitur docilitas, ita perſpicacitas vt quiſqꝫ per ſe de repente media inueniat dicetur ſolertia: ⁊ habet locum in neceſſarijs ⁊ contingentibus, practicis ⁊ ſpeculatiuis, ⁊ poteſt nonnunq̄ deficere ⁊ deceptionem facere, ⁊ ideo proprie non eſt virtus. At vero qꝛ ſolertia non ſolum per effectus facile coniectat media ⁊ cauſas. Sed etiam ex cauſis infert effectus Ariſ. poſuit exemplū ſolertie in demōſtratione propter quid. ſ. quidquid recipit lumen a ſole illuminaꝛ in parte que eſt verſus ſolem, luna recipit lumen a ſole: ergo illuminatur in parte que eſt verſus ſolem, quamuis ſolers prius per effectum indicauit cauſam ſic arguens, quidquid illuminatur in parte que eſt verſus ſolē recipit lumen a ſole (vt patet in iſtis inferioribus) ſed luna illuminatur in parte que eſt verſus ſolem: ergo recipit lumen a ſole. Itaqꝫ ex iſtis inferioribus fecit de luna coniecturam.

Solertia.

¶ Quæſtio octaua.

¶ Vtrum ſcientia & opinio adeo differant, vt eis repugnet eſſe in eodem ſubiecto.

In hac quæſtione non ſolum titulus vt iacet diſputandus eſt, ſed alij non nulli loci textus, ſunt examinandi. Quapropter arguitur primo. Fides eſt habitus medius inter ſciētiam ⁊ opinionem: deficit enim a ſcientia, quia non eſt euidens ⁊ excedit opinionem: quia eſt certa, vt ait. S. Th. 12. q. 67. ar. 3. ergo inſufficienter Ariſt. de habitibus tractauit, nullam faciens mentionem fidei. ¶ Et confir. Fides eſt aſſenſus certus ⁊ ineuidens: ſed aſſenſus certus ⁊ ineuidens nulla autoritate aut ratione ſufficiēter producitur: ergo inſufficienter tradidit media quibus habitus intellectus generatur. Probatur minor. Aut ratio vel autoritas conuincit intellectum, ⁊ tunc generabit aſſenſum euidentem: aut non conuincit, ⁊ tunc ſola producetur opinio. ¶ Secundo arguitur contra diffinitionem opinionis quam poſuit Ariſto. videlicet, ꝙ opinio eſt aſſenſus propoſitionis immediate non neceſſarie. Opinio non ſolum eſt propoſitionis immediate, ſed cuiuſcūqꝫ propoſitionis contingentis tam mediate quam immediate: ergo diffinitio non eſt bona. ¶ Et confirma. quia nulla videtur poſſe dari prima opinio: nulla enim videtur eſſe immediata propoſitio, niſi quia aut ex terminis eſt per ſe nota, aut ex experientia: que proinde nec eſt opinio, nec poteſt ponere opinionem ſed ſcientiam. ¶ Et confir. ſecundo. Opinio non ſolum eſt aſſenſus propoſitionis contingentis, aut que exiſtimaꝛ eſſe contingens, ſed etiam aſſenſus propoſitionis quā opinamur eſſe neceſſariam: nam exiſtimare aliquid eſſe neceſſarium, non ſolum contingit per certitudinem: ſed per opinionem. Quinimo quicunqꝫ opinatur quantitatem diſtinguire quanta opinatur illud eſſe neceſſarium, nam ſi diſtinguitur, neceſſario diſtinguiꝛ: ⁊ ſi non diſtinguitur: neceſſario non diſtinguiꝛ: ergo hmōi aſſenſus eſt opinio: ⁊ tñ neqꝫ eſt propoſitionis contingentis, neqꝫ eius que exiſtimatur eſſe contingens. ¶ Hinc ſumiꝛ tertium argm̄ principale. Quod facit Dur. 1. q. proi. ad probandū ꝙ ſcientie ⁊ opinioni nihil repugnet eſſe in eodem ſubiecto: nam ſi aliquid obſtaret, aut eſſet ex parte obiecti: qꝛ. ſ. per ſcientiam iudicamus rem non poſſe aliter ſe habere, ⁊ per opinionem iudicamus poſſe aliter ſe habere, vt hic ait Ariſt. ⁊ hoc non: quia vt modo arguebamus, poſſumus per opinionē iudicare rem non poſſe aliter ſe habere: ſed eſſe neceſſariū, aut eſſet repugnantia ex parte mediorū, ex quibus procedunt: ⁊ hoc non, quia ad eandē concluſionē poteſt applicari, ⁊ demōſtratio ⁊ nō ꝓbabilis: imo ſepe mathematici et maxime aſtrologi ad concluſionem demonſtratam afferūt etiā rationes probabiles, vt poſtq̄ aſtrologus per eclipſim lune q̄ fit circulariter, demonſtrauit terrā eſſe rotundā, adducit etiā rationē probabilem, ꝙ ſicut celū eſt rotundū, eandē figurā habeant elementa ⁊ per ꝯñs terra. Uelut theologi ad cōcluſiones fidei afferunt ſepe rationes apparētes nāles. ¶ Et cōfir. Quia poſſent mihi adduci duo media ad eandē concluſionē neceſſariā, alterū quod eſt neceſſariuꝫ, ⁊ ego certo ſcio eſſe tale, alterū qđ opinor eſſe neceſſariuꝫ: in quo caſu nihil vř repugnare quod mediū illud qđ ſcio eſſe neceſſariū cauſet ſcientiā, ⁊ alterū cauſet opinionē: poſtq̄ per vtrūqꝫ iudico cōcluſionē eſſe neceſſariā. ¶ Quod ſi quis dicat ſcientiā ⁊ opinionē repugnare ꝓpter certitudineꝫ vnius ⁊ incertitudinē alterius, arguitur ſic. Certitudo ⁊ incertitudo ſolū differūt ſicut perfectū ⁊ imperfectum: perfectū autē ⁊ imperfectū non repugnāt, nā forma ſubſtantialis ignis ⁊ calor in eodē ſubiecto ſunt. Et hac ratione

tione videtur. S. Tho. concedere. 3. p. q. 9. ar. 3. ad ſecundum, ꝙ ſcientia per demonſtrationē, ⁊ opinio per rationem probabilem ſunt in eodē ſubiecto. ¶ Confir. ſecundo. Aut formido opinionis eſt paſſio ab ea diſtincta vt ſecundū. S. Th. riſibilitas diſtinguitur ab homine, aut eſt priuatio certitudinis que eſt ipſemet aſſenſus opinatiuus. Si primū poſſent tot rationes probabiles adduci, vt tota corrumperetur formido, aut ſaltem Deus ſupernaturaliter poſſet illam ab aſſenſu ſeparare, ⁊ per cōſequens tunc poſſet opinio ſimul eſſe cum ſciētia. Si vero formido non diſtinguitur ab opinione, ſequeretur ꝙ equaliter dum intendiꝛ opinio, intenderetur formido: qđ eſt contra experientiā: nā quanto plures rationes adducuntur intēdentes opinionē, tanto minori formidinē aſſentimur. ¶ Quarto principaľr argꝛ. Fides ⁊ ſcientia poſſunt eſſe ſimul: ğ fides ⁊ opinio: qꝛ tanta vř repugnantia inter euidentiā ⁊ cognitionē obſcurā, quanta eſt inter certitudinē ⁊ incertitudinē. Añs ſi patet. Primo in beatis, in quibus veriſimile eſt durare fidē cum viſione: ſicut alias virtutes permanebunt quibus gloriā meruerunt. Et ſecundo in Pauli raptu vſqꝫ ad tertiū celū. Et tertio id patet in phis Chriſtianis q̇ ſimul habēt ſcientiā ⁊ opinionē ꝙ Deus eſt. ¶ Quinto principaľr argꝛ. Si habēti habitū opinionis alicuius concluſionis afferatur demōſtratio eiuſdē, illa demōſtratio generabit habitū ſcientie qui ſimul erit cū habitu opinionis, ſed non eſt minor repugnātia inter habitus ſcientie ⁊ opinionis q̄ꝫ inter actus: ergo neqꝫ actus repugnāt. ¶ Qđ ſi dicas demonſtrationes non generare habitū ſciētie anteq̄ corrūpant habitū opinionis, arguitur cōtra. Nā, vt in predicamētis cap. de qualitate dictū eſt, vnica demōſtratio ſufficit generare habitū ſcientie: qꝛ cōuincit intellectū. Sed habitus opinionis cū habeat partes non pōt niſi ſucceſſiue corrūpi: ergo per aliquā morā erunt ſimul habitus an [illegible] alias daretur vltimū inſtans eſſe rei permanentis. ſ. habitus opinionis. ¶ Et confir. habitus intellectus corrūpunt ſe ſicut habitus volūtatis cōtrarij: ſed quādo intēperatus incipit in actibus ſeſe temperantie exercere, actus illi, vt pꝫ ad experientiā, nō ſtatim corrūpunt habitū intemperātie: vnde ſequi vř ſimul eſſe habitū tēperantie ⁊ intēperantie, ⁊ per ꝯñs eadē ratione habitū ſcientie ⁊ opinionis. ¶ Sexto tandē arguiꝛ contra id qđ diximus ſolertiā non eſſe virtutē, eo ꝙ eſt indifferēs ad verū ⁊ falſum. Prudentia eſt virtus, vt habeꝛ 6. Ethi. cap. 5. Sed prudentia eſt indifferens ad verū et falſum, nam eſt circa ſingularia vt illic ſubdiꝛ cap. 7. circa que contingit errare: vt patet: qꝛ nō repugnat virtuti prudentie, vt aliqñ prudēs erret in ſuis cōſilijs ꝓpter incertitudinē rerū humanarū circa quas verſaꝛ: ğ ꝙ ſit indifferens ad verū vel falſum, nō repugnat rationi virtutis. ¶ Et cōfir. Prudētia eſt virtus ⁊ ſolertia eſt pars illius, vt ait. S. Th. 22. q. 45. ar. 4. ğ ſolertia eſt virtus.

¶ Quæſtio hæc, vt eſt vltima, ita & inter

precipuas eſt huius libri. Ubi cōſtituimus ſex cōcluſiones: nō ſolū quibus ad titulū queſtionis, ſed ad argumēta pro textus expoſitione reſpōdeatur. Faciemus nāqꝫ duos articulos. In primo erunt tres concluſiones de fide: ⁊ in altero de opinione totidem. ¶ Unde circa materiā primi argumenti ſit prima cōcluſio. Apud Ariſtolē quinqꝫ tantū inueniūtur intellectuales habitus quibus non pōt ſubeſſe falſum, atqꝫ adeo habent ⁊ nomen ⁊ rationē virtutis. Hi ſunt ſciētia: Intellectus, Sapientia, Prudentia, ⁊ Ars: quos. 6. Ethic. cap. 3. connumerat. Concluſio hec manifeſta erit his qui Ariſt. doctrinā perluſtrauerint. Atqui tres priores habitus verſantur circa neceſſaria: nēpe. Intellectꝰ circa prima principia. Scientia vero circa concluſiones: ſed ſapientia, in vna ſignificatione eſt habitus cōprehendens cōcluſiones ⁊ principia: ⁊ in alia, eſt ſcientia altiſſimarum cauſarum: qualis phis eſt Metaphiſica, ⁊ Chriſtianis theologia. Alij duo habitus eſſe poſſunt circa contingentia. Prudētia namqꝫ vt loco citato docet Ariſto. cum ſit circa agibilia, puta circa actus immanentes, qualia ſunt opera virtutū, ⁊ de vniuerſalibus eſt ⁊ de ſingularibus: conſiderat nāqꝫ rationes legeſqꝫ vniuerſales, quas ad ſingulares applicat actiones. Ars vero eſt circa factibilia que tranſeunt in exteriorem materiam. Quibus non poteſt ſubeſſe falſum eo modo quo in reſponſione ad vltimum explicabitur. Quocirca illi tres habitus ſunt ſpeculatiui: hi vero duo ſunt practici. Subiungit demum illic Ariſto. opinionem ⁊ ſuſpitionem, que excluſit a ratione intellectualis virtutis eo ꝙ indifferenter ſe habeant ad verum ⁊ falſum. Et eadē ratione excluditur hic ſolertia. ¶ Secunda concluſio. Neqꝫ Ariſto. neqꝫ alij philoſophi naturales cognouerunt aliquem habitum vel aſſenſum fidei qui ſpecie differret ab opinione. Ad cuius intelligentiaꝫ notandum eſt duplicem eſſe fidem. Alia enim eſt diuina qua per reuelationem Chriſti ſeruatoris noſtri aſſentimur ſacre ſcripture. Alia vero eſt humana qua abſqꝫ formidine aſſentimur veritatibus aliquibus humanis citra euidentiam, vt ego ſine vna prorſus formidine aſſentior Romam eſſe, quam non vidi: ⁊ inſulas quas noſtri inuenerunt. ¶ Et inter has duas ſpecies fidei, preterq̄ꝫ ꝙ prima eſt de rebus pertinentibus ad religionem, ⁊ ſecunda de veritatibus humanis, eſt etiam eſſentialis differentia, ꝙ fidei catholice non poteſt ſubeſſe falſum: nā Deus qui eſt prima veritas nec falli nec fallere poteſt: fidei autem humane poteſt ſubeſſe falſum. Ex qua differentia. S. Thom. 22. q. 4. arti. 5. ad ſecundum colligit ꝙ fides catholica eſt virtus. Fides autem humana non eſt virtus. ¶ Probatur ergo concluſio. Fidem diuinam nec Ariſto. neqꝫ aliquis philoſophorum cognouit: quia non cognouerūt homines tali reuelatione diuina aliquid cognoſcere. Fides autem humana non differt ſpecie ab opinione. Quod probatur. Nam cuicunqꝫ fidei humane quantūcunqꝫ certiſſime poteſt ſubeſſe falſum: ſaltē non repugnat ex natura aſſenſus. Etenim quantūcunqꝫ abſqꝫ vlla formidine ego credam Romam eſſe in Italia, et patrem meum eſſe mortuum quem tamen non vidi mori, nihilominus non repugnat fidei quam habeo, illud eſſe falſum: quia nec de huiuſmodi veritatibus habeo experientiā, nec euidentiā per reductionē ad prima principia: ergo non differt ſpē ab opinione. Et ideo, vt. S. Th. loco mō citato egregie adnotauit Ariſ. 6. Ethi. ſub nomine opinionis cōprehendit quācunqꝫ fidē humanā: quā excluſit a ratione virtutis, eo ꝙ quantūcunqꝫ ſit certiſſima, nō repugnat illi ſubeſſe falſū. ¶ Differūt autē in doctrina Ariſt. fides ⁊ opinio ſcđm magis ⁊ minus. Uñ primo Top. c. 5. Fides (inq̄t) vř eſſe vehemēs opinio id eſt aſſēſus certꝰ ſiue verꝰ ſit, ſiue falſus. Quo fit vt apđ Ariſ. formido admodū loquēdi doctorū huius tēporis, non ſit de intrinſeca ratione opiniōis, ſed hoc ſolū ꝙ ſit aſſenſus indifferens ad verū ⁊ ad falſum, vt ar. 2. q. 2. explicabitur. ¶ Qđ ſi quis obiiciat illud. 2. de aia tex. 157. opinionē ſequiꝛ fides, vbi vř ponere diſtinctionem: inter opinionē ⁊ fidē, rñdeꝛ ꝙ nō intēdit talē diſtinctionē, ſed accipit fidē pro aſſenſu: ⁊ vult dīe, ꝙ bñ ſequiꝛ, ſi quis habet opinionē, ꝙ hēat etiā aſſenſū: nā opinio ipſa eſt aſſenſus. Quā dñiam ponit inter opinionē ⁊ phātaſticā imaginationē, que nō eſt aſſenſus. ¶ Ex quo ſequiꝛ, primo ꝙ nō valet hec ꝯña, eſt aſſenſus certus: ergo verus (licet hoc tēpore inter dialecticos cenſeatur bona) Enimuero machumetici ita certo aſſentiunt ſuis erroribus: vt nos noſtre fidei, ⁊ aliqui iudei ita certo credunt ꝙ Meſſias non venit, q̄ꝫ nos cōtrariū. Unde Ari. 7. Ethi. cap. 3. quidā inquit ſuis falſis opinionibus non minus aſſentiunt q̄ꝫ alij ſue ſciētie. Et illos aſſenſus falſos Ariſt. appellat

Prima cōcluſio.

2. Concluſio

Fides diuina ⁊ humana.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſet fidem: ꝛ ita ſunt latine appellandi: quidquid.n. appellamus opinionem, latine poſſumus nuncupare fidem. Dicimur enim adhibere fidẽ alicui, licet eius autoritas ſolam nobis adgeneret opinionẽ: ꝛ econuerſo fides etiã appellatur opinio. Tametſi inter Chriſtianos ex accommodatione vſus, ſolam reuelationem ſacre ſcripture appellamus fidem.

Diffinitio fidei.

❡Sequitur ſecundo ꝙ hec diffinitio/ fidei aſſenſus verus certus ꝛ ineuidens/ non comprehendit fidem humanã: quippeque indifferens eſt ad falſum: ſed ſolum conuenit fidei catholice, vtpote cui non poteſt ſubeſſe falſum. Jmo eſt nobis certior q̄ ſciẽtia, propter ipſam enim negamus hanc conſequentiam/ omnis eſſentia diuina eſt pater: filius eſt eſſentia diuina: ꝗ filius eſt patrꝫ, quã philoſophi naturales reputarẽt euidentem. ❡Solutum ergo ſatis eſt primum argumentum, non enim Ariſt. inſufficienter tractauit de habitibus intellectus, ſiquidem fides catholica ſupranaturalis eſt, et illi incognita: fidem autem humanã nomine opinionis comprehendit.

3. Conclu. Fides ex pia affectione.

❡Pro materia confirmationis eſt tertia concluſio. Tam fides diuina q̄ humana, imo ꝛ opinio, generatur in nobis ratione aliqua aut autoritate, cuꝫ pia affectione volũtatis. Que licet videri poſſet ad rem preſentem non pertinere, poſita eſt tamen: tum quia neotherici fere hic tractant, tum etiã quia neq̃ eſt adeo impertinens propoſito. Hanc concluſionem probat. S. Th. 22.q.1.arg.4. hac ratione. Jntellectus non poteſt alicui aſſentire niſi altero duorum modorũ: vcꝫ aut conuictus ab obiecto/ aut voluntate eum inclinante ad vnam partem: ſed ad ea quibus aſſentimur per fidem, vel per opinionẽ, non ſimpliciter intellectus conuincitur: ergo illis aſſentit ex inclinatione volũtatis. Minor ſupponitur a. S. Th. tanq̃ nota: probatur tñ, q: cum non ſit niſi duplex potentia. ſ. rationalis ꝛ irrationalis, vt. 1. Ethic. autor eſt Ari. non eſt niſi duplex modus quo poſſet aliqua potentia paſſiua moueri. ſ. aut ex neceſſitate, vt potentia irrationalis, aut libere, vt potentia rõnalis. Minor aũt patet: q: intellectus regulr non conuincitur ſimplr niſi ab euidẽtia. ſ. ab experiẽtia vel ex principijs per ſe notis vel per reductionẽ ad illa, vt reducitur ſciẽtia. Exiſtimo profecto ſi qui tenent fidẽ poſſe ꝓduci a ſola rõne hãc rationẽ perpẽdiſſent, forſan non contradixiſſent. S. Thome. ❡Et cõfirmatur concluſio experiẽtia: experimur.n. ꝙ vbi non eſt euidentia rei, multũ refert affectio, vt alij magis credãt Auguſtino alij Hierõymo, alij Thome, alij alijs. ❡Et de fide catholica ſecundo probatur cõcluſio, ex illo. 2. ad corinth. 10. in captiuitatẽ redigentes intellectũ in obſequiũ chriſti, captiuare nãq̃ intellectũ munus eſt volũtatis. Ad quod ẽt pertinet illud. Luce. 17. Adauge nobis fidẽ: quo verbo non ſolũ petebant aplĩ, claritatẽ fidei ex rationibus aut miraculis, ſed ꝙ voluntatẽ eorũ inclinaret et afficeret ad credendũ. Qua de cauſa. S. tho. 22. q. 4. ar. 2. docet ꝙ q̄uis fides formalr inhereat intellectui, tñ ꝑ quãdã redũdantiã eſt ẽt in volũtate, nã vtraq̃, inquit potentiaꝫ neceſſe eſt eſſe perfectã ad credendum. ❡Et confir. ratione. Credere eſt quodãmodo actus obedientie ꝛ meriti: obedire aũt et mereri ad voluntatẽ pertinet. Nec ſatiſfacit reſponſio dicentiũ ſatis eſſe ad rõnẽ meriti ꝙ credere ſit ãtecedẽter in ptãte voluntatis, quatenus libere quis audit predicatores: nõ enim hoc ſoluꝫ eſt meritoriũ, ſꝫ hoc qđ eſt captiuare intellectũ ad credẽdũ illud qđ non eſt euidẽs. ❡Offerunt ſe tñ in contrariũ

Argumẽta.

argumẽta nõnulla exigua. Primũ ex his que paulo ante dicebamus. Experimur nãq̃ aliqñ citra euidẽciã ſola autoritate alicuius cõuinci ad credẽdũ. v.g. ꝙ Roma eſt, et ꝙ modo ceſſari cum gallo bellũ ſit, quibus renuent voluntate aſſentimur. ❡Secũdo arguitur. Aut affectio pia voluntatis eſt actus quo volumus id qđ aſſeritur eſſe verum, aut actus quo volumus aſſerentẽ eſſe veracẽ, aut actus quo volumus aſſentire. Non primũ, nã cum audio nunciũ obijſſe parentem, aut turcham littora noſtra inuaſiſſe, nollem eſſe verum, ꝛ tamen abſq̃ formidine credo. Et eadem ratione arguitur contra ſecundũ membrum: quia ſtat eum qui mihi id nunciat eſſe inimicum quem nollem eſſe veracẽ, ꝛ tamen illi credo. Sed ꝙ neq̃ ſit tertium arguitur. Primo: q: alias ſtaret in nr̃a poteſtate aſſentire cuicũq̃ propõni, qđ eſt ꝛ contra Ariſ. 2. de aia. (in diuiſione Cõmenta.) tex. 154. dicẽtem in noſtra eſſe poteſtate phãtaſiare cũ volumus, opinari vero non. Et eſt contra experientiã: q: non eſt in poteſtate mea mõ aſſentire aſtra eſſe paria aut imparia. Et preterea q: experimur nos ſepe exire in actũ fidei q̄ primũ audimꝰ deũ eſſe hoiem, aut aliũ articulũ naturaliter ſine tali volitione qua volumus aſſentire.

Rñſiones

❡Ad primũ rñdetur, ꝙ opinio. S. Th. intelligitur regulr, ꝛ ꝑ ſe ex nã rei: nil tñ vetat quin aliqñ ſit tã vehemẽs auctãs, vt citra euidentiã cõuincatur intellectus ſine inclinatione volũtatis. ❡Ad ſecundũ rñdetur, ꝙ pia affectio volũtatis eſt volitio aut actualis aut habitualis qua volo aſſentire cũ nõ ſim ratione cõuinctus: nihilominꝰ volitio hec ꝛ propẽſio volũtatis, nõnunq̃ contingit ex volitione qua vellẽ id qđ aſſeritur eſſe verũ, nã ea que multũ optamus facile credimus (qđ eſt aliud argm̃ fidẽ depẽdere a voluntate) aliqñ contingit ex amore quo afficimur erga aſſerentẽ. Unde ſecte phoꝝ ortũ hẽre nõnunq̃ ſolẽt. Enimuero poſtq̃ aliquis afficitur alicui doctori, equali rõne facilius venit in eius ſentẽtiã, q̄ in ſentẽtiã alterius. Nihilominꝰ aliqñ, vt probant argumẽta aduerſus duo priora mẽbra, ſine iſtis aſſentimur ꝓpter vehementiã autoritatis renuẽte volũtate. ❡Primũ argm̃ aduerſus tertiũ mẽbrũ, vehemẽtiꝰ militaret aduerſus Ochã.

Ocham.

Sunt.n. aduerſus. S. Th. due extreme opiniones. Prima eſt Holchoth in. 1. q. 1. vcꝫ ꝙ ſola autoritas vel rõ ſufficit ad generationẽ fidei, qđ ſi intelligat đ fide hũa, ꝛ qñ eſt vehemẽtiſſima autoritas, nos nõ negamus. Alia eſt Ochã in ſecũdo. diſt. 25. vbi vr̃ tenere ꝙ ſolũ imperiũ voluntatis ſiue autoritate aut rõne ſufficit ad credendũ. Contra quẽ militat autoritas Ari. ꝛ experientia. Nos vero rñdemus ꝙ non eſt in nr̃a voluntate ſimplr aſſentire vbi nulla eſt autoritas aut ratio. Sed dicimus ꝙ imperiũ volũtatis facit ꝙ aliqua autoritate aut rõne moueamur, q̄ ꝑ ſe nõ poſſet nos cõuincere. Et iõ nõ poſſumus aſſentire ꝙ aſtra ſint paria. ❡Ad poſtremũ rñdetur, ꝙ qñ qs primo recipit fidem, tunc requiritur motus volũtatis in actu, poſtq̃ vero qs iam habet habitũ, tũc ex habituali motu volũtatis ſtatim aſſentit, nec requiritur ꝙ volũtas de nouo inclinet et determinet intellectũ.

Autoritas.

❡Tandẽ hic notandũ eſt ꝙ citra euidentiã multo plus mouet autoritas ex gñe ſuo q̄ rõ queuis probabilis: nam rõ probabilis non fundatur in aliqua euidentia: autoritas vero ſepe nititur experiẽtie aut euidentie dicentis. Cum enĩ homo fide dignus aut decem aut viginti dicunt aliquid ſe ꝓprijs oculis vidiſſe, profecto non poſſumus non credere, nam licet illud non ſit nobis euidens, eſt tamen euidens eſſe credibile/ vnde ad fidem ſaltem humanam minus requiritur imperium ꝛ affectio voluntatis q̄ ad opinionem: quod notandum eſt apud. S. Thom. ne quis credat doctrinam eius eſſe, ad ſolum actum fidei requiri imperium voluntatis, cum requiratur etiam ad opinionem. Sed iam vltra limites dialectice in materiam mergimur fidei. Satis ergo de fide. ❡Unde ad confirmationem reſpondetur, ꝙ Ariſt. non negaſſet ad fidem, ꝛ opinionem requiri motũ volũtatis, ſed tñ ipſe non tractauit niſi de principijs habituum que ſunt in intellectu. ſ. de propoſitionibus, ꝛ de terminis ex quibus ratiocinatio cõſtruitur.

Art. ſcđus Pria cõcluſio.

❡Deſcendendo ergo ad materiam opinionis, pro ſecundo argumento eſt prima concluſio. Sicut inter propoſitiones euidentes, ita ꝛ inter opiniones eſt aliqua

aliqua opinio mediata, ꝛ aliqua ꝓma ꝛ immediata que nõ indiget ꝓbari per aliã. Hec primo ꝓbatur ex doctrina Ari. in hoc libro. Hac enĩ de cauſa cap. 18. tex. 25. non ſolũ ex rationibus demõſtrationis, ſed dialectice etiam ꝓbauit non eſſe ꝓceſſuꝫ in infinitũ in principijs: nẽpe vt oſtenderet ꝙ non modo in demonſtrationibus, verum et in ſyllogiſmis dialecticis et probabilibus, ſit deuenire ad primum principium.

Prima opinio.

❡Secundo ꝓbatur concluſio exẽplis. Põt enĩ prima opinio multis modis generari. Aliqñ ex terminis ipſis: propoſitis namq̃ his propoſitionibus/ mater diligit filium/ pauper cupit diteſceret cognitis teris ſtatim generatur earum opinio: ſicuti cognitis terminis huius/ omne totum eſt maius ſua parte/ ſtatim generatur eius euidentia. Secundo generatur prima opinio ex premiſſis euidentibus per ineuidentiam conſequentie, que ex terminis ipſis eſt ineuidens, vt ex hoc ꝙ omnes quotquot vidi inſulanos occidentis ſunt deformes, infero omnes inſulanos eſſe deformes: et ex hoc ꝙ germani quos vidi ſunt ꝓceri corpore, infero germanos eſſe magne ſtature. Et tertio ex cõiecturis cuius exempla ponit Ariſto. de ſolertia. Uideo pauperem adire diuitem, opinor ſtatim elecmoſynã petere. His ergo modis et alijs plurimis generatur opinio. Quod vero ſint alie opiniones mediate patet cũ opinor quãtitatem diſtingui a re quanta/ deum non poſſe producere infinitum/ que quidem opiniones inferuntur ex alijs principijs cognitis etiam per opinionem.

Ad ſcđum argm̃.

❡Ex hoc ſequitur ſolutio ſecundi argumenti, videlꝫ ꝙ qñ dixit Ariſto. opinionem eſſe aſſenſum propõnis immediate non neceſſarie, nõ intendit adequate diffinire opinionem, vt excluderet opinionem mediatam: ſed meminit ſolum propõnis immediate, tũ q: manifeſtum eſt ſi ꝓpõ immediata ẽ opinio, illam q̄ inde ſequitur eſſe opinionẽ, tũ etiã forte vt aſſignaret differentiam inter opinionem et ſcientiam, ꝙ ꝓpoſitionis immediate vnde ſequitur ſcientia non eſt ſciẽtia: ſed intellectus, propoſitiõis vero immediate vnde ſequatur opinio eſt pariter opinio, vt concluſio. Et ꝑ hec etiã pꝫ ſolutio prime confirmationis.

Diffinitio opinionis.

Diffinitio ergo opinionis que colligitur ex Ariſt. eſt ꝙ ſit aſſenſus verꝰ vel falſus obiecti contingentis.

2. Cõclu.

❡Sed pro ſolutione ſecunde confirmationis eſt ſecunda concluſio in hac materia conſideranda. Contingens in diffinitione opinionis non accipitur vt ſit ſolũ cõditio ex parte obiecti ſed etiã ex parte ſubiecti. ſ. ex ꝑte intellectus. Cõcluſio eſt. S. thom. 12. q. 67. articulo. 3. Quod eſt dicere, ad hoc ꝙ aliquis aſſenſus ſit opinionis ſatis eſt ꝙ ſit de obiecto quod in rei veritate eſt contingens, vel ꝙ eſtimetur eẽ contingens, ad hunc ſenſum ꝙ non euidenter iudicetur eſſe neceſſariũ. Jtaq̃ licet ego aſſentiam propoſitioni neceſſarie, ſi tamẽ non euidẽter iudico eſſe neceſſariam, licet opiner eẽ neceſſariam, reputatur hic ab Ariſt. aſſenſus obiecti cõtingẽtis ex ꝑte ſubiecti: q: cũ ſolũ opinor eſſe neceſſariũ, in extimatiõe mea forte nõ eſt neceſſariũ: ꝛ hoc qđ dico forte Ari. appellat cõtingẽs. Et hec eſt propria ſignificatio huius aduerbi/ forte. Qđ non aiaduertunt, q̄ putãt non feciſſe hic Ariſt. mẽtionẽ de omni opiniõe ſed ſolũ de illa que eſt obiecti contingentis, aut que exiſtimatur eſſe contingens, de quorum numero eſt Durandus in prima queſtione prologi. Nam Ariſtot. loquebatur ſecundum propriam ſignificationem nominis. Jtaq̃ quod doctores dicunt opinionem eſſe aſſenſum cum formidine Ariſt. appellat aſſenſum contingentem. Nam in Ariſto. non eſt illa particula/ cum formidine/ ſed doctores exponentes verbuꝫ/ contingens/ excogitarunt illam. Jmo vero quamuis ſit aſſenſus propoſitionis cõtingentis ſi cognita ſit per experientiam, vt Petrus ſcribis/co non eſt opinio quia eſt aſſenſus ſine formidine ꝛ qui ita aſſentit non diceret forte eſſe verum ſed eſſe euidens. ❡Quo ergo naturam opinionis tandem concludamus dicenda ſunt duo. Primum ꝙ in doctrina Ariſtot. de intrinſeca ratione opinionis non eſt formido admodũ quo loquuntur nunc moderni. Nam iudicium quo aſſentio nũc Romam eſſe, eſt opinio, ꝛ tamen proprie loquendo non eſt cum formidine, niſi appellemus formidinem hoc quod non repugnat illũ aſſenſum eſſe falſum, cum non ſit euidens. ❡Secundo dico ꝙ poſtq̃ iam abijt in vſum ponere diſtinctionem eſſentialem inter fidem humanam ꝛ opinionem, hoc demus vſui dialecticorum. ſ. ꝙ opinio ſit habitus de cuius intrinſeca ratione eſt aſſentire cum formidine.

Fides hũa

Fides autem humana eſt aſſenſus certus ineuidens ſiue verus ſiue falſus. Nihilominus licet loquamur vt plures, liceat ſapientibus ſentire cum paucis, ꝛ loqui admodum quo loquitur Ariſto. Eo vel maxime ꝙ S. Tho. 12. q. 67. arti. 3. licet opinionem dicat eſſe aſſenſum cum formidine, tamen nomine formidinis forſan comprehendit quancunq̃ fidem humanam, propterea ꝙ non repugnet illi eſſe falſam: et ideo quando ponit fidem eſſe medium inter ſcientiam, ꝛ opinionem, ſolum intelligit de fide catholica. Et ita profecto omnes philoſophi ꝛ antiqui doctores loquuntur. ❡Sit ergo tertia concluſio huius articuli qua ad titulum queſtionis reſpondetur.

3. Conclu.

Scientia ꝛ opinio de eadem concluſione, nec ſecundum actus, nec ſecundũ habitus eſſe poſſunt ſimul in eodem intellectu. Probatur prima pars. Aſſenſus certus ꝛ euidens ꝛ aſſenſus incertus ꝛ ineuidens formaliter repugnant, vt ait Ariſto. ſicut duo aſſenſus contrarij: ſed duo aſſenſus contrarij eſſe non poſſunt ſimul: ergo nec ſcientia ꝛ opinio. Et experientia ipſa magiſtra id euidentius docet quaꝫ vt pluribus teſtibus opus ſit: nemo enim hoc poteſt mente cõcipere vt poſſit quis certe ꝛ euidenter iudicare hoc eſſe verum, ꝛ formidare an ita ſit. Dixerim de eadem concluſione, nam de eadem re poſſumus diuerſas cõcluſiones formare vt de Deo quis poteſt habere ſcientiam naturalem ꝙ eſt vnus ſicut habuit Ariſt. ꝛ fidem ꝙ eſt trinus, ꝛ opinionem ꝙ nõ poteſt infinitum producere. ❡Jnde ſequitur ſecũda pars concluſionis, nam cum habitus ſint ꝓpter actus, ſi actus ſimul eſſe nõ poſſunt, fit vt neq̃ poſſint eſſe habitꝰ. ❡Et confirmatur hoc. Jn moralibus habitibus, experientia cõſtat ꝙ nullus poteſt eſſe habituatus ſimul ad duo contraria: ſed prius actus. v.g. tẽperantie corrũpunt habitum intemperantie, q̄ generent habitum temperantie. Sed ſciẽtia ꝛ opinio ſcđm actus cõtrariantur: ergo nullus poteſt ſimul habere habitus ad huiuſmodi cõtrarios actus inclinantes. Hec tñ ſecũda pars latius patebit in ſolutione ad quintũ argumentũ. ❡Hinc ſequitur corrolarie ꝙ fidei eodem modo repugnat eſſe ſimul, ꝛ cum ſcientia vt ait. S. Th. 12. q. 67. arti. 3. ꝛ cum opinione. Cum enim ſit aſſenſus obſcurius, repugnat claritati ſcientie: ꝛ cum ſit certus, non ſecum patitur opinionis formidinem.

❡Duo igitur argumenta priora, eorumq̃ confirmationes ſoluta ſunt. Ad tertiũ principale quod eſt Durãdi reſpondetur ꝙ non ſolum opinio qua iudicamus obiectũ eſſe contingens repugnat ſcientie, ſed illa etiam qua cũ formidine aſſentimur obiectũ eſſe neceſſarium: quod Durandus, alias nobilis autor, minus attente cõſiderauit, credens Ariſtotelẽ ſolũ ponere repugnantiã opinionis cum ſciẽtia primo modo: cum tñ hoc qđ eſt cũ formidine iudicare obiectũ eſſe neceſſariũ Ari. cenſeret contingentiã ex parte ſubiecti: vt in ſcđa cõcluſione ſecũdi articuli explicatũ eſt. Et qñ id Ariſt. non dixiſſet, experiẽtia quiſq̃ cõperiet nõ poſſe ſimul euidẽter ſcire aliqđ eſſe verũ ꝛ cũ formidine aſſentire illi. Si.n. quis per vnũ aſſenſuꝫ euidẽter ſcit vnã partẽ contradictiõis, non põt ꝑ aliũ habere formidinẽ alterius partis. Quinimo nec ſciẽtia ꝛ fides hũa ſtant ſimul, quippe cuꝫ fides hũana nõ faciat tantã certitudinẽ eo ꝙ poteſt eſſe falſa.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Unde ad aliam probationem ⁊ ſimul ad primam confirmationem cōceditur ꝙ poſſunt ſimul adduci duo medis ad eandem concluſionem, vnum demonſtratiuum, ⁊ aliud probabile: non tamen generabūt duos aſſenſus: ſed vnum ſcientificum. Ratio enim probabilis adiuncta demonſtrationi confirmat aſſenſum ſciētificum. Et hoc eſt qd̓ pretendit. S. Th. 3. p. q. 9. ar. 3. ad. 2. Ubi inſinuat ꝙ ratio probabilis concurrit cum demonſtratione ad aſſenſum ſcientie. ¶Eodem modo cum Chriſtianus docetur Theologiā rationes probabiles, quas adducit ad veritates creditas, neqꝫ generant opinionem, neqꝫ corrumpunt habitum fidei (vt aliqui neotherici gratis timent) ſed iuuant habitum fidei ad producendum aſſenſum fidei clariorem. ¶Ad ſecundam confirmationem, in nulla via tenendum eſt ꝙ formido diſtinguatur ab opinione. Nam vt in predicabilibus cap. de proprio dictum eſt, non diſtinguitur ſecundum. S. Th. omnis paſſio a ſuo ſubiecto: ſed illa ſolum que eſt potentia ad producendum vel recipiendum aliquod accidens: formido vero non eſt potentia: ſed priuatio certitudinis, que eſt de intrinſeca ratione opinionis, ⁊ ipſamet opinio. Quare nec rationes probabiles ſi adducerentur infinite nec Deus ipſe poteſt ſeparare formidinem a tali aſſenſu, manente in genere aſſenſus, ſicut non poteſt facere equum non carere ratione. Negatur nihilominus ꝙ equaliter dum intenditur opinio, intendatur formido: imo hec eſt natura priuationis vt quanto plus intenditur in ratione poſitiui, tanto plus remittatur in ratione priuatiui. ¶Cum dicimus formidinem non poſſe ſeparari ab opinione. Intelligitur proportionabiliter vel ad doctrinam Ariſt. vel admodum loquendi dialecticorum huius temporis. Si enim ponatur diſtinctio eſſentialis inter opinionem ⁊ fidem humanam, tunc non poteſt manere aſſenſus vel habitus opinatiuus ſine formidine. Tamen in doctrina Ariſt. aliter dicendum eſt, videlicet, ꝙ aſſenſus opinatiuus quem ego modo habeo, verbi gratia, ꝙ Ceſar debellauit Gueldrenſe, cuius rumorem audiui: ſi fama crebreſcat ⁊ autoritas dicentium, manebit ipſe ſine formidine certus, quia formido ſecundum Ariſto. non eſt de intrinſeca ratione opinionis: ⁊ ideo idem aſſenſus, qui modo eſt opinio poteſt effici fides humana: cui hoc ſolum erit intrinſecum quod poteſt eſſe falſus.

¶Dubitant hic autem iuniores quidnam ſit formido: arguentes ꝙ opinio non ſit aſſenſus vnius partis contradictionis cum formidine alterius. Primo: quia ſtat quempiam aſſentire quantitatē diſtingui a re quanta, quādo nihil cogitet de parte contradictoria. Item quia ſi quereretur quid eſt habere formidinem de altera parte, neceſſe eſſet reſpondere, aut ꝙ eſſet aſſenſus alterius partis, quod eſt impoſſibile, nam duo aſſenſus duarum contradictoriarum eſſe non poſſunt ſimul: aut eſſet reſpondendum, ꝙ formido partis negatiue eſt ꝙ aſſenſus affirmatiue ſit formidoloſus, quod eſſet per circulum reſpondere.

Formido

¶Dicendum eſt autem omiſſis opinionibus, ꝙ formido non poteſt melius explicari, ꝗ̄ ſi dicas ꝙ eſt priuatio certitudinis. Unde hoc eſt aſſentiri vni parti cum formidine alterius, quod eſt intellectum non ita eſſe determinatum ad hanc partē quin fluctuet quodam modo circa aliam. ¶Ad quartum principale negatur, ꝙ ſcientia ⁊ fides poſſint eſſe ſimul. Et ad primam probationem reſpondet. S. Thomas. 1. 2. q. 67. ar. 3. ꝙ cum non ſtent ſimul aſſenſus euidens, qualem habent beati, ⁊ aſſenſus enigmaticus, qualis eſt aſſenſus fidei (eſt eñ fides argumentum non apparentium, ad Hebr. 11.) nulla eſt cauſa vt habitus fidei maneat in patria. Fides eñ data eſt nobis in hac vita, vt ex parte ⁊ in enigmate cognoſcamus Deum, cum autem aduenerit viſio, ceſſabit fides/ vt ait Apoſtolus. 1. ad Corinth. 13. Et quamuis ſententia hec veriſimilior ſit. ¶Sunt qui dicunt poſſe illic manere habitum fidei non ad producendum aſſenſum obſcurum qui non ſe compatitur cum viſione: ſed ad producendum aſſenſus euidentes, ſicut dictum eſt rationem probabilem cum demonſtratione producere ſcientiam. Nihilominus non eſt par ratio, quia viſio articulorum fidei producitur in patria/a/ſolo Deo cum intellectu, quocirca habitus fidei illic eſſet ocioſus ſine actu. ¶Ad aliud de Paulo in raptu conceditur ꝙ ſimul dum videbat archana Dei permanebat in illo habitus fidei, vt ait. S. Th. 22. q. 175. articu. 3. quia viſio illa non erat permanſura ſicut beatifica, ⁊ ideo ſemper durabat in ſtatu merendi: nihilominus: tamen non potuit talis habitus elicere ſimul aſſenſum obſcurū eorū que Paulus videbat. ¶Ad tertiam vero probationem reſpondetur ꝙ philoſophus Chriſtianus non habet aſſenſum obſcurum fidei huius propoſitiōis/ Deus eſt/ aut Deus eſt vnus: ſed habitus fidei ſimul cum rationibus naturalibus producunt vnicum aſſenſum illius qui eſt certiſſimus certitudine fidei, ⁊ clarus propter rationes naturales. ¶Ad quintum principale. Dialectici huius temporis reſpondent ꝙ demonſtrationes non generabunt ſcientie, quoadusqꝫ corrūpant habitum opinionis, ⁊ tunc dicendum eſt ꝙ licet actus ſcientie ⁊ actus opinionis repugnent ⁊ ſubſequenter habitus, ⁊ habitus: nihilominus actus ſcientie ſtat cum habitu opinionis in illa mora temporis quo corrumpitur, ſicuti in virtutibus moralibus. ¶Exiſtimo tamen aliter eſſe dicendum vt diximus in predicamentis cap. de qualitate, videlicet, ꝙ vna demonſtratio, quippe que intellectum conuincit, ſufficit generare habitum: nam ſtatim experitur ſe homo abilem ad aſſentiendum quotieſcunqꝫ proponatur concluſio: ⁊ ideo in eodem inſtanti corrumpitur habitus opinionis, non tamen per vltimum ſui eſſe, ſed per primum non eſſe, quod eſt primum eſſe habitus ſcientifici. Dico ꝙ corrumpitur habitus in genere habitus formidoloſi, nam ſubſtinendo ꝙ formido non ſit de intrinſeca ratione habitus, forſan manebit vt ſimul cum demonſtratione producat ſcientiam, vt dictum de ratione probabili. Et ideo non datur vltimum inſtans rei permanētis: ſed primum inſtans in quo habitus deſinit eſſe, aut in quo deſinit habere formidinem. ¶Unde ad confirmationem reſpondetur: ꝙ non eſt eadem ratio de habitu ſcientie ⁊ de habitibus moralibus: naꝫ actio moralis nec vna nec quatuor ſufficiunt generare habitum: ⁊ ideo ſunt ſimul cum habitu contrario quoadusqꝫ illum corrumpant, demonſtratio vero vnico actu generat habitum. ¶Ad ſextum tandem conceditur ꝙ prudentia ſit virtus. Diſtinguitur tamen ꝙ ſit indifferens ad verum, ⁊ falſum. Si conſideretur enim vt eſt habitus intellectualis, conceditur ꝙ poteſt illi ſubeſſe falſum ſpeculatiuum. Si autem conſideretur inquantum eſt virtus morolis mouens appetitum ad agendum, negatur ꝙ poſſit illi ſubeſſe falſum. Exempli gratia. Dux prudens in bello poſt maturum conſilium elicit hoc iudicium/ aggrediendū eſt modo: quia coniecture humane ita perſuadebant: dico ꝙ licet forſan iudicia ſpeculatiua fuerint falſa: quia. ſ. putabat dormire hoſtes, aut ſine armis eſſe, nihilominus/ illud iudicium prudentiale/ aggredienduum eſt/ erat verum: quia ad eius veritatē ſufficiebant coniecture, nec requirebatur euidentia ꝙ hoſtes dormirent: ſed hoc altioris eſt negotij. Solertia quia non eſt virtus moralis, ſed eſt habitus mere ſpeculatiuus: quia nō facit euidentiam rei ⁊ per conſequens eſt indifferens ad falſum, non eſt virtus: nam virtus intellectualis non eſt niſi, que ex intrinſeca ratione eſt determinata ad verū quod eſt obiectum intellectus.

¶Libri primi Poſteriorum Finis.

COMMENTARII FRATRIS DOMINICI SOTO, SEGOVIENSIS ORdinis Prædicatorum, Artium, ac Sacræ Theologiæ profeſſoris: In Librum ſecundum Poſteriorum.

¶De quatuor queſitis. Caput primum.

EA, QVAE QVAERVNtur totidem numero ſunt, quot ſunt ea, quæ ſciuntur. Quærimus autem quatuor: vel an hoc illud, vel cur hoc illud ſit, vel omnino ne ſit, vel quidnam quicquam ſit. Nam cū hoc, an hoc ſit quidpiam plura complectentes, vt deficiat, an non deficiat ſol, quærimus ibi, an hoc illud ſit, quęrimus. Cuius indicium eſt: hoc enim inuento, ſolem, inq̄, ipſum deficere, ſtatim quærere ceſſamus. At cum principio ſolem deficere ſcimus, non vtiqꝫ vtrum deficiat, quærimus. Cum autem ſcimus hoc illud eſſe, tum propter quid hoc illud ſit, quærimus. Deficere namqꝫ ſolem, terramqꝫ moueri ſcientes, cur deficiat, cur moueatur, quærimus. Atqꝫ hæc quidem hoc pacto, quædam vero aliter quæruntur. Quærimus enim, ſit, an non ſit Centaurus, ſit, an non ſit. Deus ſit autem, necne, ſimpliciter dico: non autem albus ſit, necne. Hoc igitur percepto. Deum, inquam, eſſe, item hominem eſſe, quid ſit, poſtea quærimus: vt quid ſit Deus, quid ſit homo. Hæc igitur, ac tot ſunt, quæ quærere conſueuimus, quæqꝫ iam inuenta ſcimus.

Tex. 1.

QVAENAM fuerit Ariſt. intētio in hoc libro nondum habent expoſitores pro certo. Alexander eñ Aphrodiſeus credidit materiaꝫ huius libri eſſe de diffinitione que eſt medium demōtrationis, ꝓpterea ꝙ bona pars libri in hoc cōſumitur, vt oſtendatur quomodo ſit inueſtiganda diffinitio. Philoponus cenſet intētionem eſſe tractare de medio demonſtrationis quod importat cauſam concluſionis, et quia inter quatuor genera cauſarum diffinitio importat cauſam formalem, tractatur hic potiſſimum de diffinitione. At vero, vt autor eſt hic. S. Tho. intentio Ariſto. hic eſt tractare de principijs: puta de medio, qd̓ eſt principium incomplexum, ⁊ de principijs etiam complexis. Enimuero quantū ego conijcere poſſum diſtinguntur hi libri hoc modo, ꝙ cum in primo tractatū ſit quomodo concluſio demonſtretur, ac cognoſcatur per principia, reſoluendo ea vſqꝫ ad immediata intendit in hoc tractare quomodo principia ipſa immediata cognoſcātur. Uerum eſt tamen ꝙ latius atqꝫ adeo potiſſimuꝫ tractat hic Ariſt. de medio demōſtrationis. ſ. de/ quod quid eſt/ expreſſum per diffinitionem quid eſt principium incomplexum: ⁊ de propter quid. Unde quemadmodum in libris priorum. 129. poſtq̄ tractauit de forma ſyllogiſtica, dedit artem inueniendi medium in vnaquaqꝫ figura, vt ſyllogiſmus haberet formam ſyllogiſticā, ita modo poſtq̄ in ſuperiori libro dictum eſt de principijs demonſtrationis, quemadmoduꝫ ſint neceſſaria, atqꝫ per ſe, nec procedant in infinitum ⁊c. docet in hoc ſecundo libro quomodo ſit inueſtigandum medium, vt principia ſint propria per ſe ⁊ neceſſaria.

Intentio.

¶Atqui liber hic apud Argiropylum diſtribuitur per decem ⁊ hocto cap. que in diuiſione Commentatoris continent textus viginti ſeptem. Poſſumus autē eum, vti ſuperiorem fecimus, in ſex membra partiri. Nempe in duobus primis cap. continentibus duos textus, conſtituit Ariſto. hanc concluſionem, ꝙ omnis queſtio de aliqua re eſt de medio ⁊ cauſa illius rei/ que eſt velut preambula ad materiā totius libri. In octo ſequentibus, octo complectentibus tex. multis verbis, diſputat an diffinitio, vel quod quid eſt. i. quiditas ſignificata per diffinitionem poſſit per demontractionē cognoſci. Atqꝫ in tribus ſequētibus, que continent ſex textus, idem diſputat de/ propter quid. In duobus ſequentibus, qui ſex alios textus attingūt, docet quomodo oporteat venari/ quod quid eſt. i. inquirere diffinitionem quidditatiuam. In duobus alijs proximis que quatuor textus complectuntur docet quomodo generaliter oporteat inquirere/ propter quid/ id eſt, cauſam quancunqꝫ concluſionis. In vltimo tandem capite quod eſt vnicus tex. agit breuiter quomodo principia complexa manifeſtentur.

Diuiſio.

¶Igitur cum intentio Ariſto. in hoc libro ſit tractare de medio demonſtrationis, premittit in hoc primo membro hanc concluſionem. Quod omnis queſtio que de re aliqua queritur, eſt formaliter, aut virtualiter de medio. Qua de cauſa in hoc primo cap. ꝓponit ſtatim numerum queſtionū, quas de aliqua re percontamur, dicens [Ea que queruntur totidē numero ſunt quot ſunt ea que ſciuntur] Boetius vertit [queſtiones ſunt equales ⁊c.] Et licet parum referat, exactior tñ eſt et melior traſlatio Argiropyli, non ſolum, qꝛ grece eſt/ Zetumena/ quod eſt/ queſita/ verum etiam/ quia queſtio ſolum dicitur de complexo propoſitionali: vt vtrum luna eclipſetur: queſitum vero, ſeu id quod queritur, non ſolum eſt propoſitio, ſed predicatum ipſum quod queritur an conueniat ſubiecto. v. g. diffinitio ipſa querit an conueniat ſubiecto, ⁊/ eſſe/ querit de Centauro, an Centaurus ſit. Et hoc eſt quod aſſerit. Ariſt. videlicet ꝙ tot ſunt ea que queruntur, quot ſunt ea que ſciunt. ¶Subiungit ea, que queruntur eſſe quatuor/ videlicet, an hoc ſit illud, cur hoc ſit illud, an hoc ſit, ⁊ quid hoc ſit. Boetius vertit/ qui/ ꝓpter quid ⁊c. Sed illa particula/ quia/ vt ſepe admonuimus, facit equiuocationem ⁊ obſcuritatem: quare nō debet accipi hic cauſaliter, aut ꝙ/ quia/ ſit

Cōcluſio.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſit queſtio de effectu, ſed debet accipi vt ſit coniunctio: nam queſtio/quia/non querit niſi ſolum de veritate propoſitionis de/eſt/tertio adiacente, vt vtrū homo ſit riſibilis/quod patet in verbis Ariſto. Dicit enim ꝙ prima queſtio plura complectitur: ſcilicet ſubiectum ⁊ predicatum: vt vtrum ſol eclipſet/quo inuento ceſſat prima queſtio. Sed poſtq̄ ſcimus ꝙ ſol eclipſatur, aut ꝙ terra mouetur interre motu, ſequitur ſecūda queſtio, cur ſol eclipſetur: cur terra concutitur. ¶ Proportionabiliter ſe habent alie due queſtiones. ſ. an ſit, et quid ſit. Percepto namq; ꝙ res ſit: puta ꝙ Deus ſit, ſequitur ſcda queſtio, quidnam ſit. ¶ Ponit autem differentiā inter queſtionem, an res eſt/⁊ quia eſt/dicēs ꝙ queſtio an res ſit, eſt queſtio ſimplex: nam/eſt/ſecundum adiacens, dicit eſſe ſimpliciter/eſt/vero tertium adiacens, dicit eſſe compoſitum ⁊ ſecundum quid, vt eſſe riſibile eſſe album ⁊c. ¶ Notandum eſt in his queſtionibus, ꝙ due illarū ſunt de re ſimplici, vt an res ſit, ⁊ quid ſit: due autē ſunt compoſite. ſ. quia/⁊ propter quid. Neq; tamen proponuntur ab Ariſto. eo ordine quo ſuapte natura interrogantur: nam, vt inquit Boetius in principio predicabilium, primum quod de re percōtamur, eſt, an res ſit, puta an ſit ſol, mox quid ſit, deinde an ſol eclipſetur, ac poſtremo, propter quid eclipſatur. Jmo vt viſum eſt in primo capite. 1. lib. tex. 2. duo priora prerequirūtur ante ſcientiam. Ariſt. vero antepoſuit queſtiones cōpoſitas: quia compoſita ſunt nobis notiora, vel forte: quia ſole propoſitiones ſunt, quas ſimpliciter ſcimus. ¶ Eſt hic dubiū quomodo ſint tot ea que querūtur, quot ſunt ea, que ſciuntur. Querimus enim an res ſit, ⁊ quid ſit hec tamen non ſciuntur proprie, quia nec demōſtratur rem eſſe, nec diffinitio: ſed vtrunq; preſupponitur ante ſcientiam, vt modo dicebamus. ¶ Reſpōdetur ꝙ Ariſt. accepit ſcire pro hoc quod eſt cognoſcere id, quod inueſtigando inuenimus licet non demonſtretur. Poſuit enim ſupra capite 8. tex. 25. differentiam inter dignitatem ⁊ poſitionē, qualis eſt diffinitio, ꝙ dignitas nec interrogatur nec ſcitur, ſed per ſe ipſa cognoſcitur, diffinitio vero interrogatur a diſcipulo ⁊ a doctore explicatur: ⁊ licet non demonſtretur, inueſtigatur tamen per diuiſionem vt infra videbitur, et pariter an res ſit, interrogatur.

¶ Quod om̄is quæſtio ſit de medio Cap. 2.

EQuidē cum aut num hoc illud ſit, aut omnino num ſit, quęrimus, ibi an medium eius vllum extet quærimus. Cum vero vel num hoc illud ſit, vel om̄ino num ſit, idq; vel ſimpliciter vel ex parte iam quidē ſcimus: at vero vel quare ſit, vel quid ſit, quærimus ibi quodnam medium ſit: quærimus. Porro vel hoc illud eſſe, vel omnino hoc eſſe, vel ſimpliciter, vel ex parte dico: ex parte quidem: vt num luna deficias, augeaturue (aut enim ſit hoc illud, aut non ſit, in talibus quæritur) ſimpliciter vero, vt eſt luna necne: eſt nox necne. Fit igitur omnibus: vt in quæſtionibus, aut num ſit medium, aut quodnam ſit medium, quæratur. ¶ Cauſa enim eſt medium, ea vero in omnibus quæritur, deficit luna, eſt ne huius aliqua cauſa: poſtea cognito hoc, cauſam, inquam, aliquam eſſe, quænam illa ſit cauſa, quærimus. ¶ Cauſa enim tā vt quicquam ſit ſimpliciter, quam vt quippiam eorum, quæ vel per ſe, vel per accidens competunt, ſit, ipſum medium eſt. Ac ſimpliciter quidē eſſe ſubiectum ipſum, vt lunam, aut ſolem, aut terrā, aut triangulum: quippiam vero eſſe, vt defectionem vt medium obtinere, non obtinere, æqualitatem inæqualitatē, & huiuſmodi dico. In his enim omnibus idem quid eſt, ac propter quid eſt, eſſe patet: quid eſt lunæ defectio priuatio lunaris lucis, ob interpoſitionem terræ propter quid hæc defectio eſt: aut cur luna deficit: quia lux eius obiiciente ſe terræ deſtituit: quid concentus eſt: numerorum inter acutum, & graue ꝓportio: cur inter ſe graue, atq; acutum cōſona ſunt: quia numerorum inter ſeſe ſuſcipiunt rationē acutum ipſum, & graue: eſt ne inter acutum, & graue concentus: conſiſtitne ratio ipſorū numeris: quod ſimul, atq; percepimus, quænā ſit illa ratio, quærimus. Tex. 2.

¶ Equidem nil nos quam medium ipſum quærere, ſatis ea docent, quorum medium percipi ſenſu poteſt: nam lunæ defectionem exiguam, dum ſenſu non contingimus, ſit lunæ defectio necne, quærimus: q̄d ſi in ipſa luna eſſemus, neq; ſi fiat, neq; cur fiat defectio, vtiq; quęreremus: ſed ſimul vtrunq; ſe nobis vltro offerret, atq; patefieret. Et enī ex ſenſus perceptiōe, & vniuerſale ipſum notum nobis fuiſſet: ſenſu namq; terram nunc ſeſe obiicere lunæ cognoſceremus: pateret enim viſu, nunc lunam deficere, atq; ex hoc ipſum emerſiſſet vniuerſale. Vt igitur dicebamus, idem ſcire eſt, quid ſit, propter quid ſit quicquā. Et hoc aut ſimpliciter, & non aliquid eorum, quæ inſunt, aut aliquid eorū, quæ inſunt, veluti duo recti, aut maius, vel minus: & huiuſcemodi. Patet igiƭ, omnia quæ quæruntur medij quæſtionem eſſe.

IN hoc ſecundo capite, quod tres habet particulas, oſtendit ꝙ om̄es quatuor queſtiones formaliter aut virtualiter ſunt de medio ⁊ cauſa rei. Et in diuiſione Commentatoris due prime particule comprehenduntur ſub primo text. et in tertia incipit ſecundus textus. Probat ergo omnem queſtionem eſſe de medio, tribus rationibus. Primo inductione. Ubi notandum eſt ꝙ de propoſitione immediata ⁊ per ſe nota nulla eſt queſtio: non enim querimus vtrum quodlibet ſit vel non ſit: quia id cadere non poteſt ſub dubio: ergo cum querim⁹/quia, id eſt, an hoc ſit hoc/puta vtrū ſol eclipſetur: licet formaliter non queramus medium ⁊ cauſam, querimus tamen virtualiter vtrum ſit aliquod medium ⁊ cauſa cur eclipſetur. Cuius ſignum eſt ꝙ ſtatim poſtq̄ ſcimus ſolem eclipſari querimus propter quid eclipſatur, quod eſt querere quod eſt illud medium ſeu que eſt illa cauſa cur ſol eclipſatur. Eadem ratione ſi eſſet nobis per ſe notum aliquam rem nullius eſſe quidditatis ⁊ eſſentie, certe nō quereremus an ſit: nam res que nullius eſt quidditatis, vt chimera eſſe non poteſt. Jgitur cum querimus an res ſit, virtualiter querimus an res ſit alicuius quiditatis ⁊ eſſentie. Cuius ſignū eſt ꝙ poſtq̄ ſcimus rem eſſe, ſtatim querimus quid ſit id eſt, que eſt illa eſſentia. ¶ Ubi adnotandū eſt ꝙ querere an res ſit, non eſt querere an actu exiſtat, ſed eſt querere an res vera ſit: nam in hyeme ſcimus roſam eſſe/ quia eſt in ſuis cauſis naturalibus: ⁊ ideo querere an ſit, eſt querere an ſit alicuius quiditatis. ¶ Et hoc eſt quod ait Ariſt. [Cum vero vel num hoc illud ſit] id eſt cum

An res ſit

cum ſcimus hoc illud eſſe per queſtionē/quia/vel ſimpliciter hoc eſſe/per queſtionē/ an eſt/ex parte tūc ſcimus, quia virtualiter in prima queſtione ſcimus aliquam eſſe cauſam illius veritatis: ⁊ in ſecunda virtualiter ſcim⁹ aliquam eſſe quidditatem rei. Cum vero poſtea ſcimus/quare/id eſt/propter quid hoc ſit illud/formaliter ſcimus que eſt illa cauſa: ⁊ cum ſcimus quid eſt hoc, formaliter ſcimus que eſt illa quidditas. Sicut enim ſcire, propter quid/ſe habet ad ſcire/quia/ita ſcire quid/ſe habet ad ſcire/an ſit. Cōcludit ergo Ariſt. ꝙ ſi in queſtione/quia/virtualiter querimus an ſit aliqua cauſa propter quam, et in queſtione/propter quid/ formaliter querimus que ſit illa cauſa, ⁊ in queſtione/an eſt/ virtualiter querimus an ſit aliqua quidditas rei ⁊ in. q. quidem/formaliter querimus que ſit illa quidditas, colligitur vt omnis queſtio ſit de cauſa/ꝓpter quid aut de medio q̄d eſt q̄d. Per medium vniuerſaliter intelligit Ariſt. quidditatem que exprimitur per diffinitionem. Jngenioſe ergo Ariſt. quatuor queſtiones reducit ad duas. ſ. quia/ad propter q̄d: ⁊/an eſt/ad quid eſt. ¶ Jn ſecunda particula [cauſa enim eſt medium ⁊c.] probat eandem concluſionē ratione. Et intendit has duas queſtiones ad quas alias reduxerat virtualiter reducere ad vnam que eſt de medio . ſ. quid eſt. Eſt ergo ratio hec. Cauſa ⁊ mediū idem ſunt: ſed in omnibus queſtionibus queritur cauſa rei: ergo in om̄ibus queritur medium. Minor eſt nota ex dictis: probat autem maiorē dicens ꝙ cauſa tam vt, quicq̄ ſit ſimpliciter, tam vt ſit aliquid eorum que per ſe aut per accidens competunt, eſt medium. Exponit terminos/quod eſſe ſimpliciter eſt quod exprimitur per/eſt ſecundū accidens pertinens ad queſtionem/an eſt. ſ. lunam eſſe/ſolem eſſe ⁊c. Eſſe autem compoſitū eſt id quod explicatur per eſt/tertium adiacens, ſiue predicatum per ſe predicetur/ ſiue per accidens/ quod pertinet ad queſtionē/ quia/vt ſol eclipſatur: triangulus habet tres triangulos equales ⁊c. Et ꝙ in his eadem ſit cauſa ⁊ medium: probatur: quia ſi queratur quid eſt defectio. i. eclipſis lune (que eſt queſtio de medio) reſpōdebitur ꝙ eſt priuatio lucis propter interpoſitionem terre. Sed ſi rurſus queratur: propter quid luna eclipſatur (que eſt queſtio de cauſa) itidem reſpondebitur ꝙ propter interpoſitionem terre inter ſolem ⁊ lunam. Et ſi queratur quid eſt concentus. i. cōſonantia: reſpondebiƭ ꝙ propter interpoſitionē terre inter ſolem ⁊ lunam. Et ſi queratur quid eſt concentus id eſt conſonantia: reſpondebitur ꝙ eſt proportio numerorum inter acutum ⁊ graue. Et ſi rurſus queratur propter quid acutum ⁊ graue bene conſonant, itidē reſpondebitur: propterea ꝙ eſt inter illa proportio numerorū. Proportio numerorum idem eſt quod proportio rationalis: que ex eo ita vocatur ꝙ inter numeros omnis proportio eſt rationalis: nam ſaltem vnitas eſt par aliquota omnium numerorum: in quantitate autem continua vt inter diametrum ⁊ coſtam, eſt proportio irrationalis: ⁊ conſonantia inter voces eſt, quia habent proportionē rationalem/⁊ diſſonantia, quia habent proportionē irrationalem. Si ergo ad queſtionem/quid eſt/⁊ propter quid eſt/idem reſpondetur, ſequitur ꝙ medium ⁊ cauſa idem ſunt. ¶ Reſtat hic tamen dubium q̄d Ariſt. ponit hic exemplum de diffinitione paſſionis: ⁊ tñ paſſio nō demonſtratur de ſubiecto niſi per diffinitionem ſubiecti. Reſpondetur ꝙ proxima cauſa per quam paſſio demonſtratur de ſubiecto eſt diffinitio ipſius paſſionis, ſed illa diffinitio demonſtratur poſtea de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti. Exempli gratia. Riſibile demonſtrabitur de homine hoc modo/omne animal aptum natum ridere eſt riſibile: omnis homo eſt aptus natus ridere: ergo eſt riſibilis, ſed minor rurſus demōſtratur per diffinitionem ſubiecti hoc modo: omne animal rationale eſt aptū natum ridere: om̄is homo eſt animal rationale: ergo eſt aptus natus ridere. ¶ Jn tertia particula vbi incipit textus ſecundus [Equidem nil nos] probatur tertia concluſio a ſigno, ꝙ eſt huiuſmodi. Jn his quorum medium ⁊ cauſam ſenſu percipimus nec querim⁹ an res ſit, nec querimus: quia ſcilicet an hoc ſit hoc: ergo ſignum eſt ꝙ queſtio an eſt ⁊ queſtio quia/reducanƭ ad quid eſt. Probatur antecedens, vt ſi quis eſſet poſitus in luna ⁊ videret ꝙ dum terra obijcitur illi eclipſatur, nec quereret an ſit eclipſis, nec an luna eclipſetur nec propter quid: quia manifeſta eſt alij cauſa ⁊ quiditas eclipſis. At quia poſſet quis dicere ꝙ ſcientia non eſt ſingularium ⁊ ille talis ſolum haberet experientiam ſingularium. Reſpondet ꝙ ex ſingularibus per inductionem haberet ſcientiam vniuerſalem. ſ. ꝙ quotieſcunq; terra imponitur luna eclipſatur. ¶ Et ſic concludit ꝙ queſtio/propter quid/⁊ queſtio/quid/ virtualiter redducuntur ad vnam queſtionē: ⁊ cum alie due queſtiones ſuperius reducte ſunt ad has ſequiƭ ꝙ om̄es reducantur ad vnā que eſt de medio. ſ. de quidditate que exprimitur per diffinitionē. Que eſt concluſio in hoc primo membro intēta. Nihilominus in ſubſequētibus, ſeorſum diſputat de q̄d quid eſt/⁊ ꝓpter q̄d, ⁊ in his duobus fere verſaƭ tota diſputatio huius libri. Dis. q. eſt de medio.

¶ Quod demōſtratio & diffinitio non ſint eiuſdem diſceptatio. Cap. 3.

HIs ita determinatis dicēdum eſſe videtur, quonam pacto ipſum quid eſt oſtēdatur, quiſq; diſquiſitionis eius modus: quid deniq;, & quorum definitio ſit: atq; dubitandū eſſe videtur antea, idq; initium faciendum, quod maxime dicendis accommotatū fiet. Dubitauerit itaq; quiſpiā, vtrū fieri poſſit, vt idē, ratione q;, eiuſdē definitione, demonſtrationeq; ſciaƭ: an id ipſum fieri nequeat. Etenim definitio ipſius quid eſt eſſe videtur. Omne autem quid eſt, vniuerſale eſt, atq; affirmatiuum. At ratiocinationum alias negatiuas, alias nō vniuerſales eſſe patet: vniuerſæ nāq; ratiocinationes de ſecūdo ſchematæ negatiuæ ſunt: de tertio vero vniuerſales non ſunt. Deinde nec eorum omnium eſt definitio, quæ prima affirmatiue figura monſtrantur: quare omnem triangulum, tres duobus rectis ęquales habere, aliaq; ſimilia ſunt. Huius autem ratio eſt, quia id ſcire, quod demonſtrari poteſt, nil aliud eſt quam demonſtrationē eius habere: quare ſi talium eſt demonſtratio, patet eorundem & definitionem non eſſe. Nam ſi ſit, etiam per definitionem ſciret quiſpiam, demonſtrationem non habens: nihil enim vtrunq; ſimul non habere vetat. Inductione etiā idem ſatis oſtendi, crediq; poteſt. Nihil enim vnquam eorum, quæ vel per ſe, vel per accidens inſunt, definiendo cognouimus. Præterea ſi definitio ſubſtantiam explicat, atq; declarat, talia non ſubſtantias eſſe patet: perſpicuum igitur eſt, non omnis eius definitionē eſſe, cuius eſt demonſtratio. ¶ Quid ergo eſtne eius omnis demonſtratio cuius eſt definitio? At videtur nō eſſe: vna enim, eademq; etiā huius erit ratio. Conſtat enim vnius ea ratione, qua vnum eſt, ſcientiam vnam eſſe: quare ſi id ſcire, quod demōſtrari poteſt, nil aliud quam demonſtrationem eius habere eſt, aliquid ſane

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſane impoſsibile eueniet. Is enim, qui definitionem habet, ſine demonſtratione profecto ſciet. Præterea demonſtrationum principia definitiones ſunt, quorũ demõſtrationes non eſſe demonſtratum eſt prius. Et enim aut principia demonſtrantur, & principiorum ſunt ſemper principia, modusq; nullus vnquã occurrit: aut in primis ſtetur neceſſe eſt, quæ quidem & definitiones ſunt, & demonſtrari non poſſunt. ❡At ſi non omnis eiuſdem, alicuius ne ſaltem eiuſdem definitio demõſtratioq; eſt: an neq; hoc eſſe poteſt? Non eius enim demõſtratio eſt, cuius eſt definitio. Etenim definitio eſt ipſius quid eſt, ſubſtantiamq; declarat: demonſtrationes autem, idipſum ſubiicere, ſumereq; videntur. Mathematice namq;, quid eſt vnitas, quid par, quid impar accipiunt, cæteræq; demonſtrationes ſimiliter. Adde quod omnis demonſtratio aliquid de aliquo vt eſſe, aut non eſſe demonſtrat: at in definitione nihil de aliquo prædicatur: veluti neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, nec item figura de plano. Non enim planum figura eſt, neq; figura planum. Præterea differt, quid & hoc illud eſt oſtẽdere: at definitio quidem quid eſt, patefacit: demonſtratio vero quippiam ineſſe cuipiam, vel non ineſſe monſtrat. Diuerſorum autem diuerſa demõſtratio eſt, niſi hoc pars illius exiſtat. Quod quidem ſic dico, vt ſi triangulum omnem duobus rectis tres ęquos habere demõſtratum ſit, etiam ęqui crurũ tres æquos duobus habere conſtet. Hoc namq; partis, illud totius rationẽ habet. At quid eſt, & hoc illud eſt, non ita ſeſe habent: quippe cum alterum ad alterum partis non habeat rationẽ. Patet igitur, nec eius omis demonſtrationẽ eſſe cuius eſt definitio: nec cuius ois definitionẽ eſſe, cuius eſt demõſtratio: quibus efficitur, vt omniũ cuiuſquã eiuſdem vtrunq; haberi non poſsit: quare perſpicuum eſt neq; idem eſſe definitionem, demonſtrationemq;, neq; alterũ in altero eſſe. Nam ea, quæ ſubiiciuntur, ſimiliter profecto ſeſe haberẽt. Sed de his hactenus: ſatis enim de hiſce diximus dubitando.

INcipit ſecundum membrũ principale in quo poſtq̃ determinatũ eſt oẽs queſtiones eſſe de medio aut de propter quid, oſtendere intendit / manifeſta his octo cap. ꝙ id quod eſt quod eſt medium demonſtrationis demonſtrari non poſſit. Et in quinq; prioribus procedit arguẽdo ad partem negatiuam, & in aliis tribus determinando veritatem. In hoc ergo cap. agit de diffinitione explicante qđ quid eſt / in ſe ſequenti incipit agere de quiditate explicãte diffinitionem quod in diuiſione Commentatoris eſt pars tex. ſecundi. Proponit ergo tria examinanda in ſubſequentibus. ſ. quo pacto quod q̇d eſt manifeſtetur, & quid ſit modus inquiſitionis illius et quorum diffinitio. Subiungit autem accommodatiſſimum eſſe principium, ſi primum diſputetur ſi eadem res ſub eadem ratione poſſit et diffinitione & demonſtratione ſciri. Eſt enim intentio in hoc capite oſtendere differentiam inter diffinitionem, que explicat quod quid, & demonſtrationem, que explicat ꝓpter quid. Atq; adeo in tribus particulis diſputat tria dubia. Primum eſt vtrum cuiuſcunq; eſt demonſtratio ſit etiam diffinitio, id eſt, vtrum quidquid demonſtratur, diffiniatur: & arguit ꝙ non, quatuor rationibus. Prima eſt quod quid eſt, id eſt, diffinitio predicatur affirmatiue & vniuerſaliter de diffinito: ſed non omnis ſyllogiſmus concludit affirmatiue, vt patet in ſecunda figura neq; omnis vniuerſaliter, vt patet in tertia: ergo non cuiuſcunq; eſt demonſtratio, eſt diffinitio. ❡Secũda eſt ibi [de inde &c.] qua probat ꝙ nec in prima figura concludẽte vniuerſaliter & affirmatiue, cuiuſcunq; eſt demonſtratio, ſit diffinitio. Et ratio eſt, inquit quia aliquid eſſe demonſtratione ſcibile, eſt ꝙ tunc ſolum ſciatur quãdo habet eius demonſtratio: ergo illud non erit difinitione ſcibile, alias ſine demonſtratione per difinitionem ſciretur. ❡Tertia ratio eſt ibi [inductione &c.] et ratio eſt. Ea que ſciũtur ſunt concluſiones in quibus aliquid ꝑ ſe aut ꝑ accidens ꝑ̄dicatur: nã per ſe quarto mõ, vt / edificator edificat / eſt ꝓpoñ ſcibilis, & nihilominꝰ eſt accidentalis in ꝑ̄dicãdo, licet ſit ꝑ ſe in cauſando. Concluſionis (inquid) autẽ non eſt difinitio ſed ſolũ ſubiecti: ergo nõ cuiuſcunq; eſt demõſtratio eſt diffinitio. ❡Poſtrema rõ eſt ibi [preterea ſi &c.] et eſt cõfirmatio precedentis, diffõ ſubſtantiã. i. quidditatẽ & eſſentiam ſubiecti ſignificat: id autẽ qđ demõſtratur eſt accidens. ſ. paſſio ergo illius quod demonſtratur non eſt diffinitio. ❡In ſecunda ꝑticula textꝰ [quid ergo] diſputat ſecũdã queſtiũculã, vtrũ ecõuerſo quidquid diffinit demonſtretur. Et arguit ad ꝑtẽ negatiuam duabꝰ rõnibus: quarum prima eſt eadẽ q̃ ſupra ſecũdo loco tacta eſt. Vna res non habet niſi vnũ modũ determinatũ quo ſciatur, nã debet ꝓcedere demonſtratio ex propoſitionibus per ſe eiuſdẽ generis vt ſupra dictum eſt, ſi ergo aliquid eſt ſcibile per demõſtrationẽ, illud non ſcitur niſi dũ demonſtratur: et tñ ſi haberet diffinitionẽ poſſet ſciri per diffinitionẽ ſine demonſtratione, & ſic ſeq̃retur vnũ impoſſibile. ſ. ꝙ illud non eſſet ſcibile niſi ꝑ demonſtrationẽ, et ꝙ eſſet ſcibile alia via. ❡Scđa rõ eſt ibi [preterea] q̃ talis eſt. Diffõ eſt ꝓ̄cipiũ ꝓ̄mũ demõſtratõis, vt dictũ eſt capite octauo tex. 25. primorũ aũt principiorum nõ eſt demõſtratio, alias eſſet ꝓceſſus in infinitũ: ergo nõ cuiuſcũq; eſt diffinitio eſt demõſtratio. ❡In tertia ꝑticula [an ſi non omnis] diſputat tertiã queſtionẽ. ſ. eſto non quidquid demonſtratur diffiniatur nec econuerſo vniuerſaliter, an ſaltẽ particulariter detur aliqua res cuius ſit ſimul & diffinitio & demõſtratio. Et arguit ꝙ non, tripliciter. Primo diffinitio eſt ipſius qđ quid eſt / explicans eſſentiã rei: ſed quid eſt, vt primo libro dictum eſt, ſupponit ante demonſtrationẽ (ſupponit enim mathematicus quid eſt vnitas) ergo fieri nequit vt eiuſdem ſit diffinitio & demonſtratio. ❡Secũda ratio eſt ibi [adde ꝙ] Demonſtratio aliquid de aliquo demonſtrat puta concluſionẽ in qua vnum predicatur de alio: in diffinitione autẽ neutra pars predicatur de alio, cum eñ dico animal rationale / neq; animal de rationali, neq; ecõuerſo predico, q: vbi non eſt verbũ, non eſt predicatio. ❡Tertia eſt ibi [preterea differt] que talis eſt. Differunt queſtio q: eſt. ſ. an hoc ſit illud / & queſtio quid eſt: & diffinitio oſtendit quid eſt / demonſtratio vero, hoc eſſe illud: diuerſorum autem diuerſa eſt demonſtratio, id eſt, ratio qua manifeſtantur, niſi vnum ſit pars ſubiectiua, id eſt ſpecies alterius, ſicut iſoſceles eſt ſpecies trianguli quorum proinde eadem eſt ratio ſcientie: ſed nec diffinitio eſt ſpecies demonſtrationis: neq; econuerſo: ſed ſunt omnino diuerſe rationis: ergo cuius eſt demonſtratio non eſt diffinitio, neq; econuerſo.

Marginal notes: 1. Dubium. — 2. dubium. — 3. dubium.

❡Quod quid eſt non eſſe demonſtrabile. Caput quartum.

Quid

QVid ergo prorſus ne ipſius quid eſt ratiocinatio demonſtratioq; nulla exiſtit, qualiter iam dediſſe videbamur? Patet enim ratiocinationẽ quidem aliquid per medium de aliquo ſemper oſtendere, ipſum autẽ quid eſt eſſe, & hoc ipſo quid eſt prędicari. Hæc autem conuerti neceſſe eſt. Nam ſi. a. ſit propriũ ipſius. c. patet. b. quoq; ipſius. c. & . a. rurſus ipſius. b. proprium eſſe. Quo fit, vt omnia conuertantur, mutuamq; prædicationem ſuſcipiant. At vero ſi tam. a. competit ipſi. b. vt quid eſt ipſius quam. b. competat identidem ipſi. c. neceſſe eſt tum. a. de. c. prædicetur: vt quid eſt ipſius: quod ſi non hoc pacto bis illud quiſpiam ſumpſerit, nulla ſane neceſſitas omnino compellet, vt. a. de. c. vt quid eſt ipſius dicatur: vt ſi. a. quidem vt quid eſt ipſius. b. competere dixeris. b. vero non eodẽ modo de quolibet. c. prædicaueris: quare non ſolum. a. de. b. dicatur oportet, vt quid eſt ipſius, ſed. b. quoq; de. c. modo eodem prædicetur, neceſſe eſt. Hæc cum ita ſint, ſi in vtroq; ratiocinationis interuallo ipſum quid eſt, quiditaſq; ſumatur, quiditas nimirum antea quam cõcludatur, in ipſo medio ratiocinationis termino collocabitur. ❡Atq; omnino ſi fieri poteſt, vt oſtendatur quidnam ſit homo, ſit. c. quidem homo. a. vero quid eſt ipſius, ſiue. d. animal bipes, ſiue aliquid aliud eſt. Siquidẽ igitur iuſta ratiocinatio fiet, neceſſe eſt. a. de quolibet. b. prædicetur. Hoc autem vt conſtat, alia media definitione opus eſt, quæ quidem etiam quid eſt ipſius hominis erit. Sumitur igitur id profecto, quod demõſtrare oportet. b. nãq; definitio ipſius hominis eſt. Id autẽ ipſum in duabus propoſitionibus primis, immediatiſq; conſiderare oportet. Maxime enim id quod dictum eſt eluceſcit. Qui igitur per ea quæ conuertũtur, quid anima, quid vel homo, vel aliarum quiduis ſit conantur oſtendere, ii petunt id ſine dubio, quod initio quærunt, demonſtrareq; nituntur, vt ſi quis animam eſſe, quod eſt ſibi viuendi cauſa: id vero, numerum eſſe ſeipſum mouentem. Is enim neceſſe eſt poſtulet adeo, animam numerum eſſe ſeipſum motucientem, vt idẽ ſit anima numeruſq; ſeipſum mouens. Non enim ſi. a. quidem ipſum. b. b. vero. c. ipſum ſequatur. a. definitio erit ipſius. c. ſed de ipſo tamen vere dicetur, vt patet. Neq; ſi rurſus. a. ratione ſubſtãtię. b. competit, de omniq; eo prędicatur. a. continuo definitio erit ipſius. c. Quamquã enim animalis eſſe de hominis eſſe dicitur (omne enim animal rationis particeps ſubſtãia veræ eſt animæ particeps, quæ eſt principium ſentiendi, quemadmodum & omnis homo eſt animal) nõ tamen hoc dicitur pacto vt vnũ ſit. Si igitur quiſpiã non hoc pacto terminos ſumpſerit, nunquam. a. ſane quiditatem ipſius. c. ſubſtantiãq; eſſe cõcluſerit. Sin autem hoc acceperit modo, tum antea profecto. b. ipſius. c. definitionem ſumpſerit eſſe. Quare nõ demõſtrabit: ſumit enim id, quod initio quærebatur.

IN quarto capite quod in diuiſione Comẽtatoris eſt textus tertius, habet q; duas particulas, poſtq̃ in ſuperiori diſputauit ꝙ nõ idem cognoſcitur per demõſtrationem et per diffinitionẽ, diſputat ꝙ ipſum quod quid eſt id eſt quidditas ſignificata per diffinitionẽ, non demõſtratur. Neq; vero incidit hec queſtio cũ precedẽtibus: nã in ſuperiori capite ſolũ eſt poſita differentia inter diffinitionẽ et demõſtrationẽ, ꝙ videlicet ſint diuerſe rationes notificandi aliquod ignotũ, cũ diffinitio explicet quid / et demonſtratio, propter quid. Hic vero diſputatur vtrum ipſum / quod quid eſt, ſignificatũ per difinitionem, poſſit de ſuo proprio ſubiecto demonſtrari. Et ſimiliter cap. vndecimo idem percontabitur de propter quid, an ſit demõſtrabile. ❡Arguit vero ad partem negatiuã quatuor preiactis fundamentis, propoſita tamẽ prius queſtione, vtrũ ipſius / quodquid eſt, ſit demonſtratio. i. vtrũ demõſtretur de ſuo ſubiecto. Primũ ſuppoſitũ eſt ꝙ raciocinatio. i. ſyllogiſmꝰ demõſtrat aliquid per mediũ. Secundũ ꝙ / quodquid eſt / predicat de ſuo ſubiecto in eo quodquid et conuertibiliter. Ratione primi, paſſio nõ dicit / qđquid eſt / ſubiecti: & ratione ſecũdi genus non dicit totũ / quod quid eſt / ſpeciei. Tertiũ qđ inde ſequitur eſt, ꝙ ſi quod quid eſt / demonſtrandũ eſſet de ſubiecto, neceſſe eſt vt mediũ & extremitates eſſent termini conuertibiles: nã cum demonſtratio conſtet ex ꝓpoſitionibus directis, debent in premiſſis predicata conuerti cũ ſubiectis aut eſſe eis ſuperiora: ſi vero. a. ſcilicet maior extremitas ſit ſuperior ad. b. mediũ a fortiori erit ſuperior ad. c. de quo directe predicatur. b. et ſi. b. mediũ ſit ſuperius ad. c. a fortiori. a. quod predicatur de. b. erit ſuperius ad. c. quare. a. non conuertetur cum. c. et per cõſequens nec erit / quod quid eſt / illius vt patet ex ſecunda ſuppoſitione. Quartum fundamentũ eſt quod ad demonſtrandũ / qđ quid eſt / de ſuo ſubiecto non ſatis eſt demõſtrare / qđ quid eſt / vere & vñiter predicari de ſubiecto, ſed eſt demonſtrandum ꝙ predicatur quiditatiue: ex quo ſequitur neceſſariũ eſſe vt tã maior extremitas predicet quiditatiue de medio, q̃ mediũ de minori: nam ſi non ſit vtraq; premiſſa quiditatiua, non neceſſario inferent ꝙ concluſio ſit quiditatiua. Exẽpli gratia. Quãuis bene ſequatur, omne animal eſt albũ: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt albus / tamẽ quia / album non predicatur quiditatiue de animali, non ſequitur vt quiditatiue predicetur de homine: et q̃uis ſequatur / omne albũ eſt coloratum / omnis homo eſt albus / ergo omnis homo eſt coloratus / tamen quia album non predicatur de homine quiditatiue, nõ ſequitur vt coloratum predicetur de illo quiditatiue. ❡Ex his igitur quatuor fundamentis ſcite ſane infert / quod quid eſt / nõ demonſtrari de ſuo ſubiecto: nam ſequeretur ex dictis ꝙ in tali demonſtratione peteretur principiũ: q: ſi / quidquid eſt / in maiori quiditatiue debet predicari de medio, et medium in minori et quiditatiue, neceſſe eſt vt medium ipſum dicat etiam quod quid eſt: vnde in minori predicabitur / quod quid eſt / de ſuo ſubiecto, et per conſequens ante cõcluſionem iam ſupponitur id quod demonſtratio intendit concludere et demonſtrare: que eſt petitio principii. ❡In ſecunda particula [Atq; omnino] Subdit exempla. Sit. n. inquit. c. homo. a. vero quod quid eſt / eius, puta / animal bipes /, aut alia quiditatiua diffinitio: neceſſe eſt tunc vt vtraq; premiſſa ſit vera et directa et quiditatiua, quod medium etiam. b. ſit diffinitio hominis, quare in minori ſcilicet. c. eſt. b. predicatur qđ quid eſt de ſuo ſubiecto, quod intenditur demonſtrari. ❡Quod ſi quis arguat: nihil prohibere quin maior extremitas ſit vna diffinitio et medium ſit alia. ❡Reſpondetur ꝙ hic non eſt queſtio de quod quid eſt / in ordine ad diffinitionẽ: nam de diffinitionibus

Marginal note: Quatuor ſuppõnes.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tionibus poſtea dicemus ꝙ vna poteſt demonſtrari de alia, et ita forſan vna diffinitio poteſt per aliam diffinitionem demonſtrari de ſubiecto. Sed queſtio eſt de quiditate ipſa ſignificata: que cum in minori iam predicetur de ſubiecto ſignificata per ſuam ſignificationem quiditatiuam, iam ſupponitur id quod intenditur demonſtrari. Vel ſecundo dicendum ꝙ diffinitio quiditatiua non eſt niſi vna in rigore, que ſi in minori predicatur iã non demonſtratur. Sed prima ſolutio propius ad mẽtem Ariſto. accedit. ¶ Et hac de cauſa ſubdit ſecundũ exemplum de anima cui attribuit duas diffinitiones, ſcilicet anima eſt cauſa ſibi ipſi viuendi/ corpus enim viuit animam, et anima per ſe eo modo quo forma dicitur viuere, et maxime: quia anima ſeparata viuit vita intellectiua: et item anima eſt numerus ſeipſum mouens: que in re idem prorſus ſignificant niſi ꝙ hec datur ſecundum Platonem qui omnes ſubſtantias appellabat numeros. Non eſt locus hic diſputandi an proprie anima moueat ſe, hoc enim ad Philoſophiam pertinet vbi oſtenditur ꝙ nihil eadem ratione poteſt eſſe mouens et motum. Ait ergo: ꝙ ſiquis faciat hanc demonſtrationem/ omnis numerus ſeipſum mouens eſt ſibi ipſe cauſa mouendi: anima eſt numerus ſeipſum mouens: ergo eſt ſibi ipſa cauſa mouendi/ is, inquit, neceſſe eſt ut poſtulet adeo, id eſt, petat certe a reſpondente et ſupponat ꝙ anima eſt numerus ſeipſum mouens, ſiquidem diffinitio petitur et ſupponitur: et per conſequens iam in initio petit quiditatem ipſius anime quam intendit demonſtrare. ¶ Colligit tandem per modum epilogi ꝙ quãuis ſi. a. prediceretur de. b. ⁊. b. de. c. neceſſe ſit vt. b. prediceretur de. c. tamen ſi ambe premiſſe non ſint quiditatiue, et extremorum conuertibilium, non inferent/ quod quid eſt/ de ſuo ſubiecto. Ut quãuis omne animal ſit ſubſtantia ſenſibilis: et omnis homo ſit animal: et proinde ſequatur ꝙ omnis homo eſt ſubſtantia ſenſibilis: non tamen ſequitur ꝙ illa ſit diffinitio hominis, quia animal non predicabatur conuertibiliter de homine.

¶ Quod neq; per diuiſionẽ, quod quid eſt, demonſtretur. Cap. 5. Tex. 4.

AT nec diuiſione hoc illius definitionem eſſe colligi poteſt, qualiter in reſolutionũ figurarum eſt dictũ. Nunquam enim in diuiſione fit, vt cum hæc ſint, neceſſario illa ſequãquantur, ſed fit perinde atq; cum quiſpiam inducit: non enim demonſtrat. Nam nec interrogare concluſionem, nec ſi data ſit, ideo ipſam eſſe oportet ſed ipſam eſſe cũ illa ſint neceſſe eſt, etiam ſi is qui reſpondet minime aſſentiatur. Etenim ſi quis hoc roget pacto, homo animatus an inanimatus eſt, deinde animatũ eſſe ſumat, ratiocinationem nullam facit. Rurſus animal omne aut greſſibile aut aquaticũ eſt? ſi eſſe greſſibile ſumat, nullã ratiocinationẽ profecto facit: nec hominẽ hoc eſſe totum, animal in quã greſſibile, neceſſario ex dictis emergit, ſed hoc quoq; perinde vt illa ſumit. Atq; nihil omnino refert: ſiue in multis ſiue in paucis hoc pacto fiat: eſt enim idem. Fit igitur hiſce qui hoc procedunt modo inutilis hic diuiſionis vſus etiam ad ea quorũ alioqui fieri ratiocinatio poterat. Quid. n. prohibet, vt illud totũ vere quidem de homine dicatur, minime tamẽ quid ſit homo declaret? Quid inſuper obſtat, vt aut addatur ſubſtantiæ quippiam, aut auferatur, aut prætermittatur? Atq; hæc quidem eueniunt. ſed ſoluere contingit, ſiquis vniuerſa ea quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur ſumat, & adhibita diligẽtia poſt primi diuiſionem, alteri9 ve poſtulationem, ipſius rurſus poſtulati diſtributionem deinceps faciat. Atq; adeo vt nihil prætermittat quod quidem eſt neceſſarium. *Si omne cadit in diuiſionẽ*, & nihil de eſt: id vero eſt neceſſarium: indiuiduũ enim iam eſſe oportet. At quanquam id fieri poteſt, nulla tamen hoc pacto vnquã efficitur ratiocinatio, ſed ſi noſcere diuiſio facit, alio quodam id facit modo. ¶ Atq; hoc quidem nõ eſt abſurdum. Neq; .n. is qui vtitur inductione, fortaſſe demonſtrat: notum tamen aliquid facit: ratiocinationem autem nõ dicit, qui definitionẽ ex diuiſione dicit: nam vt in concluſionibus quæ ſine mediis inferũtur, ſi quiſpiam dixerit hoc neceſſe eſt eſſe, cũ iſta ſint, fit vt interrogetur propter quid, ſic & in definitionibus, cum per diuiſionem inueſtigantur, fieri poteſt. Nam cum hæc conficitur definitio hominis, animal mortale, pedes habens, bipes, acalis vacans: cur hoc in vnaquaq; partiũ additione ſit nimirum interrogatio fieri poteſt. Dicit enim atq; oſtendet, per diuiſionẽ vt putat omne animal aut immortale eſſe aut mortale. Talis autẽ oratio tota non per ratiocinationem eſſe oſtenditur. Quare etiã ſi definitio per diuiſionẽ demonſtraretur, nũquam tamen per ratiocinationem conficitur.

POſtq̃ in ſuperiori capite oſtẽſum eſt/ quod quid eſt/ demonſtrari nõ poſſe, in hoc quinto, quod apud Cõmentatorẽ eſt vnicus textus quartus, duaſq; habet particulas, probatur ꝙ neq; via diuiſiõis poſſit demõſtrari, quod quid eſt tribus rationibus. Prima eſt hec. Diuiſio non eſt neceſſaria conſequentia, vt. ſ. ex premiſſis ſequatur cõcluſio, niſi aliquid detur et admittatur a reſpõdente, ſed demõſtratio debet neceſſario cõuincere vellit nollit rñdens: ergo via diuiſionis/ qđ quid eſt/ nõ demõſtratur. Minor per ea que dicta ſunt patet. Sed probat maiorẽ exemplis. Si enim qui inueſtigans genus hominis querat a reſpõdente, animatus ne ſit an inanimatus, licet reſpõdens cõcedat eſſe animatum, nõ neceſſario concludit/ quod quid eſt. Primo quia cõcludit eſſe animatum, ex conceſſione alterius. Et preterea quia adhuc ſolũ habet genus diffiniti. ſ. ꝙ homo eſt animal. Sed ſi rurſus per diuiſionem inquirat differentiã petens, ſit ne animal greſſibile, an aquaticũ, an volatile, et accipiat eſſe greſſibile, adhuc non eſt euidens, animal greſſibile/ eſſe totam diffinitionẽ. Nec refert inq̃ in paucis id fiat aut in multis, nam licet rurſus querat ſit ne greſſibile pẽnatum aut ſine penis, ⁊ accipiat ꝙ eſt ſine penis: nõ concludit euidẽter ꝙ illa ſit tota diffinitio, ꝓpter duo. Primum [Quid enim inquit prohibet] id eſt quia licet ſit certũ omnia illa cõuenire homini, nõ tamen per diuiſionẽ fit euidẽs vt illa predicentur in quid, quod requiritur ad/ quod quid eſt. Et preterea [Quid in ſuper, inquit obſtat] id eſt neq; eſt euidens talis ne diffinitio ſuperflua ſit an diminuta. ¶ Argute comparat viam arguendi per diuiſionem. ad modũ arguendi per inductionem. Ut enim ex tribus aut quatuor ſingularibus puta iſte ethiops eſt niger, et iſte et iſte non infertur omnem ethiopẽ eſſe nigrum niſi reſpondens admiſſerit non eſſe plures ſingulares aut ita eſſe in omnibus, ita et in diuiſione, non ſequitur/ hoc eſt greſſibile aut aquatile, nõ eſt aquatile: ergo greſſibile/ niſi reſpondens dederit nõ eſſe plures ſpecies animalis. ¶ In ſecunda particula [Atq; hec quidem] reſpondet obiectioni cuidam. Dicit enim quis poſſe demonſtrari/ quod quid eſt/ via diuiſionis, ſi diligenter omnia diuidantur que predicãtur in/ quid/ vt ſi inquirens genus hominis, incipiat a generaliſſimo. ſ. an eſt ſubſtantia vel accidens, et habito ꝙ ſit ſubſtãtia, querat an ſit corpus vel ſpiritus, ⁊ habito tandem ꝙ ſit animal, querat differẽtiã/ puta an ſit greſſibile/ aquaticũ, vel volatile, ⁊ habito ꝙ ſit greſſibile: an ſit bipes aut quadrupes: ⁊ dato ꝙ ſit bipes, an ſit pẽnatũ an ſine pẽnis ¶ Reſpõdet Ariſt. cõcedendo per hanc viã poſſe aliquo mõ notificari, qđ quid eſt, non tñ erit ratiocinatio id eſt euidens demõſtratio, ſed erit aliqualis cognitio qualis fit per inductionẽ: que nõ concludit euidẽter vniuerſalẽ cum non poſſint omnia ſingulariter demõſtrari: facit tamẽ aliquam fidem illi9. ¶ Et preſertim neq; inductio nec diuiſio demõſtrat propter quid/ nã habito per inductionẽ aut diuiſionẽ ꝙ homo ſit greſſibilis ⁊c. reſtat interrogatio, cur ſit greſſibilis, quia neutra redit cauſam.

¶ Quod quid eſt non demonſtrari ex ſuppoſitione. Cap. 6. Tex. 5.

SEd fieri ne poteſt vt ipſum quid eſt accõmodatum ſubſtantiæ, demonſtretur? Ex ſuppoſitione tamen, hoc pacto, vt ſumatur id quidẽ proprium, quod ex hiſce conſtat, quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur, definitionem eſſe: hæc autẽ ſola dicto prædicari modo, totũq; quod ex hiſce cõſtat, proprium eſſe: id eſt enim illius nimirum ratio. An & hic rurſus ſumitur definitio. Neceſſe eſt enim, per medium ipſum oſtendere. Præterea quemadmodũ nec in ratiocinatione ſumitur quid eſt ratiocinari. Semper enim tota vel pars eſt propoſitio, ex quibus ratiocinatio cõſtat ſit neq; definitionem oportet in ratiocinatione in eſſe, ſed ſeorſum a propoſitionibus eſſe. Atq; vt ſi quis ambigat, ſi ratiocinatio ſit confecta nec ne: obuiandum eſt aſſerẽdo ratiocinationem eſſe extructam: id enim ratiocinatio: ſic & ad eum qui dicit nõ definitionem eſſe cõcluſam aſſerendum eſt definitionem eſſe concluſam id enim nobis ſupponebatur eſſe ratio, definitio ve. Quare neceſſe eſt & ſine ratiocinationis & ſine definitionis ratione, aliquid per ratiocinationem concluſum eſſe. Tex. 6. ¶ At enim neq; ſic bene ſeſe habebit ipſius quid eſt ꝓbatio, ſi ex ſuppoſitione etiã quiſpiam ipſum oſtendat, hoc pacto, ſi ratio mali eſt diuiſibile eſſe: quibus autem eſt cõtrarium, eorum & ratio cõtraria eſt rationi contrarij, atq; bonum eſt malo cõtrariũ, & indiuiſibile diuiſibili, ratio boni nimirũ eſt indiuiſibile eſſe. Et hic enim ſumens definitionem, oſtendit. Sumit autem definitionẽ, ad oſtendẽdam definitionem. At ſit aliquid aliud. Et in demonſtrationibus enĩ aliquid de alio dici ſumitur: non tamẽ ipſum: neq; id cuius eſt eadem ratio neq; quod cõuertit. Ad vtroſq; autem quorum alter diuiſione: alter tali ratiocinatione oſtendit, eadem eſt dubitatio, cur homo ſimul animal bipes greſſibile, non autem animal ſeorſum, & bipes ſeorſum ſit: nulla namq; neceſſitas cogit, vt ex iis quæ ſumuntur vnum efficiatur quod prædicetur: ſed erit forſitan, perinde atq; idẽ homo & muſicus eſt grammaticus.

CApitulum hoc apud Cõmentatorẽ ſeccatur in textus duos, qui ſunt quintus et ſextus. In quo Ariſt. pergit oſtendere/ qđ quid eſt/ nõ bene demonſtrari ex ſuppoſitione. Et primo arguit ꝙ non demonſtretur ſuppoſita diffinitione diffinitionis. Exẽpli gr̃a. Tex. 5.
Siquis ſupponat ꝙ diffinitio eſt oratio conſtans ex his que predicantur in eo quod quid, continens totum qđ predicatur in eo quod quid. ſ. genus et differentiã, itaq; ſola diffinitio hoc modo predicetur illam vero que hoc modo predicat, eſſe propriũ. i. propriã et adequatã diffinitionẽ. Utrum ex hac ſuppoſitione demõſtrabit/ quod quid eſt/ hominis de homine. ¶ Et probat ꝙ licet ſuppoſitio hec ſit vera, tamen qui hoc ſupponit nõ inde demonſtrare poteſt/ quod quid eſt. Primo: quia eſt videtur aſſumere diffinitionem: cũ tamen ſi quod quid eſt/ ſit demonſtrabile, deberẽt etiam hec diffinitio diffinitionis demõſtrari: ⁊ per conſequens nõ eſt illud primũ principiũ. Preterea quẽadmodũ in ſyllogiſmo. ſ. omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtãtia, non ſumitur diffinitio ſyllogiſmi tanq̃ premiſſa, ita ſi diffinitio hominis demẽſtranda eſt đ homine non debet ſumi tanq̃ premiſſa diffinitio explicans quid ſit diffinitio. Sed debet, inquit, talis diffinitio eſſe extra demõſtrationem vt ſiquis neget illam conſequentiã eſſe in barbara/ debet illud probari per diffinitionẽ ſyllogiſmi de barbara, quam quilibet habere in mente ſine demonſtratione. Et eodẽ modo, ſiquis negaret/ animal rationale/ eſſe diffinitionem hominis, probandum eſſet: quia conſtat ex genere et differentia: que veruntamen probatio non eſt demonſtratio, ſed examinatio an illa ſit diffinitio, per regulam ⁊ legem diffinitionis. Intendit Ariſt. in ſumma dicere ꝙ huiuſmodi probatio. Huic orationi/ animal rationale/ cõueniunt legis diffinitionis: ergo eſt diffinitio/ lꝫ ſit bona, tamen nõ eſt demonſtratio ipſius/ quod quid eſt/ de homine. ¶ In tex. 6. [At enim] Tex. 6.
oſtẽdit ꝙ neq; diffinitio quidditatiua vnius poſſit demõſtrari per ſuppoſitionem diffinitionis alterius. Ubi ad intelligentiam exempli Ariſto. notandũ eſt, ꝙ cũ omnia appetant bonũ, ⁊ videamus omnia appetere vnitatem quia omnis res quãta reſiſtit ſue diuiſioni, philoſophabantur platonici vnitatem ⁊ indiuiſibilitatem eſſe de genere bonorum: diuiſionẽ vero et pluralitatem de genere malorum, quia tendit ad corruptionẽ. Ait ergo Ariſt. ſi ſupponatur ꝙ ratio id eſt diffinitio mali ſit, eſſe diuiſibile/ vtrũ ex hac ſuppoſitione demonſtrari poſſit ꝙ ratio ⁊ diffinitio boni ſit eſſe indiuiſibile, ⁊ videtur ꝙ ſic, nam contrariorum cõtrarie ſunt diffinitiones: ſed bonũ ⁊ malum ſunt contraria, ſicut diuiſibile et indiuiſibile: ergo ſi eſſe diuiſibile/ eſt diffinitio mali, eſſe indiuiſibile eſt diffinitio boni. ¶ Reſpondet ꝙ nec iſte modus arguendi ſit demonſtratio. Quod probat tripliciter. Primo quia iã aſſumitur in antecedenti diffinitio contrariorum, et diffinitio mali et per conſequens, ſi diffinitio omnis poteſt demonſtrari, illa non ſunt prima principia. Secũdo ibi. [At ſit aliquid aliud] Quaſi dicat/ nõ ſolũ iſte nõ demõſtrat: quia accipit pro primo principio diffinitionem, ſed quia aſſumit id ipſum quod debet demõſtare: nam in demonſtrationibus, licet accipiatur pro medio quod quid erat eſſe, tamen cõcluditur aliud de alio vt riſibile de homine: tamen in propoſito idem vel eiuſdem rationis ſupponitur, quod cõcluditur: ſupponitur enim, malum eſſe diuiſibile, ⁊ eiuſdem prorſus rationis eſt ꝙ bonum ſit indiuiſibile. ¶ Tertio id probat quia, inquit, tam ille qui demonſtrat per diuiſionem q̃ ille qui demonſtrat ex ſuppoſitione

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

poſitione adhuc tenetur reſpondere cur animal et bipes ⁊ greſſibile ſint vnū. Quod eſt dicere: ad hoc ꝙ aliqua faciant diffinitionem nō ſufficit ꝙ ſingula predicentur de diffinito, ſed ꝙ omnia faciant per ſe vnū ideſt dicant vnā naturam. Nam albū ⁊ muſicum, licet dicantur de homine, non tamen cōſtituunt diffinitionem: quia ſunt diuerſa accidētia que non faciunt vnū niſi per accidens: ergo licet per diuiſionem concludatur ꝙ homo eſt animal, et ꝙ eſt greſſibile, ⁊ ꝙ eſt bipes, nondum demonſtratur an hec omnia dicant vnam naturam hominis ⁊ pariter cū ſupponitur malum eſſe diuiſibile, nondum oſtenditur ꝙ diuiſibilitas dicat quiditatiuam naturam mali, an vero accidens.

¶Quod quid eſt non demonſtratur. Cad. 7. Tex. 7.

HAec cum ita ſint, quonam pacto is qui definit ſubſtantiam & ipſum quid eſt oſtendet rei definiendæ. Neqꝫ enim vt is qui demōſtrat, ex hiſcæ quæ conceduntur notum faciet ipſum: vt cum illa ſint, neceſſario aliquid aliud ſit: hoc enim eſt demōſtratio: neqꝫ etiam vt is qui per ſingula nota inducit vniuerſa, ex eo ſic ſe habere, quia nihil ſingulorum ſeſe aliter habet: non enim quid eſſe, ſed eſſe aut non eſſe oſtendit. Quis igitur alius modus reſtat? non enim ſenſu vel digito demonſtrabit. ¶Præterea quo nam pacto ipſum quid eſt oſtendet: neceſſe eſt. n. eum qui ſcit quid eſt homo, aut aliud quoduis, & eſſe etiam ſcire. Id enim quod non eſt in ratione, nemo ſcit vnquam quid eſt, ſed quid nam oratio vel nomen ſignificat. Cum dico hippocentaurus, bene quidē percipimus: fieri vero nequit, vt quid hippocentaurus ſit ſciamus. At vero ſi quis quid eſt oſtenderit & eſſe quoqꝫ oſtendet: & quonam modo, ratione eadem oſtēdet: nam vnū quidam definitio ipſa declarat, & demonſtratio etiam vnū: quod autem eſt homo, & hominē eſſe, diuerſa ſane, non eadem ſunt. Deinde etiam dicimus vnum quoduis, niſi ſit ſubſtantia, neceſſario per demonſtrationē eſſe oſtendi: eſſe vero rei nullius eſt, vt patet, ſubſtantia, id enim quod eſt, nō eſt genus. Demōſtratio igitur id eſt, quo quippiā oſtenditur eſſe: quod quidem etiā nunc ipſę ſcientiæ faciunt. Geometra namqꝫ quid ſignificat quidem triangulus ſumpſit, eſſe autem ipſum demonſtrat. Quomodo igitur oſtēdet ipſe definiēs quid eſt triangulus ſciens ergo quiſpiam definitione quippiam quid eſt, an ſit illud neſciet: at nunquā fieri poteſt. Patet autem per ipſos etiam definitionum quæ nunc aſſignantur modos, eos qui definiunt nō oſtendere eſſe, nā & ſi eſt e medio æquale aliquid, at cur ſit ipſum definitū, & cur hoc circulus ſit quæretur. Poterit enim illud dicere quiſpiā definitionē orichalci etiam eſſe. Neqꝫ enim id eſſe poſſe quod dicitur, ipſæ definitiones inſuper faciunt manifeſtum: neqꝫ illud, & non aliud eſſe cuius inquiunt definitionem eſſe, ſed propter quid ſemper dicere licet. ¶Si igitur is qui definit, alterutrum aut quid ſit aut quid ipſum nomen ſignificat oſtendit (ſi modo illa ipſius quidem definitio eſt) erit ipſa profecto oratio idem quod nomē ſignificans. At hoc abſurdum eſt ſane. Primo namqꝫ & non ſubſtantiarum, & eorū quę nō ſunt in ratione rerum erit vtiqꝫ definitio. Nam & ea quæ non ſunt, ſignificare nomine licet. Deinde omnes orationes definitiones erunt, ſine diſcrimine vllo. Fieri nāqꝫ poteſt, vt cuius orationi nomen ponatur. Quare definitionibus omnes omnia diſſeremus loquemurqꝫ. Et Ilias ipſa definitio erit. Præterea nulla ſcientia nomē hoc indicare ſignificareqꝫ demonſtrat: ergo nec definitiones idipſum indicant. Ex his igitur nec idem eſſe definitionem ratiocinationēqꝫ videtur. Et in ſuper neqꝫ definitionē demonſtrare quid nā ſit quidquam, fieriqꝫ nō poſſe vt ipſum quid eſt demonſtratione definitione ve vnquam percipiatur, aut cognoſcatur.

IN capite hoc ſeptimo poſtq̄ in ſuperioribus per ſingulos modos cognoſcendi facta inductione oſtēſum eſt / quod quid eſt / non poſſe demonſtrari, addit ad huc rationes comunes ad id manifeſtandum. Continet hoc caput tres particulas quarum prima pertinet ad textū ſuperiorem ſextū, alie due ad textū ſeptimū. Colligit ergo ex dictis in prima particula ꝙ cum oſtenſum ſit / quod quid eſt / nec demonſtrari per terminos conuertibiles, nec per diuiſionem, nec ex ſuppoſitione: non reſtat niſi vt forte demonſtretur inductione. At vero inductio, inquit, non demōſtrat quid, hoc ſit niſi quod ſit, aut ſit tale. Eſt enim inductio velut ſi quis digito oſtendat / hic ethiops eſt niger / ⁊ hic et hic: qui, licet oſtēdat rem eſſe talem, nō tamen demonſtrat ſit ne illud quiditas an accidens illius. ¶In textu ſeptimo. [Preterea quo nam pacto] probat prius tribus rationibus cōmunibus ꝙ / quod quid eſt / nō euidenter oſtēdatur demōſtratione, ⁊ deinde obiter addit vnum verbum de diffinitione. Prima ergo ratio eſt hec. Quicunqꝫ oſtendit / quod quid eſt / debet prius ſcire illud eſſe, natura vt. 2. cap. dictum eſt / queſtio / quid eſt / ſupponit queſtionem / an eſt / quod modo etiam probat: quia id, inquit, qđ nō eſt in ratione ideſt qđ non eſt actu vel ſaltem in cauſis naturalibus, nō poteſt ſciri quid ſit, ſed ſolum ſciri poteſt quid nomen ſignificat. Scimus enim ꝙ Hippocentaurus ſignificat mōſtrum pro medietate virum et pro medietate equū: at quia non ſcimus illud eſſe, fit vt neſciamus eius quiditatem. Hippocentaurus idem eſt quod equum ſtimulans / ab hippos quod eſt equus ⁊ centem, quod eſt ſtimulare: quo nomine dicti ſunt populi Theſſaliceo ꝙ equis velociſſimis vtuntur. Unde poete fingūt mōſtra eſſe pro medietate viros ⁊ pro medietate equos. Hoc ſuppoſito format Ariſto. primam rationē. Cum tā diffinitio q̄ demonſtratio conſtet ex his que ſunt per ſe, non poteſt eſſe vna diffinitio, niſi vnius diffinibilis: nec vna demōſtratio niſi vnius ſcibilis: ſed eſſe hominē / ⁊ qđ quid ed / hominis / diuerſa ſunt: ergo demōſtratio que demonſtrat eſſe, puta hominem eſſe riſibilem / non demonſtrabit quid eſt hoc. ¶Notandū eſt hic ſententiam eſſe Ariſto. id quod aliqui putam eſſe inuentum. S. Thome ſcilicet quod eſſe et eſſentia in creaturis diſtinguntur ad hūc ſaltem ſenſum ꝙ quiditas hominis eſt perpetua, eſſe autem eſt illi temporale adeo productum: in deo autem ſunt idem, vt latius cap. 4. predicamentorum. q. 1. explicuimus. ¶Secunda ratio eſt ibi [Deinde etiam dicimus] et fere eſt confirmatio ſuperioris. Demonſtratio ſolum demōſtrat / quia eſt / ideſt hoc eſſe illud, quia demōſtrat

Tex. 7.

Eſſe et eſſentia.

ſtrat predicatū conuenire ſubiecto, diffinitio autem oſtēdens / quid / nihil dicit de eſſe aut nō eſſe: ergo / quod quid eſt non oſtenditur per demonſtrationem. Oſtendit autē maiorem exemplo: quia mathematicus, inquit, ſupponens quid eſt triangulus, demonſtrat illum eſſe ſcilicet ſuper datam lineam rectam triangulum collocare. Ait autem in maiori, ꝙ demonſtratio non demonſtrat quid eſt, niſi forſan diceretur ꝙ eſſe et ſubſtantia ideſt quiditas eſſent idem, nam tunc qui demonſtraret / eſſe / demonſtraret quiditatem. Sed tamen illud, inquit, eſt falſum: quia / ens / non eſt genus. Senſus eſt ꝙ ſi eſſe et quiditas eſſent idem, cum ens ſignificet eſſe, ens predicaretur in / quid / et per conſequens eſſet genus: quod eſt falſum. Hoc eſt quod. S. Thomas ſignificauit prima parte. q. 3. arti. 5. dicens ꝙ cum in deo eſſe et eſſentia ſint idem, ſi deus poneretur in genere, genus eius eſſet ens: et ideo cum ens non ſit genus, deus nō ponitur in genere. Quo modo ens non predicetur inquit cap. 4. predicam. q. 1. expoſuimus. ¶Tertia ratio eſt ibi [Patet autem] Ait enim ꝙ ex diffinitionibus ipſis quibus vtimur in ſcientiis conſtat diffinitionem non dicere / eſſe. Cum enim dicitur / circulus eſt figura a cuius centro ad circūferentiam omnes linee recte ſunt equales, non aſſeritur talem figuram eſſe: ſed reſtat querere, an ſit: nam ſimiliter diffinire poſſumus illud quod non eſt: vt orichalcum ideſt montem eneum. Oros enim idem eſt quod mons, ⁊ chalcos, es. Cum enim demonſtratio ſolum demonſtret rem eſſe, ſciliced, eſſe talem, fit vt per demōſtrationē non concludatur quod quid eſt. In tertia particula capituli [Si igitur his] quia dixerat diffinitionem ſignificare quiditatem et eſſentiam rei, reſpōdet cuidā obiectioni. Poſſet enim quis dicere ꝙ non omnis diffinitio explicat naturam et quiditatem diffiniti: nam aliqua eſt ſolum explicans ſignificationem nominis: que dicitur: diffinitio quid nominis. Dicit ergo ꝙ diffinitio quid nominis non eſt propie diffinitio, nam illa ſolum eſt vna oratio ſignificans idem quod ſignificat nomen: que non explicat naturam rei, magis q̄ nomen ipſum, vt ſi quis dicat nomē Camellus / ſignificare animal gibboſum, coloris bouis, non ſignificat magis genus aut quiditatē Camelli, q̄ nomē Camellus, licet per accidentia Camellū deſcribat. ¶Et ꝙ talis oratio ſimpliciter non ſit diffinitio, probat tripliciter. Primo quia tunc ſequeretur ꝙ accidentiū et non entiū eſſet diffinitio, nam accidentia ⁊ Chimeram ipſam poſſumus hoc modo diffinire: ⁊ tamē non entiū ſicut non eſt ſcientia, vt dictum eſt lib. 1. tex 5. ita neqꝫ eſt diffinitio: ſed neqꝫ accidētia ſimpliter diffiniūtur: quia nō habent ſimpliciter quiditatē vt habet. 7. metaph. tex. 15. ¶Scđa ratio eſt ibi [Deinde] ſequeretur. n. inquit, omnes orationes etiā hiſtoriā longā eſſe diffinitionē: nā cuius orationi quātuncunqꝫ longe poſſet imponi vnum nomē: vt hiſtoria troiana quam ſcripſit Homerꝰ dicitur Ilias. Ilium nāqꝫ nomen eſt troie. ¶Tertia ratio eſt ibi [Preterea nulla] que talis eſt. Sciētia nō oſtēdit quid nomina cōcluſionis ſignificent, ſed que eſt cauſa veritatis concluſionis: ergo nec diffinitio explicat quid nomen ſignificat, ſed que eſt rei ſignificate natura: patet conſequētia quia id qđ exprimitur per diffinitionē, eſt ſubiectū ſciētie. Colligitur: ergo vt diffinitio quid nominis nō ſit ſimpliciter diffinitio, ſed ſecundum quid. Facit tandem Ariſt. epilogū eorum que dicta ſunt quid eſt clarus.

Ens nō ē genus.

Diffinitio

¶Quod vna diffinitio per aliam demonſtretur. Cap. 8.

VErum conſiderādum eſt rurſus, quid nam horum dictum bene, & quid non bene recteqꝫ ſit, & quid ſit definitio, & vtrum aliquo modo ipſius quid eſt demonſtratio definitio exiſtit, an vero nullo ſit modo. Cū itaqꝫ ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt, idem ſit, vti diximus: fieri poteſt, vt quid eſt oſtendas: cuius quidem hæc ratio eſt. Eſt enim quædam vtiqꝫ cauſa: & hæc aut eſt eadē aut alia, & ſi ſit alia, aut eſt demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis. Si igitur alia ſit, demonſtrariqꝫ poteſt, cum cauſa ſit medium, & prima figura ratiocinationis oſtendatur neceſſe eſt: nam id quod oſtenditur vniuerſale eſt, & affirmatiuum, vt patet. Vnus igitur eſt modus, quem nūc inquiſiuimus, per aliud inquam ipſum quid eſt oſtendi: nam medium ipſorum quid eſt, neceſſe eſt eſſe quid eſt, & propiorum identidem proprium: quare difinitionū eiuſdem rei alia oſtendet, alia nō oſtendet. Atqꝫ hicce modus demonſtratio ipſius quid eſt, vt antea diximus, non eſt, ſed ratiocinatio quædam ad diſſerendi modum accommodata.

Tex. 8.

POſtq̄ in quinqꝫ ſuperioribꝰ capitulis diſputatū eſt an / quod quid eſt / ſit demonſtrabile, in tribus ſubſequentibus examinando ea que dicta ſunt determinat que nam ſit in hac parte rei veritas. In hoc ergo capite octauo oſtendit ꝙ quamuis vna diffinitio poteſt ſollogiſtice concludi per aliam, tamen talis ſyllogiſmus non erit demonſtratio. Proponit ergo ꝙ examinā da ſunt ea que dicta ſunt et vtrum diffinitio ipſius quod quid eſt, ſit aliquo modo demonſtratio illius. Et ponit hanc cōcluſionem. Quod quid eſt / poteſt oſtendi per aliud / quod quid eſt. Supponit aūt prius ꝙ ſcire qđ quid eſt / eſt ſcire cauſam ipſius / an eſt / oſtenſum enim eſt capite ſecūdo ꝙ ſcire an res ſit, virtualiter eſt ſcire aliquam eſſe cauſam ſui eſſe, et ſcire quid eſt / eſt ſcire que ſit illa cauſa: ſicuti ſcire / quia eſt virtualiter eſt ſcire aliquam eſſe cauſam quare hoc: et ſcire propter quid, eſt ſcire illam cauſam. Secundo ſupponit ꝙ inter cauſas quedam eſt eadē ideſt intrinſeca ipſi rei: vt materia et forma: et quedam eſt alia ideſt extrinſeca, vt efficiens et finalis. Dicit ergo ꝙ per diffinitionem importantē cauſam finalem poſſumus oſtendere diffinitionem importantem cauſam efficientem, vt ſi dicas / omnis habitus ordinans hominem ad felicitatem eſt operatiuus ſecundum rationem: omnis virtus eſt habitus ordinans hominem ad felicitatem: ergo omnis virtus eſt habitus operatiuus ſecundum rationem. In quo ſyllogiſmo vna diffinitio quiditatiua eſt medium ad demōſtrandum aliam. Non tamen inquit ex omni cauſa neceſſe eſt procedere per demonſtrationem: quando videlicet non eſt cauſa adequata vt ex febri non ſemper ſequitur agitatio pulſus, puta cum homo prope mortem tenuiſſimum habet pulſum. Subiungit autem ꝙ modꝰ iſte non eſt demonſtratio: ſed eſt quedam ratiocinatio diſſerendi modo ideſt ſyllogiſmus dialecticus. Intellige ꝙ non eſt demonſtratio demonſtrans proprie quod quid eſt / quia licet conſequentia ſit optima et ex premiſſis neceſſariis demonſtretur concluſionem eſſe neceſſariam, ⁊ per conſequens ſit demonſtratio demonſtrans concluſionem eſſe veram, non tamen demonſtratur ꝙ predicatum dicatur in quid et ſit diffinitio explicans adequate / quod quid eſt / ſubiecti. Sed ſolum demonſtratur condicionaliter ꝙ ſit medium eſt diffinitio finalis ſubiecti, maior extremitas erit etiam diffinitio formalis eius: quod autem medium ſit diffinitio non demonſtratur, ſed ſupponitur. Et hec expoſitio ad intelligentiam ſubſequentium eſt animaduertenda.

Vna diffinitio dmōſtrat per aliam.

¶D.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶De quid eſt et quod eſt. Cap. 9.

QVo autẽ modo fieri poteſt, vt quid eſt ex demõſtratione eliciatur, deinceps dicamus oportet, hic rurſus initio ſumpto. Nam quemadmodum quærimus propter quid eſt, prius eſſe habẽtes, interdum vero & ſimul nota nobis hæc fiunt, ſed nunquam fieri poteſt: vt antea cognoſcamus cur eſt, quã percipiamꝰ eſſe: ſic pari ratione neqꝫ quod eſt quęrere atqꝫ cognoſcere poſſumus ſine perceptione ipſius eſſe. Fieri enim nequit, vt quod eſt vnquam ſciamꝰ, ſi ignoremus ſi eſt: habemus autem ſi eſt nonnunquam per accidens, nõnunquam aliquid habentes ipſius rei: veluti tonitrum eſſe ſcimus, habentes ſonum quændam nubium eſſe: & defectionem, lucis eſſe quandam priuationem: hominem item quoddam animal eſſe: & animam etiam id eſſe, quod ipſum ſe motu ciet. Quæ igitur per accidens eſſe ſcimus, neceſſe eſt ad eorum quid eſt, percipiendum nullo modo nos quicquam habere: neqꝫ enim illa eſſe ſcimus: atqꝫ quærere quid eſt, non habentes eſſe, per inde eſt ac ſi nihil prorſus quæratur: quorum autem habemus aliquid, eorum quid eſt facilius percipere poſſumus. Qua propter vt habemus ipſum eſſe: ſic & ad ipſum quod eſt percipiendum ſumus diſpoſiti. Quarũ igitur rerum aliquid habemus ipſius quid eſt, earum hæc ſint exẽpla. Sit defectus pro quo. a. luna pro quo. c. interpoſitio vel obiectio terræ, pro quo eſt ipſum poſitum. b. Quærere igitur, vtrum deficiat luna necne, nil aliud eſt quam ipſum. b. quærere ſi ſit necne: at idipſum non ſecus habet, quam ſi quæras, vel nũ ratio eius ſit, & vt hoc ſi ſit & illud dicamus eſſe, vel vtrius partium contradictionis ſit ratio, habẽdi ne duobus rectis æquales, an nõ habẽdi: quod cum inueniremus, & eſſe ſimul, & propter quid ſit ſcimus, ſi modo ſit medium: ſi vero non ſit, eſſe quidem ſcimus, propter quid autem neſcimus: atqꝫ idipſum pate fieri hoc exemplo poteſt. Sit nã qꝫ. c. luna. a. defectio. b. non poſſe cum eſt tota refecta lumine vmbram efficere, intercedente manifeſto corpore nullo. Si igitur. b. quidem ipſi. c. inſit. a. vero competat ipſi. b. lunam quidem deficere notum ſit nobis: cur autem deficit, nondum eſt notum. Atqꝫ defectionem quidem eſſe ſcimus ſed quid eſt defectio neſcimus. At cum. a. quidem ipſi ineſſe. c. patet, quæritur autem propter quid ineſt, nil aliud tum quam quid nam ipſum b. obiectio ne terræ an conuerſio lunæ, an lucis eius extinctio ſit quæritur. Hoc autem alterius extremi ratio eſt, vt hoc in exemplo, ipſius. a. Eſt enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum eſt? extinctio ignis in nube: propter quid tõitat? quia ignis in nube extinguitur: nubes ſit. c. tonitruum. a. ignis extinctio. b. Igitur ipſi. c. nubi inquã. b. ipſum ineſt: extinguitur enim ignis in nube: at huic. a. ipſum ineſt tonitruum, ſeu ſonus: atqꝫ. b. ratio ipſiꝰ eſt. a. primi in quã extremi. Quod ſi rurſus huius aliud medium ſit, id ex hiſce rationibus erit, quæ reſtant. Quo igitur pacto ſumitur ipſum quid eſt, quoqꝫ notum ſit, ſatis iam diximus. Quare ratiocinatio quidẽ ipſius quid eſt, demonſtratioqꝫ non fit, per ratiocinationem tamen & demonſtrationem innoteſcit. Quo circa neqꝫ ſine demonſtratione fieri poteſt vt cognoſcatur ipſum quid eſt, cuius quidem alia cauſa eſt: neqꝫ rurſus ipſius eſt demonſtratio, vt in dubitationibus etiam diximus.

IN capite hoc nono quod vt eſt obſcuriſſimum, ſic diuerſiſſime a doctoribus exponitur, Ariſt. intendit adhuc tractare hanc concluſionẽ quã in calce capituli proximi cõcluſit ſcilicet ꝙ cõtingit quod quid eſt, concludi in demonſtratione, non tamen demonſtrari quia videlicet demõſtratur vere competere ſubtõ: non tamen demonſtratur eſſe quiditatiuam diffinitionem. Et ex incõſideratione huius ſenſus, nunqꝫ ſatis ſunt capitula hec expoſita. ¶Atqui ſunt in hoc capite tres particule: quod tamẽ apud Cõmentatorem totũ eſt ſubtextu octauo. In prima particula ſupponit tria. Primũ eſt ꝙ quẽadmodũ nunqꝫ de aliqua propoſitione querimus propter quid, niſi ſciamus quia. i. ipſam eſſe veram, aut ſaltẽ demõſtrantes propter quid hõ eſt riſibilis, ſimul demonſtramus ipſum eſſe riſibilẽ, nunqꝫ tñ ſcimus propter quid non ſcientes illud eſſe verũ, ita nec ſcire poſſumus de aliqua re quid ſit, niſi prius aut ſaltẽ ſimul ſciamꝰ ipſam eſſe. ¶Secundũ ſuppoſitum eſt ibi [Habemus autem] Et eſt hoc, ꝙ rem eſſe/ aliquãdo ſcimus ſolum per aliquod accidens ipſius, aliquãdo vero per hoc ꝙ ſcimꝰ aliquã eius partẽ. Non ponit exemplũ primi: eſt tamen ad propoſitũ exemplum: vt ſcimus intelligentias eſſe, nõ in ſe ſed ab effectu per hoc ꝙ mouent orbes. Exẽplum ſecundi eſt, inquit, vt ſi quis de tonitruo ſciat ſaltẽ genus puta eſſe ſonũ quem audimus, et de eclipſi ſciat eſſe priuationẽ lucis, ⁊ de homine eſſe animal, licet nõ ſciat plene differentias diffinitionis. ¶Tertia ſuppoſitio eſt. Quando ſcimus rem eſſe, ſolũ per accidens, nihil habemus propriũ ad inquirẽdum quod quid eſt/ illius: hac. n. de cauſa ignoramus/ quod quid eſt/ intelligentiarũ. Veluti ſi homines nunqꝫ ſolẽ per ſe vidiſſent, puta qui nunqꝫ ſurſum leuaſſent caput, nec aliquã vnqꝫ de illo habuiſſent notitiã, preterqꝫ ꝙ videntes terram illuminari, coniectaſſent aliquid eſſe ſurſum quod eſt cauſa huius lucis, tunc homines non eſſent diſpoſiti ad ſciendum quid eſt ſol, quia nec proprie tunc ſcirent an ſit ſol ſicut modo naturaliter non proprie per ſe ſcimus eſſe intelligẽtias. Cum autẽ ſcimus rem eſſe per aliquid ipſius, vt cũ ſcimus ſonum quẽ audimus eſſe tonitruum et eclipſim eſſe priuationẽ lucis, diſpoſiti ſumus ad inueſtigandũ quiditatem. ¶In ſecunda particula [Quarum igitur rerum] probat hanc concluſionem intentam, videlicet ꝙ aliquando/ quod quid eſt/ demonſtratur quidẽ competere ſubiecto in illis ſaltem que cognoſcimus eſſe per aliquid propriũ illorũ, tamen nunqꝫ demõſtratur hoc eſſe/ quod quid eſt. Et ponit exemplũ de/ quod quid eſt/ paſſionis. Cũ enim propria paſſio ſit accidens ſubiecti, habet etiam ſuã diffinitionem quiditatiuã diſtinctam a diffinitione ſubiecti, licet dependentem ab illa. Sit enim, inquit, deffectus, id eſt, eclipſis, pro qua. a. ideſt, pro maiori extremitate, luna pro quo. c. ideſt pro minore extremitate, et interpoſitio terre ſit pro quo poſitum eſt. b. ideſt ſit medium: tunc cum querimus an luna eclipſatur (quod eſt querere quia) virtualiter / querimus an ſit. b. ideſt, an ſit terre interpoſitio, quod eſt querere quid eſt

Tria ſuppoſita.

Cõcluſio.

eclipſis: ergo demonſtrare ꝙ luna eclipſatur, eſt virtualiter demonſtrare/ quod quid eſt/ eclipſis, puta ꝙ eſt terre interpoſitio. Item querere vtrius partium contradictionis ſit ratio, habẽdi ne tres angulos equales duobus rectis, an non habendi, eſt querere que pars contradictionis eſt vera/ triãgulũ habere tres angulos equales duobus rectis, an contraria: ⁊ cum ſcitur illa ratio, ſimul ſcitur pars affirmatiua, cur triangulus habet tres ⁊c.

¶Concludit ergo Ariſto. ꝙ quando propoſitio oſtenditur per verũ medium, tunc ſimul ſcitur/ propter quid/ et quia. Si tamen non ſciatur per medium verum ſed per ſignum a poſteriori, tunc ſcitur/ quia/ id eſt ſcitur cõcluſionem eſſe verã non tñ ſcitur/ propter quid. Cuius exẽplum vt intelligas notato, ꝙ cũ luna eſt plena in oppõne ſolis, tũc ſi non eclipſet ⁊ nulla nebula interponat inter nos ⁊ ipſam, eſt adeo clara, vt hõ cauſet vmbrã poſt ſe ſicut in ſole. Qđ ergo luna nõ impedita ꝑ nubẽ nõ cauſet vmbrã non eſt cauſa, ſed eſt effectus, ⁊ ſignum ꝙ luna eclipſatur. Qui ergo oſtendit lunã eclipſari/ hoc modo/ quotieſcunqꝫ luna non impedita per nubem non cauſat vmbrã, aliquo noſtro interpoſito, eclipſatur, modo non cauſat vmbram: ergo modo eclipſatur, is demonſtat lunam eclipſari, non tñ ꝓpter quid. Reſumit igit, ꝙ cũ ſcimus. a. ipſi ineſſe. c. id eſt hanc eſſe verã luna eclipſatur, querimus autem/ propter quid/ virtualiter querimus diffinitionẽ quidditatiuã eclipſis, puta quid ſit eclipſis: ſit ne interpoſitio terre inter ipſam ⁊ ſolem, vt eſt rei veritas: an ſit conuerſio lune, vt aliqui falſo putabãt, dicentes lunam a ſe intrinſece pro medietate eſſe lucidam, et pro alia medietate obſcuram, ⁊ eclipſim eſſe ꝙ vertebat ad nos partẽ obſcurã: an ſit extinctio lucis: vt alij decepti opinabant, vꝫ ꝙ ſicut cãdela mõ lucet mõ extinguit, ita luna mõ luceret ꝓpter copiã exhalationũ quibꝰ nutriebat eius lumẽ, mõ extingueret ꝓpter earũ defectũ.

¶Subiungit ſcđm exemplũ de tonitruo dicẽs ꝙ idẽ virtualiter eſt querere, qđ eſt tonitruũ, ⁊ qrere, ꝓpter quid tonat. Et quis vera diffinitio tonitrui ſcđm Ariſ. ſcđo metheororũ cap. 9. ſit ſonus factus ex repcuſſione exhalationis calide ad latera nubis, quẽadmodũ caſtanea ſonitu exilit a prunis cũ aer internus calefactus mouetur intra caſtaneã, ponit nihilominus exẽplum ſcđm opinionẽ alioꝝ, vt ſit extinctio ignis in nube, ad modũ quo ferrum candẽs immerſum aque ſtrepitũ facit. Vnde dicit ꝙ in hoc ſyllogiſmo/ vbicũqꝫ extinguit ignis, eſt tonitruũ: in nube extinguit ignis: ergo in nube eſt tonitruũ/ cũ formaliter demõſtrat ꝓpter quid eſt tonitruũ, virtualr demõſtrat qđ quid eſt tonitrui. ¶In tertia ꝑticula [Quare ratiocinatio] Colligit tandẽ concluſionem Ariſt. dicẽs, ꝙ ipſius qđ quid eſt/ eſt quidẽ ratiocinatio: ſed non demõſtratio: innoteſcit tñ per ratiocinationẽ ⁊ demonſtrationẽ. Que verba vident repugnare, dũ prius aſſerit ꝙ ipſiꝰ propter quid/ nõ eſt demõſtratio: ⁊ ſtatim ſubdit ꝙ innoteſcit tñ nõ ſolũ per ſyllogiſmũ: ſed per demonſtrationẽ Que proinde verba exponunt cõmuniter hoc modo. ſ. ꝙ ipſum qđ quid eſt/ non quidẽ demonſtrat tanqꝫ concluſio: innoteſcit tñ per demonſtrationẽ: qꝛ eſt mediũ demõſtrationis. ¶Non tñ hoc plane vr ſatiſfacere. Primo qꝛ mediũ demonſtrationis non innoteſcit per demonſtrationẽ: ſed facit innoteſcere concluſſionẽ. Preterea qꝛ hoc mõ qđcunqꝫ/ qđ quid eſt/ ⁊ qcũqꝫ diffinitio, ẽt ſi nõ haberet aliã cauſã: innoteſceret ꝑ demõſtrationẽ, cum tñ ſtatim ſubiungat Ariſt. ꝙ ſolũ/ quod quid eſt/ cuius eſt alia cauſa innoteſcit per demonſtretionẽ. ¶Senſus: ergo manifeſtus eſt, vt ex ſuperioribus colligit, ⁊ ſtatim cap. ſequẽti ſubiungit, ꝙ inter ipſa/ qđ quid eſt/ ⁊ diffinitiones quidditatiuas eſt aliqua q nullã hẽt priorem cauſam ⁊ talis diffinitio ⁊ qđ quid eſt/ nõ innoteſcit per demonſtrationẽ: ſed ſupponitur tanqꝫ immediatũ principiũ: ⁊ talis eſt diffinitio ſubiecti que dat per genus et differentiam intrinſecam: vt/ animal rationale/ ſed aliud eſt quod quid eſt, quod habet aliã cauſam, puta aliam quidditatẽ per quam demonſtretur. : vt eſt diffinitio paſſionis de qua hactenus poſuit Ariſt. exemplum: ſicut enim demonſtratur paſſio de ſubiecto, ita diffinitio paſſionis per diffinitionẽ ſubiecti: vt/ omne animal rationale eſt aptum natũ ridere: omnis homo eſt animal rationale: ergo. Et pariter in rebus que habent cauſas finales, efficientes, ⁊ materiales: materialis demonſtratur per formalẽ, nã talis eſt diſpõ materie qualis requirit ad formã: ⁊ formalis demõſtrat per finalẽ que eſt ſicut primũ principiũ indemõſtrabile cũ finis ſit prima cauſarũ. Et hoc eſt dicere/ qđ quid eſt/ cuius eſt alia cauſa, innoteſcere per demõſtrationẽ. Nunqꝫ tñ ipſius/ qđ quid eſt/ etiã habẽtis cauſam, eſt demonſtratio ad hunc ſenſum ꝙ per talẽ demonſtrationem demonſtretur illud eſſe qđ quid eſt. i. diffinitionem quidditatiuã: nam quãuis per diffinitionem ſubiecti demonſtretur diffinitio paſſionis de eodem ſubiecto. i. demõſtretur neceſſarium eſſe vt homo ſit aptus natus ridere, non tñ demonſtratur ꝙ illa ſit diffinitio quidditatiua: ſed aliunde ꝑ leges diffinitionis id debet conſtare. Et pariter, quemadmodum ſuperiori capite diximus, licet vna diffinitio demonſtretur per aliam, non tamen demõſtratur ꝙ illa explicet quod quid eſt, et ſit diffinitio. Sum hic paululum moratus, quia eſt hoc principale punctum huius libri.

Tõitrum

Senſus Ariſto.

¶De diffinitione quid eſt, & propter quid. Cap. 10. Tex. 9.

EStautẽ quorundã quidẽ alia, quædam cauſa quorundã autem, non. Quare patet ipſorũ quid eſt, quædam vacare medio, principiaqꝫ eſſe, quę quidẽ & eſſe, & qd ſunt ſupponere, vel alio mõ manifeſta facere oportet, qđ arithmeticus facit: nã & quid ſit vnitas, & vnitatẽ eſſe ſupponit. Eorũ autẽ, quæ mediũ habent, & quorũ aliqua cauſa alia ſubſtantia eſt, fieri vt per demõſtrationẽ ipſum qd eſt, vt diximus declaret, nõ demonſtret. Tex. 10. ¶Cũ autẽ definitio dicat eſſe oratio ipſius quid eſt: patet quandã definitionẽ orationẽ eſſe, quæ id explicat, qđ nomẽ ſignificat, quæqꝫ nominis interpretationẽ cõplectit: veluti quid trianguli nomine ſignificet: quẽ quidẽ poſtq̃ eſſe tenemus, quærimus deinde ꝓpter quid ſit. Difficile autẽ eſt hoc pacto ſumere ea, quæ neſcimus eſſe: cauſamqꝫ difficultatis antea diximus: nam neqꝫ ſi ſint, an non ſint, ſcimus, niſi ꝑ accidẽs. At. n. oratio eſt vna dupliciter: alia nãqꝫ cõiunctiõe luna eſt, vt Ilias: alia q̃ vnũ de vno declarat, nõ per accidẽs. Vna igit hæc eſt definitionis, quam diximus, definitio: alia autẽ eſt definitio, oratio, q̃ declarat ꝓpter qd eſt.

¶Quare prior ſignificat quidẽ: ſed nõ oſtedit: poſteriorẽ aũt patet q̃ſi demõſtrationẽ eſſe ipſiꝰ qd eſt, poſitiõe tñ a demõſtratione differentẽ: inter eſt. n. cũ ꝓpter qd tonitat, atqꝫ quid eſt tonitruũ dicitur: quippe cum ad primum hæc accommodetur reditio, quia in nubibus ignis extinguitur: ad ſecundum hæc competat, ſonus, cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerſo dicit modo. Et illo quidẽ modo continua eſt demonſtratio, hoc autẽ eſt definitio. Præterea eſt to

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

nitrui definitio, ſonus in nubibus, atq; hæc demõſtrationis ipſius quid eſt cõcluſio: eorum autẽ definitio, quæ mediis vacãt, indemõſtrabilis eſt ipſius, qd eſt poſitio. Eſt igiť definitio vna quidẽ oratio ipſius quid eſt indemõſtrabilis: alia vero rõcinatio ipſius quid eſt, a demõſtratione differẽs caſu: & tertia, demõſtratiõis ipſius qd eſt cõcluſio. Patet igiť ex hiſce, quæ diximus, quo pacto eſt, & quo pacto non eſt ipſius quid eſt demõſtratio: & quorũ eſt, & quorũ nõ eſt: quoq; modis præterea diciť definitio, quoq; pacto ipſum quid eſt oſtendit, & quo pacto etiã nõ oſtẽdit: atq; quorum eſt, & quorũ non eſt: inſuper quõ ſeſe ad demonſtrationem habet: quo deniq; mõ fieri põt, & quõ fieri nequit, vt eiuſdẽ definitio demõſtratioq; ſit.

Tex. 9. CAput hoc decimum in diuiſione Commentatoris continet textus nonum ⁊ decimum. In textu nono colligit ex ſuperioribus diſtinctionem quã iam nos modo explicabamus, dicens, ꝙ ipſorum quod quid eſt alius eſt medio vacans, id eſt, immediatũ quod non innoteſcit per demonſtrationem, aliud vero eſt mediatum ꝙ per aliud quod quid eſt demonſtratione innoteſcit: non tamen demonſtrari poteſt eſſe quod quid eſt, vt etiam nunc exponebamus. Itaq; colligenda eſt hec concluſio ex dictis, ꝙ quẽadmodum inter principia complexa alia ſunt immediata ⁊ indemonſtrabilia, alia vero mediata ⁊ demonſtrabilia, ita eſt ⁊ inter ipſa/quod quid eſt/ſignificata per diffinitiones. Cum quo tamen ſtat certa concluſio; qꝫ quid eſt/nunꝗ demonſtrari, ad hunc ſenſum ꝙ demõſtretur ipſum eſſe quod quid eſt. i. quidditas talis ſubiecti. ¶ In

Tex. 10. textu decimo [Cum autem diffinitio] poſtꝗ dictum eſt de quod quid eſt/ ſignificato/per diffinitionem, tranſit ad diffinitionem ipſam ſignificantẽ quod quid eſt. Ubi intẽdit diſtinguere quotuplex eſt diffinitio, ⁊ que ſit diffinitio quidditatiua que ſimpliciter diciť diffinitio. Ait ergo ꝙ diffinitio diffinitionis dupliciter poteſt dari vno modo in genere vt comprehendat tam diffinitionẽ quidditatiuam ꝗ quid nominis ⁊ hoc modo dicendum eſt ꝙ diffinitio eſt oratio ipſius quod quid. i. eſt oratio ſignificans rem ſignificatam per nomen, ſiue explicet naturã eius, ſiue non. Et talis eſt duplex: alia enim eſt quid nominis. ſ. que ſolum declarat ſignificationẽ nominis: vt ſi dicamus ꝙ triangulus eſt illa figura: que habet tres angulos: qua data adhuc reſtat querere quid eſt triangulus. Et repetit ꝙ querere diffinitionem quidditatiuam in his quorum eſſe non proprie cognoſcimus, eſt difficile: quaſi dicat ꝙ dare diffinitionem quid nominis intelligentiarum erit facile: ſed diffinire quid ſit intelligentia, eſt difficile: quia naturaliter non proprie per ſe cognoſcimus ipſas eſſe, ⁊ per conſequens nec eas habere quidditates. ¶ Atq; inſinuando differẽtia inter has diffinitiones dicit ꝙ diffinitio quid nominis eſt quidẽ vna per accidens: nam poteſt interpretatio nominis fieri per plura que non faciunt vnum: ſicut hiſtoria Homeri poteſt dici interpretatio huius nominis/Ilias/ſed diffinitio quidditatiua debet eſſe vna per ſe: nam genus ⁊ differẽtia explicant vnam per ſe naturã. Concludit ꝗ ꝙ vna diffinitio diffinitiõis poteſt eſſe illa generalis data: ſed in particulari alia eſt diffinitio diffinitionis quidditatiue. Eſt

diffinitio quidditatia — enim oratio explicans propter quid eſt. i. explicans naturam rei que ſumitur pro medio in demõſtratione propter quid. ¶ In ſecunda particula textus [Quare prior ſignificat] ponit eſſentialem differentiam inter diffinitionem quid nominis ⁊ quid rei. ſ. ꝙ prima ſignificat quidem naturam rei nõ tamen illam oſtendit, ⁊ ideo nihil conducit ad demonſtrationem. Diffinitio vero quid rei, quia explicat naturã rei, adeo eſt neceſſaria demonſtrationi vt ſit ipſamet demonſtratio ſola poſitione differens. Nam ſi queratur, inquit, quid eſt tonitrum, reſpondetur ꝙ eſt ſonus cum extinguitur ignis in nube: ſi autem queratur, propter quid tonat, reſpondebitur/propterea ꝙ extinguitur ignis in nube: vbi apparet idẽ reſponderi ad queſtionem quid eſt/⁊ ad queſtionem propter quid eſt, ⁊ per conſequens eadẽ eſt ⁊ diffinitio ⁊ demonſtratio: niſi quod diffinitio datur in recto, ſcilicet, eſt ſonus ⁊c. ⁊ demonſtratio fit per modum cauſe, id eſt propterea ꝙ extinguitur ⁊c. Uel poteſt intelligi/ſola poſitione differens/vt in textu. 21. libri primi dictum eſt, videlicet ꝙ non deficit definitioni vt ſit demonſtratio, niſi diſpoſitio in modo ⁊ figura. ¶ At quia dixerat diffinitionem eſſe fere demonſtrationem, ſubiungit ꝙ aliquando eſt etiam concluſio, puta quando talis diffinitio habet aliam priorem per quam demanſtretur. Unde colligit triplex genus diffinitionis. Alia enim eſt diffinitio que nullo modo eſt demonſtrabilis, puta illa que non habet priorem vt/animal rationale. Alia vero eſt diffinitio que eſt fere ipſa demonſtratio, vt diffinitio paſſionis, que eſt proxima cauſa ipſius. Alia vero eſt diffinitio que eſt concluſio demonſtrationis. Quod ſi intelligat eſſe aliquam diffinitionem, que tantum poteſt eſſe concluſio ⁊ non principium, inſinuat diffinitionem/quid nominis/de qua iam modo dictum eſt ꝙ cum non explicet naturam rei, non eſt medium demonſtrationis: ſed poteſt concludi de ſubiecto cuius ſignificationem explicat. Diffinitio autem paſſionis ita poteſt eſſe medium, vt poſſit etiam in demonſtratione concludi modo expoſito in calce ſuperioris capituli. In fine tandem Ariſtoteles facit epilogum eorũ que dicta ſunt in octo capitulis, que ſunt ſecundum membrum huius libri. — Triplex diffinitio.

¶ Quod per omne genus cauſæ demoſtratio fiat. Cap. II. Tex. II.

CVm autẽ tum arbitremur ſcire cum cauſam nouim⁹, quatuor vero cauſæ ſint: vna quidem quidditas: alia autẽ, quæ cum illa ſunt, hoc eſſe neceſſe eſt: & tertia, quæ primum mouit: & quarta gratia cuius cætera ſicut: omnes hæ per demonſtrationis medium oſtenduntur. Nam hæc cũ quia illud ſit, neceſſe eſt hoc eſſe, non vna propoſitione ſumpta: ſed duabus minimum eſt. Hoc autẽ eſt, cum medium vnum habent: hoc igitur vno ſumpto cõcluſionẽ eſſe neceſſe eſt. Patet autẽ & hoc pacto. Cur rectus is angulus eſt, qui in ſemicirculo deſignatur: quoniam exiſtente rectus eſt ille? ſit itaq; rectus. a. dimidium duorum rectorum. b. angulus deniq;, qui eſt in ſemicirculo deſignat⁹. c. Vt igitur. a. id eſt rectus competat ipſi. c. id eſt angulo, qui eſt in ſemicirculo deſignatus, cauſa eſt ipſum. b. nam duorum quidem rectorum dimidiũ æquale eſt ipſi. a. Ipſum aũt. c. equale eſt ipſi. b. angulus. n. in ſemicirculo deſignatus, duorũ rectorũ dimidiũ eſt: cũ igiť. b. duorũ rectorũ dimidiũ ſit. a. cõpetit ipſi. c. qđ quidẽ eſt rectũ eum angulũ eſſe, q eſt in ſemicirculo deſignatus. Quidditas autẽ eſt idẽ qđ hoc, ex eo ſane: qa hoc ſignificat ipſa ratio. At vero quidditatẽ etiam cauſam eſſe mediã, antea demonſtrauimus. ¶ Idẽ fit cum

cum quæritur propter quid aduerſus Atheniẽſes Perſicum bellum exarcit, quę cauſa fuit, vt Athenienſes bello vexentur: quia contra Sardes ipſi cum Fretrienſibus irruerunt: hoc enim primũ mouit. Sit itaq; bellum. a. priores irruiſſe. b. Athenienſes. c. b. igitur: priores, inquam, irruiſſe, ipſi. c. id eſt Athenienſibus ineſt. a. quoq;. b. ipſi competit. Mœdi namq; laceſſiti bellum aduerſus eos agitant, qui priores iniuriam intulerunt. a. igitur id eſt bellum, vexariq; bello. b. ipſi ineſt, id eſt hiſce, qui priores bellum geſſere. b. vero ipſi. c. id eſt Atheniẽſibus ineſt: hi namq; tractare bellum cœpere. Mœdoſq; laceſſiuere: medium igitur & hoc in loco cauſa eſt, eaq;, quæ primum mouit. ¶ Ea vero, quorum cauſa eſt id, quod alicuius eſt gratia, eundem ſubeũt modum. Seu propter quid deambulat: vt valeat, cur domus eſt: vt conſeruetur ſupellex: nempe valetudinis deambulatio, ſupellectilis conſeruandæ gratia domus eſt. Atq; inter hęc, propter quid poſt cœnam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil intereſſe videtur, ſit itaq; deambulatio poſt cœnam. c. non natare cibum cum occupet locum, pro quo eſt. b. valere ſit. a. competit igitur deambulationi poſt cœnam, id efficere, cibum, inquam, ſumptum in ore ventris non ſupernatare: atq; idipſum ſanitatem conſeruet: ſic enim videtur. b. igitur, cibum, inquã, haud natare. c. ipſi, id eſt deambulationi poſt cœnam ineſt: at. a. valetudinem, inquam, conſeruare. b. ipſi competit. Quæ igitur eſt cauſa, vt. a. gratia cuius cætera fiunt, ipſi competat. c. nempe, b. ipſum eſt, non ſupernatare, inquam, cibum: atq; hoc eſt tanquam ipſius ratio: nam. a. hoc aſſignabitur pacto. Cur autem. b. competit ipſi. c. quia ſanum eſſe id nimirum eſt, ſic, inquam, ſeſe habere. ¶ Verum mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto ſingula eluceſcent. Ordo autem generationis, ac ortus verſo modo ſeſe in his, & in mouentibus cauſis habet. In illis enim primo medium fiat, oportet: in his autem. c. ipſum extremum primo, deinde id vltimum gratia cuius cætera fiunt. Tex. 12. ¶ Fieri autem poteſt, vt idem & alicuius gratia, & ex neceſſitate ſit: veluti, propter quid per laternam penetrat lumen: etenim id, quod minores partes ſubtilioreſue habet, per meatus maiores amplioreſue penetrat neceſſario: ſiquidem lumen fit: quia tranſit, & cuiuſnam gratia: vt ne deuiemus, pedeſq; etiã offendamus. Num vero vt eſt in hiſce, quæ ſunt, ſic etiam eſt in hiſce, quæ fiunt: vt ſi cum ignis extinguitur, tonitat, neceſſe eſt ſtrepitus, ſonuſq; fiat: & vt Pythagorici dicunt, terroris gratia, quo pertineant ii, qui in Tartaro degunt. ¶ Atq; plurima talia ſunt, præſertim in hiſce, quæ natura talia fiunt, & conſtat. Alia namq; natura alicuius gratia, alia ne neceſſitate facit: Neceſſitas autem duplex eſt: alia enim eſt ſecundum naturam: & appetitionem: alia violenta, quæ quidem præter appetitionem eſt. Hæ neceſſitates extant, cum lapis nunc ſurſum, nũc deorſum mouetur: nam tametſi neceſſitate lapis vtroq; motu cietur, non eadem tamen neceſſitate. In his autem, quæ proficiſci a mente ſolent, quædam a caſu nunquam ſunt: vt domus, vt ſtatua, neq; neceſſitate, ſed alicui⁹ gratia ſunt: quædam ſunt etiam a fortuna, vt ſanitas, atq; ſalus: maxime vero, in quibus fit, vt ſic & aliter ſeſe habeant, cum generatio a fortuna non eſt. Quare ſi finis ſit bon⁹, ea, quæ ad illum conſequẽdum efficiuntur, alicuius gratia fiunt: & aut a natura, aut ab arte: a fortuna vero nihil cuiuſquam fieri gratia ſolet. ¶ Eadem autem cauſa eſt in his, quę ſunt, & in iis, quæ fiunt, & in iis, quæ fuere, & in iis item, quę fient, futuraq; ſunt. Medium enim ipſum cauſam eſſe conſtat, verum differentia quædam eſſe videtur. Eorum enim, quæ ſunt, eſt: eorum, quæ fiunt, fit: eorum, quæ fuere, fuit: eorum deniq;, quæ fient, erit: nam vt hæ patefiãt exemplo, cũ interrogamur, cur fuit, vel fit, vel erit, vel eſt lunæ defectio: quia vel fuit, vel, fit, vel erit, vel eſt terra inter ſolem, & lunam, accõmodatiſſime reſpondemus. Quid eſt glaties: & accipiať aquã congelatam ipſam eſſe, atq; ſit aqua quidem. c. congelata autẽ. a. cauſa deinde collocetur in medio, quod ipſum occupat. b. abſentia ipſius caloris omnimoda. b. igitur ipſi. c. ineſt. a. quoq;. b. ipſi competit: atq; fit glaties, cum ipſum. b. fit, & fuit cum fuit, eritq;, cum erit. Ea igitur, quæ hoc pacto eſt cauſa, fit, & eſt, & fuit, & erit, vna cum eo, cuius eſſe cauſa dicitur.

HOc eſt tertium mẽbrum huius libri in quo poſtꝗ diſputatũ eſt de quod quid eſt/in tribus ſubſequentibus cap. diſputať generaliter de ꝓpter qd. Enim uero non ſolũ/qꝫ quid eſt/qꝫ eſt quidditas ⁊ intriſeca natura ſubiecti, poteſt eſſe medium demonſtrationis, verum quodcũq; aliud genus cauſe. Atqui in diuiſione Commentatoris cap. hoc II. continet vndecimum textum ⁊ duodecimum: habet nihilominus particulas ſex. Proponit ergo primo ꝙ cũ tunc ſcire arbitremur cum cauſam nouimus, quatuor ſunt genera cauſarum per quas poteſt concluſio demonſtrari. Una quidẽ ⁊ digniſſima eſt quidditas que importat cauſam formalẽ. Eſt enim alia forma partis que dicitur forma phiſica: vt anima eſt forma materie: ⁊ alia forme totius que dicitur metaphiſica: vt quidditas rei, quã ſignificat diffinitio, quã appellamus/humanitatẽ/equinitatẽ ⁊c. Alia vero eſt cauſa materialis, vt partes reſpectu totius que cum ſint vnite, neceſſe eſt totum eſſe. Et tertia eſt cauſa efficiens. Et quarta gratia cuius. i. finalis. Et ſubdit: ꝙ he omnes per demonſtrationis medium oſtenduť. Non intelligit ꝙ omnes concludanť in demõſtratione: ſed ꝙ conſtat has omnes eſſe cauſas, cum ſingule poſſint eſſe demonſtrationis mediũ. ¶ Subiungit ſingulorũ generũ exẽpla. Et in prima particula ponit exemplũ de cauſa materiali, que eſt infima. Atqui exemplũ facile eſſet hoc/ oẽ mãle eſt corruptibile/ oẽ lignũ eſt materiale: ꝗ oẽ lignũ eſt corruptibile. Ponit tñ exemplũ, vt ſolet in mathematicis: qꝫ eſt huiuſmodi/omnis angulus, qui eſt medietas duorum equaliũ duobus rectis eſt rect⁹: oĩs angul⁹ ſemicirculi eſt medietas duorũ equaliũ duobus rectis: ergo oĩs angulus ſemicirculi eſt rectus. Boetius/ꝓ angulo recto/vertit/lineã rectã: ſed

Tex. II. — Forma duplex. — Demonſ. ꝓ demon.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

nec attingit literam grecam nec mentem Ari. Triangulus ſemicirculi eſt ille qui deſcribitur intra ſemicirculū cuius vnū latus eſt diameter ipſe ſemicirculi, & alia duo procedunt ab extremis eiuſdē diametri vſq ad circumferentiam circuli, & angulus qui fit in contactu circumferētie, dicit angulus ſemicirculi.



¶Et eſt notandū ꝙ non ſolū vbi illa duo latera, que procedūt ab extremis diametri ſunt equalia, & hic. Sed etiam ſi ſint inequalia vbicunq concurrant in circunferentia circuli vniuerſaliter faciunt angulum rectū vt hic. ¶Sanctus Thomas claritatis & breuitatis gratia id probauit particulariter, vbi illa duo latera ſunt equalia. Si enim ille triangulus diuidaf per lineam .a.b. vſq ad .d. in duos triangulos equales, patet ꝙ angulus, quem talis linea perpendicularis fecerit in centro diametri, ſcilicet, in .d. eſt rectus: & cum ille paruus triangulus equiualeat duobus rectis, ſequitur ꝙ alij duo puta .a. & medietas .b. que ſunt equales, non valeant niſi alium rectum: ex quo ſequitur ꝙ medietas .b. ſit medietas recti, & per conſequens totus .b. ſit rectus. At vero demonſtratio Ariſt. procedit vl'ter de quocūq angulo ſemicirculi, qđ ſit rect⁹, q̄ eſt trigeſſima ꝯcluſſio. Euclidis lib. 3. cui⁹ ꝓbatio eſt illic quā hic affert Ariſto. vc3 ꝙ ois talis angul⁹ circūferētie circuli, equalet alijs duobus qui fiūt in extremis diametri: qđ lōgū eſſet mō declarare: et cū oēs tres ſimul equiualeāt duob⁹ rectis, ſequitur vt angulus ſemicirculi ſit medietas duoꝝ equiualentiū duobus rectis, et per ꝯñs ſit rectus. ¶Eſt ergo demōſtratio Ariſ./ois angulus qui eſt medietas duorū equaliū duobus rectis eſt rect⁹: ois triāgulus ſemicirculi eſt medietas duoꝝ equaliū duob⁹ rectis: ꝰ ois angulus ſemicirculi eſt rectus/ que quidē demōſtratio procedit ex cauſa māli: q2 pars eſt cā mālis reſpectu toti⁹, et demōſtraf illū angulū eſſe rectū, per hoc ꝙ ē medietas aliorum. ¶Unde ſequitur ſolutio argumēti quod quis poſſet hic facere ex Ariſt. 3. meta. dicente ꝙ mathematici non demonſtrant per cauſam materialem. Solutio inquā eſt ꝙ non demonſtrant per materiam ſenſibilem: ſed bene per partem & totum. Ait enim. 7. meta. tex. 35. ꝙ continuitas eſt quedam ratio materie intelligibilis, vt in. 1. q. 7. adnotauimus. ¶De demonſtratione per cauſam formalem .i. per diffinitione3 ex genere & differētia, excuſat ſe Ariſt. ponere exemplum eo ꝙ ex ſuperioribus

Demōſ. p cām effic. ſatis ſuperq conſtat. ¶Igitur in ſecunda particula [Idem fit cum queritur] adiungit exemplum demonſtrationis per cauſam efficientem de bello perſico quod Athenienſibus fuit atrociſſimum aduerſus Medos: cuius cauſa fuit ꝙ Athenienſes in fauorem ſociorum ſuorum Cretenſium, aggreſſi ſunt Sardenſes qui erant amici Medorum: appellat more ſuo .a. maiorem extremitatem .b. medium .c. minorem, vt fiat hec demonſtratio. Quicunq prius Medos bello laceſſiuerint neceſſe eſt vt a Medis viciſſim bello vexentur. Athenieſes prius Medos bello laceſſiuerūt: ergo neceſſe eſt Athenteſes a Medis bello vexentur.

Demōſtr. per finem ¶In tertia particula [Ea vero quorum cauſa] ſubiungit exemplum de demōſtratione per cauſam finalem. Et enim deambulare poſt cenam eſt cauſa efficiens digeſtionis cibi: & digeſtio eſt cauſa finalis deambulationis: ſed digeſtionis finis adhuc eſt bona valetudo. Hec igitur demonſtratio/ quicūq dat operā ne cibus ſtomacho ſupernatet, conſeruat valetudinē: quicunq deambulat poſt cenam dat operam ne cibus ſtomacho ſupernatet: ergo quicunque deambulat poſt cenam conſeruat valetudinem. Hec demonſtratio dicitur per cauſam finalem: nam medium .ſ. non ſupernatare cibū/ eſt ratio cur finis .ſ. cōſeruatio valetudinis conueniat deambulanti poſt cenā. ¶Subiungit autem. Differentiam inter demonſtrationem per cauſam efficientem & demonſtrationē per cauſam finalem, dicens [Uerum mutētur &c.] .i. differt inter has demonſtrationes ꝙ in priori prima cauſa efficiēs debet accipi pro medio vt Athenienſes prius aggreſſos fuiſſe Medos: ſed hic prima cauſa efficiēs debet accipi pro minori extremitate, & vltimus finis pro maiori, & prima ratio illius finis pro medio. ¶In quarta particula vbi incipit textus. 12.

Tex. 12. [Fieri autem poteſt] addit Ari. ꝙ aliquādo contingit vt aliquis effectus & fiat ex neceſſitate cauſe efficientis & pariter ex neceſſitate finis. Ponit exēplum de lumine tranſparente per laternā ſcđm opinionem, quam ſupra recitauimus eorū qui opinabantur lumen eſſe quodam tenuiſſimū corpus: vitrum vero & pariter cornu laterne habere paruiſſimos poros per quos penetrat lumē: hoc enim eſt falſum: quia nec lumen eſt corpus, nec cornu etiam foramina: ſed ſolet Ari. adducere exēpla aliorum. Ait ergo ꝙ lumē trāſparere per laternā prouenit ex neceſſitate cauſe efficientis: nam cū lumen ſuapte natura, vt illi dicebāt, ſit corpus tenuiſſimū & mobile, neceſſe eſt ipſum per foramina tranſmeare. Fit etiā ex neceſſitate finis, nēpe vt homines beneficio luminis non errent nocturnec pedē offendāt. Subdit ſcđm exemplū Pithagoricoru3 qui putabant tonitruū fieri ex neceſſitate cauſe efficientis: q2 videlicet ignē extinctu3 in nube neceſſe eſt ſtrepitū facere, & ſimul ex neceſſitate finis quia .ſ. Iupiter tonitruis & fulminibus vtitur ad deterrendū eos, qui ſunt in tartaris: prauos homines. ¶In .5. particula [at q plurima] oſtendit adhuc latius quō hec contigant frequētiſſime & in his que ſunt a natura & in his q̄ fiunt a ꝓpoſito. Differenter tñ, natura .n. nunq agit a caſu: ſ3 ſemper propter finē, vt late probat Ariſ. 2. phiſi. Opus namq nature eſt opus intelligētie. Licet enim dētes anteriores ſint acuti, & molares obtuſi ex neceſſitate agētis: tñ agens mouef a prima cauſa ꝓpter finē .ſ. vt anterioribus ſcindamus cibū, & molaribus maſticemus: vñ molares a molendo dicuntur. ¶At q2 dixerat ea q̄ fiunt ex neceſſitate agētis fieri a natura, ne qs vniuerſaliter de oi neceſſitate intelligeret, ſubiūgit duplicē eſſe neceſſitatē: aliam .ſ. que eſt ab intrinſeco, & illa eſt nālis: aliam

Morales. vero q̄ eſt ab extrinſeco: q̄ dr̄a violentia. Lapis em̄ ſi dimittatur/ neceſſario deſcēdet: & ſi ſurſum ꝓijciatur neceſſario aſcendit: non tñ eadē neceſſitate: deſcendit .n. neceſſitate naturali, & aſcēdit neceſſitate violentie. ¶In his autem, inquit, que a mente proficiſcuntur, id eſt que fiunt a propoſito, aliqua quidē ſemper fiunt ex neceſſitate finis: vt domus & ſtatua & vl'r oia q̄ fiunt ab arte: alia vero ſunt q̄ fiunt a fortuna puta p̄ter intentionē agētis vt ſanitas atq ſalus. Sanitas eſt q̄ fit ab intrinſeco: et

Fortuna. enim q̄uis infirmus ſepe ſanetur ab arte, nonnunq tñ ſanatur a fortuna: fiunt nāq a fortuna illa q̄ fiunt p̄ter intētionē agētis, vt ſi infirmus ad extinguēdā ſitim magnū potum aque frigide bibens febrim p̄ter intentionē extinguat, & ita euadat. Salus autē eſt que fit ab extrinſeco: vt ſi quis pluuiā timēs ad domū feſtinet & ita p̄ter intentionē manus hoſtis fugiat, qui iā ꝓpe accedebat ipſum occiſurus. Cōcludit tandē Ariſt. ꝙ qñ finis eſt bon⁹ ea q̄ fiūt ꝓpt ipſu3, fiūt ꝓpt finē: nā intētio nature et artis ſemꝑ ſunt ad bonū, ſi em̄ natura corrumpit aquā, non eſt niſi vt generet ignē. Illa autē que fiunt a fortuna, cū fiant p̄ter intētionē agētis, poſſunt & bona eſſe & mala. ¶In. 6. particula [eadē autē cauſa] poſtq exempla poſuit oim quatuor generū cauſarū, pergit illa applicare ad demonſtrationes. Ubi notandum eſt: ꝙ inter cauſas alie ſunt que ſunt ſimul cum ſuis effectibus, videlicet quibus poſitis ponuntur effectus, & demptis, demuntur ſm eadem differentiam temporis: vt interpoſitio terre eſt cauſa eclipſis: alie ſunt que non ſunt ſimul neceſſario

neceſſario cum ſuis effectibus: vt pater meus fuit cauſa mei. De iſtis ſecundis dicet ſtatim cap. ſequenti. De primis vero ponit hic concluſionem.

Concluſi. Per cauſas que ſimul ſum cum ſuis effectibus vniuerſaliter demonſtratur effectus ſecumdum exigentiam eiuſdem prioris, vt ſi cauſa eſt, effectus eſt: ſi cauſa ſit, effectus ſit: ſi cauſa fuit, effectus fuit: ſi cauſa erit, effectus erit. Ut ſi interrogetur cur nunc eſt eclipſis lune: quia eſt interpoſitio terre: cur fit eclipſis: quia interponitur terra. Quandiu durat motus quo luna intrat vmbram terre, terra dicitur interponi, & eclipſis fieri: quando iam tota intrauit, eclipſis eſt, quia interpoſitio eſt: poſtquam vero exiuit vmbram, ſi queratur cur heri eclipſata fuit luna: quia terra fuit interpoſita: cur cras eclipſabitur: quia cras interponetur: cauſam ergo fieri non eſt potentiam acquirere ad cauſandum vt quando edificator acquirit artem ſed eſt actu incipere applicari ad opus. ¶Subiungit aliud exemplum de glatie quam Boetius tranſfert chryſtalum que eſt aqua congelata propter exhalatione3 caloris, eſt enim glacies quia calor eſt prorſus ab aqua exalatus: eſt autem glacies in fieri quando calor eſt in motu exhalationis, fuit glacies quia fuit exhalatio, eritq glacies quando erit exhalatio, vnde format hunc ſyllogiſmum. Quotieſcunq calor exhalatur ab aqua, congelatur: nunc calor exhalatus eſt ab aqua: ergo nunc calor congelatur.

¶De fieri, & facto. Cap. 12. Tex. 13.

Ed in hiſce, quæ ſimul non ſunt, anne continuo in tēpore quemadmodum nobis videatur alia, aliorū cauſæ ſunt, ſeu factum facti, fiens fientis, futurumq futuri. At conſtat in his ab eo ratiocinationem extruēdam eſſe, quod poſtea fuit: principia autē & horum ſunt ea, quæ prius fuerunt. Quapropter idem & in hiſce, quæ fiunt, ſeruandus eſt modus. Sed ab eo, quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio: vt quoniā hoc fuit, hoc, quod eſt poſterius ortum eſt, ſimiliter in futuro. Siue namq determinatum: ſiue indeterminatum fuerit tempus: nō erit vnquam vt cum hoc fuiſſe vere dicatur, & illud vere fuiſſe dicatur poſterius, inquam, ipſum. In medio enim tempore falſum erit profecto, hoc ortum fuiſſe dicere altero iam orto. Eadem eſt & in futuro penitus ratio, neq quoniā hoc fuit, hoc erit. Medium enim ſimul ſemper emergat oportet, vt ſit factū factorum, futurorumq futurū, & cæterorum ſimiliter. At id, quod fuit, & id, quod erit, fieri nequit, vt ortum habeant ſimul. Præterea fieri non poteſt, vt aut indeterminatum, aut determinatum ſit ipſum medium tempus. Falſum enim erit, in medio illud dicere tempore. Tex. 14. ¶Conſiderandum eſt autem, quidnam ſit quod continet, vt in rebus poſt factum eſſe, ſit fieri. An patet facto fiens non hærere: nec enim facto factum etiam hæret: ſunt enim fines, ac indiuidua: nam vt pūctum puncto non hæret, ſic neq facto factum. Ambo namq ſunt indiuiſibilia, nec igitur ob idipſum facto fiens hærere poteſt: fiens enim diuiſibile, factum indiuiſibile conſtat eſſe: vt igitur linea ſeſe habet ad punctum, ſic fiens ad factum: nam in eo quod fit, infinita ſunt facta. Magis autem de his clarius in vniuerſalibus de motu libri eſt dicendum, Et enim quomodo ſeſe habeat mediū, cum deinceps ſit generatio: ideo vſq ſumatur: nam & in his ipſis medium, & primum medio vecare neceſſe eſt: velut .a. fuit, cum ſit factum .c. verum .c. poſterius .a. antea fuit: atq .c. principium eſt, ex eo quia propinquius eſt eo puncto, quod eſt principiū temporis. Item .c. fuit: quoniam .d. fuit: orto igif .d. neceſſe eſt .c. fuiſſe. c. vero orto, neceſſe eſt .a. prius ortum fuiſſe. Atq ſi medium hoc acceperis modo, ad id tādem acceſſeris, quod medio vacat. ¶At vero num ſemper ob infinitionem medium incidit: non enim factum facto hæret, vt diximus attamē a medio incipiendum eſt, & ab eo quod nunc eſt primum. Idem & in futuris ſeruandum eſt: nam ſi verum eſt .d. fore, verum ſit prius oportet .a. fore: huius autem cauſa eſt ipſum .c. et enim ſi erit .d. prius .c. ipſum erit: & ſi .c. rurſus erit .a. prius erit. Similiter autem & in his ipſis infinitio diuiſionis exiſtit: futurum namq futuro non hæret: atq principiū, & in hiis ſumendum eſt, q᷑ medio vacet. Nec autem in ipſis operibus ita ſeſe habent, vt diximus: nam ſi domus extructa eſt, lapides inciſos fuiſſe neceſſe eſt. At id quāobrem: quia neceſſe eſt fundamēta fuiſſe, ſi domus eſt facta: Si vero fundamenta iacta fuere, neceſſe eſt lapides ante fuiſſe. Rurſus ſi domus erit, pari ratione muri prius erūt: quod quidē per mediū modo demonſtratur eodē: facienf em̄ fundamēta prius.

N cap. hoc. 12. quod apud Commentatorem cōtinet tex. 13. & 14. & a nobis in quatuor particulas diuiſum eſt proſequitur Ariſt. dicere de cauſis que non ſunt ſimul cum ſuis effectibus, id eſt, inter quas & effectus non eſt mutua conuertentia. ¶Cap. ab omnibus fere cenſef difficillimum, cui ſubinde multas ac varias expoſitiones attribunt. Exiſtimo tñ non eſſe adeo difficile. ¶Notandū eſt igitur primo ꝙ dum dicitur cauſam nō eſſe ſimul cū ſuo effectu, non accipif cauſa materialiter pro re illa que eſt cauſa: nullū enim eſt dubium quin inter rem illā, q̄ fuit pater meus, & me, nulla ſit conſequentia, nō enim ſequitur Paulus eſt: ergo Dominicus eſt, aut fuit vel erit: q2 potuit me nō generare. Sed accipitur cauſa formaliter pro eo tēpore quo cauſat. Et adhuc iſto modo ſunt cauſe, que non ſunt ſimul cū effectibus. In illo enim tpis articulo quo pater generat, filius nondum eſt vſq ad tp̄s quo animatur fectus. ¶Secūdo notandum eſt ꝙ inter has cauſas que non ſunt ſimul cum ſuis effectibus, alique ſunt quas cōſequunf effectus, non ſtatim ſed in tempore determinato a natura, poſita nāq ſeminatione ſequitur animatio fetus poſt ſexageſimum diem. Et poſita potione debite ſcđm arte3: ſequitur ſanitas in aliquo certo tēpore, dūmodo ſit potio que poſſit preualere morbo, & non impediatur. Sed alie ſunt cauſe quas non conſequuntur effectus in tēpore determinato a natura, vt cum ceduntur lapides: iam quodāmodo incipiunt eſſe cauſa domus: & cum ponuntur in fundamento: & tamen ſtat domum non fore. ¶Petit ergo ſtatim Ariſto. queſtionem vtrum in iſtis, vt nobis videtur .ſ. in ſuperioribus, ſint alie aliorum cauſe ſecundū eadē differentiam tēporis, vt .ſ. preterita ſit cauſa preteriti, & preſens preſentis, & futura futuri. Utitur Argiropylus hoc parti

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cipio/fiens/paſſiue, videlicet, vtrū id, quod modo fit fit
cauſa eius quod etiā mō fit. At vero antequā formaliter
reſpondeat premittit Ari. hanc concluſionē ꝙ videlicet
Cōcluſio. in huiuſmodi cauſis quibus rerum gn̄atio ꝓcedat a cau-
ſis ad effectus, tn̄ ratiocinatio, id eſt, ſyllogiſm⁹ neceſſe
eſt, incipiat ab his que poſtea ſunt. i. ꝙ procedat a poſte
riori ad prius. ſ. domus eſt: ergo fundamēta ſunt: funda
menta, ſunt: ergo lapides ſciſſi ſunt. Nā a priori inquit,
ad poſterius conſequentia non valet. Hanc ſecundam
partē ꝓbat dupliciter. Primo, quia ſi effectus pona-
tur fieri in tp̄e determinato, puta tali die, vt eſt in natu-
ralib⁹. ſ. ſeminatio hominis facta eſt: ergo ſexageſima
die filius eſt, non ſequitur: nā in tp̄e medio. ſ. decimo die
añs eſt verum et cōſeq̄ns falſū. ¶ Quod ſi quis arguat
contra, ꝙ ſaltem in cōſequentia naturali ſequitur, ſemi
natio eſt: ergo fetus ſexageſima die animatus erit. Rñ
detur ꝙ Ariſt. hic non intendit negare in naturalibus cē
bonas cōſequētias de materia ſi cauſe non impediātur,
ſequitur. n. ſol oritur: ergo occidet: ſed ſolum vult dicere
ꝙ quantum eſt ex natura ordinis tp̄is non ſequitur ꝑ lo
cū intrinſecum in huiuſmodi cauſis, cauſa actu cauſat: ergo
effectus actu fit. Facta ergo ſeminatiōe, añs ē verum. ſ.
ꝙ cauſa in gn̄e cauſe reſpectu filij iā eſt poſita, et tn̄ effe
ctus non eſt. ¶ Nec etiā ſequitur in tēpore indetermina-
to. Fundamētū iactum fuit: ergo domus aliqn̄ erit. Cō
cludit ergo ꝙ huiuſmodi conſequentia mutua nō eſt, ni-
ſi vbi medium et cauſa ſimul emergit. i. conſequitur cū
effectu. ſ. vt ſi cauſa ſit p̄terea, effectus ſit preteritus: et
ſi effetus eſt futurus cauſa ſit futura: vt dictū eſt in cal-
ce ſuperioris capitis. ¶ Addit ſecundam probationem
ibi [Pretereaſi fieri] Ait eīm ꝙ inter illud inſtans in quo
ponitur cauſa et illud in quo ſequit̄ effectus non poteſt
ſignari vnum tempus determinatū. ſ. vna hora, aut tem
pus indeterminatū quodcūq; in quo illa cōſequētia ſit
Tex.14. bona a cauſa ad effecū. ¶ In ſecunda particula, vbi in
cipit textus. 14. [conſiderandū eſt autem] poſtquā oſten-
dit in iſtis ꝙ a cauſa ad effectū nō ſequitur: reuertitur
ad explicandū quomodo a poſteriori valeat ſyllogiſm⁹
ad prius. Et qr demōſtrator ſi demōſtrat a priori debet
incipere a cauſa immediata: dubitat hic vtrum in iſtis
poſſit dari cauſa immediata effectus. Et dubium oritur
ex quadā eius doctrina. 6. phiſi. tex. 4. et infra: vbi oſten
dit/ꝙ in his que fiunt motu ſuceſſiuo, motus ip ſe vt ca-
lefactio diuiditur ſicut tempus in quo fit. Et quemad-
modū in tēpore, quecunq; pars tp̄oris eſt diuiſibilis, qr
tempus eſt ex genere quātitatis inſtātia vero cōtinuan
tia partes ſunt indiuiſibilia, ita et in motu, calefieri, qr
dicit motum, eſt quid diuiſibile: ſed calefactum eſſe eſt
indiuiſibile: nam in quolibet inſtanti eſt aliquod calefa-
ctum eſſe, id eſt, aliquis certus gradus caloris acquiſi-
tus, qui non erat in alio. Vnde: ſicut duo inſtantia non
poſſunt eſſe immediata, ita neq; duo calefacta poſſunt
eſſe immediata. Nō. n. poſſunt ſignari duo certi gradus
caloris, ſcilicet vt vnum, et vt duo, qui acquirantur im-
mediate: ſed in medio tp̄e fuit acquiſitus gradus cum
dimidio, et ante illum gradus cū vna quarta &c. Item ſi
cut tp̄s non continuatur inſtāti: nā continua ſunt quo
rum vltima ſunt vnū: et inſtans non h̄z vltimū cū ſit indi-
uiſibile: ſed ꝑ inſtās continuātur partes tēporis: ita nec
fieri et factū eſſe ꝓprie continuantur: ſed vnū factum eſſe
. ſ. gradū vt vnū eſſe acquiſitū, cōtinuat fieri preteritū
cum fieri futuro. ¶ Et hoc eſt quod ait [An patet facto
fiens non herere &c.] . i. fectum eſſe/non cōtinuari huic
quod eſt/fieri/nec vnū factum alteri facto: ſed facta eſſe
ſunt indiuidua, id eſt, indiuiſibilia ſicut pūcta linee, fie
ri añt: ſunt diuiſibilia ſicut eſt linea. ¶ Remittit ſe tamē
ad libros phiſicorū: puta ad ſextū vbi latius hec patent.
¶ Igitur in tertia ꝑticula [Etenī quomodo] ex his for
mat dubium, cum in his ſucceſſiuis/fieri/quod eſt cau-
ſa ipſius/factum eſſe/non poſſit eſſe illi immediatum nec
vnū factū alteri facto, quō dabit̄ in his immediata cā
vltimi effectus. Et rñſio ſtat in hoc ꝙ inſtās preſens eſt
ſicut principiū tam tp̄is preteriti quā futuri: qr cōtinuat
ambo: et ideo reſpectu p̄teriti, cauſa vel effectus ſimplr
poſterior, cēſetur prior, qr eſt ꝓpinquior huic inſtāti, qd
eſt principiū. Simus ergo nūc inſtāti q̄ domus iam eſt fa
cta: q̄ eſt vltimus finis, et det̄ prima cauſa puta lapides
fuiſſe deciſſos q̄ ſit. a. et ſcd̄a puta pietes fuiſſe erectos,
que ſit. c. et domū eſſe nunc factā, q̄ ſit. d. fiet demōſtratio
a poſteriori quod eſt huic inſtāti propinquius ad prius
. ſ. ſi domus eſt facta, parietes ſunt erecti: et ſi parietes
ſunt erecti, lapides fuerūt deſciſſi: ergo de primo ad vlti
mū ſi dom⁹ eſt erecta, lapides ſunt exciſſi. Qd̄ ſi ſit aliud
mediū inter. c. et a. ſ. fundamēta eſſe iacta fiat alia demō
ſtratio, ſi parietes ſunt erecti fundamēta ſunt iacta: et ſi
fundamēta ſunt iacta lapides ſunt deſciſſi: ergo &c. Quo ad
uſq; inq̄t Ari. veniat̄ ad id qd̄ medio vacat. i. ad cām im-
mediatā. ¶ Sz in q̄rta ꝑticula [At ꝟo nū mouet dubi-
um cū in iſtis vt dictū eſt videat̄ eſſe ꝓceſſus in infinitū:
qr inter duo facta eſſe mediāt infinita: ſicut inter q̄cunq;
duo inſtātia, videt̄ ꝙ nunquā ſit deuenire ad immediatū.
Rñdit nihilominus ꝙ in ipſis operibus nō ita res ſe h̄z
ſicut in ſucceſſiōe motus: nā incipiendū eſt reſpectu pre
teriti ab inſtāti p̄ſenti, in quo domus eſt extructa, et illa
cauſa q̄ huic eſt ꝓxima eſt immediata. Et ꝓportionabi
li modo ſe habet res in futuris. Sumendū. n. eſt aliqd̄ vl
timū inſtās in quo effect⁹ eſt fact⁹, et a cā illi ꝓxima ſyllo
gizandū eſt verſus inſtās preſens: nā in futuro ea cauſa
q̄ inſtanti preſenti eſt ꝓxima, eſt remotior et mediatior
reſpectu vltimi finis ecōuerſo ad p̄teritū. Ex quo ſequit̄ Cōcluſio.
cōcluſio intēta in hoc cap. videlicet, ꝙ in cauſis que non
ſunt ſimul cū ſuis effectibus, demōſtratio debet incipere
ab vltimo fine et ꝓcedere ad cām primā et immediatam

¶ De circulari demonſtratione.

Cap. 13. Tex. 15.

SEd quoniam in hiſce, quæ fiunt ge
nerationem quandā modo circuli
conuerti videm⁹, fieri poteſt, vt id
ipſum ſit, ſi medium & termini mu
tuo ſe ſequantur. In iis enim conſi
ſtit ipſa cōuerſio. Atq; idipſum in ſermonibus pri
mis oſtendimus, conuerti, inquā, ipſas concluſio
ne. Hoc eſt. n. circuli modo ratiocinationem con-
uerti. In rebus autam ipſis hoc videtur fieri mo
do. Humida facta pluuia terra, vapor neceſſe eſt,
oriatur: quo quidem orto, nubem conſtare neceſ
ce eſt: qua facta fieri aquam: qua orta, terra plu
uia neceſſe eſt, humectet̄: hoc autē id erat, quod
initio ſumpſimus. Quare modo circuli cōuerſio
fuit: quidquid enim ex hiſce ſumpſeris, aliud ſe
quit̄ quidē: & illud cū ſit, aliud itē eſt, quod rurſus
cū ſit, primū ipſum emergit. Tex. 16. ¶ Sunt autē
rerū nōnullæ, quæ fiunt vniuerſaliter: ſemp enim
& omnes, aut eodē modo ſeſe habent, aut eodem
fiunt pacto. Nōnullæ ſunt rurſus, quæ ſemp qui
dem eodē modo nō fiunt, fiunt tamen plęrūq;: nā
non omnis quidē mas homo barbam emittit: fit
tamen plærūq; vt homo mas barbam emittat: ta
lium igitur & mediū eſſe plærūq; neceſſe eſt: nam
ſi tam a. de. b. quam. b. de. c. vniuerſaliter prędice
tur, & . a. de. c. neceſſe eſt & ſemper & de quolibet
prædicari. Id enim eſt vniuerſaliter prædicari de
omni

omni: ſemperq; dici. At ſupponebatur. a. plerun
q; de. c. prædicari: neceſſe eſt ergo medium etiam
ipſum. b. conditionem eandem ſubire: ac eſſe ple
runq;. Erunt igitur & eorum, quę ſunt plerunq;,
ea mediis vacantia principia, quæ plærunq; ſic
ſunt, vel fiunt.

HOc cap. 13. in diuiſione Com-
mētatoris cōtinet alios duos textus. ſ.
15. et 16. in tex. 15. poſtquā in ſuperiori cap.
viſum eſt quō in cauſis directe ordinatis
demōſtratio incipiat ab illa q̄ eſt ꝓxima
effectui et ꝓcedat vſq; ad p̄mā immedia
tā, determinat quō ſit faciēda demōſtratio circularis in
Dem. cir. cauſis circularib⁹. Et eīm ſcd̄o de generatione tex. 63. do
cet ꝙ ſicut motus celi q̄ eſt cauſa oīm inferiorū eſt circu-
laris, ita cōtingit aliqua circulariter gn̄ari. Exēpli gr̄a
ex terra madefacta officio ſolis eleuat̄ vapor, ex q̄ cōden
ſata nubes reſoluit̄ in pluuiā: q̄ rurſus terra madefacta
eleuat̄ alius vapor vñ iterū fit nubes: et ita fit circulus.
Ait ergo Ari. ꝙ pōt eleuatio vaporis demōſtrari ex de-
ſcēſu pluuie hoc mō. Si vapor eleuat̄, madefacta fuit
terra: et ſi madefacta fuit terra, a pluuia fuit madefacta:
et ꝑ cōſequēs de p̄mo ad vltimū ſi vapor eſt eleuat⁹ cau-
ſa fuit pluuia. Et ecōuerſo deſcēſus pluuie demōſtrat̄ ex
eleuatiōe vaporis. Enīuero ſi deſcēdit pluuia, cōdenſa-
ta fuit nubes, et ſi condēſata fuit nubes, eleuat⁹ fuit va
por et ꝑ cōſequēs de p̄mo ad vltimū deſcēſus pluuie fac-
tus ex eleuatiōe vaporis. ¶ Eſt tn̄ hic duplex dubiū: vnū
naturale ex ſcd̄o metaphi. tex. 5. vbi ait Ariſto. ꝙ in cau
ſis tā efficiētibus quā materialibus quā finalibus eſt deue-
nire ad p̄mā cām in circulo autē non dat̄ prima. ¶ Alte-
rum dubiū eſt dialecticū ex ſupradictis lib. 1. cap. 5. vbi di
Duplex ctum eſt ꝙ non dat̄ circulus in demōſtrationibus. ¶ Ad
dubium. primum rñdetur ꝙ in cauſis per ſe non contingit circu-
lus: eſt enim cauſa efficiens pluuie calor ſolis, qui produ
citur a ſole, et non econuerſo: et cauſa materialis per ſe
pluuie non eſt ſolus vapor: imo ex quocunq; elemento
pōt generari aq̄ mediate vel immediate, neq; ex omni va
pore generat̄ ſemꝑ aq̄. Sed preterea rñdet̄ ꝙ illa pluuia
numero ex qua generatur vapor nō pōt poſtea genera-
ri ex eodem vapore genito: ſed eſt ſolū circulus in eadem
ſp̄ē, vt ex. a. aq̄ generet̄. b. vapor, et ex. b. vapore. c. aqua
et ex. c. aqua. d. vapor &c. ¶ Vnde rñdetur ad ſecundum:
vt diximus queſtione ſecunda ꝙ ſolū ꝓhibet̄ circulus in
eiſdē cauſis numero, vt. a. demonſtret̄ per. b. et. b. ꝑ. a. tn̄
in eiſdē ſcd̄m ſp̄ēm nihil vetat dari demōſtrationē circu
larē: et maxime qn̄ p̄miſſe et cōcluſio conuertuntur: vt di
ctū eſt cap. 9. tex. 29. quem locum citat hic Ariſt. dicens
idipſum in ſermonibus primis oſtēdimus. ¶ In tex. 16.
[ſunt autē rerū &c.] oſtendit quō fiat demonſtratio in
Text.16. his que non fiunt ſemper: ſed frequēter: qualis eſt gn̄atio
pluuie ex vapore: nā hac de cauſa annectit hunc tex. ſu-
periori. Ait enim eſſe res q̄ fiunt vniuerſaliter. ſ. poſterio
riſtice, ita vt et ſemper ſint aut fiant et in omnibus ſubie-
ctis eiuſdem ſpecie, vt hominem eſſe riſibilem ſolem quo
tidie oriri et occidere. Alia vero ſunt que fiunt frequen-
ter, licet nonnunquā deficiant: vt maſculum certo tempo
re barbam emittere. Et dicit ꝙ ꝓportionabiliter debet
accipi medium, vt videlicet ad concludendum effectus
que ſunt de omni et ſemper ſumatur medium quod con-
ueniat omni et ſemper: ſed ad concludendū effectum qui
conuenit frequenter, ſumendum eſt medium quod con-
uenit frequenter. Nam ſi effectus, inquit, conueniat fre
quenter, et medium omni et ſemper, contingeret premiſ-
ſas eſſe veras et concluſionem falſam: vt ſi tam. a. maior
extremitas de. b. medio, quam. b. de. c. minori neceſſario
predicetur, ſit vt neceſſario. a. cōueniat ipſi. c. ſi vero ad-
mittas ſolum illi conuenire, vt plurimum, tunc qn̄ non
conuenerit, dabuntur premiſſe vere et concluſio falſa.

¶ De inueſtigatione quod quid eſt.

Cap. 14. Tex. 17.

AT enim quonam pacto ipſum quid
eſt ad ratiocinationis terminos ac
commodetur: & quomodo vel eſt
ipſius, vel non eſt demonſtratio, de
finitioue, ſatis antea pertractaui
mus. nunc dicendum eſſe videtur quonam pacto
venari nos ea oportet, quæ hoc ipſo quid eſt præ
dicantur. Eorum itaq;, quæ ſemper cuiq; compe
tunt, quædam extendunt ſeſe quidem ad plura,
non tamen genus egrediuntur ſuum. Atq; ea ſeſe
ad plura extemdere dico, quæ quamq̄ vniuerſali
ter cuiq; competunt: non tamen ſoli, ſed etiam a
liis inſunt. Eſt enim quoddam, quod omni com
petit trinitati, & etiam non trinitati. Eſſe enim ip
ſum & trinitati, & etiam non numero competit: at
impar eſſe, & ipſum cuius trinitatis, & aliis eti
am pluribus, quinario nempe competit: non ta
men genus hoc egreditur: quinarius enim nume
rus eſt, & extra numerum impar nihil eſt. ¶ Ta
lia igitur eouſq; ſumenda ſunt, quouſq; tot fue
rint ſumpta primo, vt vnumquodq; quidem illo
rū pluribus cōpetat: cuncta autē ſimul nō ad plu
ra ſeſe extēdant hāc eīm neceſſe eſt ſubſtātiā eſſe
rei definiendæ. Velut omī trinitati cōpetit, vt ſit
numerus, vt ſit impar, vt ſit primus, idq; vtroq;
modo, & quia non menſuratur numero, & quia
non ex numeris conſtat: id igitur iam ipſa trini
tas eſt, numerus, inquam, impar primus, atq; hoc
pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam
vniuerſis imparibus inſunt: vltimum dualitati eti
am competit: at vniuerſa ſimul nulli præter trini
natem numero competum. ¶ Cum autem neceſ
ſaria quidem ſint ea, quæ hoc ipſo quid eſt, præ
dicantur, vt antea patefecimus: vniuerſalia nam
q; neceſſaria ſunt: trinitati vero vel cuius alij ſic
cōpetunt ea, quæ ſumunt̄, hoc modo neceſſario
quidē trinitas ea, quæ diximus, erit. Subſtantiā
autē hęc eius eſſe: rationēue, ex hiſce patere pōt.
Nam ſi id, qd̄ aſſignauimus, nō ſit ipſius ratio tri
nitatis, neceſſe eſt ipſum quaſi genus qd̄dā ipſius
eſſe, aut nomine vocitatū, aut nomine carēs. Igit̄
non trinitati mō: ſed præter ipſam aliis etiā cōpe
tet. Genus enim huiuſcemodi ponat̄ eſſe naturę,
vt inſit potētia pluribus, atq; ad plura ſeſe exten
dat: qd̄ ſi iſtud pręter indiuiduas alii nulli cōpetit
rei, id erit ꝑfecto ipſa ratio trinitatis. Nam & hoc
etiā ſupponat̄, id cuiuſq; ſubſtantiā eſſe: qd̄ vlti
mū de indiuiduis tali dicit̄ mō. Quare ſimiliter &
in quibuſuis aliis id erit cuiuſq; ratio, qd̄ hoc oſtē
dit̄ modo. Tex. 18. ¶ Oportet autē cū totū aliqd̄
quiſpiā tractat, genus in ea diuidere quę ſunt pri
ma, atq; indiuidua ſpē, veluti numerū in dualita
tē trinitatēue: deinde illorū eniti definitiōes acci 1. Docu.
pere, vt rectæ lineæ, & circuli, atq; anguli recti.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Poſt hæc ſumpto quidnā ſit genus, vtrū q̄titas, an qualitas, proprios affectus p cōmunes pmos contēplari:nam ea, quæ iis accidūt, quę cōponun tur, ex indiuiduis, ex definitionibus innoteſcent: propterea q definitio, ſimplexq; principiū eſt om niū:& ea, quæ ſimplicibus accidunt, per ſe quidē ipſis ſolis, per ipſa vero cæteris cōpetūt. Tex. 19. ¶Atqui diuiſiones, quę per differētias proficiſcū tur, vtiles ad hoc pacto veſtigandas definitiones ſunt:ipſas tñ non oſtēdere, dictū eſt prius: vtiles

2. Docum autē erūt hoc pacto ſolū ad ratiocinandū ipſum quid eſt. Atq; videbitur ipſa diuiſio nihil facere prorſus: ſed vniuerſa ſtatim ſumere: perinde atq; ſi eadē ab initio ſine diuiſione quiſpiā ſumeret. ¶Refert autē ea, quæ prædicantur, primū an po

3. Docum ſterius prędicētur: veluti ſi animal mite, bipes: an bipes animal, mite dicaſ. Etem ſi e duobus omnis definitio cōſtet, & vnū quid ſit ipſum animal mā ſuetum, atq; rurſus ex hoc & differētia fiat vnū, homo, inquā, vel quidqd tandē id ſit quod vnū

4. Docu. efficitur, neceſſe eſt diuidentē petere ſemp. ¶Pręterea hoc pacto dūtaxat fieri poteſt, vt nihil eorū permuteſ, quæ ſunt in definitione ponēda. Sumpto nāq; genere primo ſi accipiaſ aliqua diuiſio num inferiorū, non omne cadet in illam: ſeu non omne animal aut continuarū, aut diuiſarū alarum eſt: ſed volatile animal omne: huius eſt enim hæc differentia. Prima autē animalis eſt ea differētia, in quam omne animal cadit: & cuiuſq; cęterorum ſimiliter generum, & eorum, quæ ſunt extra aīal. Et eorū, quæ ſub ipſo ſunt collocata. Seu volucris ea eſt differētia prima, in quā omis volucris cadit: & piſcis itidē ea, in quā omnis piſcis. Hoc igitur ſi pficiſcaſ quiſpiā pacto, ſciat nihil prorſus prætermiſiſſe: quod ſi non hoc modo procedat, & prætermittere eū neceſſe eſt, & idipſum quoq; neſcire. Tex. 20. ¶Non autē oportet eū, qui definit, ac diuidit, oīa ſcire, quæ ſunt: quāq̄ nōnulli cenſent fieri non poſſe, vt quiſquam vnq̄ differētias ad vnumq̄dq; cuiuſq; ſciat, niſi ſcierit vnumq̄dq;: ſine vero differētiis nunq̄ fieri poſſe, vt quidq̄ ſciatur. A quo nāq; non differt quippiā, idem quod illud inquiunt eſſe: a quo vero differt, ab eo diuerſum eſſe. Primo igiſ hoc eſt falſum: nō eñ quauis differentia ſunt res diuerſæ. Complures enim inſunt rebus eiſdē ſpecie differētiæ: ſed non per ſubſtantiam, neq; per ſe. Deinde cum quiſpiam acceperit ea, quæ opponuntur, & differentiam, & omne, aut in hanc partē, aut in illam cadere dixerit, ſumpſeritq; in altera parte rem eam, quam quęrit eſſe, & idipſum cognouerit, nihil refert ſi ſciat nec ne, de quibus aliæ differētiæ prædicanſ. Patet eñ eum habiturū eſſe rationē ſubſtātiæ, ſi ſic proficiſcens ad ea tandē peruenerit, quorū vlterius non eſt differētia. ¶Omne autē in ipſam diuiſionem cadere, ſi ſint ea oppoſita, quorū non eſt medium quidq̄, poſtulatio nō eſt. Neceſſe eſt eñ omne in altero ipſorū eſſe, ſi illius eſt dīa. Tex. 21. ¶Ad extruendam autem, probandamue per diuiſiōes definitionem, hæc tria ſunt obſeruāda. Primum, vt ea ſumātur, quæ hoc ipſo quid eſt, prædicātut ſecundū, vt hæc ita diſponantur, vt primū primo ſecuudum ſecundo in loco ponatur tertiū, vt hæc omnia ſint. Atq; primū iſtorum erit, ſi poſſumus quemadmodum ad accidens ratiocinari, ipſum inquam competere: & per genus probare. ¶Secundū fiet, ſi ipſum primum ſumſerimus: hoc autem erit, ſi id accipiaſ, quod tale eſt, vt ipſum quidem omnia deinde ſequatur, oīa autem ipſum econtra non ſequātur, neceſſe eſt eñ aliquid eſſe tale: quo ſumpto, idē iam erit & in inferioribꝰ modus. Id enim erit, ſecundum quod cæterorum eſt primum: & id etiam tertium, quod eſt hærentium primum: ſupero nāq; ſublato id, quod hæret cæterorum erit primū, vt patet. Et in cęteris eodē modo. ¶Patebit autē hæc oīa eſſe, qđ erat tertiū: ſi ſumpſerimus primū ipſum per diuiſionem, omne, aut hoc animal eſſe, eſſe autē hoc: & rurſus totius differentiā, huius vero extremi non vlterius differentiam eſſe: vel etiam ſtatim, cum vltima differentia ab ipſo toto, non differre id ſpecie. Patet eñ, neq; plus quam oportet quidq̄ additum eſſe: omnia nāq; ſumpſa, hoc ipſo quid eſt prædicātur: neq; quidq̄ deeſſe: nam aut genus, aut differētia eſſet: at genus eſt ipſum primum, & hoc cum differentiis ſimul eſt ſumptum: differentiæ etiam vniuerſæ ſunt ſumptæ, nulla enim prorſus poſterior eſt. Specie nāq; differret ipſum extremū. At hoc dictū eſt non differre. Tex. 22. ¶Quærere autē oportet, inſpiciēdo. Primū ad ea, quæ ſunt ſimilia & nullā inter ſe differentiā habēt, quidnā idem habeant vniuerſa, deinde ad alia, quæ ſub eodē cū illis genere collocātur: & ſunt quidem eiuſdem inter ſe ſpeciei, ab illis autē ſpecie ſunt diuerſa. Atq; ſi in iis accipiatur aliquid penitus idem, & in aliis ſimili modo, rurſus conſiderandū eſt, ſi in iis, quæ ſum ſumpta, ſit aliquid idem, quouſq; ad unā rationē fiat acceſſio. Hæc enim erit ipſius definitio rei. Quod ſi non ad vnam rationē: ſed ad duas vel plures itur, patet id, qđ quæritur non vnum quid eſſe: ſed plura. ¶Veluti ſi quæraſ quidnā ſit magnitudo animi, cōſiderandū eſt in aliquibus, quos quidem ſcimus eſſe magnanimos, quidnam habeant vnum omēs, eo pacto, quo tales eſſe dicūtur. Seu ſi Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, ac etiā Aiax, quid vnū omnes habeāt. Atq; id eſt eos contumeliā non ferre: nam primus, intulit bellum: ſecundus iratus, ſe a ſociis defendendis ſeiunxit: tertius, ſibi mortē cōſciuit. Rurſus in aliis cōſiderandū eſt, vt Lyſandro, ac Socrate, qdnā & iſtis inerat vnū. Atq; id eſt, æquabiliter ſeſe hēre in ſecūdis, atq; aduerſis rebꝰ fortunę. His ſūptis, cōſidero qdnam idē hēant hæc, æquabilitas, inq̄, in rebꝰ fortunæ, & pati cū illata cōtumelia eſt, nō poſſe. Qđ ſi nihil hēant idē, duæ pfecto magnanimitatis ſpecies erunt. Oīs autē definitio vniuerſalis eſt ſemp. Medicus eñ ſalubre nō cuidā oculo: ſed aut omni, aut ſpecie determinato definit.

¶Quod

¶Quod ſpecies facilius q̄ genera diffiniatur Cap. 15.

At quæ facilius definire ſingularia quam vniuerſale eſt, Quapropter equiuocatio nes enim in vniuerſalibus magis latent, quā in iis quæ nō differunt. Vt autem in demonſtrationibus ratiocinādi forma, ſic in definitionibus diluciditas inſit oportet: quæ quidē fuerit, ſi ſeorſum id definiat quiſpiam quod in pluribus generibus eſt per ea quæ in vnoquoq; dicuntur: veluti ſimile nō omne, ſed id quod in coloribus & figuris eſt: & acutū ſimiliter, quod eſt in voce: & ſic ad ipſum cōmune proficiſcatur, cauēs ne æquiuocationē offendat. Qđ ſi neq; differere trāſlationibus oportet, patet neq; definire oportere, aut trāſlationibus, aut hiſce quę per trāſlationē dicūtur. Erit. n. neceſſitas, vt trāſlationibus differatur.

Hoc eſt quartum membrum atq; adeo potiſſimum huius libri in quo poſtq̄ in ſecūdo viſum eſt non poſſe/quod quid eſt/demonſtrari tradit in his duobus capitulis Ariſt. modum q̊ venari inueſtigareq; poſſimus genus ꝛ differerentiam quibꝰ cōſtituitur quiditatiua diffinitio. Atqui in diuiſione Commētatoris capitulū hoc decimū q̄rtum vſq; ad ſex textꝰ attingit. In primo qui eſt nūero decimus ſeptimus cōſtituit ſtatim qualia debēt eſſe illa ex quibus diffō quiditatiua cōponitur: habetq; tres pticulas. In prima propoſita prius intētiōe q̄ eſt dicere q̊ pacto nos oporteat venari qđquid ē piacet diſtinctionē. Eorū inquit q̄ ſēp ꝛ vniuerſaliter de quolibet ſuppoſito ſubiecti p̄dicātur, alia ſunt ſupiora que videlꝫ excedūt ſubiectū nō tñ tranſgrediuntur genus gñaliſſimū ſubiecti, alia ſunt q̄ traſgrediuntur genus ipſius ſubiecti. Exēpli gratia de ternario p̄dicatur ens neceſſario et vniuerſaliter, trāſgreditur tñ generaliſſimū ternarij, q2 non ſolū quātitati ſed qualitati et ſubſtantie cōuenit, at vero impar numerus ſuperior quidē eſt q̄ ternarius quia cōpletit quinario et aliis non tñ excedit gñaliſſimū q2 ſolū dicitur de nūero. Idē exēplū eſt đ his p̄dicatis animal, corpus, reſpectu hominis. ¶In ſcđa pticula [talia igiſ] ſubdit quales eſſe debēt partes diffinitionis. Eſt ergo cōcluſio. Diffinitio quiditatiua cōſtituitur qñ cōponūtur plures partes que eſſentialiter predicātur quarū ſingule ſunt ſupiores ad diffinitū, collectio tñ omniū cōuertitur cū ipſo. Exemplum eſt ſi dicas/ternariꝰ eſt numerus impar vtroq; modo primꝰ/numerus. n. aliis conuenit q̄ ternario ꝛ pariter nūerus impar ꝛ pariter nūerus vtroq; mō primus, numerus. n. dicitur vno mō primꝰ, q2 nō menſuratur numero. i. cuius nūerus nō eſt pars aliquota ſed ſola vnitas ꝛ iſto mō nō ſolū ternarius ſed quinarius ꝛ ſeptenarius eſt numerus primus, alio mō dicitur primus q2 nō cōponitur ex pluribus nūeris ꝛ iſto mō inter impares ſolus ternarius eſt primus: nā quinarius cōponitur ex ternario et binario, ternariꝰ vero ſolū ex binario ꝛ vnitate que nō eſt numerus. Sed tñ iſto modo etiā binarius eſt primꝰ, eſt. n. binarius iſto modo, primus inter pares ꝛ ternarius primꝰ inter impares. Ait ergo Ariſt. q ſingule pticule ſunt ſuperiores ad ternariū tamen omnes ſimul conuertūtur cū ternario q2 per hoc q eſt primus ſecūdo mō ſeparatur ab aliis imparibus ꝛ per hoc eſt q impar ſeparatur a binario. ¶Eſt tamē hic dubiū ex Ariſ. 7. meta. tex. 43. vbi ait q vltima differētia cōuertitur cū ſpecie ex quo ſequitur q nō eſt neceſſe vt quelibet pars diffinitionis per ſe ſit ſuperior ad diffinitū. ¶Rñdetur vt diximus in p̄dicabilibus capitulo de differentia q inuenta vltima differētia illa quidē cōuertiſ cū ſpecie: ſed q2 eſt difficilimū vltimas differētias ſingularū ſpecierū inuenire, illā ſolet ſemper Ariſt. per plures comunes circūſcribere. Sicut qui opinātur intelligētias aut corpora celeſtia eſſe animalia rōnalia (q̊s forte ſecutus eſt Porphirius) dicūt hominē eſſe animal rōnale mortale quorū quelibet pars excedit diffinitū ꝛ oēs ſimul cōuertuntur cū illo. ¶In tertia particula [cū autem neceſſaria] probat id quod intēdit in hoc primo tex. videlicet q talis predicatorū cōpoſitio ſit diffinitio quiditatiua. Et rō eſt hec Talis collectio predicatorum cōuenit quiditatiue vniuerſaliter ſubiecto. ſ. oīe eius indiuiduo ꝛ ſemper (ſemper. n. loquiſ de vniuerſali poſterioriſtico) ꝛ conuenit etiā conuertibiliter: ergo eſt diffinitio. Antecedēs ſupponitur ex dictis, ꝛ probat cōſequentiā: nam dato oppoſito q nō eſt diffō, ſequitur q erit genus poſtq̄ quiditatiue predicatur, ꝛ p cōſeq̄ns conueniet aliis a ternario, cuius contrarium ſuppoſitū eſt: q ſi nō eſt genus ſequitur vt ſit diffō q2 non eſt aliud quiditatiuū predicatū. ¶In textu. 18. [oportet aūt] cōſtituto qualia debent eſſe ea ex quibus diffō quidditatiua cōponitur incipit tradere modū quo ſit inquirenda. Et tradit duos modos ſcilicet via diuiſionis in quatuor textibus et via compoſitionis in textu vigeſimo ſecūdo. ¶Atqui primū documentū quod hic raro intelligitur ꝛ eſt nihilominus initiū inquirēde diffinitionis eſt, q cum quis tractat aliquod totū. i. cum inquirere vult diffinitionē alicuiꝰ ſpeciei ſiue ſpecialiſſime ſiue ſubalterne que dicitur totū eo q cōponitur ex genere ꝛ differētia, ſtatuere debet primū omniū in quo ſit predicamēto. Quod facturus eſt diuidēdo genus. i. quodcūq; predicamentū a generaliſſimo pcedēdo vſq; ad indiuidua in ſpē. i. ſpecialiſſimas ſpecies videlicet per arborē predicamentalē: vt quantitatē in cōtinuā ꝛ diſcretā: diſcretā in numerū parē, ꝛ imparē: ꝛ parē in numerum primū (qualis eſt dualitas (ꝛ cōpoſitum ex numeris (qualis eſt quaternarius ꝛ alij) ꝛ eodē modo imparē ꝛ ita venietur ad dualitatē et ternario q̄ ſunt due ſpecies ſpecialiſſime. Et tūc cuiuſcūq; ſpeciei inueſtiganda eſt diffinitio, ideſt, proprietates, vt dinoſcatur illa ſpēs q̄ proponitur diffiniēda in quo ſit predicamento: vt puta quid ſit linea recta, quid circularis Trāſfert ſe ad ſpecies quātiatis cōtinue, vt oſtēdat eandē eſſe rōnem in cōtinuis ꝛ in diſcretis. ¶Poſt hoc inquit ſumpto per huiuſmodi diuiſiones ꝛ proprietates/ quid nā ſit genus ſpeciei diffiniende, videlicet, ad quod predicamentū pertineat: ſit ne quātitas an qualitas ꝛc. per effectꝰ comunes illius predicamēti inueſtigāde ſunt proprie differentie illius ſpeciei. Exempli gratia veſtigare quis intendit diffinitionē hominis, perpendat primū ſit ne ſubſtantia an quātitas aut qualitas ꝛc. id aūt cognoſcet per modos intrinſecos ꝛ p pprietates predicamētorū puta ſit ne per ſe an in alio [Nā ea, inquit, que his accidūt que cōponuntur ex indiuiduis. i. ſimplicious] ex diffinitionibus innoteſcent. ſ. ſimplicium: nā diffinitio ſimplex principiū eſt oīum inferiorum ꝛ que ſimplicibus per ſe accidūt, ratione ipſorū ſimplicium conueniūt cōpoſitis. Simplicia hic vocat ſuperiora, genera cōpoſſita vero inferiores, quippe que ex ſuperioribꝰ generibus addita ſemper differētia cōponūtur. Exēpli grā: eſſe per ſe eſt modus intrinſecus qui per ſe primo cōuenit ſubſtantie: corpori autē ꝛ animali ꝛ homini cōuenit in quātum ſunt ſubſtantie: eſſe ſubiectū diuiſionis ſecundū trinā dimenſionem per conuenit corpori: ſed animali et homini conuenit in quantum ſunt corpora: et ita deinceps. Habito ergo q homo eſt ſubſtantia poſtq̄ eſt per ſe, inquirendum eſt ſit ne corpus an ſpiritus: cognoſcetur autē eſſe corpus quia eſt ſubiectum trine dimenſionis: quo habito inquirendum eſt ſit ne animatum an inanimatum: cognoſcetur per proprietatē animati que eſt per ſe moueri et habito q ſit animatum, videndū eſt quod an ſit

Tex. 18.

Primum documētū

animal

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

animal, per/ſenſibile/ qđ per ſe conuenit animali: ⁊ dein-
de videndū ſit ne rationale an irrationale, ꝑ hoc qđ eſt vti
ratione aut nō vti rōe. Et hoc mō diffītitio ſimplex .i. ſu
Textu.19. perioris eſt cauſa inoteſcendi cōpoſite .i. inferioris. ¶ In
textu.19. [atqui diuiſiones] addit ad maiorem expli-
catione alia tria documēta, poſt primū ergo iā dictū, ſe
cundū documentū eſt ꝙ diuiſiones generū debent fieri ꝑ
2. Documētum. differentias primas oppoſitas: vt numerus diuidatur
per parē ⁊ imparē. Nam ſi fieret diuiſio ꝑ ſingulas ſpe-
cies abiret, in infinitū aut ſaltem, nō poſſemus illas cō-
p̄hēdere, vt patet in ſpecieb⁹ animalis. At ne videatur
ſibi ipſi contradicere, quippe qui dixerat cap.5. qđ quid
eſt/ nō demōſtrari ꝑ diuiſionē: rñdetqꝫ ꝑ diuiſionē non de
mōſtratur quod quid eſt/ ad ſenſum ſupradictū, ſꝫ inue-
ſtigatur, nō .n. per diuiſionē cōcludit ꝙ animal rōnale ſit
quiditatiua diffinitio hominis qꝛ nec demōſtratur illas
ptes eſſe genus ⁊ differentiā, ſed ſupponitur ꝙ ꝓprium
ſubſtātie ſit eſſe ꝑ ſe, ⁊ propriū corporis ſit eſſe ſubiectū
diuiſionis, ⁊ ita ex ſuppōnibus puenit ad hoc ꝙ hō ſit a-
nimal rōnale: an vero ille partes ſignificēt eſſentiā homi
3. Documētum. nis philoſoph⁹ naturalis examinat, aut metaphiſicus.
¶ Tertiū documentū eſt [refert aūt ⁊c.] .i. differt q̄ ordi
ne ptes diffinitionis ponātur illa .n. que cōtrahitur đbet
p̄cedere, ⁊ q̄ cōtrahit dꝫ ſubſequi vt genus dꝫ precedere
differētiā: ⁊ inter differētias, illa q̄ contrahitur. Ponit
tamē primū exēplū de differētiis quarū vtraqꝫ pōt ꝑ al-
terā contrahi vt/ māſuetū ⁊ bipes/ quorū vnūquodqꝫ eſt
comune homini ⁊ aliquibus brutis: nihilominus cū đr/
hō eſt animal māſuetū bipes, đnotatur ꝙ māſuetū cōſti
tuat cū aīali vnum genus qđ contrahitur ꝑ bipes, diſtin
4. Documentum. guēs hominē ab equo qui eſt quoqꝫ aīal manſuetū/ ſedcū
đr: hō eſt aīal bipes māſuetū, ecōuerſo manſuetū/ cōtra-
hi bipes diſtiguēs hominē a vulture. ¶ Quartū documē
tū eſt ibi [preterea hoc] vt vꝫ in diuiſione nihil omitat
eorū q̄ intrat diffinitionē. Ubi notandū eſt ꝙ oēs differē
tie ſuperiorū generū formaliter aut virtualiter pertinēt
ad diffinitionē ſpēi: nā vt in arbore porphiriana dictum
eſt dr̄ia diuiſiua ſupioris generis eſt inferioris cōſtituti-
ua. Si ergo quis diuideret ſupius genus per dr̄ias remo
tas diuiſiuas inferioris generis, vt ſi quis diuideret ſub
ſtantiā ꝑ greſſibile/ reptile/ ⁊ volatile/ ⁊ aquaticū, preter-
miteret multas ſpēs ſubſtātie quibus ille differētie non
cōpeterēt: nā ille ſolū non ſunt dr̄ie aīalis: ⁊ iō cū ille dif-
ferētie nō diſtinguerēt totā eſſentiā ſubſtātie, non ſufice
rēt ad inueſtigandū diffōnē cuiuſcūqꝫ ſubſtātie. Ponit
exēplū de aīali ꝙ nō debet immediate diuidi ꝑ aīal conti
nuarū alarū (qualis eſt veſpertilio) ⁊ aīal duarum alaruꝫ
(quales ſunt alie aues) qꝛ aīal nō cadit .i. nō cōprehendi
tur totū ſub illis ſpēbus que ſolū ſunt dr̄ie aīalis volati
lis: ſꝫ aīal prius diuidendū eſt ꝑ volatile, greſſibile ⁊c. Et
ita cōcludit ꝓcedendū eſſe in diuiſione ꝑ dr̄ias immedia
Tex.20. tas generis. ¶ In tex.20. [nō autem opꝫ] rñdet duab⁹
falſis opinionibus. Prima erat dicentium neminē poſſe
cognoſcere differentiā quiditatiuā alicuius ſpeciei niſi
cognoſcat omnia rerū genera et ſpēs: nam hoc nō differ
re ab illo/ eſt eſſe idem cū illo, et differre ab illo/ eſt eſſe di-
uerſum: vnde illi inferebant ꝙ nemo pōt ſcire a quibus
homo differat quin cognoſcat oīa entia a quib⁹ differt.
Diluit autem hūc errorē dupliciter. Primo quia multe
ſunt differentie accidentales rerum que ad earum quidi
tatem nihil pertinēt, quas proinde impertinens eſt cog-
noſcere ad cognoſcendam quiditatem: vt ad cognoſcen
dum quid eſt hō nihil refert ſcire, quid eſt albū, aut ma-
gnum, aut ſimile ⁊c. Et p̄terea cum quiſpiam diuiſerit
genus per differētias contrarias et acceperit illam qua
conſtituitur ſpecies, nō indiget cōprehendere alia oīa
que cōprehenduntur ſub contraria differentia: vt diuiſo
genere per rationale, ⁊ irrōnale, et habito ꝙ hō eſt aīal
rationale: nihil amplius ea oportet ſcire vniuerſa q̄ con-
tinentur ſub irrōnali. ¶ Secunda opinio erat dicentium
ꝙ qui vtitur huiuſmodi diuiſione neceſſe eſt vt poſtulet
et petat a reſpōdente genus quod diuiditur cōtineri ſub
aliquo mēbro diuiſionis: quo inſinuabāt illud nō eſſe ne
ceſſarium. Dicit ergo Ariſ. ꝙ qui diuidit gen⁹ per imme
diatas ⁊ oppoſitas differētias non neceſſe habet hoc pe
tere, qꝛ neceſſariū eſt vt genus ſub aliq̄ oppoſitarū dr̄ar̄
contineatur: omne enim aīal aut rōnale eſt aut irratiōa
le. Secus ſi diuiſio fierit per poſitiuas differētias: vt aīa
liū/ aliud greſſibile/ aliud volatile/ aliud reptibile/ aliud
aquaticum: non enim eſt euidens non eſſe alias ſpecies
Tex.21. animalis, nobis forſan ignotas. In tex.21. [ad extruen
dā autem] excuſis erroribus eorum que nō requirūtur
ad diuiſionē qua queritur quiditatiua diffō ponit tria q̄
requiruntur. Primū vt ſumantur ea q̄ quiditatiue pre
dicantur. Secundum vt diſponātur in diffinitione ordi
ne iam dicto in tex.19. Poſtremū eſt vt ponūtur in diffi-
nitione oīa que requiruntur ad explicandū quiditatē ⁊
eſſentia diffiniti. ¶ Atqꝫ primum inquit obſeruabitur ſi
raciocinemur ad genus quemadmodum ad accidens .i.
ſi ꝑ diffinitionē generis poſitā in primo topicorū capite
4. examinemus an id quod ponitur loco generis ſit ge-
nus, ſicut per diffinitionē accidentis examinam⁹: an ali
quid ſit accidens. ¶ [Secundū autē fiet] .i. ſecundum
obſeruabitur, ſi inter differentias illa precedat que ſe-
quitur in conſequentia ad omnes alias non autem a-
lie ſequntur ad ipſa: nēpe ſi fuerit ſuperior ad alias: vt
ſi dicas/ homo eſt animal greſſibile bipes/ ſequitur enim
hoc eſt vipes: ergo greſſibile: quare bipes contrahit greſ
ſibile et non econuerſo: ſicut ſequitur eſt greſſibile: ergo
animal et non econuerſo. ¶ Patebit autem hec oīa eſſe
⁊c.] .i. tunc diffō conſtabit ex omnibus que pertinent
ad eius quiditatem ſi in diuiſione a generaliſſimo inci-
pientes nullum intermedium p̄termitamus ſed vt dictū
eſt per inmediatas ſemꝑ differentias diuiſio deſcendat.
¶ Cōcludit ergo dicens [manifeſtum enim eſt ⁊c.] con-
cludit inquam ꝙ iſto modo conſtituetur adequata ⁊ cō-
uertibilis diffinitio, q̄ nec plus, nec minus cōtinet q̄ꝫ req
ritur: nā ſi ſola predicata quiditatiua ſumantur, nō cō-
tinebit plus: quia quidquid quiditatiue predicatur de
ſpecie, aut eſt genus aut differentia illius. Ait differen-
tiam predicari in quid, non ſi ſeorſum accipiatur, nam
tunc ſolum predicatur eſſentialiter: ſed quia pertinet
ad quiditatē rei, ⁊ ideo addita generi tota diffinitio pre
dicatur in quid: ꝙ aūt talis diffinitio nō cōtineat minus,
pꝫ ꝑ id quod modo dicebamus ſi in diuiſione nihil preter
mitatur: cū .n. ventū fuerit ad vltimā differentiam, que
amplius diuidi nō poteſt illa demū adequate cōuertetur
Tex.22. Scđa via cū diffinito. ¶ In tex.22. [querere aūt] tradit Ariſto.
aliam ſecūdam artē venādi diffinitionē modo cōpoſiti-
uo. Ait .n. ꝙ ad iudicādum rei alicuius aut forme diffini
tionē debēt primo ſimilia cōſiderari ⁊ diſſimilia: ⁊ dein-
de videre an aliqua ſit vna rō cōmunis omnibus illis: ꝙ
ſi fuerit, ſignū eſt ꝙ conuenit illis vna diffinitio. Si vero
nō reducātur niſi ad duas aut plures, nō cōprehēdunt
ſub vna diffinitione. Exēpli grā. Conſidero vnum homi
nē eſſe rationalē, et aliū et omnes, ⁊ video equū homini
diſſimilē, eſſe hinibilē, pariter vniuerſos, que rōnes non
comprehēduntur ſub vna, ſicut albedo ⁊ nigredo cōpre-
hendūtur ſub vna ratione viſibilis: ⁊ ideo hō ⁊ equus ha
bēt diuerſas diffinitiones. Exēplū Ari. eſt đ magnani-
mitate [ſeu ſi Alcibiades fuit magnanimus et Achiles
⁊ Aiax] Boetius vertit/ Alcides/ qui eſt Hercules: ta-
mē in greco nō eſt niſi, Alcibiades, qui cū athenis egre
ferret Niciā ſibi honoribus prefferri, ad lacedemonios
defecit, cum quib⁹ proprie patrie bellū intulit. De Achi-
le vero nota eſt hiſtoria qui cū in expedictione eſſet greco
rū aduerſus troiā, ob ereptā ſibi ab Agamenone Briſei
dam bello abſtinuit Aiax alter fuit Oleus. Hic autem
eſt

eſt thelamonius: qui cū petiſſet Achilis arma đfuncti et
Ulliſſi potius a iudicibus fuiſſent decreta, iniuriā ferre
nō potēs ſeſe interemit. In rei veritate nō fuit vera in his
virt⁹ magnanimitatis cū primus patriā bello petiuit,
alter patriā in neceſſitate deſeruit, ⁊ tertius occidit ſe: ſꝫ
tamē cum omnes id feciſſent ex animi magnitudine qꝛ .ſ.
nō ferebant alios honoribus ſe ante ire, dicit Ariſt. ꝙ ea
dē erat rō magnanimitatis in omnib⁹: que eſt eſtimari ſe
magnis. Et pariter in Liſandro et Socrate: q̄uis So-
crates lōga nimis fuit in tollerandis iniuriis, Lyſander
vero vt eſt apud Plutarchū accerrimus in illis propul-
ſandis: ex eadē tñ rōne magnanimitatis vtrūqꝫ procedit.
Unde cōcludit Ari. ꝙ cū diffinitio nō ſit particularis ſed
vniuerſalis: nā medicus inquit nō diffinit quid eſt ſalu-
bre huic oculo ſed cuicūqꝫ eodē morbo laborāti, fit vt q̄
uis magnanimitas in iſtis diuerſa videatur, tñ propter
eandē rationē comunem vna eſt omniū diffinitio.

Cap.15. ¶ In capite decimoquinto quod in diuiſio-
ne Cōmentatoris ad eundem textum.22. pertinet, docet
Ariſt. ꝙ iſto mō cōpoſitiuo facilius inuenire poſſumus
diffinitionē ſpeciei q̄ꝫ generis: et iō oppoſito mō ad diui
ſionē a ſingularibus .i. ab ſpeciebus ſpecialiſſimis ad vni
uerſalia aſcendere oportet. ¶ Qđ probat dupliciter: pri-
mo qꝛ in ſpecie ſpecialiſſima, quippe cū non ſit per diffe-
rentias eſſentiales amplius diuiſibilis, minus latēt equi
uocationes: in ḡneribus aūt latent equiuocationes eo ꝙ
diuiduntur per differentias inequaliter perfectas: vt ca
pite de genere expoſitū: eſt equiuocatio aūt impedit rei
cognitionem. Eñ vero rōnem ipſam animalis puta eſſe
ſenſibile non tā ꝑfecte cognoſcimus in cōmuni q̄ꝫ cum il-
lam cognoſcimus in qualibet ſpecie. ¶ Secūda ratio eſt
qꝛ q̄madmodū in demōſtrationibus neceſſe eſt preſupo-
nere aliqua ꝑ ſe nota ex quibus ad ignotiora procedat
demonſtratio, ita in diffinitionibus a notioribus ⁊ faci-
lioribus opꝫ ꝓcedere: ſed facilius eſt genus vniuerſale ꝑ
rationes particulariū ſpecierum cognoſcere: ergo ab il-
lis incipiendū eſt. Probat minorem exemplis: qui eñ in
quit vult notificare quid eſt ſimile, facilius explicabit ſe-
cundū rōnem ſpecificā que eſt in coloribus in quibus ea
dem dicuntur ſimilia q̄ eundē habent colorē, aut in figu
ris quarum ſimilitudo conſiſtit in hoc ꝙ cōſtet ex equa-
libus angulis: et p̄iter acutū euidentius cognoſcit ſi oſtē
datur in vocibus aut in ſaporibus aut quantitatibus,
alia eſt enim rō acuti in ſapore alia in voce alia in quan-
Dubium. titate. ¶ Dubiū poſſet hic eſſe ex dictis Ariſto. ex primo
phiſico. vbi ait ꝙ ex vniuerſalioribus ꝓcedendum eſt ad
minus vniuerſalia: hic v̄o dicit oppoſitū. Facillime tamē
hoc diluitur ꝑ cōunē diſtinctionē .ſ. ꝙ vniuerſaliora ſunt
notiora nature, minus aūt vniuerſalia ſunt notiora no-
bis: ⁊ iō ordine nature incipiēdū eſt ab vniuerſalioribus
addendo ſemper nouas differentias et cōponendo no-
uas ſpecies ſicut natura operatur prius producens vi-
tam aīalis q̄ꝫ vitā hominis: ſed q̄tum ad cognitionem no
ſtram procedimus a compoſitis reſoluendo illa ſimpli-
Documē. ciora principia. ¶ Tādem in fine capitis [quod ſi neqꝫ]
addit Ariſto. vltimum documentū ꝙ videlicet ſicut de re
nō eſt diſerēdū per methaphoras, alias cōmitteretur eq̄
uocatio, vt ſi quis arguat/ quidquid hꝫ caput ē animal:
arbor habet caput: ergo arbor eſt animal (nā caput me-
thaphorice dicitur de radice arboris) ita nec diffiniēduꝫ
eſt per methaphorā vt ſi quis diffiniat hominem ꝙ ſit ar
bor inuerſa aut ꝙ arbor eſt homo inuerſus: caput eñ ar
boris eſt radix: q̄ cū ſit ſub terra videtur hō cuius caput
eſt in terra et pedes ſurſum eleuati: ⁊ econuerſo homo ap
paret arbor euulſa cuius radices in altum prominent.
Dubium. ¶ Dubiū aūt eſt circa doctrinā horū duorū capitū. Cū
Ariſto. duas hic vias tradiderit inueſtigandi quod q̄d
eſt .ſ. diuiſionis et cōpoſitionis, vtrā iſtarum recitauerit
tanq̄ꝫ propriā. Eñ vero Cōmentator in prologo de aīā
cōm.5. dicit inter antiquos tres fuiſſe in hac pte ſenten
tias. Hypocratis enim (inquit) opinio fuit/ quod quid ē/
inquirēdū eſſe demōſtratione. Plato v̄o cenſuit veſtigā
dum eſſe via diuiſionis. Ariſto. aūt ſentētia fuit inueſti-
gandū eſſe via cōpoſitionis. Et idē affirmat illic. S. tho.
lectione .1. hic aut videtur Ariſto. adprobare viam diui-
ſionis, cū dixit tex.19. diuiſiones nō demonſtrare quidē
quod quid eſt, vtiles tñ eſſe ad illud inueſtigandū. ¶ Ad
hoc dubiū reſpondētur tria. Primū ꝙ Ariſt. non repro
bat viam diuiſionis: imo aſſerit eſſe vtilem ſaltim ad in-
quirēdū genus. Secūdū eſt ꝙ diuiſio ſiue cōpoſitiōe nō
ſuficit, ſed ſimul dū ſuperiora diuiduntur cōponūtur in
feriora: nā differentia diuiſiua ſupioris eſt cōſtitutiua in
ferioris. Cum .n. inueſtigamus diffinitionē hominis, ex
prima diuiſione ſubſtantie in incorporeā et corpoream
omittimus incorpoream, ⁊ eligimus/ ſubſtantiā corpo-
ream/ ⁊ poſtea diuiſio corpore in inanimatū et animatū
colligim⁹, ſubſtātiā corporeā animatā/ cui poſt addimus
ſenſibilē, ac deniqꝫ rōalē. Et hanc forte Ariſt. appellauit
viā cōpoſitiōis. ¶ Sed tertio dicim⁹ vt iā mō dicebam⁹
ꝙ in diffinitiōibus ꝓcedēdū eſt a notiorib⁹ nobis, puta
ex cōpoſitis ſpeciebus ad ſimplicia ⁊ ſuperiora genera.

¶ Quod diuiſio & analogia cōducunt ad in ueſtigandum propter quid. Cap. 16.

VT autem facultatem mediorum ab ea
demōſtrāda quæ proponūtur habea
mus, perueſtigare oportet & ea quæ
animātibus apertis inſpiciūtur, & ip
ſas quoqꝫ diuiſiones. Atqꝫ ſic pueſti-
gare oportet, ſuppoſito genere cōmuni omnium:
ſeu ſi animalia ſint ea quæ cōſiderantur, quę nam
omni cōpetunt animali. Quibus ſumptis, turſus
identidē perueſtigare oportet, quænā cæterorū
primo cuilibet inſunt: veluti ſi id ſit auis, quænā
omnē auē ſequūtur: & ſic ſemper quænā propin-
quiſſimo cōpetunt. Patet .n. nos poſſe iam dicere
propter quid inſunt ea, quæ cōpetunt hiſce quæ
ſub ipſo cōmuni ſunt collocata vt propter quid ho
mini cōpetunt, aut equo: ſit aūt animal quidē. b.
pro. a. vero ponātur ea quę animal oīe ſequūtur
pro. c. e. d. vero animalia ſingula collocetur. Patet
itaqꝫ, propter quid. a. cōpetit ipſi. c. propter. b. nā
qꝫ cōpetit. Et ſimiliter cæteris. Eadē autē eſt ſem-
per & in aliis ratio, atqꝫ nūc ſic dicimus per tradi-
ta nobis nomina cōmunia reb⁹. Tex.23. ¶ Opor
tet aūt non ſolū in his ipſis dicto modo conſidera
re, ſed etiā ſi aliquid aliud videatur cōmune cōpe
tēs, & ipſum accipere: deinde ſumere & ea quæ ip
ſum ſequitur, & ea quæ hoc ſequūtur: veluti cor-
nigeris competit omaſum habere, ſuperioribuſqꝫ
vacare dentibus. Sumātur igitur hæc, & turſus ac
cipiēda ſunt ea quibus cōpetit, ſequiturqꝫ gerere
cornua. Patet .n. propter quid illis competunt, ea
quæ diximus: nam ob idipſum illis inerunt, quia
cornua gerūt. ¶ Et inſuper alius modus perueſti
gandi per ſimilitudinē rationis: non enim poteſt
vnū quippiā idem ſumi, quod quidē & ſepiū & ſpi
na & os appellare oportet inereunt autē & his,
atqꝫ ſequenter aliqua, quaſi talis ſit vna quedā na
tura. ¶ Eadē autem ſunt nōnulla eorum quæ pro
ponūtur multipliciter: quædam enim ex eo ſunt
eadem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

eadẽ, quia mediũ idem habẽt: veluti quia ſunt omnia antiperiſtaſis: atq; horũ nonnulla ſunt eadẽ genere, queçũq; differẽtias habẽt ex eo, quia ſunt diuerſorũ, vel alio modo: vt ꝑpter quid reſonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris exiſtit: vniuerſa.n. hæc idẽ ſunt propoſitum genere: omnia namq; ſunt plane reflexio, ſed ſpecie ſunt diuerſa. ¶ Quædã autẽ differunt ex eo, quia mediũ eſt ſub alio medio: veluti prppter quid Nil⁹ decreſcẽte mẽſe magis afluat aquis, quia mẽſis decreſcẽs ſimilis magis hyemis eſt: propter quid mẽſis decreſcens ſimilis magis hyemis eſt? quia luna decreſcit. Hæc enim ſic inter ſe habent, vt patet.

Hic incipit membrũ quintum huius libri in quo poſtq̃ oſtenſum eſt quomodo ſit inueſtigandũ quod quid eſt docetur in his duob⁹ capitulis quomodo ſit inueſtigandũ eſt ꝑpter quid/ ideſt quodcũq; medium ad demõſtrandũ quancũq; concluſionẽ. Atqui in hoc capite.16. ſunt tres particule. Prima pertinet ad eundem tex.22. Secũda eſt textus.23. ⁊.3. eſt tex.24. ¶ Eſt ergo primũ documẽtum in prima particula ꝙ ad inueſtigandũ propter quid cuiuſcũq; paſſionis oportet habere pre oculis om̃es diuiſiones a generaliſſimo vſq; ad ſpecialiſſima, ⁊ deinde cõſiderare ea que ſunt propria cuicũq; generi: vt.ſ. ea que ſunt propria ſubſtãtie inq̃tũ eſt ſubſtãtia, ⁊ ea que ſunt propria animali inq̃tum eſt animal, ⁊ ea que ſunt propria avibus inq̃tum aues ⁊c. Quo habito facile quãcunq; paſſionem generis ſuperioris poſſumus demõſtrare de quacũq; eius ſpecie. His ergo conſideratis facile quicunq; poteſt paſſiones ſuꝑioris generis de ſingulis eius ſpecieb⁹ demõſtrare, ſumpto pro medio illo genere quod eſt propriũ ſubiectũ illius paſſionis: vt, ſi, ſenſibile/ aut/ dormire et vigilare/ quis vellit de homine aut de equo demõſtrare, accipiat/ aial/ pro medio qđ eſt.b. ⁊/ dormire ⁊ vigilare/ pro.a. quod eſt maior extremitas, ⁊ homo aut equus aut bos pro.c.d.e. que ſunt minores extremitates: ⁊ ita tandẽ fiet demonſtratio/ omne animal dormit viciſſim ⁊ vigilat, omnis homo eſt aial, ergo. Et eodem modo/ habere tres anglos equales duob⁹ rectis/ demõſtrabitur de iſolcele ⁊ de equilatero, ſum-
Tex.25. pto pro medio triangulo cui primo conuenit illa paſſio. ¶ In tex.23. [oportet aũt] qui duas habet particulas, dicit primo ꝙ nõ ſolũ id oportet obſeruare vbi tale gen⁹ eſt nominatũ, ſed etiam vbi non eſt ei nomen impoſitũ. Exempli gratia, animal habens cornua/ eſt quoddã genus animalium cõprehendes multas ſpecies quod quidẽ non habet nomẽ impoſitũ quidditatiuũ (poſſumus id tamẽ appellare/ cornigerũ) cõſiderare ergo op3 que ſint propria tali generi animaliũ: vt puta eſſe om aſũ.i. inteſtinũ craſum, habẽs plures vẽtriculos ꝑpter neceſſitatẽ ruminationis: item carere dẽtibus in ſuperiori mãdibula/ quippe quorũ materia conuertitur in cornua. Si ergo de boue aut de ceruo quis voluerit demõſtrare huiuſmodi paſſiones, talis erit tũc demõſtratio/ omne animal cornigerũ caret dentibus in ſuperiori mandibula: omnis bos eſt animal cornigerũ: ergo omnis bos caret dentibus in ſuperiori mãdibula. In ſecunda particula [⁊ in ſuper] oſtẽdit preterea inueſtigare propter quid/ reducẽdo paſſionẽ ad aliquod mediũ quod nõ eſt ſimpliciter cõmune ſed analogũ: vt animal habẽs ſepiũ aut ſpinã aut os/ nõ eſt ſimpliciter vniuocũ genus ſed analogũ: vt.n. os ſe habet ad animal terreſtre, ita ſpina ſe habet ad piſcem, et ſepium ad ſepiã, ſepia genus quoddam piſcis eſt ⁊ etiã ſeps ſepis eſt genus ſerpentis. Accipitur ergo ſepiũ pro oſſe ſerpentum quod non eſt omnino ſpina. Si ergo aliquam paſſionẽ cõmunem his tribus generibus animaliũ velit quiſpiam demonſtrare, debet ſumere pro medio vnũ nomẽ analogũ ad illa tria. ¶ In textu.24. [eadem Tex.24.
autẽ ⁊c.] qui duas itidẽ cõtinet particulas docet inueſtigare propter quid in rebus ſimpliciter diuerſi generis quibus conuenit aliquo modo vna ratio, que licet nõ ſit generica, eſt tñ accidentalis: ſicut ꝑ hoc mediũ ꝙ eſt Anthiperiſtaſis, ideſt, reciprocatio, ſeu repercuſio, demonſtrãtur multa diuerſorũ generum: vt propter quid echo reſonat, ꝑꝑ repcuſſionẽ motus aeris quo multiplicantur ſpecies ſoni propter quid apparet imago in ſpeculo, propter reflexionẽ ſpẽrum viſualiũ: ꝑpter quid apparet iris in nubibus, propter refractionẽ radiorũ ſolariũ ad latera nubis. Omnia enim hec media ſunt reciprocationes quedam, licet ſpecie diuerſa. ¶ In ſecunda particula. [quedã aũt ⁊c.] cõcludit tandẽ quomodo in aſſignatione propter quid/ media aliquã do ordinate procedant vt.a. ſit propter.b. et.b. propter.c. vſq; ad cauſam immediatã: vt ꝑpter quid Nilus de creſcẽte menſe.i. properante ad finẽ, magis affluat aquis, q2 mẽſis decreſcens magis ſimillatur hyemi.i. magis eſt humidus. Sed ꝑpter quid finis menſis magis eſt humidus, q2 luna decreſcit: que cũ habeat aquarum dominiũ, ipſa creſcẽte, decreſcunt aque: ipſa vero decreſcente aque econtrario creſcunt.

¶ De cauſis & effectibus. Cap. 17.

Ambiget autẽ quiſpiam de cauſa, & de eo cuius eſt cauſa: ſit ne tũ cauſa, cum eſt id cuius eſt cauſa: veluti cũ frõdes decidũt ſit ne tũ ipſa defluẽdi frõdes cauſa, latitudo inquã foliorum, ſiquidẽ id illius ſit cauſa, vel cum deficit luna, ſit ne tũ interpoſitio terræ? Nam ſi nõ eſt, aliqua alia erit ipſorũ cauſa: ſin ſimul ſunt cauſa & id cuius eſt cauſa, ſeu ſi intercedit terra, deficit luna: aut ſi latitudo eſt foliorum defluunt frõdes: tum mutuo profecto demõſtrabũtur. ¶ Sit enim.a. frondes deponit.b. planta cuius ſunt folia lata.c. vitis. Si igitur.a. cuilibet competit.b. omnis enim planta, cuius folia ſunt lata, frõdes deponit.b. vero ipſi.c. cõpetit: latas enim frondes quęlibet vitis habet.a. etiã ipſi.c. cõpetit: omniſq; vitis frõdes ſuas deponit. Atq; cauſa.b. mediũ eſt, vt patet. At licet etiã per foliorũ defluxũ, lata vitẽ habere folia demonſtrare. Sit.n.d. lata habere folia, abiicere frondes.e. vitis aũt.f. Et igitur cuilibet ineſt.f. omnis.n. vitis abiicit ſuas frondes.d. vero cuilibet competit.e. omnis nãq; planta quæ frõdes deponit, habet folia lata: om̃is ergo vitis habet folia lata: atq; cauſa eſt foliorũ defluxus. ¶ Quod ſi fieri nequit vt ſint ſibi mutuo cauſę, cauſa namq; prior eſt eo cuius eſt cauſa: & deficiẽdi quidẽ cauſa eſt, in medio terrã eſſe huius aũt non eſt cauſa deficere lunã: atq; demõſtratio quæ fit per cauſam, eſt propter quid. demõſtratio vero quæ nõ per cauſam fit, eſt ea qua quippiam tantum eſſe oſtẽditur: qui per defectũ terrã in medio eſſe percepit, is ſcit quidem idipſum eſſe, ꝑpter quid aũt eſt non cognoſcit: atq; deficere lunam nõ eſſe cauſam vt ſit in medio terra, ſed hoc econtra cauſam eſſe vt deficiat luna, inde perſpici poteſt: in ratione nãq; deficiendi ineſt, in medio terram eſſe. Quare patet, per hoc illud, ſed nõ per illud hoc innoteſcere. ¶ An fieri poteſt, vt vnius

vnius plures ſint cauſæ? nempe etiam fit, vt idem primo de pluribus prædicetur. Sit.a. quod quidẽ tã.b. quã.c. cõpetat primo, quorũ alterũ inſit.d. alterũ ipſi cõpetat.e. inerit igitꝛ ipſum.a. illis vtriſq;.e. inquã &.d. Atq; vt inſit quidem ipſi.d. cauſa eſt ipſum.b. vt competat autem ipſi.e. cauſa eſt ipſum.c. quare ſi cauſa eſt, neceſſe eſt & rem eſſe. Si vero res eſt, nõ eſt neceſſe id eſſe quod eſt cauſa: ſed cauſam quidẽ eſſe, nõ tamẽ omnẽ. ¶ An ſi ſẽper id quod proponitur vniuerſale eſt, cauſa quoq; tota quædã eſt, & id eſt cuius eſt cauſa, vniuerſale etiã eſt: veluti foliis ſpoliari toti cuidam ineſt determinato, & ſi ſpecies ſunt illius, & his vniuerſaliter aut plãtis, aut huiuſcemodi plãtis cõpetit: quare & mediũ in his, & id cuius eſt cauſa, æqua ſint oportet, & cõuertantur: veluti propter quid arbores foliis ſpoliãtur, quid ſi ipſum ob congelationẽ eſſe oportet? & ſi cõgelatio non cuius ineſt, ſed arbori, foliis arborẽ ſpoliari oportet. At quæret quiſpiã rurſus ſi fieri poſſit, vt nõ eadẽ eiuſdẽ ſit vniuerſis cauſa, ſed diuerſa nec ne. An ſit per ſe quidẽ eſt demõſtratum, & nõ per ſignũ, aut per accidẽs id fieri nequit? quippe cũ ipſum medium extremi ſit ratio. Sin vero nõ hoc pacto eſt demõſtratũ, fieri poteſt. ¶ Fit aũt & id cui⁹, & id cui eſt cauſa aliqua, per accidẽs vt cõſideretur: nõ tamẽ e numero eorum eſſe videẽtur, quæ proponũtur, quod ſi ita nõ eſt, ſimiliter habebunt & mediũ. Si.n. ęquiuoca ſint mediũ habebũt ęquiuocũ: ſi ſint vt in genere, mediũ habent ſimiliter: veluti propter quid etiã mutato ordine ſimilitudinẽ ſubeunt rationum: eſt enim alia cauſa in lineis, & in numeris: atq; eadẽ alia quidem eſt vt linearũ rationẽ ſubit: eadẽ autẽ, vt tale habet incrementũ, & eodẽ in om̃ibus mõ. Vt color aũt colori, figuraq; figurę ſit ſimilis, alia erit alij cauſa: ſimile nãq; in his ẽ æquiuocũ: in figuris.n. in ſimilitudine forſitã rationũ conſiſtit quæ inter latera ſunt, & angulorũ ęqualitate: in coloribus autẽ, in eo quod vnitas ipſius ſenſus ſit aliqua, aut aliquo tali: ea vero quę ſimilitudine rationũ eadem ſunt, mediũ identidẽ ſimilitudine rationũ idem habebũt. ¶ Cauſa autẽ, & id cui⁹ eſt cauſa, atq; id cui eſt cauſa, ita ſeſe vt mutuo ſe ſequãtur habẽt: nam ſi hoc ſumas per ſingula, id cuius eſt cauſa ad plura ſeſe extẽdit: velut externos angulos quatuor rectis æquales habere, amplius extendit ſe quam aut triãgulum aut quadratũ: quod ſi omnia ſumas, æquatur: ſunt enim, quæcunq; quatuor rectis ęquales externos angulos habent. Similiter ſeſe habet & mediũ. Eſt aũt ipſum medium extremi: ratio primi, quo circa ſciẽtię omnes per definitionẽ fiunt: veluti ſpoliati frõdibus, ſimul & ſequitur vitẽ, & excedit: & ficũ itẽ, atq; excedit, ſed nõ omnes ſuperat: ſed æquatur. Si igitur primũ mediũ ſumpſeris, ratio illud erit abiiciẽdi folia: erit.n. primũ quidẽ medium verſus extremũ alterum, tales inquam vniuerſas eſſe, deinde medium huius ſuccum congelari, vel aliquid aliud tale. At ſi quiſpiam interrogauerit quid eſt defluere folia, cõgelari reſpõdebimus eius ſuccũ, qui in ſeminis cõiunctione conſiſtit. ¶ In figuris aũt hoc pacto quiſpiã aſſignabit, quęrẽtibus quonã pacto ſe ſequuntur cauſa & id cuius eſt cauſa: ponatur.a. cuilibet ineſſe.b. ipſum aũt.b. cuiq; cõpetat eorum quæ ſunt.d.a. igitur vniuerſale hiſce fuerit, quæ ſunt.d. Etenim id vniuerſale dico, qđ nõ conuertitur: id aũt vniuerſale vocito primum, cum quo vnũquodq; quidẽ non conuertitur: vniuerſa aũt conuertũtur, atq; æquãtur.b. igitur cauſa eſt, vt.a. cunctis hiſce cõpetat quæ ſunt.d. oportet ergo ipſum.a. ad plura ſeſe extẽdere, quam ipſum.b. quod ſi ita non eſt, cur magis hoc erit ilius cauſa? quod ſi.b. non omnibus competit.e. erunt vniuerſa illa vnum quid aliud ab ipſo.b. alioquin quonam pacto dicere licebit.a. quidem ipſum omni cõpetere.e. ipſum autem.e. non omni competere.a? Cur vero nõ erit aliqua cauſa? nam ipſum.a. cunctis competit.d. at ipſis etiam.c. & ipſa igitur vnũ quid erunt: atq; id conſiderare oportet: & ſit.c. Fieri igitur poteſt, vt eiuſdem, ſed non eiſdem ſpecie, plures ſint cauſæ: veluti vt longæ ſint vitæ quadrupedes quidem: cauſa eſt, ipſas bili vacare volucres autẽ, ipſas eſſe ſiccas, aut aliquid aliud. Tex.26. ¶ Quod ſi non ſtatim accedũt ad indiuiduũ, & ſi nõ ſolum vnũ, ſed plura ſunt media, plures etiã & cauſę ſunt. Vtrum aũt mediorum ſit ſingulis cauſa, id ne quod eſt verſus vniuerſaliter primũ, an id quod verſus ſingula collocatur? Patet igitur, ea eſſe quæ propinquiſſima ſunt vnicuiq;, cui eſt cauſa. Nam vt primũ ſit ſub vniuerſali, hoc eſt cauſa veluti vt.a. competat ipſi.d. cauſa eſt ipſum.c. vt igitur.a. competat ipſi.d. cauſa eſt ipſum.c. vt autem.a. competat ipſi.c. cauſa eſt ipſum.b. at vt huic inſit, idipſum. At enim de ratiocinatione quidem demonſtratione ve, quid nã vtrũq; ſit, & quo fit modo, ſatis iam patuit: & ſimul etiam demonſtratiua ſcientia: eſt enim idem.

In cap.17. ſecundũ ſectionem Cõ- Tex.25.
mentatoris ſunt duo textus, nẽpe vigeſimus quintus ⁊ vigeſimus ſextus. Sũt tamen in primo particule nouẽ ⁊ in ſcđo alia decima. In hoc capi. poſtq̃ in ſuperiori oſtẽdit quomõ/ propter quid/ ⁊ gñaliter quodcũq; mediũ ſit inueſtigandũ, mouet vnã queſtionẽ circa modũ ſe habẽdi ipſius propter quid.i. cauſe ad ſuũ effectũ. Querit nãq; vtrũ quotieſcũq; effectus eſt, tunc etiã cauſa ſit. At-
qui hinc tandẽ colligit in octaua particula concluſionẽ Dubiũ
huius capitis precipuam.ſ. ꝙ inter cauſam primã ⁊ effectum ⁊ cuius ꝓpriũ ſubm̃ eſt mutua cõuertẽtia. ¶ Qđ ſi quis dubitet hanc queſtionẽ ſuperius eſſe determinatã textu.13. et.14. vbi dictũ eſt aliquas eſſe cauſas q̃ ſimul ſunt tẽpore cum ſuis effectibus, vt ſunt interpõ terre et eclipſis: alie vero que tẽpore precedũt effectus, vt ſunt lapides et fundamenta reſpectu domus, ⁊ generãt reſpectu prolis. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ queſtio que hic mouetur pendet ex illa que illic determinata eſt. Dictum.n. eſt illic ꝙ in inueſtigatione cauſarum incipere dẽt ſyllogiſmus ab effectibus vt domus eſt: ergo fundamentũ eſt, fundamentũ eſt: ergo parietes ſunt, ⁊ non econuerſo. Querit ergo mõ vtrũ vliter hoc ſit verum ꝙ ex effectu ſemper inferatur cauſa, ⁊ iõ non proponit queſtionẽ vtrũ effectus tunc

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tūc ſit quādo eſt cauſa: ſed econuerſo [Eſt ne tūc cauſa
cum eſt id cuius eſt cauſa] Qua propter arguit ad par-
tem affirmatiuā in cauſa que non ſemper eſt ſimul tēpo
re cū ſuo effectu, vt hēre lata folia eſt cā ꝙ folia cadant,
et tamen non quēcūqꝫ eſt latitudo eſt caſus vt pꝫ in angu
ſto. Arguit ergo Ariſto. ad partem affirmatiuā ꝙ etiam
in his, vbi eſt minor apparentia, quācūqꝫ eſt effectus ſit ſi
mul cauſa. Et arguit dupliciter. Primo cauſa ⁊ id cuiꝰ
eſt cauſa debent eſſe ſimul, vt pꝫ de eclipſi et interpoſitio
ne terre: ſꝫ habere lata folia eſt cauſa huius qđ eſt folia
cadere: ergo qñ cadunt folia ſimul tunc eſt ipſa cauſa pu
ta latitudo foliorū: aut ſi tunc latitudo foliorum non eſt,
alia eſt cauſa illius caſus. ¶ Secunda rō eſt ibi [ſit enim
.a.] ⁊ eſt hec, cauſa et effectus alterutrum demonſtran-
tur. ſ. effectus per cauſam, ⁊ econuerſo: ergo ſunt ſimul.
Coñā eſt nota ⁊ probatur añs. Sit. a. maior extremitas/
frondes deponere. b. vero medium/ lata habere folia/ et
.c. minor extremitas ſit vitis: ſequitur tūc a cauſa ad effe
ctum/ omnis plāta lata habens folia, deponit folia: vitis
lata hēt folia: ergo deponit folia. Et ecōuerſo ab effectu
ad cauſam etiā ſequitur/ quecunqꝫ plāta deponit folia,
3. Parti. lata habet folia: vitis deponit folia: ꝗ lata hꝫ folia. ¶ In
tertia particula [ꝙ ſi fieri] ſoluit vnum argumentū qđ
poſſet fieri contra hoc. Non poteſt ex duobus vnum eſſe
cauſa alterius et econuerſo (intelligito in eodē gñe cau-
ſe) qꝛ cauſa eſt prior, natura ſaltem, ꝗ effectus: ergo ea
dem ratione non poteſt vnum demōſtrari ꝑ aliud ⁊ econ
uerſo. Reſpondet negādo conſequentiā: qꝛ quando cau
ſa demōſtratur per effectū nō demonſtratur ꝓpter quid
concluſionis, ſed ſolū, qꝛ. i. ipſam eſſe verā/ vt qui demō
ſtrat terrā nūc interponi qꝛ luna modo eclipſatur, nō de
monſtrat cauſam illius interpoſitionis, ſed ſolū ꝙ inter-
poſitio eſt. Quod aūt eclipſis ſit cauſa interpoſitionis ⁊
non econuerſo, probat egregie (que ꝓbatio eſt notāda)
quia inquit in ratione deficiendi. i. in diffinitione eclipſis
4. Parti. ponitur interpoſitio et nō econuerſo: eſt eñ eclipſis defe
ctus lune ex interpoſitione terre. ¶ In. 4. particula [an
fieri poteſt] ſoluit queſtionē ꝓpoſitam premitens prius
ꝙ idem effectus poteſt procedere ex pluribus cauſis re-
motis licet vnica ſit cauſa proxima: vt eſſe vituperabile
procedit ex vtroqꝫ extremo virtutis. ſ. ex auaritia ⁊ pro-
digalitate: ſit ergo. a. ideſt vituperabile quod conuenit.
b. et. c. ideſt auaritie et prodigalitati, et per. b. conuenit
.d. ideſt auaro, ⁊ per. c. cōuenit. d. ideſt prodigo. Tūc in-
quit, ex quacunqꝫ iſtarum cauſarum ſequitur effectus,
tamen ex effectu non ſequitur quecunqꝫ cauſa. Non eñ
ſequitur/ eſt vituperabilis: ergo auarus: quia poteſt eſſe
5. Parti. Cōcluſio. prodigus. ¶ In. 5. particula textus [an ſi ſemper] reſ-
pondet formaliter ad queſtionē iſta concluſione. Quan-
do effectus conuenit alicui toti. i. alicui cauſe per ſe pri-
mo vniuerſaliter, tunc erit mutua conuertibilitas inter
cauſam et effectum: vt cauſa proxima huius quod eſt vi
tuperabile eſt facere contra rōnem, quod eſt cōmune cui
cunqꝫ vitioſo, tunc ſequitur, iſte eſt vituperabilis/ ergo
agit contra rōnem. Ponit exēplum Ariſt. in cauſa proxi
ma caſus foliorū arboris, que eſt cōgelatio humidi folio
rū: nam latitudo ſolū eſt cauſa remota, qꝛ videlicet arbo
res habētes talia folia habēt multū humidi, quod dum
cōgelatur deficit virtus ad retinēdum folium, ⁊ ideo ca
6. Parti. dit: vnde folia lauri licet ſunt lata, nō cadūt: qꝛ propter
calorē non cōgelantur. ¶ In ſexta particula [At quere
ret quiſpiā] tractat ſecundā hanc queſtionem que perti
net ad maiorē explicationē ſuperioris, an videlꝫ cōtinge
re poſſit ꝙ eiuſdē effectus non ſit ſemper eadē cauſa, ſed
diuerſe. Et reſpōdet ibi [an ſit per ſe] ſuppoſita diſtin-
ctione ꝙ cauſa alicuius effectus alia eſt per ſe ⁊ propia,
alia vero per ſignum ⁊ per accidēs. Concluſio ergo eſt ꝙ
cauſa per ſe ⁊ propria non poteſt eſſe niſi vnica nā cauſa
per ſe debet eſſe diffinitio ipſiꝰ effectꝰ, cauſe vero per ſig
nū ⁊ per accidēs poſſunt eſſe plures. In exēplo ſuperio-
ri concluſio eſt manifeſta: cauſa enim per ſe huius quod
eſt eſſe vituperabile/ eſt facere contra rationem: quequi-
dem eſt vnica rō in oi vitioſo: auaritia autem que peccat
per defectū, et prodigalitas que peccat ꝑ exceſſum, ſunt
ſigna et cauſe per accidens ꝙ fiat contra rōnem, per ac-
cidens eñ eſt ꝙ qui agit contra rōnem faciat hoc vel illo
modo: nā infinitis modis pōt quis agere contra rōnem. Par. 7.
¶ In ſeptima particula [ſit autem] exponendo dictam
concluſionē docet quō medium demonſtrationis debeat
proportionari extremitatibus, ſuppoſito prius hoc fun
damento, ꝙ tā id cuius eſt cauſa. i. maior extremitas cu-
ius mediū eſt cauſa, ꝗ id cui eſt cauſa. i. ꝗ minor extre-
mitas, cui mediū eſt cauſa: vt conueniat illi maior extre
mitas, per accidēs conſiderari poteſt: vt ſi dicamus/ mu
ſicus edificat/ tā cauſa ꝗ effectus conſideratur per acci
dens: eſt enim muſicus cauſa per accidēs/ domus, et do
mus, effectus per accidens muſici. Addit vero ꝙ huiuſ-
modi propōnes non ſunt de numero eorū que proponū
tur. i. non ſunt problemata q̄ per ſe habent demonſtrari.
¶ Hoc igiẜ ſuppoſito ſubiungit ꝙ q̄lis fuerit habitudo
maioris extremitatis ad minorem, tale dꝫ eſſe medium.
Hoc eſt, ſi effectus qui eſt maior extremitas ſit equiuo-
cus. i. proueniens ex diuerſis cauſis, medium dꝫ eſſe illa
cauſa rōne cuius conuenit tali minori extremitati: ſi ve-
ro maior extremitas ſit eiuſdē generis cū minori extre-
mitate, mediū debꝫ eſſe eiuſdē generis. Ponit priꝰ exem
plū ſecundi: vt ſi iſte effectus qui eſt/ cōmutata ꝓportio-
ne ſe habere/ demonſtrandus ſit de quatuor lineis, aut
de quatuor numeris (vt ſicut duo ad vnum, ita ſex ſe ha
bent ad tria: ergo ſicut ſex ad duo, ita tria ſe habent ad
vnū) dꝫ ſumi ꝓ medio hic terminus/ quātitates propor-
tionabiles/ nā ꝗuis linea ⁊ nūerus ſint diuerſe ſpēs q̄n-
titatis, tñ illud mediū ꝑꝑ quod illis conuenit ꝑmutatim
proportionari/ eſt vna rō eiuſdē generis cōmunis illis.
Exēplū aūt primi eſt in coloribus ⁊ figuris: vt ſi ſimilitu
do debeat demōſtrari de coloribus, aliud mediū debet ſu
mi ꝗ ſi demonſtretur de figuris: rō enim ſimilitudinis in
coloribus dꝫ ſumi in ordine ad ſenſum: qꝛ. ſ. eodē modo
afficiunt ſenſum: vt albedines diſgregāt, nigredines cō
gregant viſum: ſed rō ſimilitudinis in figuris conſiſtit in
Par. 8. equalitate angulorū ⁊ laterū. ¶ In octaua ꝑticula [cau
ſa autē] ex dictis colligit hanc concluſionem principali
Cōcluſio ꝑncipalis ter intētam in hoc capite. Paſſio et propriū eius ſubiec
tū a propria ⁊ ꝑ ſe cauſa cōuertuntur: vt ſi eſt riſibile, eſt
aial rōnale ⁊ ſi eſt aial rōnale, ē hō ⁊ ecōuerſo. Mediū vo
cat cām, paſſionē vero id cuiꝰ eſt cauſa, ſed ſubm̄ id cui
eſt cauſa. Unde ſubiūgit ꝙ ſi pro ſubiecto ſumantur ſin
gule ſpecies primi ſubiecti talis paſſionis tūc paſſio ex-
cedit talia ſubiecta: vt ſenſibile cuiꝰ propriū ſubiectū eſt
aial, ſupius eſt ad hominē ⁊ equū. Ponit aūt exemplū
vt ſolet in mathematicis, oñes namqꝫ ſimul angulos ex
trinſecus quatuor rectis equiualere/ eſt paſſio ſuperior
ad triangulū et quadrangulū, imo ad ſingulas ſpecies
figure rectilinee: nō .n. ſolū triāgulo ⁊ quadrāgulo, ſed
pentagono ⁊ exanogo ⁊ aliis omnibus, rectilineis illud
cōuenit, vt ex. 13. ⁊. 32. cōcluſionibus Euclidis libro pri-
mo colligitur. Si tñ dicas omnis figure rectilinee angu
li oēs extrinſeci equiualēt quatuor rectis, tūc equatur:
ideſt talis paſſio cōuertitur cū figura rectilinea. Et ſimi
liter inquit, ſe hꝫ mediū talis paſſionis ꝙ. ſ. excedit ſingu
Corolla. las ſpēs figure rectilinee. ¶ Inde infert corollariū ꝙ me
dium extremi rō eſt primi. i. medium quo maior extremi
tas cōuenit minori, eſt diffō primi ideſt maioris extremi
tatis: et iō oñes ſcientie demōſtrant per talē diffōnē. Ut
verbi grā/ frōdibus expoliari/ eſt paſſio ſupior ad vitem
et ficū et ad alias plures arbores et plantas, nō tamen
omnes ſuperat, ſed equatur alicui/ qꝛ datur aliqđ primū
ſubiectū. i. aliquod genus arboris cui primo cōuenit illa
paſſio,

paſſio, que poterit demonſtrari de tali ſubiecto per ꝓpri
um medium: puta ꝑ hoc ꝙ eſt humidū congelari. Ois. n.
arbor cuius hūidū congelatur, ſpoliatur frōdibus: ſed il
lud idē ꝙ eſt humidum congelari et diffō huius quod eſt
frōdibus ſpoliari/ ſiue/ frondes fluere. Si enim queratur
quid eſt frondes fluere, rñdebitur ꝙ eſt ſuccū gelari vbi
foliū ſemini arboris coniungiẜ. ¶ In nona ꝑticula [in fi
9. Parti. guris aūt] docet quō hec oia in mō ⁊ figura exerceātur
docet inqꝫ quō paſſio cōis que pōt hēre plures cās remo
tas, ꝑ illas, tāqꝫ per diuerſa media, demōſtretur đ diuer
ſis ſpēbus diuerſoꝝ generꝝ, quibus ille cauſe ꝓprie cōuer
niunt. Exempli grā lōge vite, proxima ⁊ ꝓpria cauſa eſt
bonitas cōplexionis: ⁊ iō ꝓprie demōſtratur hoc mō. Oē
aial bone complexionis eſt lōge vite in ſuo gñe. Petrus
eſt bone cōplexionis: ergo. At vero cauſa bone cōplexio
nis alia eſt in quadrupedibus, puta parū hēre colere et
fellis, vt eſt in ceruo: in auibus aūt, multū habere ſiccita
tis: que ſubinde cauſe ſunt remote lōge vite. Si ergo. a.
ideſt longā habere vitā/ ponatur ineſſe. b. ideſt huic me
dio quod eſt/ carere colera/ ⁊. b. cuicunqꝫ eorum cōpetat
que ſunt. d. ideſt oñibus ſpēbus quadrupes (quadrupes
.n. ſit. d.) fit vt. a. vl̄e ſit hiſce. ſ. ſpēbus. d. Uniuerſale aūt
Uniuerſale primū. (inquit) idē eſt ꝙ ſuperius ad aliud: ſed vl̄e primū eſt id
qđ eſt ſupius ad ſingula, cōuertitur tamē cū oñibus ſi-
mul: vt lꝫ vniuerſale hoīs ſit quodcūqꝫ ſupius vſqꝫ ad ge
neraliſſimū, tamē vl̄e primū, ſolū eſt/ aial/ qđ cōuertitur
cū diſiūcto ex oñibus ſpetiebus aialis. Quare. d. eſt vl̄e
primū oium ſpērum quadrupedis. a. vero eſt vl̄e, quod
etiā cōuenit auibus. Et hoc eſt qđ ait, ꝙ. a. eſt ſupius, ꝗ
.b. qđ conuertiẜ cū. d. nā ſi. b. nō eſſet inferiꝰ nō eſſet cauſa
ipſiꝰ. a. loquitur. n. de cauſis inadequatis ⁊ remotis. Qđ
ſi rurſus. b. i. carere colera nō oñibus cōpetit. e. i. ſpēbus
auis (. e. n. eſt/ auis) cōuenit. a. ſpeciebus. e. per aliud me-
diū ꝗ. b. illud: ergo erit. e. ſ. ſiccitatē habere. Quare eiuſ
dē. ſ. lōge vite ſūt plures cauſe: nō quidē ꝑme ⁊ proxime,
ſed erūt cauſe quibꝰ ille effectꝰ cōueniat diſtinctis ſpetie
bus ⁊ gñibus animalis. Et ita de ceruo oſtēdiẜ hēre lon
gā vitā hoc mō/ oē quadrupes parū hēns colere eſt lōge
vite: ceruus eſt hmōi: ergo. Maior vero demonſtrabitur
per ꝓximā cauſam ſic/ oē aial bone cōplexionis eſt lōge
vite: oñe quadrupes parū habēs colere eſt hmōi: ergo.
Tex. 26. ¶ In decima et poſtrema ꝑticula [Qđ ſi nō ſtatim] que
ex tex. 26. mouet ⁊ ſoluit dubium circa ea que dicta ſunt.
Dubiū autē eſt hoc. Cū dictū ſit vl̄em paſſionē non ſta-
tim accedere ad indiuiduū. i. nō primo cōuenire ſpēbus
ſpecialiſſimis, ſed per cauſas intermedias, vt mō dice-
bamꝰ, queritur vtrū cauſa ꝓxima cur illud vniuerſale cō
ueniat illis ſpēbus ſpecialiſſimis, debeat ſumi ex ꝑte ip-
ſius vl̄is primi. i. ipſius paſſionis, an ex ꝑte potius ſin-
gularū ſpecierū quibus ineſt. Et rñdēt ꝙ dēt ſumi ex par
te ipſarū ſpērum quibus ineſt. Ut cauſa proxima ipſius
vl̄is. ſ. longā habere vitā, eſt bona cōplexio: ſed cauſa ꝓ-
xima cur lōga vita inſit ceruo, eſt carētia colere. Et hoc
eſt quod ait. Quod. a. ſ. lōga vita cōpetat. d. ſ. ceruo, cau
ſa eſt. c. ſ. carentia colere: ꝙ autem. a. cōpetat ipſi. c. cau-
ſa eſt. b. ſ. bona complexio, que cauſatur ex carentia co-
lere. a. vero per ſeipſum cōpetit ipſi. b.

¶ De principiorū cognitione. C. 18. Tex. 27

D E principiis autē, & quo pacto nota
nobis euadant, & quis habitus ea cog
noſcēdi ſit, hinc pate fiet, ſi prius ea de
re dubitauerimus. Fieri itaque nō poſ
ſe, vt demōſtratione quiſquā ſciētiam
cōſequatur: ſi prima principia mediis vacātia nō
noſcat, priꝰ eſt dictū explicatūqꝫ. Dubitauerit aūt
quiſpiam eorū quæ mediis vacant, cognitio eadē
ſit nec ne: & vtrū ſcientia vtriuſqꝫ ſit, nec ne: aut
alterius quidē ſciētia, alterius autē aliquod aliud
genus, & vtrū habitus eorū non inſit, ſed fiāt, ac-
quiranturqꝫ: an vero in ſint quidem, ſed late ant.
¶ Equidē ſi ipſos habemꝰ, abſurdū eſt ſane. Fiet
.n. vt nos certiore, quā vlla demōſtratio eſt, cogni
tione prȩditos eſſe ignoremꝰ. Sin vero quas priꝰ
nō habemus, inde acquirimus, quo nā pacto cog
noſcimus, diſcimuſqꝫ, quorum antecedēs notitia
nulla eſt? Id .n. fieri nequit, vt de demonſtratione
etiam dicebamus. Conſtat igitur fieri non poſſe,
vt hos aut habeamus (nō enim ſane ignoremus)
aut ingari nullūqꝫ eorū habētes habitū, conſequa
mur. ¶ Neceſſe eſt itaqꝫ vim quidē nos aliquā po
tētiamqꝫ habere, nō talem vero quæ his ipſis exa
tior certitudineqꝫ prȩſtabilior ſit. Videẜ autē idip
ſum animalibus cūctis ineſſe: vim. n. quandā inſi
tam diſcernēdi habent, quā quidem vniuerſi ſen-
ſum appellant. Inſito autem animalibus ſenſu, in
quibuſdā formȩ ſenſibilis manſio fit, in quibuſdā
nō fit. In quibus igitur non fit, hiſce prȩter ipſum
ſentire cognitio aut omnino nulla, aut eorū circa
quæ formæ māſio nō fit: nulla eſt. In quibus autē
fit vt cauſa ſentiūt vnū quid in anima habeant, in
iis cū multa talia fiūt differētia quædam emergit:
itaqꝫ quibuſdā e taliū viſorū māſione ratio fit, qui
buſdā non fit. ¶ Ex ſenſu igiẜ fit memoria, queād
modū dici ſolet: e memoria vero ſæpius eiuſdē rei
facta, experiētia naſcitur. Plures. n. memorȩ, nu-
mero vna eſperiētia eſt: ab experiētia vero illa ge-
nita, ex oñibus notitia fit: vniuerſali quidē in aīa
iam cōſecuto, quod eſt vnū præter multa, quodqꝫ
in oībus illis vnum ineſt, principiū artis atqꝫ ſciē
tiæ: artis quidē, ſi circa gñationē ſit: ſciētiæ vero,
ſi ſit circa id quod eodēmodo ſemper exiſtit. Neqꝫ
igitur determinati habitus inſunt, neqꝫ ab aliis ad
cognoſcēdum magis aptis habitus, ſed a ſenſu, vt
diximꝰ, fiunt: veluti in prȩlio facta fuga cū cōſtitit
vnus, cōſtitit & alius, & alius, deinde, donec ad pri
cipiū eſt vetū. Anima certe talis eſt, id pati vt poſ
ſit. ¶ Quod aūt dictū eſt antea, ſed nō dilucide di
ctū eſt, id rurſus dicamus. Nā cū eorū quæ eadē
impromiſcuāqꝫ in oñibus rationē habēt, vnū con
ſtiterit, principio vniuerſale quidē in aīa eſt, pri
mū tum in anima naſciẜ vniuerſale. Etenim ſenti-
tur ſingulare quidē, ſenſus aūt ipſius vniuerſalis
vt hominis, nō autē Callię hominis eſt. Rurſus in
his ipſis ſtat, quouſqꝫ & ea quæ partibus vacāt, &
ipſa ſtēt vniuerſalia: veluti tale animal, donec ſtet
animal, & in hoc modo eodē. Neceſſe eſt igitur, vt
ex hiſce patet, ipſa prima inductione cognoſcere.
Sic. n. & ſenſus efficit in nobis ipſum vniuerſale.
¶ Cū autē mentis habituū, quibus verū perſpici
mus, quidā veri perpetuo ſint, vt intellectus atqꝫ
ſciētia: quidā autē interdū falſum ſuſcipiāt, vt opi
nio, ſubducēdæqꝫ rationis vis, nullūqꝫ aliud genꝰ
exactius ſcientia ſit quā intellectus, atqꝫ pricipia
notiora ſint demōſtrationibus, ſcientiaqꝫ cū ratio
ne ſit omnis: hæc inquā cum ita ſint, ſcientia qui
dē principiorum non erit: ſed cū fieri nequeat, vt
aliud

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aliud quicquã verius ſcientia quam intellectus ipſe ſit, intellect⁹ profecto principiorũ habitus erit. Quod ex eo quoq; perſpicuũ fuerit, quia demonſtrationis pricipiũ non eſt demonſtratio. Quare neq; ſcientię ſcientia. Si igitur præter ſcientiam, nullum aliud genus verum habemus quam intellectum, intellectus ſane ſcientię principium erit: atq; principiũ quidem eſt ipſius principij: ſciẽtia autem, ad rem omnem ſeſe habet ſimiliter.

CApitulũ hoc. 18. atq; adeo poſtremũ, quod apud Cõmentatorẽ eſt tex. 27. in ſex q; diuiditur particulas, ſextũ eſt atq; vltimũ membrũ huius ſecundi libri. In quo poſt longã diſputationẽ qua tradditꝰ eſt modus cognoſcendi principia incõplexa .ſ. qđ quid/ et ꝑpter quid eſt/ breuiter oſtẽdit quomõ cognoſcãtur principia cõplexa, que prima ſunt & immediata: nã ſi ſint mediata, in primo libro mõſtratuз eſt probãda eſſe per reſolutionem ad immediata. Atqui hoc (inquit) cognoſcetur ſi de reipſa prius dubitauerimus. Supponit ergo primũ ex priori libro ꝙ nulla demonſtratio ſufficit generare ſcientiam, niſi prima ipſa principia, in que omẽs premiſſe reſoluuntur, cognoſcantur. Quo ſuppoſito mouet tres queſtiones, in hoc capite terminãdas. Prima eſt, vtrum eadem ſit cognitio omniũ principiorũ ideſt vtrũ idẽ ſit modus cognoſcẽdi omnia. Secũda, vtrũ vtriuſq; (.ſ. generis principiorũ mediatorum et immediatorum) ſit ſcientia, an alterius (.ſ. mediatorũ) ſit ſcientia, aliorũ vero (.ſ. immediatorum) ſit aliud genus cognitionis, puta intellectus. Tertia queſtio eſt. Utrũ cognitio primorum principiorũ ſit aliquis habitus a natura genitus, qui latet nos anteq̃ ipſo vtamur, an ſit potius habitus vſu et exercito acquiſitas vti habitus ſcientie. ¶ In ſecunda particula [Si igitur ipſos] diſputat tertiã queſtionem pro vtraq; parte. Et ꝙ non ſit habitus naturalis probat, q2 ſi eſt a natura genitus, neceſſe eſt vt nos lateat et ſit ocultus anteq̃ habeamus rationiſ vſum: abſurdũ autem eſt, inquit, vt habitus intellectuſ: cũ ſit certior illo qui acquiriť per demõſtrationem, lateat nos, et tamẽ habitus ipſe ſciẽtie non lateat habentẽ: dictum .n. eſt in primo libro ꝙ ſciens aliquã concluſionẽ, ſcit ſe ſcire illã. At ꝙ non ſit acquiſitus per artẽ arguit: q2 tunc habitus primorũ principiorum deberet generari ex preexiſtenti cognitione ſicuti ſciẽtia ipſa, ois enim cognitio .i. iudiciũ propõniſ ex preexiſtente fit cognitione: vt in fronte ſtatim primi libri propoſitũ & expoſitũ eſt: ſi tamẽ ſint prima principia, repugnat vt eorũ cognitio ex preexiſtẽte fiat cognitione. Et ita concludit dicens [Conſtat igitur &c.] .i. cõcluditur verũq; partẽ eſſe falſam .ſ. et ꝙ talis habitus ſit a natura, q2 tũc nullo eum tẽpore ignoraremuſ: & rurſus falſum eſt vt eũ prius nõ habẽtes poſtea acquiramus: q2 non apparet, ex qua priori cognitione generetur. ¶ In tertia particula [Neceſſe eſt itaq;] ſoluit eandem tertiã queſtionẽ per hanc concluſionem. Cognitionẽ primorũ principioꝝ precedit in nobiſ a natura vis aliqua et potẽtia qua principia cognoſcimus: nõ tñ precedit aliquis habitus qui ſit certior ipſis principiis, ſicut habitum ſcientie precedit habitus intellectus. Explicat antẽ ſtatum que nã ſit iſta precedẽs virtus & potẽtia. Eſt .n. ſenſus et intellectus. Unde diſtinguit dupliciter inter animalia. Omnibus enim inquit in vniuerſum animalibus cõis eſt potẽtia ſenſitiua, qua diſcernũt obiecta quibus nutriũtur. Cum .n. omne aial alimento aliquo nutriatur, datꝰ eſt illi ſenſus quo nutrimẽtũ percipiat. Eſt tñ prima dĩa ꝙ in aliquibus animalibus manet aliqua impremiſſio ſenſibilis in abſentia obiecti .ſ. in animalibꝰ perfectis memoriã habẽtibꝰ: in aliis vero aut nulla impreſſio manet, ſicut in his que non mouentur localiter, aut forte non manet: niſi qñ obiñ eſt vehementiſſimũ, vt in aliquibus animalibus imperfectis. Et in iſtiſ nulla eſt cognitio ſenſitiua: niſi in preſentia obiecti. Secunda dĩa eſt inter animalia habentia memoriam: ꝙ licet omnia reſeruent ſpẽs ſenſibiles in abſentia obiecti, bruta quidẽ que intellectu carẽt non cõferunt vnum ſingulare ad aliud: quare nõ poſſunt elicere vľe ex ſingularibus: homineſ vero qui ſunt virtutis intellectiue, poſſunt vnũ ad aliud ſingulare comparare non ſolũ in intellectu ſed quodã mõ etiã per virtutẽ imaginatiuã, que altior eſt q̃ in brutis, vt in .2. de aia videbitur. ¶ His ergo ſuppoſitis, in quarta ꝑticula [Ex ſenſu igiť] probat Ariſt. concluſionẽ, dicens, ex ſenſu fieri memoriã queadmodũ dici ſolet, vt habeť .1. meta. cap. 1. ex memoria vero fit experiẽtia (que nõ eſt aliud q̃ memoria ſepe eiuſdẽ rei frequentata) ab experiẽtia vero hõ per intellectũ abſtrahit vľe, qđ eſt vnũ preter multa vt in prologo predicabilium queſtione prima ſatis expoſitũ eſt. Illa igiť cognitio vniuerſalis, ſi ſit circa generationem .i. circa factibilia cõtingẽtia, eſt principiũ artis: ſi vero ſit circa id qđ eodẽ modo ſemp exiſtit, eſt principiũ ſcientie. ¶ Concludit ergo [Neq; igitur] .i. habitus principiorũ neq; ſunt determinati .i. naturaliter geniti, neq; ex aliis certioribꝰ generãtur: ſed a ſenſu hoc mõ fiunt. Ueluti in prelio dũ ex his q̃ victi fugiũt vnus pedẽ ſiſtit, & itẽ alter, & tertius, reparato agmine, fit principium integrãdi bellũ. ¶ In quinta particula [Quod autẽ &c.] explicat amplius hãc rationẽ. Ubi notandũ eſt ꝙ ſi ſenſus nõ perciperet niſi ſingularia determinata ſub rõne ſingulariũ, puta Calliam et Socratẽ, non vtiq; poſſet abſtrahi vľe, q2 in illis nulla ratio vľis lucet: ſed tñ ſenſus percipit ſingularia vaga .ſ. hunc hoiem, hoc aial, hãc ſubſtantiã &c. Et ideo cũ illic iam luceat rõ vľis, intellectus agẽs ex ſenſu abſtrahit illã rõnẽ vľem a ſingularibus .ſ. hõ/ aial &c. ¶ In ſexta demũ & poſtrema ꝑticula [Cũ autẽ] rñdet Ariſto. ad priores alias duas queſtiones. Et ſolutio ad ambas ſtat in hoc .ſ. ꝙ oium primoꝝ principiorũ eadẽ eſt cognitio: non quidẽ ſcientia, ſed intellectus probat duobus rationibꝰ. Prima. Habituũ intellectus alij ſunt quidẽ perpetuo .i. ſemp veri: vt intellectuſ & ſciẽtia (pretermittit ſapientiã, quã .6. ethico. iſtis enumerauit, eo ꝙ cũ includat intellectũ & ſcientiã, per iſtos intelligitur) alij vero ſunt qui poſſunt eſſe falſi: vt opinio et aſſenſus quẽ generat ſyllogiſmus falſigrafus et dialecticus (quos vocat vim ſubducẽde .i. decipiẽde rõnis) Habitus: ergo principiorũ, cum ſit neceſſarius, nõ põt eſſe opinio: ergo vel eſt intellectꝰ vel ſciẽtia. Rurſus cũ principia ſint notiora q̃ ſciẽtia, et intellectus ſit certior q̃ ſcientia, fit vt habitus principiorũ non ſit ſciẽtia, ſed intellectus. Secũda rõ eſt ibi [Ad ex eo] Principiorum primorũ demonſtrationes nõ eſt demõſtratio, alias demonſtrationes irent in infinitum, ſcientia vero generatur per demonſtrationẽ: ergo habitus principiorũ non eſt ſcientia: cũ ergo preter ſciẽtiam nullus alius ſit habitus neceſſarius q̃ intellectus, fit vt habitus principiorũ ſit intellectus. Inter obſcuritatem prolixitatẽq; huius operis cum nauigauerim: haud ſcio vnde plus damni acceperim: vt cũq; tamen, deo debetur ꝙ emerſerim, cui laus in eum ſit perpetua.

tres queſ.

Abſtratio vniuerſal.

Cõcluſio.

¶ Finis Cõmentariorum fratris Dominici Soto theologi in libros poſteriorum Ariſto.

PERIHERMENIAS ARISTOTELIS LIBRI DVO, IOANNE ARGIROPYLO, Byzantio, vt conſequenter interprete.

¶ De intentione Autoris. Caput primum.

PRIMO DEFINIre oportet, quidnã ſit nomen, & quid verbũ: deinde quid negatio, quid affirmatio: quid enuntiatio: quid deniq; oratio ſit. Ea igiť, quæ in voce conſiſtunt ſigna ſunt affectuum, qui in anima ſunt: & ea, quæ ſcribuntur, notę ſunt eorũ, quę in voce conſiſtunt. Atq; vti non eædem ſunt apud omnes homines literæ: ſic neq; voces eædẽ ſunt. Affectus tamen quorum hæc ſigna ſunt: primo ijdem apud omnes homines ſunt: res quoq;, quarum hi ſimilitudines ſunt eaſdem itidem eſſe conſtat: verum de his in libro de Anima dictum eſt: ad aliam enim facultatem huiuſcemodi conſideratio pertinet. ¶ Quemadmodum autẽ in anima conceptus eſt interdum ſine veritate, aut falſitate: interdum eſt talis, vt horum alterum ei neceſſario competat: ſic & in voce eſſe videtur: nam verũ, falſumq; in compoſitione, diuiſioneq; conſiſtit. Ipſa igitur nomina verba ſimilia ſane ſunt ei conceptui: qui ſine compoſitione, diuerſioneq; eſt: velut hoc nomen album, vel homo, cum nihil additur ipſi: nondum enim verum eſt, aut falſum: cuius quidẽ hoc indiciũ eſt: hippocentaurus eñ aliqd quidẽ ſignificat: at nondũ verũ eſt, aut falſum, niſi eſſe, aut nõ eſſe additũ: aut ſimpliciter, aut reſpectu tpis fuerit.

¶ De nomine. Cap. 2.

NOmen igitur vox eſt ſignificatiua ex inſtituto ſine tẽpore: cuius nulla pars ſignificat ſeparata. Nã hoc in nomine equiferus nihil per ſeipſum equus ſignificat: ſicut hac in oratione, equus eſt ferus: verũ non vt eſt in ſimplicibus nominibus: ſic & in cõpoſitis eſt: in illis enim nullo pacto pars eſt ſignificatiua: in compoſitis vero videtur quidem: nihil tamen ſeparata ſignificat: vt ĩ exẽplo patet antea dicto. Ex inſtituto autẽ diximus: quia nullũ nomen eſt ſignum natura: ſed cum eſt poſitũ: nam ſignificãt & ij ſoni qui ſcribi non poſſunt: vt beſtiarũ quorũ nullũ eſt nomen. ¶ Hoc autẽ non homo non dico eſſe nomen: at neq; nomen eſt poſitũ quo ipſum appellare oportet: neq; enim eſt oratio: neq; negatio: ſed infinitum nomen vocetur: quoniam & quod eſt, & quod non eſt in ratione rerum ſine diſcrimine vllo ſignificat. ¶ Hoc etiã Philonis, aut philoni, & hiſce ſimilia nomina non ſunt: ſed nominis caſus. Atq; ratio eius in cæteris quidẽ eſt: illo autem differt. Si enim addideris, eſt, vel erat vel erit hoc quidem neq; verum, neq; falſum euadet. Nomen autẽ ſemper: veluti Philonis eſt: aut non eſt: nondum enim verum eſt: aut falſum.

¶ De verbo. Cap. 3.

VErbum autem eſt id, quod inſuper tẽpus ſignificat: & cuius nulla pars ſeorſum ſignificat: atq; ſemper eorum, quæ de alio dicuntur, eſt ſignum. Dico autem ipſum inſuper tempus ſignificare: quia valetudo quidem eſt nomen: valet autem verbum. Significat enim inſuper nunc eſſe: atq; ſemper eorum, quæ de alio dicuntur, eſt ſignum. Vt eorum, quæ de ſubiecto dicuntur: aut eorum, quæ in ſubiecto dicimus eſſe. ¶ Non valet autem: & non ægrotat: non dico verbum eſſe: nam inſuper quidem tempus ſignificat: ſemperq; de aliquo dicitur. At differentiæ nullum nomen eſt poſitum: ſed verbum infinitum vocetur. Quoniam de quocũq;, & de eo quod eſt: & de eo, quod non ſimiliter dicitur. ¶ Simili modo valuit: atq; valebit non verba: ſed verbi caſus appello. Quoniam illud quidem præſens ſignificat tempus: illa autem id: quod eſt circa præſens: exactum, inquam, atq; futurum. ¶ Ipſa igitur verba, cum per ſe dicuntur nomina ſunt: & aliquid ſane ſignificãt: nam qui dicit mentem vtiq; affirmat: & qui audiuit, quieuit. Sed ſi eſt: aut non eſt: nõdum ſane ſignificant: nec enim eſſe, aut nõ eſſe ſignum eſt rei: neq; ſi ipſum, quod eſt per ſe dixeris nudum. Ipſum enim nihil eſt. Significat autem inſuper compoſitionem quandam: quæ quidem ſine cõpoſitis intelligi nequit.

¶ De oratione. Cap. 4.

ORatio eſt vox ſignificatiua cuius partium aliqua ſeparata ſignificat, vt dictio: ſed non, vt affirmatio, vel negatio, vt homo ſignificat quidẽ aliquid: at non ſignificat eſſe: aut non eſſe: ſed erit affirmatio, aut negatio ſi aliquid ipſi addideris. Vna vero ſyllaba hominis nihil ſignificat: nec enim hac in dictione muſica, mus ſignificat aliquid: ſed vox tantum eſt. In compoſitis autem ſignificat quidem: ſed non per ſe, vt antea diximus. Aut vero omnis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

oratio ſignificatiua quidem eſt:at non vt inſtru-
mentũ:ſed vt inſtitutio queãdmodum dicimus.

℄De enuntiatione. Cap. 5.

NOn omnis oratio eſt enũtiatiua: ſed
ea tantum, quæ vera eſt, aut falſa.
Quod quidem non omnibus oratio
nibus competit:nam fit quidem ora
tio, cum quiſpiam optat non tamen
uera eſt, aut falſa:orationes igitur cæteræ omittan
tur. Ad oratoriam enim artẽ, aut poeſim: illarum
magis conſideratio pertinet. Enuntiatiua vero
præſentis eſt propria contemplationis. ℄Eſt ita
q; vna prima enuntiatiua oratio, affirmatio, dein
de negatio. Cæteræ vero oẽs coniunctione ſunt
vna. Neceſſe eſt autem enũtiatiuam omnem ora-
tionem ex verbo, aut caſu verbi cõſtare. Etenim
& ipſa hominis ratio niſi eſt, vel erat, vel erit: aut
aliquid tale addideris:nondum eſt enũtiatiua ſa-
ne oratio:quia vnũ quid eſt: & non multa animal
greſsibile bipes:Non ẽm, quia partibus coniun-
ctis pnuntiata eſt, erit vna:verũ id pertractare ad
aliam pertinet facultatem. ℄Eſt autem enuntiati
ua vna oratio, aut ea, quę vnum ſignificat:aut ea,
quæ coniunctione eſt vna. Plures vero eæ, quæ
plura, & non vnum ſignificant:aut eæ, quæ carẽt
coniunctione. Nomen igitur, aut verbum dictio
tantum vocetur:quippe cum fieri nequeat: vt is,
qui aliquid nomine, vel verbo ſignificat:ſic dicat,
vt enuntiet:ſiue interrogatus fuerit, ſiue non:ſed
ex ſeſe voluerit dicere. ℄Harum autem alia erit
enuntiatio ſimplex: veluti aliquid inquã, dicens
de aliquo:aut aliquid ab aliquo remouẽs: alia au-
tem ex his compoſita:veluti cõpoſita iam eſt ora
tio quędam, atq; ſimplex enuntiatio eſt vox ſigni
ficatiua eſſendi quippiam, vel nõ eſſendi:vti tem
pora ſunt diſtincta. ℄Affirmatio vero eſt de ali-
quo alicuius enuntiatio. Negatio autem enuntia
tio qua aliquid ab aliquo dimouetur. ℄Quoniã
autem fieri poteſt, vt quod competit enuntietur,
vt non competens, & econtra: quod non compe-
tit vti competeret:& quod non competit vti non
competens, & circa ea tẽpora, quæ ſunt extra prę
ſens ſimiliter:fieri ſane poteſt, vt oĩne, quod affir-
mauit quiſpiam negetur: & quod negauit quiſ-
piam affirmetur:quare patet cuilibet affirmationi
negationem:& cuilibet negationi affirmationem
eſſe oppoſitam. ℄Atq; hoc ſit contradictio affir-
matio, inquam, & negatio, quæ opponuntur. Op
poni autem eam dico, quæ eiuſdem de eodem:&
non equiuoce: & quęcunq; alia determinauimus
ad ſophiſtarum moleſtias euitandas.

℄De ſubiectis, & prædicatis enuntiationum.
Caput. 6.

CVm autem rerum aliæ ſint vniuer-
ſales, aliæ ſingulares. ℄Vniuerſa-
le dico, quod de pluribus aptum
eſt prædicari: quale eſt homo.
℄Singulare autem id, quod illam
legem ſubire nequit:quale eſt Callias:ſicq; neceſ
ſe interdum vniuerſalium, interdum ſingularium
cuidam aliquid ineſſe, vel non ineſſe enuntiare.
℄Si quiſpiam vniuerſaliter quidem de vniuerſa
libus enuntiat: competere, inquam, aut non com
petere quippiam, erunt enuntiationes iſtæ con-
trarię:atque de vniuerſalibus vniuerſaliter enun
tiare quempiam dico hoc modo: vt eſt omnis ho-
mo albus, nullus homo eſt albus. Quãdo autem
in vniuerſalibus non vniuerſaliter:non ſunt con-
trariæ. ℄Quæ autem ſignificantur: eſt eſſe ali-
quando contraria. Dico autem non vniuerſali-
ter enuntiare in his, quæ ſunt vniuerſalia hoc mo
do homo albus eſt, homo albus non eſt: homo
quidem eſt vniuerſale: at ille non vtitur, vt vni-
uerſali ipſa enuntiatione. Omnis enim non ſigni
ficat ipſum vniuerſale: ſed vniuerſalis prędicatio
nis eſt nota. Ei vero, quod vniuerſaliter prædica
tur ſi vniuerſalis prædcationis addideris notam
enutiationem non efficies veram. Nulla enim e-
rit affirmatio vera: in qua prædicationis nota v-
niuerſalis ei adiungitur, quod vniuerſaliter præ-
dicatur: vt omnis homo eſt omne animal. Affir-
mationem igitur, & negationem opponi contra-
dictoriæ quidem dico cum vniuerſaliter altera ſi-
gnificat altera non vniuerſaliter de eodem, vt om
nis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt:
nullus homo albus eſt, quidam homo albus eſt.
℄Contrariæ vero cum vniuerſaliter vtraque ſi-
gnificat de eodem: vt omnis homo albus eſt, nul-
lus homo albus eſt.

℄De regulis oppoſitionum. Cap. 7.

QVapropter fieri quidem non poteſt,
vt hæ ſimul ſint veræ. At fit, vt his
oppoſitæ veræ nõnunquam ſint de
eodem:veluti nõ omnis homo albus
eſt, & aliquis homo albus eſt. Cõtra
dictiones igitur eæ, quæ vniuerſalium vniuerſali
ter ſunt, ita ſeſe habent, vt altera pars earum ſit
neceſſario vera, altera falſa: eandem cõditionem
& in ſingularibus eſſe conſtat: vt Socrates eſt al-
bus, Socrates non eſt albus. ℄At eæ, quę vniuer
ſalium non vniuerſaliter ſunt, non ita ſe habẽt: vt
ſemper altera pars ipſarum ſit vera, altera falſa.
Hæ namq; ſimul ſunt veræ homo albus eſt, homo
albus nõ eſt:homo pulcher eſt, homo pulcher non
eſt:ſi enim turpis ſit, homo pulcher non eſt: & ſi
quippiam fit:id profecto non eſt. At enim abſur
dum ilico cuipiam hoc eſſe videbitur: propterea
quod hæ, homo albus eſt, & nullus homo albus
eſt:idem ſignificare videntur: at nec idem ſane ſi
gnificant:nec ſunt ſimul neceſſario veræ. ℄Patet
autem & vnius affirmationis vnam eſſe negatio-
nem:idem enim oportet negationem negare, qđ
affirmauit affirmatio ipſa: & ab eodem ſiue ſingu
lare ſit, ſiue vniuerſale, aut vniuerſaliter, aut non
vniuerſaliter ſumptum, vt eſt Socrates albus, nõ
eſt Socrates albus. Quod ſi quippiam aliud ab
eodem

eodem negauerit, aut idem ab alio:non erit hęc il
li:ſed alia ſane oppoſita. Huic vero omnis homo
albus eſt illa non omnis homo albus eſt. Et item
huic aliquis homo albus eſt, illa nullus homo al-
bus eſt: & huic rurſus homo albus eſt, illa homo
albus non eſt. ℄Dictum eſt igitur vnam affir-
mationem vni contradictoriæ opponi negationi:
& quænam ſint illæ:& contrarias alias eſſe:& quę
ſint etiam illæ:& item omnis contradictionis alte
ram partem veram, alteram falſam eſſe. Et cur ita
fit:& quando rurſus vera eſt, aut falſa.

℄De affirmatione, & negatione vna. Cap. 8.

EA autẽ vna eſt affirmatio, & item
vna negatio, quam vnum de vno
ſignificat: ſiue ſit, ſiue non ſit vni-
uerſaliter vniuerſale: vt omnis ho
mo albus eſt, non omnis homo al-
bus eſt:homo albus eſt, homo al-
bus non eſt: nullꝰ homo albus eſt, quidam homo
albus eſt: modo album vnum ſignificet. Quod ſi
duobus nomen eſt vnum poſitũ, ex quibus vnũ
non conſtat:non eſt vna affirmatio, nec vna nega
tio:veluti ſi quiſpiã æquo & homini, poſuerit no
men tunicam: hæc oratio tunica eſt alba, non erit
vna affirmatio, nec etiam vna negatio: hæc enim
homo equus eſt albus, nihil ab illa differre vide-
tur:at hęc nihil ab hiſce differt, equus eſt albꝰ, ho
mo eſt albus:quod ſi hæ plura ſignificant, & ſunt
plures: patet & primam illam, aut plura, aut ni-
hil ſignificare: non eſt enim aliquis homo equus.
Quare nec in his affirmationibus, negationi-
buſue neceſſe eſt alteram contradictionem ve-
ram, alteram falſam eſſe.

℄De futuris contingentibus. Cap. 9.

IN his igitur, quæ ſunt, & fuerunt:
neceſſe eſt affirmationẽ, aut nega-
tionem veram, vel falſam eſſe: atq;
earum quidem, quæ vniuerſales v-
niuerſaliter ſunt ſemper neceſſe eſt
alteram veram, alteram falſam eſ-
ſe:& ſingularium etiam vti diximus:nam earum,
quæ dictæ ſunt nõ vniuerſaliter vniuerſales non
neceſſe eſt alteram veram, alteram falſam eſſe. At
q; de his autem antea diximus. ℄In ſingularibus
autem:atq; futuris: non ſimiliter res ſeſe habet.
Nam ſi omnis affirmatio, vel negatio vera eſt, aut
falſa: & omne neceſſe eſt eſſe, aut non eſſe. Quare
ſi quiſpiam quidem dixerit quippiam fore: alius
autem illud idem non fore dixerit: neceſſe eſt, vt
patet alterum ipſorum dicere verum:ſi omnis af-
firmatio, vel negatio vera eſt, aut falſa: in talibus
enim non ſimul ambæ fuerint veræ. Nam ſi veræ
quiſpiã dicit hoc album, aut non albũ eſſe. neceſ-
ſe eſt album, aut non albũ eſſe. Et ſi eſt album, aut
non album: verum vtiq; dicit affirmando, aut ne-
gando:& ſi omnino non eſt: falſum dicit: & ſi fal-
ſum dicit:non eſt. Quare neceſſe eſt affirmationẽ
aut negationẽ veram, vel falſam eſſe. Nihil ergo
aut eſt, aut fit a fortuna: neq; eſt quidq̃ qđ æque
fieri, ac non fieri poſsit, neq; erit, aut nõ erit quid
quam: ſed omnia neceſſario eueniunt:& nihil eſt
quod ęque fieri, ac non fieri poſsit:nam aut is di-
cit verum, qui affirmauit, aut is, qui negauit:qua
re non eſt quidquam omnino talis naturæ. Ete-
nim etiam æque fieret, vel non fieret:id enim
quod æque fieri, atq; non fieri poteſt:non magis
ſic, aut ſic ſeſe habet, aut habebit. Præterea ſi eſt
nunc aliquid album vere quiſpiam prius aſſeruiſ-
ſet: ſi fore illud dixiſſet. Quare ſemper eſſet ve-
rum, ſi diceretur quoduis eorum, quæ facta ſunt
eſſe fore. Quod ſi ſemper eſſet verum, ſi dicere-
tur hoc eſſe, vel fore: fieri non poteſt, vt iſtud
non ſit, aut non oriatur. At quod fieri non po-
teſt, vt non oriatur:id impoſsibile eſt, vt non fiat:
ſed quod impoſsibile eſt, quod non fiat:id fieri ne
ceſſe eſt:vniuerſa ergo futura neceſſe eſt fieri:qua
re nihil eſt omnino, quod æque fieri, atq; non fie-
ri poteſt. Nec a fortuna quidquam eueniet. Sed
omnia neceſſario fiunt:nam ſi fortuna quippiam
euenerit: id non neceſſario erit. ℄At vero neq;
dicere quiſquam poteſt neutrum eſſe verum ve-
luti neq; fore, neque non fore: primo namq; cum
affirmatio vera non eſt, negatio vera non erit:
& cum hæc eſt falſa: fit, vt affirmatio non ſit vera.
Et inſuper ſi vere quiſpiam dicit albũ quippiam
eſſe ſimul & magnum: neceſſe eſſe vtrunq;:& ſi
vere dicit cras fore, oportet illud cras fore:quod
ſi neq; erit cras, neq; non erit: non erit id in ratio
ne rerum, quod æque fieri, atq; non fieri poteſt:
veluti naualis pugna: oportet enim neque fieri,
neq; non fieri pugnam naualem. Ea igitur abſur-
da, quæ eueniunt, hæc ſunt: & iſtiuſmodi cæte-
ra. Si neceſſe eſt enuntiationum oppoſitarum,
tam in vniuerſalibus vniuerſaliter: quam in ſin-
gularibus alteram ueram, alteram falſam eſſe: ni-
hil, inquam, in his eſſe, quæ fiunt, quod æque
fieri, atq; non fieri poſsit: ſed eſſe, ac fieri neceſſa
rio cuncta: quare nec conſultare opus eſt: nec ag
gredi res agendas: veluti ſi hoc quidem feceri-
mus, eueniet hoc: ſi hoc vero non fecerimus, non
eueniet hoc. Nihil enim prohibet & annos vſq;
centies centum vnum hoc fore, alterum non fore
dicere: vt neceſſario ipſorum eueniat alterum,
quod quidem vere tunc diceretur. At vero neq;
quidquam refert quippiam dicere contradictio-
nem: vel non dicere. Patet enim ita res ipſas ſeſe
habere: & ſi non alter quidquam affirmabit alter
negabit. Non ẽm quia affirmatio dicta eſt, aut ne
gatio: ideo res erit, aut non erit: neq; magis ſi ad
annos vſq; centies centum: q̃ quanto tempore fo
re, aut nõ fore dicatur: quare ſi in oĩni tẽpore con
tradictio ſic ſe habebat: vt altera pars ipſiꝰ ſit ve-
ra: neceſſe erat hoc fieri: & vnũ quodq; eorũ, quæ
fuere ſic ſemp ſeſe habebat, vt neceſſario fiat: nã
ſi vere quiſpiam dixit hoc fore: fieri nequit, vt nõ
oriatur ipſum, atq; eueniat: & ſi euenit, atq; eſt or
tũ ſemp antea verũ erat ipſum dicere fore. Siqui-
dem hæc eſſe nequeũt: videmꝰ enim principium

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

futurorum,& deliberando quippiam, atq; agendo:& omnino id, quod ſimiliter eſſe,atq; non eſſe poteſt in iis, quę non ſemper ſunt actu,in quibus vtrunq; & eſſe,inquam,& non eſſe contingit:quare & fieri,& non fieri: & rerum complures ita ſeſe habentes ipſis oculis cernimus. Nam, vt hoc exēplo percipiatur veſtimētum hoc poſsibile eſt ſcindi,& non ſcindetur: ſed tempore poſt cōteretur: ſimiliter & non ſcindi poſsibile eſt:non enim poſſet tempore poſt contritum fore ſi ſcindi non poſſet. Quare & in aliis ita eſt rebus quæcunq; talem potentiam ſubeunt. ❡Manifeſtum eſt igitur non omnia neceſſario vel eſſe,vel fieri: ſed quædam talia eſſe:vt ęque fieri,atq; non fieri poſsint: de quibus non eſt magis affirmatio, quam negatio vera,vel falſa quædam eſſe huiuſmodi, vt ipſorum magis quidem,& plerunq; alterum eueniat: poſsit tamen & alterum euenire alterū vero non euenire. ❡Neceſſe eſt igitur id, qd' eſt, quādo eſt eſſe:& id, quod non eſt, quando non eſt non eſſe: non tamen aut omne, quod eſt eſſe: aut omne, quod non eſt nō eſſe, neceſſe eſt: non enim idem eſt omne, quod eſt neceſſario eſſe cum eſt:& ſimpliciter neceſſario eſſe:& de eo, quod non eſt ſimili modo. Et in contradictione etiā ratio eadem eſt: omne namq; neceſſe eſt eſſe, aut non eſſe: & item fore, aut non fore: non tamen neceſſe eſt diſtincte alterum fore: veluti neceſſe eſt quidem pugnam naualē cras fore, aut non fore: non tamen fore pugnam naualem cras neceſſe eſt: neq; rurſus non fore: attamen fore, aut non fore neceſſe eſt. ❡Quare cum orationes ita ſunt veræ quemadmodum ſeſe habent res ipſæ: patet & contradictionem ipſam, quæ circa res eas efficitur, quæ ſic ſe habent, vt æque fieri, atq; non fieri,& eſſe, atq; non eſſe poſsint: neceſſario perinde ſeſe habent, atq; res tales ſeſe habent: & eandem cum illis legem ſubire: quod quidē in hiſce fit: quæ non ſemper ſunt, aut non ſemper non ſunt: contradictionis enim rerum ipſarum alteram quidem partem neceſſe eſt veram eſſe, vel falſam: non tamē hanc vel hanc: ſed vtraq; contigerit: fitq;, vt altera magis ſit vera: non tamen vera, vel falſa diſtincte ſicuti diximus. Quare patet non omnium affirmationum,& negationum oppoſitarum alteram neceſſario veram eſſe, alteram falſam: non enim in hiſce, quæ ſunt, ſic res ſe habet:& in iis, quæ non ſunt quidem eſſe vero, aut non eſſe poſſunt: ſed vti diximus.

Libri primi Finis.

LIBER SECVNDVS

❡De enuntiationibus infinitis. Cap. I.

QVONIAM AVtē affirmatio enuntiatio eſt quippiam de quopiam ſignificans: hoc autem nomēn eſt, aut id, quod nomine caret: vnū vero id eſſe, atq; de vno dici, qd' eſt in affirmatione oportet. Dictumq; eſt antea quidnam ſit ipſum nomen,& quid etiam id, quod nomine caret. Ipſum enim non homo non nomen: ſed infinitum nomen appello. Infinitum enim nomen vnum quodāmodo ſignificare videtur: quēadmodum & non valet nō verbum: ſed infinitum nuncupo verbum. Omnis affirmatio profecto,& negatio, aut ex noīe,& verbo: aut ex infinito nomine, verboq; conſtabit: namq; abſq; verbo nulla eſt affirmatio ſane, neq; vlla negatio. Et enim vel erat, vel fuit, vel erit,& quæcunq; alia ſunt huiuſcemodi verba ex numero ſunt eorum: quę poſita ſunt: ſignificant enim inſuper tempus. ❡Quare prima eſt affirmatio, atq; negatio, homo eſt homo non eſt. Deinde non homo eſt, non homo non eſt. Rurſus omnis homo eſt, non omīs homo eſt: omnis non homo eſt, non omnis non homo eſt. Eadem eſt ratio,& de tempore exacto, atq; futuro. ❡Cum autē ipſum eſt tertium inſuper prædicatur hoc pacto: homo iuſtus eſt. Vbi ipſum eſt tertium dico componi nomen, aut verbū in affirmatione: dupliciter iam ipſæ oppoſitiones dicūtur. Quare quatuor ob id ipſum erunt hæc: quorum duo quidem ſic ſe habebunt ad affirmationem negationemue ſimilitudine rationis, vt ipſe priuationes. Duæ vero non. Nam ipſum eſt, aut iuſto addetur, aut non iuſto: quare & negatio ſimiliter addetur: quatuor igitur erunt. Intelligamus autem id, quod dicitur ex iſce, quæ hic ſubſcribuntur. Homo iuſtus eſt, huius negatio eſt, homo nō iuſtus eſt: homo iuſtus non eſt: huius negatio eſt homo non iuſtus non eſt. Hic enim ipſum eſt:& item non eſt iuſto:& non iuſto adiungit. Hæc igit ſic ordine poſita ſunt, vt in reſolutiuis dictum eſt. ❡Simili modo ſeſe habebit oppoſitio & ſi nominis vniuerſaliter ſit affirmatio: veluti omnis homo iuſtus eſt: huius negatio eſt non omnis homo iuſtus eſt. Omnis homo non iuſtus eſt: huius etiā negatio eſt non omnis homo non iuſtus eſt. Attamen non fit, vt ſimiliter eæ, quę per diametrum collocantur ſimul ſint veræ: ſed fit nonnunquam. Omnis

Omnis homo iuſt⁹ eſt. Non oīs homo iuſtus eſt.

Simul Veræ

Nō oīs hō ī iuſt⁹ ē. Oīs hō ī iuſtus eſt.

Simul Falſæ

Nō oīs hō nō iuſt⁹ eſt. Omnis hō non iuſtus eſt.

❡Hæ igitur duæ ſunt oppoſitæ: aliæ vero duæ ſunt rurſus cum non homo tanquam ſubiectum quoddam accipitur: vt non homo iuſtus eſt, non homo iuſt⁹ non eſt: non homo nō iuſtus eſt, non homo non iuſtus non eſt. Atq; plures his oppoſitiones non erunt. Hæ vero ſeorſum ab illis: ipſæ per ſeipſas erunt cum non homo tanquā nomine vtantur, vt patet. ❡Quibus autem non accommodatur, eſt ipſum, vt cum hæc ponuntur, valet, ambulat,& iſtiuſmodi cætera: in iiſdem facit hoc pacto poſitum: ac ſi eſt ipſum adiungeretur: vt valet omnis homo non valet omnis homo: valet omnis non homo, non valet omnis non homo. Non enim dicendum eſt non omnis homo: ſed negationis nota: ipſum, inquam, non: addenda eſt huic termino homo. Omnis enim nō ſignificat ipſum vniuerſale: ſed vniuerſalis prædicationis eſt nota: quod quidem ex hiſce patet homo, valet homo, non valet: non homo valet, non homo non valet: hæ enim ab illis ex eo differunt: quia non dicunt vniuerſaliter. Quare omnis, vel nullus nil aliud ſignificare videtur, quā affirmationem, aut negationem vniuerſaliter dici: cætera igitur eadē ſunt addenda. ❡Cum autem huic affirmationi omne animal iuſtum eſt: ea negatio ſit contraria, quæ ſignificat nullum animal eſſe iuſtum, patet has quidem nunquam eſſe ſimul veras: oppoſitas autem his veras ſimul nonnunquā eſſe: vt non omne animal eſt iuſtum,& eſt aliquod animal iuſtum. At hæc nullus eſt homo iuſtus: ſequitur hanc, omnis homo non iuſtus eſt. Hæc etiam non omnis homo non iuſtus eſt: quæ quidem eſt illa oppoſita ſequitur illam, eſt aliquis homo iuſtus: neceſſe eſt enim aliquem eſſe. ❡Patet etiam in ſingularibus quidē ſi verum eſt interrogatū negare: affirmare etiā verum eſſe veluti eſt ne Socrates ſapiēs: non Socrates ergo nō ſapiēs eſt. In vniuerſalibus aūt non eſt ea vera, que ſimiliter dicit: ſed eſt negatio vera, velut eſt, ne omnis homo ſapiens: non ergo omnis homo nō ſapiens eſt: hoc enim eſt falſum: ſed illud eſt verū: ergo nō oīs homo ſapiēs eſt, atq; hæc quidē eſt ea, quæ opponit: illa vero eſt ea, quæ eſt contraria: ea autē, quæ infinita ſunt nomina, verbaq;: ſuntq; oppoſita vocibus hiſce, quæ ſunt nomina: atq; verba, vt non homo: nō iuſtus. Et huiuſcemodi voces ſine nomine, verboque videbuntur eſſe negationes: at non ſunt: ſemper enim neceſſe eſt negationem eſſe veram vel falſam. At hiſce, qui dixit non homo: non magis, q̄ is, qui protulit homo: ſed minus potius verum, vel falſum aliquid dixit: niſi quippiam ipſi addiderit. ❡Hæc autem eſt omnis non homo iuſtus nihil idem, quod nulla illarum ſignificat: nec item ea, quæ eſt ipſi oppoſita: nō eſt, inquā, omnis non homo iuſtus. At hæc, oīs non homo non iuſtus eſt: idem quod illa ſignificat nullus non homo iuſtus eſt. ❡At enim nomina,& verba tranſpoſita idem ſignificant: veluti albus homo eſt, homo albus eſt: nam ſi ita non ſit eiuſdem affirmationis plures erunt negationes: at demonſtratum eſt vnam oppoſitam eſſe vni: huius enim albus homo eſt, negatio eſt, albus homo nō eſt: huius autem, homo albus eſt, ſi non eſt idem, quod iſta, albus homo eſt: aut hæc erit negatio, non homo albus non eſt: aut iſta, homo albus non eſt: at altera quidem negatio huius eſt, non homo albus eſt: altera vero negatio huius, albus homo eſt. Quare affirmationis vnius duæ erunt negatiões. Patet igitur eandem affirmationem fieri negationemue: ſi nominis poſitio, verbiq; mutetur.

❡De enuntiationibus coniunctis,& diuiſis. Cap. 2.

VNum autem de multis, aut multa de vno, aut affirmare, aut negare: niſi ſit vnum quippiam id, quod ex pluribus illis ſignificatur, non eſt affirmatio, neq; negatio vna. Atq; vnum dico, non ſi nomen vnum ſit poſitum: non ſit autem quid vnum, ex illis: veluti homo eſt forſitan,& animal,& bipes,& mite: atq; ex his etiam fit vnum quiddam: ex albo vero,& homine,& ambulante non fit vnum. Quare neq; ſi vnum quippiam: de hiſce quiſpiam affirmauerit, vna erit affirmatio: ſed vox quidem vna plures autem affirmationes: neq; rurſus contra de vno dixerit hoc, ſed ſimiliter multa. Quod ſi diſſerendi interrogatio reſponſionis eſt poſtulatio: vel propoſitionis, vel cōtradictionis alterius partis: propoſitio vero cōtradictionis vnius eſt pars: non erit ad hoc vna profecto reſponſio: neque enim eſt ipſa interrogatio vna:& ſi eſt etiam vera: Sed de his eſt dictum in Topicis. Patet etiam inſuper neq; quid eſt: interrogationem eſſe differendi: nam, vt detur, ex interrogatione oportet, vt eligat vtram velit ipſe contradictionis partem enuntiare: ſed oportet interrogantem diſtinguendo interrogationem proferre hoc pacto: vtrum hoc ſit homo: an non hoc. ❡Cum autem eorum, quæ ſeorſum prædicantur: alia compoſita prædicentur: vt vnum omnia prædicatum: alia non prędicentur: quænā ſit differentia: de homine namq; verum eſt dicere animal ſeorſum:& bipes ſeorſum:& hæc eadem ſimul,& vnū:& homo rurſus &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſus & album ſeorſum: & hæc eadem ſimul & vnũ: ſed non ſiquiſpiam eſt ſutor: & bonus: ſutor dicendus eſt bonus. ℂNam ſi quia verum eſt ſeorſum vtrunq;: ideo & vtrunq; ſimul verum eſſe oporteat multa ſequentur abſurda. ℂDe homine namq; quopiam verum eſt dicere & ꝙ eſt homo: & ꝙ eſt etiam albus, quare & totum: rurſus ſi album verum eſt dicere: & totum: quare erit homo albus albus: atq; hoc in infinitum abibit. Et rurſus muſicus albus ambulans: & hæc ſæpius coniuncta dicentur: quorum in infinitum erit abitio. Præterea ſi Socrates Socrates dicitur, atq; homo: Socrates Socrates homo dicetur. Et ſi ipſe homo ſeorſum & bipes dicitur: & ſimul homo bipes: & homo homo bipes dicetur. Patet igitur ſi quiſpiam ſimpliciter complexiones ipſas fieri dixerit: multa abſurda inde emergere: verum dicendum eſt nunc: quonam ſint pacto ponendæ. ℂQuæ igitur per accidens prædicantur, aut de eodem, aut alterum de altero: ea non erunt vnum: velut homo & albus quidem, & muſicus eſt: ſed nõ vnum eſt album ipſum & muſicum: accidũt enim ambo eidem: neq; ſi vere dicetur album muſicum eſſe: album muſicum vnum quid erit: album enim per accidens muſicum eſt: quare album muſicum non erit quid vnum. Quocirca neq; ſutor bonus dicetur ſimpliciter: ſed animal bipes: quippe cum non per accidens hæc de illo dicantur: præterea nec ſimul ea dicentur, quorum alterum alteri ineſt.

Quapropter nec album ſæpius dicetur: neq; homo: homo animal eſt, aut bipes. Inſunt enim hæc homini animal, atq; bipes. ℂAt fit, vt eadem veræ coniunctim dicantur, atq; ſeiunctim: nam aliquem hominem: hominẽ, aut aliquem album hominem: hominem, atq; album dicere licet: non tamen ſemper. Sed cum in eo, quod eſt adiunctum oppoſitorum quippiam ineſt: ad quod ſequitur contradictio cum non vere, ſed falſo dicetur: vt ſi mortuum hominẽ, hominem dixeris eſſe. ℂCum vero non ineſt vere, an cum ineſt quidem ſemper non vere: cum vero non ineſt: nõ ſemper vere dicetur, vt Homerus eſt aliquid, velut poeta eſt.

Ne igitur an dicendum non eſt. per accidens eñ ipſum prædicatur, eſt de Homero: nam quia eſt poeta: ſed non per ſe de Homero ipſum eſt prædicatur. ℂQuare in quibus prædicationibus, neq; contrarietas ineſt: quod quidem facile diſcernetur: ſi pro nominibus rationes dicantur: & per ſe, & non ſecundum accidens prædicantur: in hiſce coniunctim & ſeorſum vera prædicatio fiet. Id autem, quod non eſt, non ex eo vere dicet̃ ens quippiam eſſe: quia eſt opinabile: non eſt enim ipſius opinio ipſum eſſe, ſed ipſum non eſſe.

ℂDe enuntiationibus modorum poſsibilis contingentis impoſsibilis, & neceſſarij. Cap. 5.

HIs autem determinatis conſiderandũ eſt deinceps quomodo ſeſe habent affirmationes, & negationes adinuicem huiuſce generis: poſsibile eſt eſſe: nõ poſsibile eſt eſſe: contingens eſt eſſe: & non contingens eſt eſſe: & de impoſsibili ſimili modo, ac neceſſario. Sunt enim de ipſis dubitationes nonnullę. ℂNam ſi complexionum eæ interſeſe cõtradictoriæ opponuntur: quæ per eſſe diſponuntur: atq; non eſse. Huius enim hominem eſse: negatio eſt hoc hominẽ non eſse: ſed non illud non hominem eſse. Et item huius hominẽ eſse album: hoc eſt negatio hominem album non eſse: ſed non illud hominẽ non album eſse. Alioquin vere quiſpiam dixerit lignũ hominem non album eſse: cum de quolibet affirmatio ſit, aut negatio vera. Et non ſolũ in his ita fit: ſed in illis etiam, in quibus eſse non additur: idem facit id, quod pro ipſo ſumitur eſse: nam huius homo ambulat: non eſt hæc negatio: non homo ambulat: ſed hæc homo non ambulat: nihil enim refert hominem ambulare dicere: vel hominem ambulantem eſse. Si hęc, inquam, ita ſunt, atq; vbiq; dictus modus ſeruatur: huius etiam nimirum affirmationis poſsibile eſt eſse: hęc erit negatio poſſibile eſt non eſse: ſed non illa non poſsibile eſt eſſe. At idẽ videtur & eſse: & non eſse poſse: omne namq;, quod poſsibile eſt ſecari, vel ambulare: poſſibile eſt & non ambulare, & non ſecari. Atq; cauſa huius hæc eſt: omne enim, quod hoc pacto poſſibile eſt: non ſemꝑ eſt actu. Quapropter ipſi competet & ipſa negatio. Poteſt eñ & non ambulare, qđ ambulare poteſt: & non videri, quod põt videri. At fieri nequit, vt enũtiationes oppoſitę de eodem ſint veræ: non eñ affirmationis huius poſsibile eſt eſse: hæc eſt negatio poſsibile eſt nõ eſse. ℂFit eñ ex his, vt aut idẽ de eodẽ affirmet̃ ſimul atq; negetur: aut nõ per eſse, atq; nõ eſse ea, quę addunt̃ affirmationes fieri, negatiõeſue. Quod ſi illđ fieri nequit: hoc erit vtiq; expetendũ. Huius igit̃ poſsibile eſt eſse: hoc eſt negatio nõ poſsibile eſt eſse: ſed nõ illud poſsibile non eſt eſse. Huius etiã contingẽs eſt eſse hoc eſt negatio non cõtingens eſt eſse: eadẽ & de cæteris ratio de impoſsibili, inquã, & neceſsario. Nãq; vt in illis eſse atq; non eſse ſunt additiões: cætera vero res ſunt ſubiectę: alia albũ, alia homo: ſic & in iſtis eſse quidẽ, atq; non eſse fiunt, vt ſubiecta. Poſse vero & cæteræ additiões diſtinguẽtes verũ, & falſum in iis ipſis perinde atq; in ipſis ipſum eſse, atq; nõ eſse facere ſolẽt. Huius autẽ poſsibile eſt non eſse negatio eſt nõ illud nõ poſsibile eſt eſse: ſed hoc nõ poſsibile eſt nõ eſse. Et huius poſsibile eſt eſse: nõ hoc poſsibile eſt nõ eſse: ſed illud non poſsibile eſt eſse. Quapropter hæ poſsibile eſt eſse: & poſsibile eſt nõ eſse: ſeſe mutuo ſequi vident̃. Idẽ eñ poſsibile eſt eſse, atq; non eſse: nõ eñ hæ poſſibile eſt eſse: & poſsibile eſt non eſse cõtradictorię opponunt̃: ſed iſtę poſsibile eſt eſse: & nõ poſſibile eſt eſse: nunq̃ de eodẽ ſunt ſimul verę: oppoſitæ nãq; ſunt. Hæ quoq; poſsibile eſt nõ eſse: & nõ poſsibile eſt nõ eſse, nunq̃ de eodẽ ſunt veræ. ℂSimiliter & huius affirmatiõis neceſſe eſt eſſe: non hæc neceſſe eſt, non eſſe negatio eſt: ſed hæc

non neceſſe eſt eſſe. Huius autem neceſſe eſt non eſſe: negatio eſt, non neceſſe eſt non eſſe: huius etiam impoſsibile eſt eſſe: non hæc impoſsibile eſt non eſſe: ſed illa non impoſsibile eſt eſſe, negatio eſt: at illius inpoſſibile eſt non eſſe, hæc ſane non impoſsibile eſt non eſſe, negatio eſt. Omnino autem quemadmodum dictum eſt: eſſe quidem, ac nõ eſſe ponere oportet vti ſubiecta. Hæc autem ad ipſum adiungere eſſe, atq; non eſſe affirmationem faciẽdo negationẽue. Atq; has oportet exiſtimare oppoſitas eſſe: poſsibile nõ poſsibile: contingens non cõtingẽs: impoſsibile: non impoſsibile: neceſſariũ non neceſſariũ: verum, non verum.

ℂDe conſequentiis, & æquipolentis enuntiationum dictos modos inuoluentium. Cap. 4.

COnſequentiæ quoq; cum ratione fiunt: ſi hoc pacto ponantur: nam illam quidẽ poſsibile eſt eſſe: ſequitur hæc contingens eſt eſſe, atq; cũ illa conuertitur. Et itẽ hæ non non impoſsibile eſt eſſe: non neceſſe eſt eſſe. At has poſsibile eſt non eſſe: contingens eſt non eſſe: hæ ſane ſequuntur: non impoſsibile eſt non eſſe, & non neceſſe eſt non eſſe. Illas etiam non poſsibile eſt eſſe: & non contingens eſt eſſe: hæ porro ſequuntur impoſsibile eſt eſſe: & neceſſe eſt non eſſe. Et illas inſuper non poſsibile eſt non eſſe: & non contingens eſt non eſſe: hæ nimirum ſequuntur impoſsibile eſt non eſſe: & neceſſe eſt eſſe. Atq; id, quod picitur ex hiſce, quę hic ordine ponuntur perſpiciatur.

Poſsibile eſt eſſe.	Contingens eſt eſſe.
Nõ impoſsibile eſt eẽ.	Non neceſſe eſt eſſe.
Poſsibile eſt non eſſe.	Contingens eſt non eſſe.
Nõ impoſsibile nõ eẽ.	Non neceſſe eſt non eſſe.

Nõ impoſsibile eſt eẽ.	Non contingens eſt eſſe.
Impoſsibile eſt eſſe.	Neceſſe eſt non eſſe.
Non poſsibile nõ eſſe.	Non cõtingẽs eſt nõ eſſe.
Impoſsibile eſt nõ eſſe.	Neceſſe eſt eſſe.

ℂHæ igitur impoſsibile eſt eſſe: & nõ impoſsibile eſt eſſe has contingens eſt eſſe, & poſsibile eſt eſſe: & non cõtingens eſt eſſe: & non poſsibile eſt eſſe: contradictoriæ quidem: ſed verſo modo ſequuntur. Affirmationem enim poſsibilis: impoſſibile, inquam: eſt eſſe: negatio ſequitur impoſsibilis: negationem autem affirmatio. Hanc enim non poſsibile eſt eſſe: ſequitur hæc impoſsibile eſt eſſe: nam impoſsibile eſt eſſe, affirmatio eſt: non impoſsibile autem eſſe negatio. ℂAt videndum eſt, quomodo ſeſe habent neceſſarij enuntiationes: atq; patet non eodem modo ſeſe habere: ſed contrariæ quidem ſequuntur. Contradictiones autem ſeorſum ſunt collocatæ: huius enim neceſſe eſt non eſſe: non eſt hæc negatio: non neceſſe eſt eſſe. Fieri enim poteſt, vt de eodem ambæ ſint veræ: qđ enim neceſſe eſt nõ eſſe: id non neceſſe eſt eſſe. Cauſa autem diſsimilitudinis huius hæc eſſe videtur, impoſsibile enim idem poteſt quod neceſſarium cum contrario aſsignatur modo: quod enim impoſsibile eſt eſſe: id non neceſſe eſt eſſe. ſed neceſſe eſt non eſſe: & quod impoſsibile ęſt non eſſe: id neceſſe eſt eſſe. Quamobrem ſi ille perinde ſeſe habent, atq; poſsibilis, & non impoſsibilis enunciationes eæ non eodem modo: ſed contrario modo ſeſe habebunt.

Quippe cum neceſſarium, ac impoſsibile non idem ſignificent: niſi verſo modo fuerint aſsignata: quemadmodum diximus. ℂAt fieri non poteſt, vt hoc pacto collocentur neceſſarij contradictiones: quod enim neceſſe eſt eſſe: id poſsibile eſt eſſe: nam ſi ita non ſit: ſequetur ſane negatio: quippe cum neceſſe ſit affirmare, aut negare. Quare ſi non poſsibile eſt eſſe: impoſsibile eſt eſſe: impoſsibile eſt igitur id eſſe, quod neceſſe eſt eſſe: quod quidem abſurdiſsimum eſſe conſtat. Atq; hanc poſsibile eſt eſſe, ſequitur hæc, non impoſsibile eſt eſſe: at hanc ſequitur illa non neceſſe eſt eſſe: quo fit, vt quod neceſſe eſt eſſe, id non neceſſe ſit eſſe: quod abſurdum eſt. ℂAt vero neq; hæc neceſſe eſt eſſe: neq; illa neceſſe eſt non eſſe: ſequitur illam poſsibile eſt eſſe: ei namq; quod poſsibile eſt ambo accidere poſſunt: vtrauis autem iſtarum ſit vera: illa non erunt profecto vera: ſimul enim poſsibile eſt & eſſe, & non eſſe. Si vero neceſſe eſt eſſe, aut non eſſe: non erit poſsibile vtrunq;: reſtat igitur, vt hæc non neceſſe eſt non eſſe: hanc poſsibile eſt eſſe ſequatur.

ℂHæc enim eſt vera profecto ſi de hac quoq; dicatur neceſſe eſt eſſe. Hæc & contradictoriæ ei opponitur, quæ ſequitur illam: non poſsibile eſt eſſe. Illam namq; ſequitur heæ impoſsibile eſt eſſe: & neceſſe eſt non eſſe: cuius negatio eſt hæc, non neceſſe eſt non eſſe. Sequit̃ igitur & heæ contradictiones perinde atq; cæteræ. Atqui nullum prorſus abſurdum videtur emergere ſi hoc pacto ponatur. ℂAmbiget autem quiſpiam, ſi hanc neceſſe eſt eſſe illa, poſsibile eſt eſſe, ſequatur. Nam ſi non ſequatur: ea ſane ſequetur, quæ contradictorie illi opponitur: quæ quidem eſt non poſsibile eſt eſse: quod ſi quiſpiam non hanc dixerit contradictorie oppoſitam illi eſse: neceſse eſt illum hanc eſse dicere poſsibile eſt nõ eſse: quarũ vtraq; falſa eſt: ſi de hac dicatur, vt patet, neceſse eſt eſse: quare illa poſsibile eſt eſse: ſequatur hãc neceſse eſt eſse. At vero idem rurſus videtur eſse poſsibile ſecari, ac non ſecari: & eſse, atq; non eſſe. Ex quo fit: vt id, quod neceſse eſt eſse: ſit contingens non eſse quod quidem eſt falſum. Patet igitur non omne, quod poſsibile eſt vel eſse, vel ambulare: illa etiam oppoſita poſse. Sed eſse nõnulla, in quibus illud non eſse verum videtur: vt in iſce, quæ ſine ratione poſsunt, quo pacto ignis calefacere poteſt, & potentiam habet rationis expertẽ: potẽtiæ igitur hæ, quæ ſunt particeps rationis eædem pluriũ ſunt cõtrariorũ: at hæ, quę ſunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rationis expertes non omes: ſed ignis, vt dictum
eſt non poteſt calefacere, & non calefacere: neq;
cætera omnia, quæ ſemper ſunt actu. Aliqua ta-
men eorum, quæ potentias habent rationis ex-
pertes ſimul oppoſita ſuſcipere poſſunt: verum
hoc quidem huiuſce gratia dictum eſt: vt oſtenda
mus non omnem potentiam oppoſitorum eſſe ſu
ſceptiuam, nec omnis eas, quæ ſub eadem ſpecie
colloquantur. ¶ Nonnullæ autem potētiæ equi-
uocę ſunt. Poſsibile enim non ſimpliciter dicitur:
ſed aliud quidem ob hoc dicitur: quia verum eſt:
propterea q̄ actu eſt: veluti poſsibile eſt quem-
piam ambulare, quia ambulat: & omnino poſsibi
le eſt eſſe: quia iam id eſt actu, quod dicitur poſſe.
Aliud autem ex eo, quia fuerit actu: vt poſsibile
eſt quempiam ambulare, propterea q̄ ambulaue
rit. Et hæc quidem potentia in his eſt ſolum, quæ
mobilia ſunt. Illa vero, & in iis eſt, quæ immobilia
ſunt. Atq; horum vtrunq;, & id, inquā, quod iam
ambulat, ac agit, vel eſt: & id, quod ambulādi, vel
eſſendi quidem potētiam habet: ſed nondum am
bulat, aut eſt: vere dicere licet poſsibile eſſe am-
bulare, aut etiā eſſe: Quæ cum ita ſint, idq;, quod
hoc modo poſsibile eſt non vere dicere ſimplici-
ter de neceſſario poſſumumus: alterum autem ve
re dicere licet. Quare cū ad particulare ſequatur
vniuerſale: ad id, q̄d neceſſario eſt: ſequitur hoc
profecto poſsibile eſt eſſe: non omne tamē, vt pa-
tet: atq; forſitan hæ neceſſe eſt, & non neceſſe eſt,
aut eſſe, aut non eſſe omnium principium ſunt.
Et cęteras ad has ſequentes cōſiderare oportet.
¶ Patet autem ex his, quæ diximus: id, quod eſ-
ſe neceſſario eſt ēt actu. Quare ſi perpetua ſunt
priora actus etiam eſt potentia prior: atq; eorum,
quæ ſunt: alia quidem actus ſunt ſine potentia:
quales ſunt ipſæ ſubſtantiæ primæ: alia vero cum
potentia actus: qui natura quidem priora ſunt:
tēpore vero poſteriora ſunt, inſuper & quæ nun-
quam ſunt actus: ſed potentiæ tantum.

¶ De oppoſitione enuntiationū, quæ magis ap- te contrariæ dicantur. Cap. 5.

CVm autē affirmationi negatio, ac af-
firmatio aduerſentur: nam huic om-
nis homo iuſtus eſt: hæ, null9 homo iu
ſtus eſt, & omis homo iniuſtus eſt, ad
uerſantur: & item huic Callias iuſtus
eſt: hæ Callias iuſtus non eſt, & Callias iniuſtus
eſt: conſideremus, oportet, vtra iſtarum ſit illi con
traria. ¶ Atq; cum ea, quæ ſunt in voce ſequan-
tur ea, quæ ſunt in mente. *Si illic opinio contra-*
rij ſit contraria: vt opinio, quæ dicit omnis homo
eſt iuſtus: huic opinioni, omis homo iniuſtus eſt:
neceſſe eſt rem ſimiliter ſeſe habere, & in affirma
tionibus hiſce, quæ in voce conſiſtunt. *Sin vero*
contrarij opinio non ſit tibi contraria: nec affir-
matio affirmationi: ſed dicta negatio cōtraria eſt:
quare conſiderandum eſt qualiſnam opinio falſa
opinoni veræ contraria ſit: vtrum negationis opi
nio, an ea, quæ contrarium opinatur. Dico autem
hoc pacto: eſt vna opinio vera de bono: bonum eſ
ſe: alia vero falſa de eodem bonum non eſſe: & in
ſuper alia: malum eſſe: harum igitur duarum vtra
ſit contraria veræ, & ſi ſit vna: vtra ſit ipſa con-
traria. ¶ Exiſtimare itaq; contrarias opiniones
ex eo definitas eſſe: quia ſunt contrariorum fal-
ſum profecto eſt. Nam opinio, qua quiſpiam opi-
natur bonum eſſe bonum. Et opinio, qua malum
opinatur eſſe malum: eadem eſt fortaſſe: ac vera
ſiue plures ſint ſiue vna. Contrariæ vero ſunt
hæc. At non ex eo, quia contrariorum ſunt: ſed
ex eo potius: quia contrario modo ſe habent.
¶ Quod ſi ſit opinio de bono ipſum bonum eſſe:
alia vero ipſum bonum non eſſe: & item alia, quæ
bono tribuit id, quod ipſi non competit: neq; com
petere poteſt: cęterarum quidem nulla eſt ponen
da contraria: nec earum, quibus competere quod
non ineſt: nec earū, quibus non ineſſe, quod com
petit, creditur: nam infinitæ ſunt ambæ: & quibus
competere quod non ineſt: & quibus non cōpete
re quod ineſt, exiſtimatur. Sed illæ ſunt ponendę
in quibus ineſt ipſa deceptio. Heæ autem ſunt il-
læ, ex quibus generationes proficiſcuntur: ex op
poſitis namq; ſunt: quapropter & deceptiones
ex ipſis proficiſcuntur. ¶ Quod ſi bonum, & bo-
num eſt: & non malum: & alterum quidem per ſe
alterum vero per accidens cōpetit. Accidit enim
ipſi non malum eſſe: atq; ea vniuſcuiuſq; opinio
vera eſt magis, quæ eſt per ſe: & item falſa magis,
quæ eſt per ſe. Quippe cum & ea vera ſit magis,
quæ conditionem hanc ſubit: & horum vtraq; fal
ſa eſt, & ea, inquā, quæ bonum, bonum non eſſe:
& ea, quæ bonum malum aſſerit eſſe. Illa quidem
reſpectu veræ per ſe: hæc vero reſpectu veræ per
accidēs. Magis erit ea opinio falſa profecto, quæ
eſt negatio boni: quam ea, quæ eſt contrarij affir-
matio. Atq; is circa vnumquodq; maxime opina
tur falſo: qui contrariam habet opinionem. Con-
traria namq; circa idem genus plurimum diffe-
runt. *Si igitur* harum opinionem contraria qui-
dem eſt & ea, quæ eſt contrarij: magis autem eſt
eſt ea contraria, quæ eſt negationis: patet hanc
porro ſine controuerſia contrariam eſſe. ¶ Præte
rea quæ bonum, malum aſſerit eſſe, connexa eſt.
Etenim neceſſe eſt forſitan eandem bonum non
eſſe bonū putare. ¶ Præterea ſi in cæteris etiam
rem ſimiliter ſeſe habere oporteat: & hoc pacto
videbitur de hiſce dictum bene fuiſſe. Aut enim
adſit vbiq; contradictionis eppoſitio: aut nuſquā
oportet. Quibus autem non ſunt cōtraria: ea de
his eſt falſa: quæ opponitur veræ. Nam qui homi
nem hominem non eſſe putat: is falſo nimirum o-
pinatur. *Si igitur* heæ cōtrariæ ſunt, & in cæteris
ſimilitudo contrariæ erunt heæ, quæ ſunt opinio
nes contrariæ. ¶ Pręterea opiniones heæ: quarū
altera quidē bonum bonum eſſe: altera vero non
bonum eſſe aſſerit bonum non eſſe. Similiter ſeſe
habent. Et inſuper heæ, quarum altera bonum,
bonum non eſſe: altera non bonum bonum aſſerit
eſſe. Et igitur quæ dicit non bonum bonum non
eſſe: quæ quidem eſt, vt patet, vera opinio: quæ
nam erit cōtraria? non enim ea quæ malum aſſerit
eſſe: hæc erit nonnunquā ſimul cum illa vera: nun
quā autem fit vt vera vere cōtraria ſit. Etenim eſt
quippiam non bonū malum. Quare fit vt iſte ſint
ſimul vere: nec item ea quę non bonū dicit non eſ
ſe malum: eſt enim & ipſa vera: nam erit nonnun-
quam & iſta ſimul. Reſtat igitur ei, quæ dicit non
bonū non eſſe bonū: contrariam eam eſſe, quę nō
non bonum bonū aſſerit eſſe. Hæc enim eſt falſa:
quo ſit vt ea etiam quæ bonum, bonum nō eſſe di
cit: ſit ei contraria quæ bonū, bonum aſſerit eſſe.
¶ At qui perſpicuum eſt nihil intereſſe: & ſi affir-
mationē ipſam ponamus vniuerſalem: nā vniuer
ſalis negatio contraria erit ſane. Opinioni. n. quæ
omnino quod eſt bonum bonum eſſe dicit: ea eſt
cōtraria quæ nihil bonorum bonū aſſerit eſſe. Ea
nāq; opinio qua bonū bonum exiſtimatur: ſi vni-
uerſaliter bonū ſumatur eadem eſt atq; concurrit
cum ea: quæ quidquid eſt bonū bonū aſſerit eſſe.
Nam nihil ab ea differt: qua omne quod eſt bonū
bonum eſſe exiſtimatur: ſimilis eſt & de non bono
ratio. Quæ cum ita ſint: ſi in opinione res ita ſeſe
habet quemadmodum diximus: affirmationes au
tem & negationes ſigna ſunt eorum quæ ſunt in
anima: patet & affirmationi contratiam quidē ne
gationem eam eſſe quę eſt vniuerſaliter de eodē:
vt huic omne bonū eſt bonum: aut omis homo eſt
bonus: hanc nullum bonum eſt bonū: aut nullus
homo eſt bonus: contradictorie vero oppoſitam
hanc nō omne bonū eſt bonum: aut nō omnis ho
mo eſt bonus. ¶ Patet etiam fieri non poſſe quo
vero ſit contraria vera: aut opinio aut oratio vlla.
Nam contrarię ſunt circa oppoſita vt idem vere
opinetur atq; enunciet. Fieri enim non poteſt vt
eidem contraria ſimul inſunt.

¶ Secundi Perihermenias Ariſtotelis libri.
interprete Ioanne Argiropylo, ſicut
& prioris finis.

SECVNDA PARS LOGICAE QVAE RESO lutoria ſeu vindicatiua dicitur. Primus liber Priorum Annalecticorum ſeu reſolutiuorum Ariſtote lis Ioanne Argiropylo Bizantio, vt pridem interprete.

¶ De propoſitione, termino, & ſyllogiſmo. Cap. I.

PRIMO DICERĒ
oportet circa quid
& cuiuſnam ſit hæc
præſens conſidera-
tio. Atq; eſt circa de
monſtrationem, &
eſt ſcientiæ demon-
ſtrandi. Deinde defi
nire quid ſit propo-
ſitio quid terminus
quid ratiocinatio: &
quænā ſit perfecta,
& quæ imperfecta.
Poſtea vero q̄d ſit in
toto aut eſſe aut non
eſſe: & quid intelligimus cū de omi vel nullo quip
piā dicimus prædicari. ¶ Eſt itaq; propoſitio ora
tio affirmatiua vel negatiua de quopiā alicuius.
¶ Hæc autem oratio aut vniuerſalis eſt aut parti
cularis aut indefinita. ¶ Atq; vniuerſalē dico cū
quippiam omi vel nulli cuippiā cōpetere dicitur.
¶ Particularē autem cū alicui ineſſe vel cuipiam
non cōpetere aut non omni ineſſe aſſeritur. ¶ In
definitam cum competere aut nō competere ſine
vniuerſali aut particulari dicitur ſigno: quale eſt
contrariorum vnā ſcientiam eſſe: aut voluptatem
nō eſſe bonum. ¶ A differendi autem propoſitio-
ne demonſtratiua propoſitio differt: nā hęc quidē
demonſtratiua partis alterius eſt acceptio contra
dictionis: qui namq; demonſtrat non interrogat
ſed ſumit. ¶ Differendi vero propoſitio interroga
tio eſt contradictionis. Atq; nihil vtiq; refert ad
vtriuſq; ratiocinationem cōficiendam. Nam & hiſ
ce qui demōſtrat & is etiā qui interrogat ſumpto
quippiā ineſſe aut non ineſſe cuipiā ratiocinatur.
¶ Quare ratiocinādi quidem propoſitio ſimplici
ter eſt affirmatio de quopiam alicui9 aut negatio
quemadmodū diximus. Demonſtrandi autē ſi ve
ra & per primas ſumpta ſit ſuppoſitiones. ¶ At diſ
ſerendi propoſitio interroganti quidem contradi
ctionis eſt interrogatio. Ratiocināti vero eius eſt
acceptio quod veriſſimile: probabileq; eſſe vide-
tur: vt eſt in topicis dictum. Quid igitur ſit propo
ſitio & quonā differat ratiocinandi & demonſtrā-
di differendiq; propoſitio diligentius quidem ex-
actiuſq; poſterius explicabitur: nūc vero pro vſu
præſenti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

præſenti ſatis eſt a nobis determinatum. ¶ Terminū autem eum appello in quem reſoluitur propoſitio: vt prædicatum & id de quo prædicatur ipſo eſſe aut non eſſe addito vel diuiſo. ¶ Ratiocinatio eſt oratio in qua quibuſdam poſitis aliud quippiam ab his quæ poſita ſunt cū hæc ipſa ſint neceſſario euenit. Atq; per illud cū hæc ipſa ſint ob hæc euenire dico: per hoc autem intelligo nullo foris inſuper eſſe termino, vt neceſſarium fiat. ¶ Perfectam igitur eam ratiocinationem appello quæ nullius indiget rei præter ea quæ ſumta ſunt vt idipſum neceſſario videatur. ¶ Imperfectam autem eam quæ vnius vel pluriū indiget: quæ neceſſaria quidem ſunt per terminos ipſos ſubiectos: non tamen ſunt ſumpta per propoſitiones. ¶ In toto autē quopiam eſſe & de omni quopiam quipiam prædicari idem ſignificat. ¶ Atq; tū de omni dicimꝰ quippiā prædicari: cū nihil poteſt ſubiecti ſumi: de quo alterum non dicetur.

¶ Idem intelligēdum eſt & cum de nullo dicimus quippiam prædicari.

¶ De conuerſionibus propoſitionum abſolutarum. Cap. 2.

CVm autem omnis propoſitio ſit eſſendi aut neceſſario eſſendi aut cōtingēter eſſendi. ¶ Et in vnaquaq; appellatione aliæ ſint affirmatiuæ aliæ negatiuæ. ¶ Atq; horum rurſus alię ſint vniuerſales alię particulares alię indefinitę. ¶ Vniuerſalem quidē negatiuam propoſitionem eſſendi neceſſe eſt: vniuerſaliter terminis ipſis conuerti. Veluti ſi nulla voluptas eſt bonum nullum etiā bonum erit voluptas. ¶ Prædicatiuā affirmatiuā autem cōuerti quidem neceſſe eſt: nō tamē vniuerſaliter ſed in parte: vt ſi omnis voluptas eſt bonū & bonū aliquod erit voluptas. ¶ At particulariū affirmatiuā quidem in parte couerti neceſſe eſt: nam ſi aliqua voluptas eſt bonū & aliquod bonū erit voluptas. ¶ Priuatiuā negatiuā autem nō neceſſe eſt eodem modo cōuerti: nō .n. ſi homo nō omni cōpetit animal & animal nō omni homini cōpetit. ¶ Sit itaq; vniuerſalis negatiua propoſitio. A.B. Si igitur. A. nulli cōpetit eorū quæ ſunt. B. &. B. profecto nulli cōpetet eorū quę ſunt. A. nā ſi alicui cōpetet atq; ſit illud C. nō erit illud profecto verum. A. nulli cōpetere: nam. C. aliquid eſt eorū quæ ſunt. B. vt luce clarius extat. ¶ Si autē. A. competit omni. B. &. B. nimirum alicui cōpetet. A. Nā ſi nulli cōpetet: &. A. profecto nulli copetet. B. Atq; omni ſupponebatur competere. ¶ Similis cōuerſio fiet: & ſi particularis affirmatiua ſit propoſitio: nam ſi. A. cōpetit alicui. B. &. B. neceſſe eſt cuipiam cōpetat. A. Nam ſi nulli cōpetat: &. A. profecto nulli cōpetet. B. alicui ſupponebatur cōpetere. ¶ Si autem. A. omni non cōpetit. B. non neceſſe eſt. B. non omni cōpetere. A. vt ſit. B. quidem animal. A. vero ſit homo. Homo namq; non omni competit animali vt animal homini competit omni.

¶ De conuerſione propoſitionum de modo. Caput. 3.

ITa res ſeſe habebit & in propoſitionibus neceſſariis. Nam vniuerſalis quidem priuatiua negariua vniuerſaliter: affirmationum autem vtraq; particulariter ſane cōuertitur. ¶ Etenim ſi neceſſe eſt. A. nulli cōpetere. B. neceſſe eſt &. b. nulli cōpetere. A. Nā ſi cōtingit vt alicui cōpetat: continget etiam vt. A. competat alicui. B. ¶ Sin vero. A. neceſſario vel omini vel alicui competat. B. &. B. neceſſe eſt cuipiā competere. A. Nā ſi non neceſſario cōpetat cuipiam: nec. A. profecto cuipiam. B. neceſſario cōpetet. ¶ Particularis autem priuatiue negatiua nō conuertitur ob eam cauſam quam antea diximus. ¶ At in cōtingentibus cum multipliciter dicatur cōtingere: neceſſariū .n. & non neceſſariū & poſſibile cōtingere dicimus. ¶ Affirmatiuę quidem in vniuerſis ſimiliter conuertētur. Nā ſi. A. vel omni cōtingit vel alicui cōpetere. B. &. B. profecto alicui cōtingit cōpetere. A. Quod ſi nulli: &. B. cōtingit nulli cōpetere. B. Hoc .n. antea demōſtrauimus. ¶ Negatiuę vero nō eodē modo ſeſe habebunt: ſed in hiſce quæ cōcingere dicimus ex eo quia neceſſario nō competūt aut nō neceſſario non cōpetunt: aut nō neceſſario cōpetunt proinde ſeſe habebūt ac prius: veluti ſi quiſpiā dixerit contingere hominē equū nō eſſe: aut album tunicę nulli ineſſe. Horū enim alterum neceſſario non competit: alterum non neceſſario ineſt: atq; propoſitio ſimiliter ſane cōuertitur: nā ſi cōtingit equum nulli competere homini & hominē contingit nulli cōpetere equo. Et ſi album cōtingit nulli competere tunicæ & tunicā cōtingit nulli competere albo. Quod ſi alicui neceſſario cōpetit: & album alicui tunicæ neceſſario cōpetet. Hoc enim antea demonſtrauimus. ¶ Similiter ſeſe habet & negatiua particularis. ¶ In his autē quæ ex eo dicūtur contingere quia plerūq; fiunt ac aptitudinem habēt: quo quidē pacto cōtingēs conſueuimus definire: nō ſimiliter in conuerſione ſeſe habebunt negatiuę: ſed vniuerſalis quidem negatiua propoſitio nō conuertitur: particularis autem cōuertetur. Atq; hoc in ſequentibus patebit cum de ipſo contingente dicemus. ¶ Nunc hoc tantū inſuper pateat nobis: has propoſitiones cōtingit nulli aut cuidam nō competere affirmatiuā habere figuram. Cōtingit enim petinde diſponitur atq; ipſum eſt. Eſt autē ipſum in quibus inſuper prædicatur affirmationē ſemper omninoq; facit: vt eſt non bonum eſt non album: aut ſimpliciter eſt non hoc: oſtendetur autem & hoc ipſum per ea quę deinceps dicentur: in cōuerſionibus aūt perinde ſeſe habebunt vt cæteræ.

¶ De prima ratiocinationis figura. Cap. 4.

HIſce determinatis dicendū iam eſſe videtur per quæ & quando aut quonā modo omnis ratiocinatio fiat: poſtea vero de demonſtratione dicemus: nā

prius

prius de ratiocinatione quā de demōſtratione dicendū eſſe videtur: quippe cū vniuerſale magis ſit ratiocinatio: demonſtratio namq; ratiocinatio quædam eſt: at nō omnis ratiocinatio demonſtratio eſt. ¶ Cum igitur tres termini ſic inter ſeſe habent: vt vltimus quidem in toto ſit medio: mediꝰ autem in toto primo ſit aut nō ſit: neceſſe eſt tūc extremorum ratiocinationē eſſe perfectā. ¶ Atq; medium quidem id dico quod in alio eſt: & in quo aliud eſt. Hoc & ipſa ſane poſitione medium fit. Extrema autem ea quorū alterum eſt in alio: alterum in quo aliud eſt. ¶ Nam ſi. A. de omni. B. &. B. de omī. C. dicitur: neceſse eſt. A. de omī. C. prædicari. Dictū eſt .n. prius quo modo prædicari de omni dicitur. Pari quoq; ratione ſi. A. quidē de nullo. B. dicitur. B. vero de omni. C. prædicatur. A. profecto nulli competet. C. ¶ Verum ſi primum quidem ipſi medio cōpetat omni: medium autem nulli extremo inſit: ratiocinatio extremorum profecto non erit: nullum enim cum hæc ſint efficitur neceſſarium. Etenim fit vt primum omni competat extremo ac nulli: quare neq; particulare neq; vniuerſale neceſsarium fit: cum vero nullum eueniat neceſsarium: nulla per hæc erit ratiocinatio ſane. Atq; termini quidem eſſendi ſint hi animal homo equus: nō eſsendi ſumatur animal homo lapis. ¶ At neq; tum erit vtiq; ratiocinatio cū neq; primū ipſi medio: neq; medium competit vlli. Termini eſsendi Scientia Linea Medicina. Non eſsendi ſcientia linea vnitas ſumatur. ¶ Patet igitur ſi vniuerſales ſumātur hac in figura termini quādo erit ratiocinatio: & quādo nō erit. Et idem ſi ratiocinatio eſt: neceſsario terminos ita ſeſe habere quemadmodum diximus. Et ſi termini ita ſeſe habent vti diximus: cōtinuo ratiocinationem cōſtare. ¶ At ſi terminorum alter ſit vniuerſalis alter particularis ad alterum: quādo vniuerſale quidem verſus maiꝰ extremū collocatur aut priuatiuum negatiuum aut prædicatiuū affirmatiuum: particulare autem verſus extremum ponitur minus: neceſse eſt tunc ratiocinationem eſse perfectam: quando vero vniuerſale verſus extremum ponitur minus aut aliter termini quam diximus diſponuntur: fieri nō poteſt vt ratiocinatio cōſtet. ¶ Atq; maius extremum id vocito in quo medium ipſum eſt. Minus autem id quod ſub medio collocatur. ¶ Nam. A. quidem omni. B. competit. B. autem inſit alicui. C. ſi igitur id eſt de quolibet prædicari quod in principio diximus: neceſſe eſt. A. cuipiam competere. C. Rurſus ſi. A. quidem nulli. B. cōpetit. B. vero cuipiam inſit. C. neceſse eſt. A. cuipiā. C. non ineſſe: nam definitū eſt etiā quomodo de nullo dicimus quippiā prędicari. Quare ratiocinatio erit perfecta. Idem eueniet ſemper & ſi indefinitū. B. C. ſumatur ſit modo prædicatiuum affirmatiuum: nam eadem erit ratiocinatio ſemper ſiue indefinitum ſiue particulare ſumatur. ¶ Sed ſi verſus extremum minus vniuerſale poſitum fuerit prædicatiuum affirmatiuū vel priuatiuum negatiuum ratiocinatio profecto nō erit: ſiue affirmatiuum ſiue negatiuum ipſum particulare aut indefinitum ſumatur veluti ſi. A. quidem cuipiam inſit aut nō inſit. B. ipſum autem. B. cōpetat omni. C. Termini eſsendi Bonū Habitus atq; Prudentia. Non eſſendi Bonum Habitus in ſcientiaq; ſumātur. Rurſus ſi. B. quidē nulli. C. competat. A. vero cuipiam inſit aut non inſit aut non omni cōpetat. B. nulla prorſus hoc etiā pacto ratiocinatio erit. Termini eſsendi albū equus ac olor: non eſsendi album equus coruuſq; ſumātur. Idē ſint Termini & ſi idem. a. b. indefinitū ſumatur. ¶ Atqui neq; cum id quidē interuallū quod eſt verſus maius extremum vniuerſale eſt aut priuatiuum negatiuum aut prædicatiuum affirmatiuum: id autem quod eſt verſus minus extremum priuatiuum negatiuum eſt particulare aut indefinitum ratiocinatio ſane nō cōſtabit. Seu ſi. A. quidem omni competat. B. ipſum autem. B. cuipiam nō inſit aut non competat. C. cui namq; medium cuipiā non ineſt: ei nimirū & omni & nulli cōpetet primum. Subiiciantur enim hij Termini animal homo album. Deinde ſumātur alba de quibus homo non prædicatur nix inquam & olor. Animal igitur de altero quidem dicitur omni de altero vero nullo prædicatur vt patet: quare ratiocinatio ſane non erit rurſus a quidem nulli. B. competat. B. vero cuipiam nō inſit. C. atq; termini ſint inanimatū homo ac albū: deinde ſumātur alba de quibus homo nō prædicatur nix atq; olor. In animatum igitur de altero quidem dicitur omni: de altero vero nullo prædicatur vt patet. ¶ Pręterea cū hoc indefinitū ſit. B. inquā cuipiam. C. nō ineſse: verūq; ſit & ſi nulli competat & ſi nō omni inſit: ex eo quia alicui nō competit: ſumptis eiuſmodi terminis vt. B. nulli cōpetat. C. ratiocinatio ſane non fit. Hoc enim antea dictum eſt. Patet igitur ſi ita ſeſe habeant termini non fieri ratiocinationē: nam ſi eſse & in iis eſſet profecto. Similiter demonſtrabitur & ſi vniuerſale priuatiuum negatiuū ponatur. ¶ At vero nullo pacto etiā ratiocinatio fuerit: ſi vtraq; interualla particularia aut prædicatiua affirmatiua aut priuatiua negatiua: aut alterum prædicatiuum affirmatiuū alterum prædicatiuū negatiuum: aut alterum indefinitum alterū definitum: aut vtraq; indefinita fuerint ſumpta, termini autem cōmunes omnium eſſendi quidem animal albuum equus. Non eſsendi autem animal album lapiſq; ſumantur. ¶ Patet igitur ex hiſce quæ diximus: ſi in hac figura particularis ſit ratiocinatio ita neceſsario diſpoſitos eſse terminos vti diximus. Et ſi ita ſeſe habeant termini neceſsario fieri ratiocinationē: nam ſi aliter ſeſe habeant nullo pacto fit ratiocinatio. ¶ Patet etiam vniuerſas ratiocinationes huiuſce figuræ perfectas eſse. Omēs enim per ea quæ in initio ſunt ſumpta perficiūtur. ¶ Perſpicuum inſuper eſt omnia quę proponūtur: per hanc oſtēdi figurā: quippe cum & omni & nulli & alicui atq; non omni quippiam

piam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

piam competere per hanc vt patuit oſtendatur:
appello ante talem figuram primam.

¶De ſecunda ratiocinationis
figura. Caput.5.

CVm autem idem alteri quidem omni
alteri vero nulli vel vtriq; omi vel nul
li competit: talem quidem figuram ap
pello ſecundam. ¶Atq; medium qui
dẽ in idipſa dico quod de vtriſq; dici
tur. ¶Extrema autẽ ea de quib9 hoc prædicatur.
Maius item extremũ id nuncupo quod prope me
diũ collocatur. Minus autem id quod remotius a
medio ponitur. Atq; ipſum mediũ extra quidem
extrema ponitur. Eſt tamen primum poſitione.
¶Atq; perfecta quidem ratiocinatio nõ erit hac
in figura: erit tamen potẽtia: terminis tam vniuer
ſalibus quam nõ vniuerſalibus ſumptis. ¶Si igi-
tur vniuerſales ſint termini atq; mediũ ipſum alte
ri quidẽ omni alteri autem nulli cõpetat: erit ratio
cinatio ſane: ſiue verſus maius ſiue minus extre-
mũ poſitum fuerit priuatiuũ negatiuũ: alio autẽ
modo fore nõ poteſt. Nam. L. de nullo quidẽ. M.
de omni vero. N. prædicetur. Cũ igitur negatiuũ
ſimpliciter cõuertatur. M. ipſum profecto nulli cõ
peteret. L. at. L. omni. N. ineſſe ſupponebatur.
Quare. M. nulli profecto competet. N. hoc enim
prius eſt demonſtratiuum. Rurſus ſi. L. omni qui-
dem cõpetat. M. nulli autem inſit. N. ipſum etiam
. M. nulli profecto cõpetet. N. nam ſi. L. nulli com
petit. N. &. N. etiã nulli cõpetet. L. at. L. omni. M.
ineſſe ſupponebatur. Quare. N. nulli cõpetet. M.
Rurſus enim prima figura eſt facta. Sed cum pri
natiuum negatiuum ſimpliciter conuertatur. M.
etiam nulli competet. N. quare erit eadem ratioci
natio ſane. Licet etiã hos modos oſtendere dedu
cẽdo ad id quod fieri minime poteſt. Patet igitur
cum ita ſeſe habẽt termini fieri quidem ratiocina
tionem: ſed nõ perfectam: nõ enim ſolum ex hiſce
quę initio ſumpta ſunt: ſed ex aliis etiam ipſum ef
ficitur neceſſariũ vt luce clarius extat. At ſi ipſum
. L. de quolibet. M. atq;. N. prædicetur: ratiocina-
tio ſane nõ erit termini eſſendi ſubſtantia animal
homo nõ eſſendi ſubſtãtia animal numerus quæ
ſumatur: atq; ſubſtãtia in medio collocetur. Neq;
. n. ratiocinatio porro cõſtabit: ſi. L. de nullo. M &
de nullo. N. prædicatur: termini eſſendi linea ani-
mal homo: nõ eſſendi linea animal lapiſq; ſuman-
tur: atq; linea mediũ occupet locũ. Patet igitur ſi
in hac figura ſit ex vniuerſalibus terminis ratioci
natio neceſſarium eſſe ſic ſeſe habere terminos vt
in principio diximus: nam ſi alio diſponantur pa-
cto non efficitur vt patuit neceſſaria concluſio.
Sin vero medium ipſum ad alterũ extremorũ ſu-
matur vniuerſaliter: cũ verſus quidem maius ex-
tremum ipſum collocatur vniuerſale aut negati-
uum aut affirmatiuum: verſus autem minus par-
ticulare atq; oppoſito modo ſumitur: neceſſe eſt
tũ ratiocinationem negatiuũ particularẽq; ſtare.
Dico autẽ oppoſito modo hoc pacto vt ſi vniuer-
ſale ſit negatiuum particulare ſumatur affirmati-
uum: & ſi affirmatiuũ ſit illud particulare negati-
uũ ſumatur: nã ſi. L. nulli quidẽ. M. alicui vero cõ-
petat. N. neceſſe eſt ipſum. M. nõ omni compete-
re. N. nam cũ negatiuũ vt diximus conuertat. M.
ſane nulli cõpetet. L. at ipſum. L. cuipiã. N. ineſſe
ſupponebatur: quare. M. nõ omi cõpetet. N. fit. n.
ratiocinatio per figuram primã vt patet. Rurſus
ſi. L. omni quidem. M. inſit: alicui quidẽ non com-
petat. N. neceſſe eſt. M. cuipiam. N. nõ ineſſe: nã
ſi omni cõpetat &. L. prędicabitur de omni. M. ne
ceſſe eſt. L. ipſum omni cõpetere. N. At alicui non
ineſſe ſupponebatur. At ſi. L. omni quidem. N.
competat: nõ omni autem inſit. M. nõ erit ratioci
natio ſane: atq; termini quidẽ eſſendi animal ſub-
ſtãtia cornus: non eſſendi vero animal album cor
uuſq; ſumantur. Nec item ſi. L. de nullo quidẽ. N.
de aliquo vero. M. prędicetur, termini eſſendi ani
mal ſubſtãtia vnitas: non eſſendi animal ſubſtan-
tia ſcientiaq; ſumantur. Cum igitur vniuerſale ac
particulare oppoſito ſumuntur modo: dictum eſt
quando erit ratiocinatio & quando nõ erit ratio-
cinatio. ¶Cum aũt propoſitiones qualitatis eiuſ
dem aut negatiue ambe aut affirmatiue ſumun-
tur: nullo pacto ratiocinatio fieri poteſt. Si enim
primo negatiuę ambæ: atq; vniuerſale verſus ex
tremorum maius ponatur ſeu. L. nulli quidem. M
competat: alicui vero nõ inſit. N. Fit igitur vt. M.
omni atq; nulli competat. N. termini nõ eſſendi ni
grum nix animal ſumantur. Termini autem eſſen
di ſumi nõ poſſunt ſi. L. cuipiã quidẽ inſit: cuipiã
vero non competat. N. nam ſi. M. quidẽ omni cõ-
petat. N. ipſum autẽ. L. nulli competat. M. ipſum
. L. profecto nulli competet. N. At alicui ineſſe
ſupponebatur. ¶Hoc igitur pacto fieri nequit vt
termini eſſendi ſumatur: ſed ex infinito eſt oſten-
dendũ: nam cũ verum ſit. L. cuipiam nõ compete
re. N ſi nulli etiam inſit: atq; cũ nulli competit ra-
tiocinatio fieri nequeat vt antea patuit: perſpi-
cuum eſt neq; nũc ratiocinationẽ conſtare poſſe.
¶Rurſus ſint ambę poſitiones affirmatiuę & vni
uerſalę ſimiliter collocetur: veluti. L. omni quidẽ.
M. alicui vero competat. N. fit igitur vt. M. & omi
& nulli competat. N. atq; termini non eſſendi al-
bũ olor lapiſq; ſint. Eſſendi vero ſumi nõ poſſunt
ob eandẽ cauſam ſane quam paulo ante diximus.
¶At ſi vniuerſale verſus extremum minus pona
tur: atq;. L. nulli quidem. N. nõ omni autem inſit.
M. fit vt ipſum. M. & omni & nulli cõpetat. N. ter
mini eſſendi album animal coruus: non eſſendi al
bũ lapis coruuſq; ſumantur. ¶Sin vero ambę pro
poſitiones affirmatiuę ſumãtur: fit ſane ſimiliter:
vt ipſum M. & omni & nulli competat. N. termini
non eſſendi. Album animal nix: eſsendi albũ ani
mal olorq; ſumatur. ¶Patet igitur nullo pacto fie
ri ratiocinationẽ ſi propoſitiones ſint vniformes
atq; altera vniuerſalis altera particularis ſumatur
at neq; ſi cuipiam vtriq; medium competat aut al
teri inſit alteri non inſit: aut vtriq; nõ omni aut in
definite

definite vel inſit vel non inſit ratiocinatio vnquã
conſtabit. Termini cõmunes omnium eſsendi qui
dem album animal homo: nõ eſsendi autem albũ
animal inanimatũq; ſumantur. ¶Patet igitur ex
hiſce quæ dicta ſunt ratiocinationẽ neceſſario fie-
ri: ſi termini ſic ſe habeant quemadmodum dixi-
mus & ſi ratiocinatio ſit: ita terminos inter ſeſe diſ
poſitos eſſe quemadmodũ eos nos collocauimus.
¶Perſpicuum etiam eſt omnes ratiocinationes:
quæ hac in figura conficiuntur imperfectas eſſe:
vniuerſe namq; ſumptis quibuſdam perficiuntur
quæ quidẽ aut in terminis ipſis neceſſario inſunt
aut vt ſuppoſitiones ponuntur veluti cum demõ
ſtramus deducendo ad id quod fieri nequit. ¶Pa
tet inſuper nullã prorſus hac in figura fieri ratioci
nationem affirmatiuam: ſed omnes tam vniuerſa
les quam particulares extrui negatiuas.

¶De tertia ratiocinationis figura. Cap. 6.

AT ſi eidem alterum omni alterum nul
li aut vtrũq; vel nulli vel omni compe
tat: figuram quidẽ talem tertiam nun
cupo. ¶Medium autẽ in ipſa id dico
de quo vtraq; prædicantur. ¶Extre
ma vero ea quæ prædicantur. Atq; minus extre-
mũ id vocito quod a medio lõgius diſtat. Min9 au
tem id quod eſt eidem magis propinquũ. Ipſum
vero mediũ extra quidem extrema ponitur: poſi
tione tamen eſt vltimum. ¶Atqui perfecta qui-
dem neq; hac in figura fit ratiocinatio: erit tamen
potentia terminis tã vniuerſalibus quã non vni-
uerſalibus ad mediũ ſumptis. ¶Terminis igitur
vniuerſaliter ſumptis cum. R. atq;. S. omni. T. cõ-
petunt: neceſſario tum ipſum. R. alicui competet.
S. nam cum conuertatur affirmatiuum. T. cuipiã
competet. S. nam cum. R. quidem omni. T. inſit:
ipſum autem. T. cuipiã competat. S. neceſſe eſt ip
ſum. R. alicui competere. S. fit enim vt patet ratio
cinatio per primã figuram: licet etiã demõſtratio-
nem eiuſdẽ facere ducẽdo ad id quod fieri nequit.
In ſuper de ſignatiõe hoc pacto: nam cũ vtrumq;
omni cõpetat. T. ſi quippiã ſumatur ipſorum. T.
ſeu. P. huic profecto &. R. &. S. cõpetent: quare ip
ſum. R. cuipiam cõpetet. S. ¶Rurſus ſi. R. quidẽ
nulli. T. cõpetat. S. autem omni eidem inſit: erit ne
ceſſario ratiocinatio: aut qui. R. non omni. S. com
petere concludetur: idem namq; demontrationis
erit vtiq; modus: ſi. S. T. propoſitio conuertatur.
Deducendo etiam ad id quod fieri nõ poteſt hic
demonſtrabitur modus: perinde vt & præcedens
eſt demõſtratus. ¶At ſi. S. quidẽ nulli. T. compe-
tit. R. autem omni eidem inſit: nõ erit ratiocinatio
ſane. Termini eſſendi animal equus homo: nõ eſ-
ſendi animal inanimatum homoq; ſumantur. Ne-
q; cum vtrumq; de nullo. T. prædicatur: ratiocina
tio fiet. Termini eſſendi animal equus inanima-
tum: non eſſendi homo equus in animatum ſumã
tur: atq; inanimatum in medio collocetur. ¶Pa-
tet igitur hac etiam in figura ſi vniuerſales ſuman
tur termini quãdo erit ratiocinatio & quãdo non
erit: nam cum vtriq; termini affirmatiui ponũtur
erit ratiocinatio ſane: atq; extremum extremo cui
piam competere concludetur: ſed cum vterq; ter-
minorum ſumitur negatiuus non erit: cum alter
tamẽ eſt negatius alter affirmatiuus ſi maior qui-
dem ſit negatiuus minor vero affirmatiu9 erit vti
q; ratiocinatio: atq; extremũ extremo nõ omni
cõpetere concludetur. Si vero e contra ponantur
non erit vt demonſtrauimus. ¶At vero ſi alter ſit
vniuerſalis ad medium alter particularis ſi vterq;
quidem affirmatiuus ſumatur neceſſe eſt ratioci-
nationem fieri: ſiue maior ſit ſiue minor vniuerſa-
lis: nam ſi. S. quidem omni. T. competat. R. autem
cuipiam inſit: eidẽ neceſſe eſt ipſum. R. competere
cuipiam. S. cũ enim affirmatiuũ vt diximus con-
uertatur: ipſum. T. ſane cuipiam cõpetet. R. qua-
re cum. S. quidem omni. T. competat: ipſum autẽ.
T. cuipiã inſit. R. ipſum. S. profecto cuipiam com
petet. R. quare & ipſum. R. cuipiam cõpetet. S. Li
cet etiam demonſtrare ratiocinationem eandem
deducendo ad impoſsibile, vti præcedentes ratio
cinationes demõſtrabantur. In ſuper deſignatio-
ne: perinde atq; antea fecimus. Rurſus ſi. S. qui-
dẽ cuipiam inſit. T. ipſum autem. R. omni eidem
cõpetat: neceſſe eſt. R. cuipiam competere. S. erit
enim idẽ demonſtrationis profecto modus. Licet
etiam demõſtratione huiuſce facere modi dedu-
cendo ad id quod fieri nequit perinde atq; præce
dentes ratiocinationes demõſtrabantur. Et item
deſignationes perinde atq; antea fecimus. ¶At
ſi alter affirmatiu9 ſumatur & ſit affirmatiuus ipſe
vniuerſalis: cũ minor quidẽ affirmatiuus eſt erit
ratiocinatio ſane: nam ſi. S. quidem omni cõpetat
T. ipſum autem. R. cuipiam non ſit eidem: neceſſe
eſt ipſum. R. nõ omni cõpetere. S. nam ſi omni cõ
petet: &. S. omni cõpetet. T. ipſum etiã. R. profe-
cto omni cõpetet. T. At cuipiam non ineſſe ſuppo
nebatur. Oſtenditur autem & præter deductionẽ:
ſi quippiam ipſorum. T. ſumatur cui nõ competit
ipſum. R. ¶Sed cũ maior terminus eſt affirmati-
uus minor vero particularis negatiuus non erit
ratiocinatio ſane: veluti ſi. R. quidẽ omni compe-
tat. T. ipſum autẽ. S. cuipiam nõ ſit eidem: termi-
ni eſſendi ſint animatũ homo ac animal. Nõ eſſen
di vero ſumi nõ poſſunt: ſi. S. cuipiam inſit. T. cui-
piam autem nõ: nam ſi. R. quidem nulli competat
. S. ipſum autem. S. cuipiam inſit. T. ipſum profe-
cto. R. cuipiam nõ competet. T. at omni ineſſe ſup
ponebatur. Præterea ſi. R. quidem omni. T. com-
petit: ipſum autem. S. cuipiam ineſt eidem: ipſum
. R. profecto cuipiã cõpetet. S. at nulli ineſſe ſup-
ponebatur. Sed agendũ eſt vt antea fecimus: nã
cum ſit infinitum cuipiã non ineſſe: & id quod nul
li cõpetit vere dicere liceat cuipiam nõ ineſſe. Si
vero nulli inſit ratiocinatio: nõ cõſtet vt antea pa
tuit. ¶At ſi terminorum vniuerſalis quidẽ ſit ne
gatiuus particularis vero affirmatiuus: cum ma-
ior quidem eſt negatiuus minor vero affirmatiu9
erit ratiocinatio ſane: nam. ſi. R. quidẽ nulli. T. cõ
petat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

petat.S.autem cuipiã inſit eidem:ipſum.R.profe
cto cuipiam non competit.S.erit enim rurſus pri
ma figura.S.T.propoſitione conuerſa. ¶Sed cũ
minor eſt negatiuus nõ eſt ratiocinatio ſane.Ter
mini eſſendi animal coruus album. Non eſſendi
animal ſcientia ac album ſumatur: atq; album me
dium ſit vtrorũq;. ¶Nec etiã cum vterq; ponitur
negatiuus:atq; alter eſt vniuerſalis alter particu-
laris. Termini cũ minor eſt vniuerſalis ad mediũ
non eſſendi quidẽ animal ſcientia album. Eſſendi
vero animal coruus albũ quæ ſumatur. Sed cum
maior eſt vniuerſalis minor vero particularis: nõ
eſſendi quidẽ:coruus nix albũq; ſumatur. Eſſen-
di vero ſumi nõ poſſunt:ſi.S.cuipiam inſit.T.cui-
piam non inſit. Nam ſi.R.quidem omni compe-
tat,S.ipſum autem.S.cuipiam inſit.T.ipſum.R.
profecto cuipiam competet.T.at nulli ineſſe ſup-
ponebatur ſed ex infinito demõſtrandum eſt At
vero neq; ſi vterq; cuipiã inſit ipſi medio aut nõ
inſit:aut alter cuipiam alter nõ omni cõpetat aut
indefinite ratiocinatio vllo pacto efficietur. Ter-
mini cõmunes omniũ animal homo album. Non
eſſendi autem animal inanimatum albumq; ſuma
tur. ¶Patet igitur & hac in figura quando erit ra
tiocinatio & quando non erit, & ſi ita ſeſe habeãt
termini quemadmodum diximus ratiocinationẽ
fieri neceſſario, & ſi ratiocinatio ſit terminos ne-
ceſſario ita eſſe diſpoſitos. ¶Patet etiã & huiuſce
figuræ ratiocinationes omnes imperfectas eſſe:
nam vniuerſæ aſſumptis quibuſdam perficiũtur.
¶Et inſuper fieri non poſſe quo per hanc figu-
ram vniuerſalis vnquam aut affirmatiua aut ne-
gatiua concluſio inferatur.

¶De tribus figuris & indirectis ſyllogiſmis adinuicem. Cap.7.

EXis etiam quæ dicta ſunt patet omni
bus in figuris cũ non ſit ratiocinatio:
affirmatiuis aut negatiuis vtriſq; ter
minis aut etiam particularibus ſum-
ptis nullũ penitus fieri neceſſarium.
¶Sumpto vero affirmatiuo ac negatiuo ſi nega-
tiuus ſumatur vniuerſalis extremi minoris ad ma
iorem ratiocinationẽ fieri ſemper,veluti ſi.A.qui
dem omni.B.aut cuipiã inſit.B.vero nulli compe
tat.C.Nam ſi conuertantur propoſitiones neceſ-
ſe eſt ipſum.C.cuipiam.A.nõ ineſſe. ¶Patet etiã
indefinitam propoſitionem eadem omnibus figu
ris ratiocinationẽ efficere poſitam loco particula
ris affirmatiuæ. ¶Patet inſuper ratiocinationes
imperfectas omnes per figurã perfici primã:vni-
uerſe.n.aut recta demõſtratione aut deductione
ad id quod fieri nequit perficiũtur. At vtroq; mo
do prima ſit plane figura. Nã ſi recta perficiuntur
demõſtratione vniuerſe perficiuntur,cõuerſio ve
ro figurã primã efficiebat: ſin vero demonſtratur
deductione ad id quod fieri nequit falſo poſito ra
tiocinatio ſit per primam figurã velut vltimã in fi
gura. Si.A.&.B.omni competãt.C.ipſum.A.cui
piã competit.B.nam ſi.A.nulli cõpetet.B.ipſum
autẽ.B.omni.C.ineſt.A.nulli cõpetet.C.at omni
ineſſe ſupponebatur:idem & in cæteris fiet. ¶At
vero licet vniuerſas ratiocinationes:at vniuerſa-
les primæ figuræ ratiocinationes reducere.Patet
enim per illa ſecundæ ratiocinationis figuræ per-
fici:quãquã nõ ſimiliter omẽs perficiũtur:ſed vni
uerſalis quidem negatiua vniuerſaliter conuerſa:
vtraq; vero particulariũ deductione ad id quod
fieri nequit. At particulares ratiocinationes pri-
mæ figuræ & per ſe quidẽ ipſas perficiũtur. Licet
autẽ ipſas & per ſecundã figurã oſtendere deducẽ
do ad id quod fieri nequit,veluti ſi.A quidẽ om-
ni.B.cõpetat.B.vero cuipiã inſit.C.ipſum.A.ſa-
ne cuipiã competet.C.nã ſi nulli cõpetet & ineſt
cuilibet.B.ipſum profecto.B.nulli competet.C.
Hoc.n.fit per ſecundã figurã. Similis erit demon
ſtratio ratiocinatione etiã negatiua,nã ſi.A.qui-
dem nulli.B.cõpetat.B.vero cuipiam inſit.C.ip-
ſum.A.profecto cuipiã nõ competet.C.nã ſi ipſi
quidẽ competet omni nulli aũt ineſt.B.ipſum.B.
profecto nulli cõpetit.C.at hoc erat media ſane
figura. Quæ cum ita ſint cũ vniuerſæ quidẽ ratio
cinationes figurę mediæ ad vniuerſales ratiocina
tiones figuræ primæ reducantur,particulares ve
ro ipſius primæ figuræ ad ratiocinationes figuræ
mediæ reducantur.Patet particulares quoq; pri-
mæ figuræ ratiocinationes ad vniuerſales eiuſdẽ
figuræ ratiocinationes reduci.Figurę vero tertię
ratiocinationes ſi vniuerſales quidẽ ſint termini
per vniuerſales continuo ratiocinationes primæ
figuræ perficiuntur, ſin vero particulares ſuman-
tur per ratiocinationes ad illas iam ſunt reductę.
Quare & ratiocinationes particulares figuræ ter
tiæ ad eaſdem vtiq; reducuntur. Patet igitur om-
nes ratiocinationes ad vniuerſales ratiocinatio-
nes figuræ primæ reduci.Ratiocinationum igitur
hę quæ demõſtrãt eſſe atq; nõ eſſe dictę ſunt quo
modo ſeſe habent & per ſe ipſas quę ſunt ex eadẽ
figura:& inter ſeſe quæ ſunt ex diuerſis figuris.

¶Hic finis eorum quæ de libris priorum Argiro pylo interprete ad nos peruenerunt.

¶De ſyllogiſmis ex neceſſario in tribus figuris. Caput.8.

QVoniam autẽ diuerſum eſt ineſſe
& ex neceſsitate ineſſe:& cõtinge
re ineſſe(nã multa inſunt quidẽ nõ
tamẽ ex neceſsitate:alia vero neq;
ex necſsitate:neq; inſunt omnino
cõtingit aũt ineſſe) Manifeſtũ quoniã & ſyllogiſ-
mis in vnoquoq; horũ diuerſis eſt & nõ ſimil'r ha
bẽtibus ſe terminis:ſed hi quidẽ ex neceſsariis illę
vero quæ ſimpliciter inſunt illæ autem ex contin
gentibus. ¶Ergo in neceſsariis quidem fere ſimi
liter ſe habet & in his qui inſunt.Similiter.n.poſi
tis terminis & in his quæ inſunt & in his quæ ex
neceſsitate in ſunt, vel nõ inſunt & erit & nõ erit
ſylllogiſmus, verum diſtabit in eo quod adiacet
termini-

terminis ex neceſsitate ineſse vel non ineſse.Nã
& priuatiuum ſimiliter cõuertitur:& in toto eſse
& de omni ſimiliter aſsignabimus. ¶Ergo in aliis
quidẽ eodem modo oſtẽdetur per cõuerſionem:
quoniã cõcluſio neceſsaria quomodo in eo quod
eſt ineſse ineſt.In media autem figura quãdo fue
rit vniuerſaliter affirmatiua particularis vero pri
uatiua:& rurſum in tertia quando vniuerſalis qui
dẽ prædicatiua particularis vero priuatiua nõ ſi-
militer erit demõſtratio:ſed neceſse eſt exponen-
tes cui alicui vtrũq; nõ ineſt de hoc facere ſyllogiſ
mũ:erit.n.neceſsarius in hoc.Si autẽ de expoſito
eſt neceſſarius erit & de illo aliquo:nã hoc quod
eſt expoſitum ipſum quidẽ illud aliquid eſt:fit au-
tem vterq; ſyllogiſmus in propria figura.

¶De mixtis ex vna neceſſaria & altera abſoluta in prima figura. Cap.9.

ACcidit autem quandoq; altera pro
poſitione neceſſaria neceſſariũ fie
ri ſyllogiſmum. Verum non vtrali-
bet:ſed quę ad maiorem extremita
tem. Vt ſi.a.quidẽ.b.ex neceſsitate
ſumptum eſt ineſſe vel nõ ineſſe.b.autem.c.ineſ-
ſe tantũ:ſic.n.ſumptis propoſitionibus ex neceſ-
ſitate.a.inerit.c.vel nõ inerit:nã quoniã omi.b.
ex neceſsitate ineſt vel nõ ineſt.a.c.autẽ aliquid
eorũ quæ ſunt.b.eſt manifeſtũ:quoniã &.c.ex ne
ceſsitate inerit ſecundũ alterum horum. ¶Si aũt
.a.b.quidem nõ eſt neceſſaria.b.c.autem neceſſa-
ria:nõ erit cõcluſio neceſſaria. Nam ſi eſt:accidit.
a.alicui.b.ineſſe ex neceſsitate per primam & ter
tiam figuram:hoc aũt falſum:contingit.n.tale eſſe
.b.cui poſsibile eſt.a.nulli ineſſe. ¶Amplius autẽ
& ex terminis manifeſtũ quoniã nõ erit cõcluſio
neceſſaria:vt ſi.a.quidẽ ſi motus.b.aũt ſit animal:
in quo autẽ.c.homo:nãq; homo animal eſt neceſ-
ſitate:mouetur aũt animal nõ ex neceſsitate:qua
re nec homo. Similiter & ſi priuatiua ſit.a.b.nam
eadẽ demõſtratio. ¶In particularibus autẽ ſyllo-
giſmis ſi vniuerſalis quidẽ eſt neceſſaria:& conclu
ſio erit neceſſaria. Si autẽ particularis nõ neceſſa-
ria:ſiue priuatiua ſiue prędicatiua fuerit vniuerſa
lis propoſitio. Sit autẽ primo vniuerſalis neceſſa-
ria:&.a.quidẽ omni.b.inſit ex neceſsitate.b.autẽ
alicui.c.inſit ſolũ:neceſſe eſt ergo.a.alicui.c.ineſ
ſe ex neceſsitate:nã.c.ſub.b.eſt.b.aũt omni.a.ine
rit ex neceſsitate. Similiter aũt & ſi priuatiuus ſyl
logiſmus ſit:nã eadẽ erit demonſtratio. ¶Si autẽ
particularis eſt neceſſaria:nõ erit concluſio neceſ
ſaria:nihil.n.impoſsibile euenit quemadmodum
nec in vniuerſalibus ſyllogiſmis:ſimiliter autẽ &
in priuatiuis:termini motus animal album.

¶De mixtis ex vna neceſſaria & altera abſoluta in ſecunda figura. Cap.10.

IN ſecunda autem figura ſi priuatiua
quidem propoſitio vniuerſalis ſit &
neceſſaria: concluſio erit neceſſaria.
Si aũt prædicatiua nõ neceſſaria. Sit
.n.primũ priuatiua neceſſaria:&.a.b.
quidem nulli ex neceſsitate.c.autem inſit tãtum:
quoniã ergo cõuertitur priuatiua:&.b.nulli.a.ex
neceſsitate.a.autẽ omni.c.ineſt:quare nulli.c.ine
rit.b.nã.c.ſub.a.eſt. ¶Similiter aũt & ſi ad.c.po-
natur priuatiuum:nã ſi.a.c.nulli cõtingit:&.c.nul
li.a.poterit ineſſe.a.autẽ omni.b.ineſt:quare nul-
li eorum quæ ſunt.b.cõtingit.c.fit enim prima fi-
gura rurſum:nõ ergo neq;.b.ipſi.c.inerit:cõuerti-
tur enim ſimiliter. ¶Si autẽ prædicatiua propoſi
tio eſt neceſſaria nõ erit concluſio neceſſaria:inſit
enim.a.omni.b.ex neceſsitate.c.aũt nulli inſit tã
tũ cõuerſa:ergo priuatiua fit prima figura:oſten-
ſum eſt aũt in prima quoniã cum nõ eſt neceſſaria
quæ ad maiorẽ eſt priuatiua:nec cõcluſio erit ne-
ceſſaria:quare nec in his erit ex neceſſitate: ¶Am
plius autẽ ſi concluſio eſt neceſſaria:accidit.c.ali-
cui.a.nõ ineſse ex neceſsitate:ſi.n.b.nulli.c.ineſt
ex neceſsitate:neq;.c.nulli.b.inerit ex neceſsita-
te.b.aũt alicui.a.neceſse eſt ineſse:ſi quidẽ &.a.
omni.b.ex neceſsitate inerat:quare.c.neceſse eſt
alicui.a.nõ ineſse:ſed nihil prohibet.a.huiuſmo-
di accipere cui omni contingit ineſse. Amplius &
terminos ponẽtes eſt ſic oſtedere: quoniã conclu
ſio nõ eſt neceſsaria ſimpliciter:ſed hiis exiſtenti
bus neceſsariũ:vt ſit.a.animal.b.vero homo.c.au
tem albũ & ſimiliter propoſitiones ſumpte ſint:cõ
tingit.n.animal nulli albo ineſse nõ erit:ergo nec
homo nulli albo:ſed non ex neceſsitate:cõtingit
enim hominẽ fieri albũ:non tamen donec animal
nulli albo inſit:quare cum hæc ſint neceſsaria erit
concluſio:ſimpliciter autem non neceſsaria. ¶Si
militer autem ſe habebit & in particularibus ſyllo
giſmis quãdo priuatiua quidem propoſitio & vni
uerſalis fuerit & neceſsaria: & cõcluſio erit neceſ
ſaria. Quando autem prædicatiua vniuerſalis pri
uatiua vero particularis:nõ erit cõcluſio neceſsa-
ria: Sit enim primum priuatiua & vniuerſalis ne-
ceſſaria:& a.b.quidẽ cõtingit nulli ineſse ex neceſ
ſitate.c.aũt alicui.a.inſit:quoniam ergo conuerti
tur priuatiua &.b.nulli.a.cõtingit ex neceſsitate
ineſse .a.autẽ alicui.c.ineſt:quare ex neceſsitate
alicui eorũ quæ ſunt.c.nõ erit.b. Rurſum ſit præ-
dicatiua & vniuerſalis & neceſsaria ponatur ab.b
quidẽ prædicatiuũ:ſi ergo.a.omi.b.ex neceſsitate
ineſt.a.c.aũt alicui nõ ineſt: quoniã non inerit.b.
alicui.c.manifeſtum:ſed non ex necſsitate. Nam
idem termini erunt ad demonſtrationẽ qui in vni
uerſalib9 ſyllogiſmis:ſed nec ſi priuatiua neceſsa
ria eſt particulariter ſumpta erit cõcluſio neceſsa
ria:nã per eoſdem terminos fit demonſtratio.

¶De mixtis ex altera neceſsaria & altera de ineſse in tertia figura. Cap.11.

IN poſtrema autem figura terminis
quidẽ vniuerſalib9 ad mediũ & prę
dicatiuis vtriſq; propoſitionibus: ſi
vtralibet ſit neceſsaria & concluſio
erit neceſsaria. Si autẽ hæc quidẽ ſit
priuatiua illa vero prędicatiua quando priuatiua
quidẽ fuerit neceſsaria:& cõcluſio erit neceſsaria
quando

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quando autem prædicatiua: non erit neceſsaria. ℂSint.n.primũ vtræq; prædicatiuæ propoſitiones:&.a.&.b.omni.c.in ſint:neceſſaria aũt ſit.a.c. qm̃ ergo.b.omni.c.ineſt:&.c.alicui.b. inerit eoq; conuertitur vniuerſalis particulariter: quare ſi.a. ineſt omni.c.ex neceſsitate:&.c.alicui.b.&.a.alicui.b.neceſſariũ ineſſe:nã.b.ſub c.eſt.fit igitur prima figura. Similiter autẽ oſtendetur & ſi.b.c.eſt neceſſaria:cõuertitur.n.c.alicui.a.quare ſi omĩ.c. ineſt.b.ex neceſsitate.c.aũt alicui.a.alicui.b.inerit ex neceſsitate. ℂRurſum ſit.a.c.quidẽ priuatiua.b.c.vero affirmatiua neceſſaria autẽ priuatiua:qm̃ ergo conuertitur affiruatiua erit alicui.b. a.autẽ nulli.c.neceſsitate neq;.a.alicui.b.inerit ex neceſsitate:nam.b.ſub.c.eſt. ℂSi autem prędicatiua ſit neceſſaria non erit concluſio neceſſaria. Sit enim.b.c.prædicatiua & neceſſaria.a.c.autem priuatiua & nõ neceſſaria: quoniam ergo conuertitur affirmatiua inerit &.c.alicui.b.ex neceſsitate:quare ſi.a. quidem nulli eorum quæ ſunt.c.ineſt.c.autẽ alicui eorũ quæ ſunt.b.&.a.alicui eorũ quæ ſunt.b nõ inerit ſed nõ ex neceſsitate:oſtenſum eſt.n.in prima figura quoniam priuatiua propoſitione non neceſſaria nec cõcluſio erit neceſſaria: ℂAmplius aũt & per terminos fit manifeſtũ: ſit enim.a.quidem bonum.b.animal.c.aũt equus: ergo bonum quidem contingit nulli equo ineſſe: animal vero neceſſe eſt omni equo ineſſe:ſed non neceſſe eſt aliquod animal nõ eſſe bonũ. Si quidẽ cõtingit om̃e animal eſſe bonũ aut ſi nõ hoc poſſibile ſed vigilare vel dormire terminũ ponendũ: omne enim animal ſuſceptibile eſt horum ſi igitur termini vniuerſaliter ad mediũ ſint dictũ eſt quoniã erit concluſio neceſſaria. ℂSi autem hic quidem vniuerſaliter illæ vero particulariter prædicatiuus vterq; quãdo vniuerſalis fuerit neceſſarius:& concluſio erit neceſſaria: demonſtratio autẽ eademq; & prius cõuertitur enim & particularis affirmatiua:ſi ergo neceſſe eſt.b.omni.c.ineſſe.a. autẽ ſub.c.eſt:neceſse eſt.b.alicui.a.ineſse:ſi autẽ .b.alicui a.& alicui.b.ineſse neceſsarium:cõuertitur.n. Similiter autem & ſi.a.c.ſit neceſsaria vniuerſalis:nam.b.ſub.c.eſt. ℂSi autem particularis eſt neceſsaria non erit concluſio neceſsaria:ſit enim.b.c.particularis & neceſsaria.a.autem inſit omni.c.nõ tamẽ ex neceſsitate: cõuerſa aũt.b.c. prima ſit figura:& vniuerſalis quidẽ ꝓpoſitio nõ neceſsaria : particularis autẽ neceſsaria:quando aũt ſic ſe habebant propoſitiones nõ erat concluſio neceſsaria quare nec in his. ℂAmplius autem & ex terminis manifeſtũ:ſit enim.a.quidẽ vigilatio.b.aũt bipes in quo autem.c.animal ergo b.alicui.c.neceſse eſt ineſse.a.autẽ omni contingit.c. &.a.nõ neceſsario.b nõ enim neceſse eſt aliquem bipedẽ dormire vel vigilare. Similiter autem per eoſdem terminos oſtendetur etiã ſi.a.c.ſit particularis & neceſsaria & concluſio nõ erit neceſsaria. ℂSi autem hic quidem terminorum ſit prędicatiuus ille priuatiu9 & neceſsarius quãdo vniuerſalis fuerit priuatiu9 & neceſsarius : & cõcluſio erit neceſsaria:ſi enim.a.nulli.c.ex neceſsitate contingit.b.aũt alicui.c.ineſt: neceſse eſt.a.alicui.b.non ineſse. Quãdo autẽ affirmatiua neceſsaria ponetur vel particularis vel vniuerſalis vel priuatiua particularis non erit concluſio neceſsaria:nã alia quidem edemq; & in prioribus dicemus. Termini autem cũ vniuerſalis quidem affirmatiua eſt neceſsaria vigilatio animal homo medium homo:cũ autem particularis prædicatiua neceſsaria vigilatio animal album : animal enim neceſse eſt alicui albo ineſse : vigilatio autem contingit nulli & nõ neceſse eſt alicui animali ineſse vigilatiõem:quãdo autem priuatiua particularis eſt neceſsaria bipes moueri animal. ℂManifeſtum igitur quoniã ineſse quidem non eſt ſyllogiſmus ſi vtraq; propoſitiones non ſunt in eo quod eſt ineſse:neceſsarij vero eſt & altera ſolum exiſtente neceſsaria. ℂIn vtriſq; autẽ & affirmatiuis & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis neceſse eſt alteram propoſitionem ſimilem eſse concluſioni:dico autem ſimilẽ ineſse cõcluſioni quidem quæ ineſse ſignificat: ſi autem neceſsaria neceſsariam. ℂQuare & hoc palam quoniam non erit concluſio neq; neceſsaria neq; ineſse non ſumpta vel neceſsaria vel quæ ineſse ſignificet propoſitione. Igitur de neceſsario quomodo fit & quam differentiam habeat ad ineſse ſufficienter pœnæ dictum eſt.

ℂDe contingenti non neceſsario. Cap.12.

DE contingente autem poſt hæc dicemus quando & quomodo & per quę erit Syllogiſmus. Dicere autẽ contingere & contingens quo non exiſtente neceſsario: poſito autem ineſse nihil erit propter hoc impoſsibile. Nam neceſsariũ equiuoce contingere dicitur. Quoniam autem hoc eſt contingens manifeſtum ex affirmationibus & negatiue oppoſitis : nam non contingit eſſe & impoſsibile eſse & neceſsarium eſt non eſse vel eadem ſunt vel ſequuntur ſe inuicem : quare & oppoſita his contingit eſse & non impoſsibile eſſe & non neceſsarium nõ eſse eadem erunt vel ſequentia ſe inuicem. De omni enim affirmatio vel negatio vera: erit ergo cotingens non neceſſarium & non neceſsarium contingens. ℂAccidit autem omnes quę ſecundum contingere ſunt propoſitiones conuerti ſibi inuicem:dico autem non affirmatiuas negatiuis : ſed quæcunq; affirmatiuam habent figuram ſecundum oppoſitionem, vt ea quæ eſt contingit eſſe ei quæ eſt contigit nõ eſſe: & ea quæ eſt contingit omni ei quæ eſt contingit nulli vel non omni:vel quę alicui ei quæ nõ alicui: eodem autem modo & in aliis. Quoniam enim contingens non eſt neceſſarium:& quod nõ eſt neceſſarium poſsibile eſt nõ eſſe manifeſtum: quoniam ſi cõtingit.a.ineſſe.b. cõtingit & non ineſſe:& ſi omni contingit ineſſe & omni cõtingit nõ ineſse; ſimiliter autem & in particularis affirmationibus

tionibus:nam eadem demonſtratio. Sunt autem huius propoſitiones prædicatiuę, & non negatiuę:nam contingere ei quod eſt eſſe:ſimiliter ponitur queẽadmodũ dictum eſt prius. ℂDeterminatis autẽ his rurſum dicemus quoniã cõtingit duobus modis:dicitur vno quidem, quod plerũq; fit, & deficit neceſſarium, vt caneſcere hominem, vel augeri, vel minui, vel omnino quod natum eſt eſſe:hoc enim non continuum habet neceſſariũ: eo quod non ſemper eſt homo : nam cum homo eſt: aut ex neceſsitate, aut vt in pluribus. Alio autẽ modo infinitũ, quod & ſic, & non ſic poſsibile: vt animal ambulare, vel ambulantẽ fieri motum terræ, vel omnino quod caſu fit nihil magis ſic natũ eſt, vel econtrario. ℂConuertitur ergo & ſecundum oppoſitas propoſitiones vtrunq; contingẽs: non tamen eodem modo: ſed quod non natũ quidem eſt eſſe ei, quod ex neceſsitate non eſſe: ſic enim contingit non caneſcere hominem: infinitũ autem ei, quod nihil magis ſic, vel illo modo. Diſciplina autem, & ſyllogiſmus demonſtratiuus ex infinitis quidẽ non eſt:eo quod inordinatum eſt mediũ:ex his vero, quæ nata ſunt, & pene orationes & conſiderationes fiunt de ſic contingẽtibus: ex illis autem poſsibile quidem eſt fieri ſyllogiſmus: non tamen ſolet quæri: hæc ergo diffinientur magis in ſequentibus: nunc autem dicimus quando & quomodo, & quis erit ſyllogiſmus ex cõtingentibus propoſitionibus. ℂQuoniã autem contingere hoc huic ineſſe dupliciter eſt accipere: aut enim cui ineſt hoc, aut cui contingit ipſum ineſſe: nam de quo b.a. contingere horum alterũ ſignificat:aut de quo dicitur.b.aut de quo contingit dici:de quo autẽ.b.a.cõtingere:aut omni.b.poſsibili inneceſſe.a.nihil differt. ℂManifeſtum igitur qm̃ dupliciter dicetur a.contingere om̃i.b.ineſſe. Primũ ergo dicemus ſi de quo.c.cõtingit.b.& de quo.b.cõtingit.a. quis erit, & qualis ſyllogiſmus: ſic enim vtręq; ꝓpoſitiones ſumunt̃ ſecundũ contingere:qñ autẽ de quo.b.eſt contingit.a.hęc quidem ineſſe: illa vero contingẽs:quare.a.ſimilibus figuris incipiendum, quemadmodũ & in aliis.

ℂDe ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in prima figura. Cap. 13.

QVando ergo.a.cõtingit omni.b.&.b. omni.c.ſyllogiſmus erit pfectus:quoniam.a.contingit omni.c.ineſſe:hoc autem manifeſtum eſt ex diffinitiõe: nam contingere omni ineſſe ſic dicebamus. ℂSimiliter autem & ſi.a.quidem contingit nulli.b.b.autem omni.c.quoniam.a.contingit nulli.c.nam de quo.b.contingit.a.non contingere:hoc erat nullum dimittere ſub.b.contingentiũ. ℂQuando autem.a.cõtingit omni.b.b.autẽ nulli.c.per ſumptas quidem propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus:conuerſa autem.b.c. ſecundum contingere fit idem quemadmodum & prius. Quoniam enim contingit.b.nulli.c.ineſſe:contingit & omni ineſſe; hoc autem dictum prius, quare ſi.b. quidem omni.c.a.autẽ omni.b.rurſus idem fit ſyllogiſmus. ℂSimiliter autem & ſi ad vtraſq; propoſitiones negatio ponatur cum contingere: dico autem, vt ſi.a.contingit nulli.b.&.b.nulli.c. nam per ſumptas quidem propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus:conuerſis autem rurſus idem erit, qui & prius. ℂManifeſtum eſt igitur quoniam negatione poſita ad minorem extremitatem, vel ad vtraſq; propoſitiones, aut non fit ſyllogiſmus, aut quidem fit:ſed non perfectus : ex conuerſione enim fit neceſſarium. ℂSi autem hæc quidem propoſitionũ vniuerſalis : illa vero particularis ſumatur ad maiorem quidem extremitatem poſita vniuerſali ſyllogiſmus erit perfectus: nã ſi.a.omni.b contingit.b.autẽ alicui.c.a.alicui.c contingit:hoc autem manifeſtum ex diffinitione contingẽtis. Rurſum ſi.a.contingit nulli.b. b.autem contingit alicui.c.ineſſe neceſſe eſt.a.contingere alicui.c.non ineſſe:demonſtratio autem eadem, quæ in his. ℂSi autẽ priuatiua ſumatur particularis propoſitio: vniuerſalis autem affirmatiua propoſitione autem ſimiliter ſe habeant (vt.a.quidem omni.b. contingat.b.autem alicui.c.cõtingat non ineſſe) per ſumptas quidem propoſitiones non fit perfectus ſyllogiſmus: conuerſa autem particulari, & poſito.b.alicui.c.contingere ineſſe, eadem erit concluſio : quæ & prius, quemadmodum in his, quæ ex principio. ℂSi autem, quæ ad maiorem extremitatem particularis ſumatur, quæ ad minorem vniuerſalis:ſiue vterq; ponatur affirmatiue, ſiue negatiue, ſiue non ſimilis figuræ:ſiue vtræq; indefinitæ, vel particulares nullo nõ erit ſyllogiſmus:nihil enim prohibet.b.tranſcedere.a.& non prędicari de equis:in quo enim.b.trãſcendit .a.ſumatur.c.huic neq; om̃i, neq; nulli, neq; alicui, neq; non alicui contingit.a.ineſſe:ſiquidẽ conuertuntur ſecundum cõtingere propoſitiones: &.b. pluribus cõtingit quã ineſſe. ℂAmplius autẽ ex terminis manifeſtũ eſt:nã ſic ſe habẽtibus propoſitionibus cõtingeret primũ poſtremo, & nulli, & omni ex neceſsitate ineſſe:termini autẽ cões omni ineſſe quidẽ ex neceſsitate animal albũ homo: non cõtingere vero animal albũ veſtis. Manifeſtũ igitur qm̃ hoc modo habẽtibus ſe terminis nullus fit ſyllogiſmus: nam oĩs ſyllogiſmus, vel eius, qđ eſt ineſſe, eſt vel ex neceſsitate, vel cõtingere:nõ eſt ergo quidem eius, qđ eſt ineſſe, neq; neceſſarij manifeſtum qm̃ non eſt:nam affirmatiuus interimitur priuatiuo: & priuatiuus affirmatiuo: relinquitur ergo eius, quod contingere eſſe: hoc autẽ impoſsibile: oſtenſum eſt enim quoniam ſic ſe habentibus terminis, & omni poſtremo primum neceſſe ineſſe:& nulli cõtingere ineſſe:quare nõ erit eius, quod eſt cõtingere ſyllogiſmus: nam neceſſariũ non erat contingens. ℂManifeſtum autem & quoniam cum vniuerſales ſunt termini in contingentibus propoſitionibus ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſint prædicatiui: ſiue priuatiui: verũ ex prædicatiuis quidẽ perfectus:ex

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere ſumere non in neceſſariis: ſed ſecūdū dictā diffinitionē aliquoties aūt latet huiuſmodi.

¶De ſyllogiſmis ex vna abſoluta, & altera de contingenti in prima figura. Cap. 14.

SI autem hæc quidē ineſſe: illa vero cōtingere ſumatur propoſitionū quandoq; ad maiorem quidem extremitatem contingere ſignificauerit præfecti erunt omēs ſyllogiſmi: & cōtingentis ſecundum dictam determinationem. Quando autē quę ad minorem, & imperfecti omnes, & priuatiui ſyllogiſmi non contingentis: ſecundum dictam determinationē: ſed eius, quod eſt nulli, aut non omni ex neceſſitate ineſſe: ſi enim nulli, aut non omni ex neceſſitate: contingere dicimus, & nulli, & non omni ineſſe. Contingat enim .a. omni .b. b. autē omī .c. ponaf ineſſe: qm̄ igitur ſub .b. eſt .c. a. autem contingit omni .b. manifeſtum quoniā & .c. omni contingit .a. fit ergo perfectus ſyllogiſmus. Similiter autē & cum priuatiua eſt .a. b propoſitio. b. autem affirmatiua: & hæc quidem contingēs: illa vero ineſſe ſumetur, perfectus erit ſyllogiſmus: quoniā .a. contingit nulli .c. ineſſe. Quoniam ergo ineſſe poſito ad minorē extremitatem perfecti ſyllogiſmi fiunt: manifeſtum. Quod autem contrarie ſe habētes erunt ſyllogiſmi per impoſſibile monſtrandum non eſt: ſimiliter autem erit manifeſtum & quoniam imperfecti: nam oſtenſio non ex ſumptis propoſitionibus. ¶Primum autem oſtendendum quoniam ſi cum eſt .a. neceſſe eſt eſſe .b. & cum poſſibile eſt eſſe .a. poſſibile erit .b. ex neceſſitate: ſic enim ſic ſe habentibus rebus, vt in quo quidē .a. poſſibile: in quo autem .b. impoſſibile: ſi ergo illud poſſibile quidem eſſe cū poſſibile eſt ipſum fiet: hoc vero impoſſibile quoniā impoſſibile non vtiq; fiet: ſimiliter autem ſi .a. poſſibile, & .b. impoſſibile: contingit .a. fieri pręter .b. ſi autē fieri, & eſſe: nam quod fit quando factum eſt: eſt. Oportet autem accipere non ſolum in generatione impoſſibile, & poſſibile: ſed & in verum'eſſe: & in quod actu eſt: & quocunq; modo ſimpliciter aliter dicitur poſſibile in omnibus & ſimiliter ſe habebit. Amplius cum eſt .a. b. eſſe non tanquam vno aliquo exiſtente. a. erit .b. oportet opinari: nihil em̄ eſt ex neceſſitate vno aliquo exiſtente: ſed duobus ad minus, vt quādo propoſitiones ſic ſe habent, vt dictum eſt ſecundum ſyllogiſmū: nam ſi .c. dicif de .d. d. autē de .e. & .c. de .e. ex neceſſitate: & ſi vtrunq; poſſibile, & concluſio erit poſſibilis: queādmodū ergo ſi quis ponat .a. quidē propoſitiones .b. autē concluſionē accidet non ſolū .a. exiſtente neceſſario, & .b. eſſe neceſſariū: ſed etiā poſſibili poſſibile. Hoc autem oſtenſo manifeſtū eſt qm̄ falſo poſito, & nō impoſſibili, & quod accidit ꝑpter propoſitionē falſum erit & non impoſſibile: vt ſi .a. falſum quidem eſt non tamen impoſſibile: cū autē ſit .a. & .b. & .b. erit falſum quidem non tamē impoſſibile: nam oſtenſum eſt quoniam cum eſt .a. eſt. b. & cum poſſibile eſt .a. poſſibile eſt .b. poſitum autem eſt .a. poſſibile eſſe, & .b. erit poſſibile: ſi enim impoſſibile eſt .b. ſimul idem erit poſſibile, & impoſſibile. Determinatis autē his inſit .a. omni .b. b. autem contingat omni .c. neceſſe eſt. a. igitur contingere omni .c. ineſſe: non autē contingat. b. autem omni .c. ponatur ineſſe: hoc autem falſum quidē non tamen impoſſibile: ſi ergo .a. quidem non cōtingit omni .c. b. autem omni .c. inſit .a. non omni .b. contingit fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram: ſed poſitum erat omī cōtingere ineſſe: neceſſe eſt ergo .a. omni .c. contingere: falſo autem poſito, & non impoſſibili: quod accidit, eſt impoſſibile. Poſſibile eſt autem & per primam figurā facere impoſſibile: ponētes .b. ineſſe .c. nam ſi .b. omni .c. ineſt .a. autem omni .b. contingit: & omni .c. continget .a. ſed poſitū erat non omni cōtingere. ¶Oportet autē accipere omni ineſſe non ſecundū tēpus determinantes, vt nunc, aut in hoc tempore: ſed ſimpliciter (per huiuſmodi enim propoſitiones, & ſyllogiſmos facimus) quoniam ſecundū nunc ſumpta propoſitione non erit ſyllogiſmus: nihil enim fortaſſe prohibet quandoq; & omni mouenti hominē ineſſe: vt ſi nihil aliud moueatur: mouens autē contingit omni equo: ſed homo nulli equo contingit: amplius ſit primum quidem animal: medium vero mouens, poſtremum vero homo: ergo propoſitiones quidem ſimiliter ſe habebunt: concluſio vero erit neceſſaria non contingens: ex neceſſitate enim homo eſt animal: manifeſtum igitur quoniam vniuerſale ſumēdum ſimpliciter, & non tempore determinato. ¶Rurſum ſit priuatiua propoſitio vniuerſalis .a. b. & ſumatur .a. quidem nulli .b. ineſſe .b. autem contingat omni .c. ineſſe: his igitur poſitis neceſſe eſt .a. contingere nulli .c. ineſſe non enim contingat. b. autē ponatur ineſſe .c. ſicut prius: neceſſe eſt igitur .a. alicui .b. ineſſe: fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram: hoc autem impoſſibile: quare contingit .a. nulli .c. poſito enim falſo, & non impoſſibile, impoſſibile eſt, quod accidit. Hic ergo ſyllogiſmus nō eſt contingētis ſecundū diffinitionem: ſed nulli ineſſe ex neceſſitate: hæc enim eē contradictio factæ hypotheſis: poſitū eſt enim ex neceſſitate .a. alicui .c. ineſſe: ſyllogiſmus autem per impoſſibile oppoſitæ eſt contradictionis. Amplius autem & ex terminis manifeſtum quoniam non erit concluſio contingens: ſit enim .a. quidem coruus, in quo autem. b. intelligens, in quo autem .c. homo: nulli ergo .b. ineſt .a. nam nullum intelligens coruus .b. autē contingit omni .c. omni em̄ homini ineſt intelligere: ſed .a. ex neceſſitate nulli .c. non igitur concluſio contingens. Sed nec neceſſaria ſemper: ſit enim .a. quidē mouēs .b. autē ſcientia, in quo autē .c. homo: ergo .a. quidē nulli .b. inerit: autē omni .c. cōtingit: & nō erit concluſio neceſſaria: non enim neceſſe eſt nulū hominem moueri: ſed non neceſſe eſt aliquem: manifeſtum igitur quoniā eſt cōcluſio eius, quod eſt nulli ex

li ex neceſſitate ineſſe: ſumendum autem melius terminos. ¶Si autē priuatiuū ponatur ad minorem extremitatem contingere ſignificans ex ipſis quidem ſumptis propoſitionibus nullus erit ſyllogiſmus: conuerſa autē ſecundū contingens propoſitiōe erit queādmodū in prioribus: inſit enim .a. omni .b. b. autem contingat nulli .c. ſic ergo habentibus ſe terminis nihil erit neceſſarium: ſi autem conuertaf. b. c. & ſumatur .b. cōtingere omni .c. fiet ſyllogiſmus quemadmodū prius: ſimiliter enim habēt ſe termini poſitione. Eodē autem modo & cum priuatiua ſunt vtraq; interualla: ſi .a. b. quidē non ineſſe .b. c. autem non contingere ſignificat: nā per ea quidē, quæ ſumpta ſunt nullo modo fit neceſſariū: conuerſa autē ſecundū contingēs propoſitione erit ſyllogiſmus: ſumaf enim .a. quidē nulli .b. ineſſe .b. autē contingere nulli .c. per hæc quidē nihil neceſſarium: ſi autem ſumatur .b. omni .c. contingere, quod verū eſt .a. b. autē propoſitio ſimiliter ſe habeat rurſus erit idē ſyllogiſmus. ¶Si autē non ineſſe ponaf .b. omni .c. & non cōtingere, non ineſſe non erit ſyllogiſmus vllo modo: ſiue priuatiua ſit, ſiue affirmatiua .a. b. propoſitio. Termini autē cōmunes ex neceſſitate quidem ineſſe album animal nix: non contingere autem albū animal pix Manifeſtū eſt igitur qm̄ cum vniuerſales ſunt termini, & hæc quidē propoſitionum ineſſe: illa vero ſumif contingēs: qn̄ quæ ad minorē eſt extremitatē contingere ſumif propoſitio ſemp fit ſyllogiſmus: verū qn̄q; quidē ex ipſis: quādoq; autē propoſitione cōuerſa qn̄doq; autē vtrunq; horum, & ob quam cauſam dicimus. ¶Si autem hoc quidē vniuerſale illud vero particulare ſumif interuallorū qn̄ ad maiorem quidē extremitatem vniuerſale ponif & cōtingens ſiue negatiuū ſiue affirmatiuū particulare autē affirmatiuū & ineſſe erit ſyllogiſmus perfectus queādmodum & cū vniuerſales ſunt termini: demōſtratio autē eadē, quæ & prius. ¶Quando autem vniuerſale quidē fuerit ad maiorem extremitatem ineſſe, & non contingens: alterū vero particulare, & contingens ſiue affirmatiue, ſiue negatiue ponantur vtræq;, ſiue hæc quidē negatiua: illa vero affirmatiua in omnibus erit ſyllogiſmus imperfectus: verum hi quidē per impoſſibile oſtenduntf: ille vero per conuerſionē contingentis quemadmodum in prioribus. Erit autē ſyllogiſmus per conuerſionē, & qn̄ vniuerſalis quidem ad maiorem extremitatem poſita ſignificauerit ineſſe, vel non ineſſe particularis vero cum ſit priuatiua, ſumatur contingens: vt ſi .a quidē omni .b. ineſt, vel non ineſt .b. autē alicui .c. contingit non ineſſe: conuerſa enim .b. c. ſecundū contingere fit ſyllogiſmus. ¶Qn̄ autem non ineſſe ſumet particulariter poſita non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe album animal nix: non ineſſe autem album anibus pix: per indefinitum enim eſt ſumenda demonſtratio. ¶Si autem vniuerſale quidem ponatur ad minorem extremitatem particulare autem ad maiorem ſiue priuatiuum, ſiue affirmatiuum ſiue contingens, ſiue ineſſe vtrunuis nullo modo erit ſyllogiſmus. Nec cum particulares, vel indefinitæ ponenf propoſitiones ſiue cōtingere ſumptę, ſiue ineſſe, ſeu præmutatim, nec ſic erit ſyllogiſmus: demōſtratio autē eadē, quæ in prioribus, termini autem communes ineſſe quidē ex neceſſitate animal album homo: non cōtingere vero animal album tunica.

¶Manifeſtum eſt igitur quoniam vniuerſali poſito ad maiorem extremitatem ſemper erit ſyllogiſmus: ad minorem autem nunquam.

¶Mixtio neceſſarij, & contingentis in prima figura. Cap. 15.

QVando autē hæc quidē propoſitionum ex neceſſitate ineſſe, vel non ineſſe: illa vero contingere ſignificat ſyllogiſmus quidē erit hoc modo habētibus ſe terminis: & perfectus qn̄ ad minorē extremitatē ponetur neceſſaria. Concluſio autē ſi prædicatiui ſint quidē termini contingentis, & non ineſſe erit, ſiue vniuerſaliter, ſiue non vniuerſaliter ponantur. Si autem ſint hic quidem affirmatiuus: ille vero priuatiuus, quādo affirmatiuus quidem fuerit neceſſarius: & contingentis erit cōcluſio, & non eius, quod eſt non ineſſe. Quādo autē priuatiuus neceſſarius, & contingētis nō ineſſe, & nō ineſſe, ſiue vniuerſales, ſiue non vniuerſales ſint termini. Contingere autē in concluſione eodē modo accipiendū eſt quo in prioribus. Eius autē, quod eſt ex neceſſitate non ineſſe, non erit ſyllogiſmus: aliud enim eſt non ex neceſſitate ineſſe, & ex neceſſitate non ineſſe.

¶Qm̄ igif vniuerſalib⁹ affirmatiuis exiſtentib⁹ terminis non fit cōcluſio neceſſaria manifeſtum: inſit enim .a. omī .b. ex neceſſitate .b. autē contingat omni .c. erit igif ſyllogiſmus imperfectus: qm̄ a cōtingit omni .c. ineſſe: qm̄ autē imperfectus ex demōſtratione palā eodem enim modo oſtendetur, quo, & in propribus. Rurſum a quidē contingat omī .b. ineſſe .b. autē omni .c. inſit ex neceſſitate: erit itaq; ſyllogiſmus: quoniā .a. contingat omni .c. ineſſe: ſed non quoniā ineſt & perfectus quidem: ſed non imperfectus: ſtatim enim perficitur per ex principio propoſitiones. Si autē non ſimilis figuræ ſint propoſitiones: ſit primū priuatiua neceſſaria: & .a. quidē nulli contingat .b. ex neceſſitate .b. autē contingat omī .c. neceſſe eſt igitur .a. nulli .c. ineſſe: ponaf em̄ .a. ineſſe, aut omni, aut alicui: poſitū autē eſt .a. contingere nulli .b. qm̄ ergo conuertitur priuatiua & .b. nulli .a. cōtingit .a. autē poſitū eſt ineſſe .c. aut omī, aut alicui: quare nulli, aut nō omī .c cōtinget .b. ineſſe: ſed inerat omni ex principio: manifeſtū qm̄ & ei⁹, qđ eſt cōtingere nō ineſſe fit ſyllogiſmus ſiquidē nō ineſſe. Rurſum ſit affirmatiua qdē ꝑpoſitio neceſſaria, & .a. quidē cōtingat nulli .b. ineē .b. aūt inſit oī .c. ex neceſſitate: ergo fit ſyllꝰs quidē pfectus: ſed nō eius qđ eſt nō ineē: ſed ei⁹ qđ eſt cōtingere nō ineſſe: nam & ꝑpoſitio ſic ſumpta eſt, quæ ad minorē eſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

extremitatem, & ad impoſsibile non eſt ducere: nam ſi ponatur.a.ineſſe vlli.c.poſitũ eſt autem & .a.nulli.b.cõtingere ineſſe: nihil accidit per ſe impoſsibile. ¶ Si autem ad minorem extremitatem ponatur priuatiuum quando contingere quidem ſignificauerit, ſyllogiſmus erit per conuerſionem quemadmodũ in prioribus. Quando autem non contingere, non erit ex neceſsitate, nec quando vtraq; quidem propoſitio priuatiua, non eſt autem contingens, quod ad minorem eſt. Termini autem ineſſe quidem album animal nix: non ineſſe quidem album animal pix. ¶ Eodem autẽ modo ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmus. Quãdo enim fuerit priuatiua neceſſaria: & concluſio erit eius, quod eſt nõ ineſſe: vt ſi.a.quidem nulli.b.contingit ineſſe. b.autem alicui.c.contingat ineſſe neceſſe eſt.a.alicui eorum, quæ ſunt.c. non ineſſe: ſi enim.a.omni.c.ineſt: contingit autẽ nulli.b.&.b.nulli.a.contingit ineſſe: quare ſi omni.c.ineſt.a.nulli contingit.b.ſed poſitum erat alicui contingere. Quãdo autẽ particularis affirmatiua neceſſaria fuerit, quæ in priuatiuo eſt ſyllogiſmo: vt.b.c.aut vniuerſalis in affirmatiuo: vt.a.b.non erit ineſſe ſyllogiſmus: demõſtratio autem eadem, quæ in prioribus. ¶ Si autem vniuerſale quidem ponatur ad minorem extremitatẽ, vel affirmatiuum, vel negatiuum contingens: particulare autẽ neceſſarium ad extremum maius non erit ſyllogiſmus. Termini autem ineſſe quidem ex neceſsitate animal album homo: non contingere autem animal album tunica. ¶ Quando autem vniuerſale quidẽ eſt neceſſarium: particulare autem contingere cum priuatiuum quidem eſt vniuerſale: ineſſe quidem termini animal album coruus: non ineſſe animal album pix. Cum autem affirmatiuum: ineſſe quidem animal album cignus: non contingere autem animal album nix. ¶ Nec quando indefinite ſumuntur propoſitiones, aut vtræq; particulares, non ſic erit ſyllogiſmus: termini autẽ cõmunes ineſſe quidem animal album homo: non ineſſe autem animal album inanimatum: nam & animal alicui albo: & album inanimato alicui eſt neceſſarium ineſſe: & non contingit ineſſe: & in continenti ſimiliter: quare ad omnia vtiles ſunt termini. ¶ Manifeſtũ ergo ex his, quę dicta ſunt quoniam ſimiliter habentibus ſe terminis, & in eo, quod eſt ineſſe & in neceſſariis, & fit, & non fit ſyllogiſmus: verum ſecundum ineſſe quidem poſita priuatiua propoſitione eius, quod eſt contingere erat ſyllogiſmus: ſecundum neceſſarium autem priuatiua, & contingere, & non ineſſe: palam autem & quoniam omnes imperfecti ſyllogiſmi, & quõ perficiuntur per prædictas figuras.

¶ De ſyllogiſmis ex ambabus, de contingenti in ſecunda figura Cap. 16.

IN ſecunda autẽ figura, quando cõtingens quidẽ ſumuntur vtræq; propoſitiones nullus erit ſyllogiſmus ſiue ſint affirmatiuæ, ſiue priuatiuæ, ſiue vniuerſales, ſiue particulares. ¶ Quando autem hæc quidem ineſſe: illa vero cõtingere ſignificat: affirmatiua quidem ineſſe ſignificante nunquam erit ſyllogiſmus: priuatiua vniuerſali exiſtẽte ſemper. ¶ Eodem modo & quãdo hæc quidem ex neceſsitate: illa vero contingere aſſumatur: oportet autem & in his accipere, quod in concluſionibus eſt contingens quemadmodũ in prioribus. ¶ Primum igitur oſtendendum quoniam non conuertitur in contingere priuatiua: vt ſi.a.contingit nulli.b.non neceſſarie eſt &.b.contingere nulli.a. Ponatur enim hoc & cõtingat.b.nulli.a.ineſſe: ergo quoniam conuertuntur, quæ ſunt in eo, quod eſt contingere affirmationes negationibus, & econtrarie, & contraiacentes.b.autem contingit nulli.a.ineſſe: manifeſtum eſt qm̃ & omni.a.contingit.b.ineſſe: hoc autẽ falſum eſt: nõ enim ſi hoc huic omni contingit, & hoc huic contingat neceſſariũ: quare non conuertit̃ priuatiua. ¶ Amplius autẽ nihil prohibet.a.quidẽ contingere nulli.b.b.autẽ alicui.a.ex neceſsitate non ineſſe: vt albũ quidem contingit omni homini nõ ineſſe: nam & ineſſe hominẽ autẽ non verũ eſt dicere qm̃ contingit nulli albo: pluribus autẽ ex neceſsitate nõ ineſt: neceſſariũ autẽ non erat cõtingens. Sed nec ex impoſsibili oſtendet̃ conuertens: vt ſi quis putet qm̃ falſum eſt.b.cõtingere nulli.a.ineſſe: verũ non cõtingere nulli.a.affirmatio em̃, & negatio: ſi autẽ hoc verũ ex neceſsitate alicui.a.ineſſe.b.quare &.a.alicui.b.ineſſe: hoc autẽ impoſsibile. Non em̃ ſi.a.non cõtingit nulli.b.neceſſe eſt.a.alicui.b.ineſſe: nam non cõtingere nulli dicit̃ dupliciter: hoc quidẽ ſi ex neceſsitate alicui ineſt: illud vero ſi ex neceſsitate alicui non eſt. Nam quod ex neceſsitate alicui eorũ, quæ ſunt.a.non ineſt: non eſt verũ dicere: qm̃ non omni cõtingit ineſſe: quemadmodũ nec quod alicui ineſt ex neceſsitate: qm̃ omni contingit ineſſe. Si ergo aliquis putet quoniam non contingit.c.omni.d.ineſſe: ex neceſsitate alicui non ineſſe ipſum falſum ſumet: omni enim ineſt ſi contingat: ſed quoniã in quibuſdã ex neceſsitate ineſt propter hoc dicimus non omni contingere. Quare ei, quod eſt contingere omni ineſſe, & ea, quæ eſt ex neceſsitate alicui ineſſe opponitur: & ea, quæ eſt ex neceſsitate alicui non ineſſe: ſimiliter aũt & ei, quę eſt cõtingere nulli. Palã ergo qm̃ ad ſic contingens, & non ctinongens, vt in principio diffiniuimus: non ſolum ex neceſsitate alicui ineſſe: ſed & ex neceſsitate alicui non ineſſe ſumendum: hoc autem ſumpto nulli accipit impoſsibile: quare non fit ſyllogiſmus. Manifeſtum ergo ex his, quæ dicta ſunt quoniam non conuertitur priuatiua. ¶ Hoc autẽ oſtenſo ponatur.a.b.quidẽ cõtingere nulli.c.verò omni per conuerſionem: ergo non erit ſyllogiſmus: dictũ eſt enim qm̃ non conuertitur huiuſmodi propoſitio. Sed nec per impoſsibile: nam poſito.b.omni.c.cõtingere ineſſe: nihil accidit falſum: cõtinget enim.a.& omni, & nulli.c.ineſſe. Omino autẽ ſi eſt ſyllogiſmus palam

palam quoniam contingens erit: eo qꝫ neutra propoſitionũ ſumpta eſt in eo quod eſt ineſſe, & hic vel affirmatiuus, vel priuatiuus: neutro autem modo poſsibile: affirmatiuo enim poſito oſtendetur per terminos: quoniam non contingit ineſſe: priuatiuo autem quoniam concluſio non contingit: ſed neceſſaria eſt: ſit enim.a.quidem album.b.autem homo, in quo autem.c.equus: ergo album.a.cõtingit huic quidẽ omni, illi vero nulli ineſſe: ſed.b.neq; ineſſe cõtingit.c.neq; nõ ineſſe. Quoniam igitur ineſſe non poſsibile eſt manifeſtũ: nullus enim equus homo: ſed neq; contingere non ineſſe: neceſſe eſt enim nullum equũ hominem eſſe: neceſſariũ autẽ non erat contingẽs: non igitur fit ſyllogiſmus. Similiter autẽ oſtendetur & ſi econuerſo ponatur priuatiua, & ſi vtræq; affirmatiue ponãtur, vel priuatiue: nam per eoſdẽ terminos erit demonſtratio. Et quando hæc quidẽ vniuerſalis, illa vero particularis, vel vtræq; particulares, vel indefinitæ, aut quolibet modo aliter contingit permutare propoſitiones: ſemper enim erit per eoſdem terminos demonſtratio: manifeſtum ergo quoniam vtriſq; propoſitionibus ſecundum contingere poſitis nullus fit ſyllogiſmus.

¶ Mixtio abſoluti, & contingentis in ſecunda figura. Cap. 17.

SI autem altera quidem ineſſe, altera vero contingere ſignificat prædicatiua quidem ineſſe poſita, primitiua vero contingere: nunquam erit ſyllogiſmus: ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter ſumantur termini: demonſtratio autẽ eadem & per eoſdẽ terminos. ¶ Quando autem affirmatiua quidem contingere priuatiua ineſſe, erit ſyllogiſmus. Sumatur enim.a.b.quidem nulli ineſſe.c.vero omni.a.contingere: conuerſa ergo priuatiua.b.ineſt nulli.a.a.autẽ omni.c.cõtingebat: fit ergo ſyllogiſmus: qm̃.b.contingit nulli.c.per primam figurã. Similiter autẽ & ſi ad.c.ponatur priuatiua. ¶ Si autẽ vtræq; ſint priuatiuę: ſignificet autem hæc quidẽ non ineſſe, illa vero contingere non ineſſe: per ea quidem, quæ ſumpta ſunt nihil accidit neceſſariũ: conuerſa autẽ ſecundũ contingere propoſitiones fit ſyllogiſmus: qm̃.b.contingit nulli.c.ineſſe quemadmodũ in prioribus: erit enim rurſum prima figura. ¶ Si autem vtręq; ponant̃ prædicatiuę non erit ſyllogiſmus. Termini quidẽ ineſſe ſanitas animal homo: non ineſſe autem ſanitas equus homo. Eodem autẽ modo ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmis. ¶ Quñ autem erit affirmatiua ineſſe ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter ſumpta nullus erit ſyllogiſmus: hoc autem ſimiliter & per eoſdem terminos demonſtratur, quibus & prius. ¶ Quando autem & priuatiua erit per conuerſionem quemadmodum in prioribus. ¶ Rurſum ſi ambo quidem interualla priuatiua ſumantur: vniuerſaliter autem qꝫ non ineſſe ex ipſis quidẽ propoſitionibus: non erit neceſſarium: conuerſa autem contingenti erit ſicut in prioribus ſyllogiſmus. ¶ Si autem ineſſe quidem ſit priuatiua particulariter quidem ſumpta non erit ſyllogiſmus, neq; prædicatiua, neq; priuatiua exiſtente altera propoſitione. Nec quando vtræq; ponuntur indefinitę, vel affirmatiuę, vel negatiuę, aut particulares: demonſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos.

¶ De ſyllogiſmis ex vna de neceſſario, & alia de contingenti in ſecunda figura. Cap. 18.

SI autem hæc quidem propoſitionum ex neceſsitate: illa vero contingere ſignificat: priuatiua quidem neceſſaria erit ſyllogiſmus: non ſolum quoniam contingit non ineſſe: ſed & quoniam non ineſt. Affirmatiua autem non erit. Ponatur enim.a.b.quidem nulli ineſſe ex neceſsitate.c.autem omni contingere: conuerſa ergo priuatiua, &.b.nulli.a.inerit.a.autem omni.c.contingebat: fit igitur rurſum per primã figuram ſyllogiſmus: quoniam.b.contingit nulli.c.ineſſe. Similiter autem manifeſtum quoniã ineſt.b.nulli.c.ponatur enim ineſſe: ergo ſi.a.contingit nulli.b.b.autem ineſt alicui.c.a.alicui.c.non cõtingit: ſed omni ponebatur contingere. Eodem autem modo oſtendetur & ſi.a.ad.c.ponatur priuatiuum. Rurſum ſit prædicatiua quidem neceſſaria, altera quidem contingens &.a.b.quidem contingat nulli.c.autẽ omni: inſit ex neceſsitate: ergo habentibus ſe terminis, nullus erit ſyllogiſmus: accidit enim.b.non ineſſe.c.ex neceſsitate: ſit enim.a.quidem album in quo autem.b.homo: in quo vero.c.cignus: ergo album cigno quidem ex neceſsitate ineſt: homini autem cõtingit nulli: & homo nulli cigno ex neceſsitate. Quoniam igitur eius, quod eſt contingere non eſt ſyllogiſmus manifeſtum eſt: nam ex neceſsitate non erat contingens: ſed neq; ſemper neceſſarij: nam neceſſarium aut ex vtriſq; neceſſariis, aut ex priuatiua neceſſaria cõtingebat. Amplius & poſsibile eſt his poſitis.b.ineſſe.c.nihil enim prohibet.c.quidem ſub.b.eſſe.a.autem.b.quidem omni contingere.c.autem ex neceſsitate ineſſe: vt ſit quidem.c.vigilans.b.autem animal, in quo autẽ.a.motus: nam vigilanti quidem ex neceſsitate ineſt motus. animal autẽ omni contingit: & omne vigilans animal. Manifeſtum ergo quoniam non eius, quod eſt non ineſſe. ſiquidem ſic ſe habentibus terminis neceſſarie eſt ineſſe: neque autem oppoſitarum affirmationum: quare nullus erit ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur, & econuerſo poſita affirmatiua. Si autem ſimilis figuræ ſint propoſitiones cum priuatiuę ſint, ſemper fit ſyllogiſmus conuerſa ſecundum contingere propoſitione quemadmodũ in prioribus: ſumatur enim.a.b.quidẽ ex neceſsitate non ineſſe.c.autem cõtingere non ineſſe: cõuerſis autem propoſitionibus.b quidẽ nulli ineſt.a.a.autẽ omni.c.cõtingit: fit igitur prima figura: & ſi ad.c.ponatur priuatiuum ſimiliter: ſi autẽ prædicatiue ponant̃ nõ erit ſyllogiſmus: nã eius, quod eſt non

 ineſſe,

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ineſſe, aut eius, quod eſt ex neceſſitate non ineſſe manifeſtum quoniam non erit: eo q̃ non ſumpta ſit priuatiua propoſitio, neq; in eo q̃ eſt ineſſe, neq; in eo q̃ eſt ex neceſſitate ineſſe: ſed neq; eius, quod eſt contingere non ineſſe: ex neceſſitate enim ſic ſe habentibus. b. non inerit, c. vt ſi. a. quidem ponatur album, in quo autem. b. cygnus, in quo autẽ. c. homo: neq; oppoſitarũ affirmationum quoniam oſtenſum eſt. b. ex neceſſitate non ineſſe. c. non ergo fit ſyllogiſmus omnino. ¶ Similiter autem ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmis: q̃ñ enim fuerit priuatiua, & vniuerſalis, & neceſſaria, ſemper erit ſyllogiſmus, & eius, quod eſt cõtingere non ineſſe: demõſtratio autẽ per conuerſionem. Q̃ñ autem affirmatiua nunq̃: eodem autem modo oſtendet̃, quo & in vniuerſalibus, & per eoſdẽ terminos. Neq; q̃ñ vtraq; ſumunt̃ affirmatiuæ nam & huius eadẽ demõſtratio, quæ eſt prius. ¶ Quando autem vtraq; quidem priuatiuæ vniuerſalis autem, & neceſſaria, quæ non ineſſe ſignificat per ea quidem, quæ ſumpta ſunt, non erit neceſſarium: conuerſa autem ſecundum contingere propoſitione erit ſyllogiſmus quemadmodum in prioribus. Si autem vtraq; indefinitæ, vel particulares ſumantur, non erit ſyllogiſmus: demonſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos. ¶ Manifeſtum igitur ex prædictis quoniam priuatiua quidem vniuerſali poſita neceſſaria ſemper fit ſyllogiſmus non ſolũ eius, quod eſt contingere non ineſſe, ſed & non ineſſe: affirmatiua autem nunquam. Et quoniam eodem modo ſe habentibus, & in neceſſariis, & in his, quæ inſunt, fit, & non fit ſyllogiſmus. Palam & quoniam imperfecti omnes ſunt ſyllogiſmi: & quoniam omnes perficiuntur per prædictas figuras.

¶ De ſyllogiſmis ex ambabus de contingenti in tertia figura. Cap. 19.

IN poſtrema autem figura, & vtriſq; contingentibus, & altera erit ſyllogiſmus. Q̃uãdo ergo contingere ſignificant propoſitiones, & cõcluſio erit contingẽs. ¶ Et q̃ñ hæc quidẽ contingere: illa vero ineſſe ſimiliter erit ſyllogiſmus. ¶ Q̃ñ autẽ altera ponit̃ neceſſaria, ſi affirmatiua quidẽ non erit cõcluſio, neq; neceſſaria, neq; ineſſe. Si autẽ priuatiua, vel neceſſaria eius, q̃d eſt non ineſſe: erit ſyllogiſmus quẽadmodũ in prioribus: ſumendũ autẽ & in his ſimiliter, q̃d eſt in concluſionibus cõtingens. Sint ergo primũ cõtingentes: & .a. & .b. contingãt omni ineſſe: q̃m ergo conuertitur affirmatiua particulariter. b. autẽ omni .c. contingit: & .c. alicui .b. cõtingit: quare ſi .a. quidẽ omni .c. cõtingit, .c. autẽ alicui .b. & ex neceſſitate .a. alicui .b. cõtingit: fit enim prima figura. Et ſi .a. quidẽ contingit nulli .c. ineſſe .b. autẽ omni .c. contingat: neceſſe eſt .a. alicui .b. contingere non ineſſe: erit enim rurſum prima figura per cõuerſionem. ¶ Si autẽ vtraq; priuatiuæ ponant̃ ex his quidẽ quæ ſumpta ſunt non erit neceſſarium: conuerſis autẽ propoſitionibus erit ſyllogiſmus quẽadmodum in prioribus: ſi enim .a. & .b. cõtingit .c. non ineſſe: ſi tranſmutatur cõtingens non ineſſe rurſum erit prima figura per cõuerſionẽ. ¶ Si autem hic quidem terminorũ eſt vniuerſalis, ille vero particularis eodem modo ſe habentibus terminis quo ineſſe: & erit, & non erit ſyllogiſmus: cõtingat enim .a. quidem omni .c. b. autẽ alicui .c. ineſſe: erit ergo rurſum prima figura particulari propoſitione conuerſa: nam ſi .a. omni .c. c. autem alicui .b. & .a. alicui .b. cõtingit. Et ſi ad .c. ponat̃ vniuerſale ſimiliter. Similiter autẽ & ſi .a. c. quidẽ priuatiua ſit. b. c. autẽ affirmatiua, erit enim rurſum prima figura per conuerſionem. Si autem vtraq; priuatiuæ ponantur, hæc quidem vniuerſaliter, illa vero particulariter per ea quidem, quæ ſumpta ſunt, non erit ſyllogiſmus: conuerſis autẽ propoſitionibus erit quemadmodum in prioribus. ¶ Quando autem vtraq; infinitæ, vel particulares ſumuntur non erit ſyllogiſmus: etenim neceſſe eſt .a. omni, & nulli .b. ineſſe: termini ineſſe animal homo albũ: non ineſſe equus homo album medium album.

¶ Mixtio contingentis, & ineſſe in tertia figura. Caput. 20.

SI autẽ hæc quidẽ propoſitionũ ineſſe illa autẽ cõtingere ſignificet cõcluſio quidẽ erit, q̃m contingit: & non q̃m ineſt. ſyllogiſmus autẽ erit eodẽ modo ſe habentibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primũ prædicatiui, & .a. quidẽ omni .c. inſit, b. autẽ omni .c. contingat: conuerſa ergo .b. c. erit prima figura: & cõcluſio q̃m cõtingit .a. alicui .b. ineſſe: cũ ergo altera propoſitionũ in prima figura ſignificabit cõtingere, & cõcluſio erit cõtingens. Similiter autẽ & ſi .b. c. quidẽ ineſſe .a. c. autẽ contingere ineſſe. Et ſi .a. c. quidẽ priuatiua, b. c. autẽ prædicatiua inſit autẽ alterutra vtriſq; contingẽs erit cõcluſio, fit enim rurſum prima figura: oſtenſum eſt autẽ quoniã ſi altera propoſitio ſignificet cõtingere in prima figura: & concluſio erit cõtingẽs. Si autẽ contingens priuatiua ponatur ad minorẽ extremitatẽ, vel ſi vtraq; ſumatur priuatiua, per ea, quæ poſita ſunt non erit ſyllogiſmus: conuerſis autẽ erit quemadmodum in prioribus. ¶ Si autẽ hæc quidem propoſitionũ ſit vniuerſalis, illa vero particularis vtriſq; quidem prædicatiuis, aut vniuerſali quidem priuatiua particulari autem affirmatiua idem modus erit ſyllogiſmorum: omnes enim concluduntur per primam figuram: quare manifeſtũ q̃m eius, q̃d eſt contingere, & non eius, quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus. Si autẽ affirmatiua quidẽ vniuerſalis priuatiua autẽ particularis per impoſſibile erit demonſtratio: inſit enim .b. quidem omni .c. a. autẽ contingat alicui .c. non ineſſe: neceſſe eſt ergo .a. contingere alicui .b. non ineſſe: nam ſi omni .b. ineſt .a. ex neceſſitate, b. autẽ omni .c. poſitũ eſt ineſſe .a. omni .c. ex neceſſitate inerit. hoc autẽ oſtenſum eſt prius, ſed poſitũ eſt alicui contingere non ineſſe.

¶ Q̃ñ

¶ Q̃ñ autẽ indefinitæ, vel particulares ſumunt̃ vtræq;, nõ erit ſyllogiſmus: demõſtratio autẽ eadẽ, quæ & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

¶ Mixtio neceſſarij, & contingentis in tertia figura. Caput. 21.

SI autẽ eſt hæc quidẽ propoſitionũ neceſſaria illa vero cõtingẽs ſi prædicatiui quidẽ ſunt termini ſemper eius, quod eſt cõtingere erit ſyllogiſmus. ¶ Q̃uando autẽ fuerit hic quidẽ prædicatiuus, ille autẽ priuatiuus: ſi ſit affirmatiuus quidem neceſſarius erit eius, quod eſt contingere non ineſſe: ſi autẽ priuatiuus, & eius, quod eſt contingere non ineſſe & eius, quod eſt non ineſſe. Eius autẽ, quod eſt ex neceſſitate non ineſſe: non erit ſyllogiſmus, ſicut nec in alijs figuris. Sint ergo prædicatiui termini primum, & .a. c. quidem omni inſit ex neceſſitate .b. autẽ omni .c. contingat ineſſe: quoniã ergo omni .c. neceſſario ineſt .c. autẽ alicui .b. contingit: & .a. alicui .b. cõtingens erit, & non ineſt: ſic enim accidit in prima figura. Similiter autẽ oſtẽdetur, & ſi .b. c. quidẽ ponatur neceſſaria .a. c. autem contingens. Rurſum ſit hoc quidẽ prædicatiuũ, illud vero priuatiuum: neceſſarium autẽ prædicatiuũ: & .a. quidẽ contingat nulli .c. ineſſe .b. autẽ omni inſit ex neceſſitate .c. erit ergo rurſum prima figura, & concluſio cõtingens, ſed non ineſſe. Nam priuatiua propoſitio contingere ſignificat: manifeſtũ eſt igitur quoniã concluſio erit cõtingens: cum enim ſic ſe habebãt propoſitiones in prima figura, & concluſio erat contingens. ¶ Si autem priuatiua ſit ſi propoſitio neceſſaria, & concluſio erit. & q̃m cõtingit alicui nõ ineſſe & q̃m non ineſſe: ponatur enim .a. nõ ineſſe .c. ex neceſſitate .b. autẽ omni .c. cõtingere: conuerſa ergo .b. c. affirmatiua prima erit figura, & neceſſaria priuatiua propoſitio: cum autem ſic ſe habebant propoſitiones accidebat .a. & cõtingere alicui .c. & non ineſſe: quare & .a. neceſſe eſt alicui .b. non ineſſe. ¶ Q̃uãdo autẽ priuatiuũ ponitur ad minorẽ extremitatẽ, ſi cõtingens quidẽ erit ſyllogiſmus tranſſumpta propoſitione quẽadmodũ in prioribus. Si autẽ neceſſariũ non erit: etenim neceſſe eſt omni, & nulli cõtingat ineſſe: termini omni ineſſe ſomnus equus dormiens homo nulli ineſſe ſomnus equus vigilans homo. ¶ Similiter autem ſe habebit, & ſi hic quidẽ terminorũ ſit vniuerſalis, ille autẽ particularis ad mediũ: nam ſi vtriq; ſit prædicatiui eius, quod eſt contingere, & non eius, quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus. ¶ Et quãdo hoc quidẽ priuatiuũ ſumetur: illud vero affirmatiuum: neceſſariũ autẽ affirmatiuũ huius, quod eſt cõtingere. ¶ Q̃ñ autẽ priuatiuũ neceſſariũ, & cõcluſio erit eius, quod eſt nõ ineſſe: nam idẽ modus erit demõſtrationis: & cum vniuerſales, & nõ vniuerſales ſunt termini, neceſſe eſt enĩ per primã figurã perfici ſyllogiſmos: quare, vt in illis, & in his neceſſariũ accidere. ¶ Q̃ñ autẽ priuatiuũ vniuerſaliter ſumptũ ponitur ad minorẽ extremitatẽ, ſi contingens quidẽ erit ſyllogiſmus per conuerſionem: ſi autem neceſſarium non ſit, non enim oſtẽdetur autem eodẽ modo, quo & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos. ¶ Manifeſtum ergo & in hac figura q̃ñ, & quomodo erit ſyllogiſmus: & q̃ñ eius, quod eſt contingere, & q̃ñ eius, quod eſt ineſſe. ¶ Palam autem & quoniam omnes imperfecti, & quoniam perficiuntur per primam figuram.

¶ De ſyllogiſmo oſtenſiuo. Cap. 22.

QVoniã igitur qui in his figuris ſunt ſyllogiſmi, perficiuntur per eos, qui in prima figura ſunt vniuerſales ſyllogiſmos, & in hos reducunt̃ palã ex prædictis. Q̃uoniã autẽ ſimpliciter omnis ſyllogiſmus ſic ſe habebit, nũc erit manifeſtum, cum oſtenſus fuerit omnis, quiſq; per aliquã harum figurarũ fieri. ¶ Neceſſe eſt ergo omnẽ demonſtrationem, & omnẽ ſyllogiſmum aut ineſſe quid, aut non ineſſe demonſtrare, & hoc aut vniuerſaliter, aut particulariter. Amplius aut oſtenſiue, aut ex hypotheſi. Eius autẽ, quod eſt ex hypotheſi pars eſt per impoſſibile. Primum ergo dicemus de oſtẽſiuis: his enĩ oſtẽſis manifeſtũ erit & de his, qui ad impoſſibile: & omnino de his, qui ex hypotheſi. ¶ Si ergo oporteat .a. de .b. ſyllogizare, vel ineſſe, vel non ineſſe: neceſſe eſt ſumere aliquid de aliquo. Si ergo .a. ſumatur de .b. quod ex principio erit ſumptũ: ſi autẽ .a. de .c. c. autẽ de nullo alio, nec aliud de illo: neq; de .a. alterũ nullus erit ſyllogiſmus: nam in eo q̃ vnũ de vno ſumitur, nihil accidit ex neceſſitate: quare aſſumenda eſt altera propoſitio. Si igitur ſumatur .a. de alio, aut aliud de .a. aut de .c. alterum eſſe quidẽ ſyllogiſmũ nihil prohibet ad .b. autẽ non erit per ea, quæ ſumpta ſunt: nec quãdo .c. ineſt alteri, & illud alij & hoc alteri nõ copulet̃ autẽ ad .b. nec ſic erit ad .b. ſyllogiſmus ipſius .a. Omnino enĩ dicimus q̃m nullus nunquam erit ſyllogiſmus alius de alio non ſumpto aliquo medio, quod ad vtrunq; ſe habet quo quomodo prædicationũ. Nam ſyllogiſmus quidẽ ſimpliciter ex propoſitionibus eſt: ad hoc autem ſyllogiſmus ex propoſitionibus, quæ ad hoc: qui autẽ eſt huius ad hoc per propoſitiões huius ad hoc. impoſſibile eſt autem ad .b. ſumere propoſitionem nihil neq; prædicantes de eo, neq; negantes autem ſumentes, quod eſt .a. ad .b. nihil idẽ commune ſumentes, ſed vtriuſq; propria quædã prædicantes, aut negantes: quare ſumendum aliquid medium vtriuſq;, quod copulet prædicationem ſi erit huius ad hoc ſyllogiſmus. Ergo ſi neceſſe eſt aliquid ſumere ad vtrunq; commune: hoc autem contingit tripliciter: aut enim .a. de .c. & .c. de .b. prædicantes: aut vtriſq;, aut vtraq; de .c. hæ autem ſunt tres dictæ figuræ, manifeſtum quoniam omnem ſyllogiſmum neceſſe eſt fieri per aliquam harum figurarum: nam eadem ratio eſt, & ſi per plura copuletur ad .b. eadem enim erit figura, & in pluribus. Q̃uoniam igitur oſtenſiui terminantur, per prædictas figuras manifeſtum eſt.

GREDOS.USAL.ES

¶De ſyllogiſmo ex hypotheſi. Cap. 23.

QVoniam autem & qui ad impoſsibile palam erit per hæc: omnes enim, qui per impoſsibile probant falſum quidem ſyllogiſant: quod autem ex principio erat ex hypotheſi demonſtrant: quoniã aliquid accidit impoſſibile poſita contradictione: vt quoniã diameter eſt aſsimeter coſtæ: eo ꝙ fiunt abundãtia æqualia perfectis poſito ſimetro: ergo æqualia quidẽ fieri abundãtia perfectis ſyllogiſant: aſſimetrũ autem eſſe diametrũ ex hypotheſi mõſtrant, quoniã falſum accidit propter contradictionem, hoc enim fuit per impoſsibile ſyllogiſare, oſtẽdere aliquid impoſsibile ꝑpter priorẽ hypotheſim. Quare qm̃ falſus fit ſyllogiſmus oñſiuus in his, qui ad impoſſibile deducunt: quod autẽ eſt ex principio ex hypotheſi mõſtratur: oſtenſiuos autẽ dicimus prius: quoniã per has terminantur figuras: manifeſtum quoniã & per impoſsibile ſyllogiſmi per has erũt figuras. ¶Similiter autẽ & alij om̃es, qui ſunt ex hipotheſi: in omnibus his enim ſyllogiſmus quidem fit ad trãſumptũ: quod autẽ eſt, ex principio terminatur per confeſsionẽ, aut per aliquam aliã hypotheſim: ſi autẽ hoc verũ neceſſe eſt omnem demonſtrationẽ, & omnẽ ſyllogiſmũ fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem oſtenſo palam qm̃ omnis ſyllogiſmus perficitur per primã figuram: & reducitur in huius vniuerſales ſyllogiſmos.

¶De qualitate, & quantitate terminorum ſyllogiſmi. Cap. 24.

AMplius autẽ in om̃i ſyllogiſmo oportet aliquem terminorum prædicatiuum eſſe, & vniuerſalem: ſiue vniuerſali enim nõ erit ſyllogiſmus, aut non ad hoc, qđ poſitum eſt, aut qđ ex principio eſt, petet. Ponatur em̃ muſicam voluptatem eſſe ſtudioſam: ſi ergo propoſuerit voluptatem eſſe ſtudioſam non addens omnem, non erit ſyllogiſmus: ſi autem aliquã voluptatem eſſe ſtudioſam, ſi aliam quidem nihil ad hoc, quod poſitum eſt: ſi autẽ eandẽ, qđ ex principio erat, ſumit. Magis autem fit manifeſtũ in figuris, vt quoniã equi cruris ęquales ſunt anguli, qui ſunt ad baſim: ſint enim in cẽtrum ductæ. a. b. ſi ergo æqualẽ ſumpſerit. a. c. angulũ ei, qui eſt. b. d. non omnino probans æquales eos, qui ſunt ſemicirculorum: & rurſum. c. ei, qui eſt. d. nõ omnem aſſumens eum, qui eſt inciſionis. Amplius ab æqualibus exiſtentibus omnibus angulis æqualibus demptis ęquales eſſe reliquos ſcilicet. e. f. qđ ex principio eſt, patet: niſi ſumat ab omnibus æqualibus equis demptis ęqualia relinqui: manifeſtum igitur quoniam in omni ſyllogiſmo oportet vniuerſale ineſſe. ¶Et quoniã vniuerſale quidẽ ex omnibus terminis vniuerſalibus monſtratur: particulare autem, & ſic, & aliter: quare ſi concluſio ſit vniuerſalis, & terminos, neceſſe eſt vniuerſales eſſe: ſi autẽ vniuerſales ſint termini cõtingit cõcluſionẽ non vniuerſalẽ eſſe. ¶Palam etiã qm̃ in omni ſyllogiſmo, aut vtranqꝫ, aut alterã propoſitionẽ ſimilẽ neceſſe eſt fieri concluſioni: dico autem non ſolũ in eo ꝙ affirmatiua ſit vel negatiua: ſed in eo ꝙ neceſſaria, aut ineſſe, aut cõtingẽs: cõſiderare autẽ oportet & alia prędicamẽta: manifeſtum autẽ & quando ſimpliciter erit, & qñ non erit ſyllogiſmus, & quãdo poſsibilis: & quãdo perfectus: & qm̃ ſi eſt ſyllogiſmus neceſſariũ eſt habere terminos ſecundũ aliquem dictorum modorum.

¶De numero terminorum ſyllogiſmi. Cap. 25.

PAlam autem & quoniam omnis demonſtratio erit per tres terminos, & non per plures: niſi per alia, & alia eadem cõcluſio fiat: vt. e. per. a. b. & per c. d. aut per. a. b. &. a. c. &. b. c. plura enim media eorundẽ nihil eſſe prohibet: hæc autẽ cum ſint nõ vnus: ſed plures ſunt ſyllogiſmi. Aut rurſum qñ vtrũqꝫ. a. b. ſumitur ꝑ ſyllogiſmũ: vt. a. per. d. e. & rurſum. b. ꝑ. f. g. aut hoc quidẽ inductione, illud autẽ ſyllogiſmo: ſed & ſic plures erũt ſyllogiſmi: plures em̃ concluſiones ſunt: vt. a. &. b. &. c. ſi autẽ non plures: ſed vnus (ſic autẽ cõtingit fieri ꝑ plura media eandẽ cõcluſionẽ: vt. e. per. a. b. c. d.) impoſsibile. Sit em̃. e. concluſum ex. a. b. c. d. ergo neceſſe eſt aliquid eorũ aliud ad aliud ſumptum eſſe hoc quidẽ, vt totum illud vero, vt pars: hoc em̃ oſtenſum eſt prius qm̃ ſi eſt ſyllogiſmus, neceſſe eſt ſic aliquos ſe habere terminorũ: habeat ſe ergo. a. ſic ad. b. eſt itaqꝫ aliqua ex eis concluſio: aut ergo. e. aut alterũ eorum, quæ ſunt. c. d. aut alterũ aliud quidẽ præter hæc. Et ſi. e. quidẽ ex. a. b. tantũ erit ſyllogiſmus. c. d. autẽ ſiquidẽ ſe habeant ſic, vt ſic hoc quidẽ, vt totũ illud vero, vt pars: erit aliquid ex illis, aut aliquid eorũ, quæ ſunt. a. b. aut alterũ aliud quidẽ præter hæc. Et ſic. e. quidẽ, aut eorũ, quæ ſunt. a. b. alterũ, aut plures erũt ſyllogiſmi, aut (vt contingebat) idẽ per plures terminos cõcludi accidit: ſi autẽ aliud quidẽ præter hęc plures erũt, & incõiuncti ſyllogiſmi ad inuicẽ: ſi autẽ nõ ſic ſe habeat. c. ad. d. vt faciat ſyllogiſmus: vane erit ſumpta, niſi inductionis, aut celationis, aut alicuius alius taliũ gratia. Si aũt ex. a. b. nõ ſit cõcluſum. e. ſed alia quædã fiat concluſio: ex. c. d. autẽ aut horum alterum, aut aliud præter hæc: & plures fiunt ſyllogiſmi, & non eius, quod poſitum eſt: ponebatᷣ enim eius, quod eſt. e. eſſe ſyllogiſmũ. Si autẽ non fiat ex. c. d. nulla cõcluſio, & vane ſumpta eſſe ea accidit, & nõ eius, qđ eſt ex principio eſſe ſyllogiſmũ. Quare manifeſtũ quoniã omnis demonſtratio, & om̃is ſyllogiſmus erit per tres terminos tantum.

¶De numero propoſitionum, & ſyllogiſmis. Caput. 26.

HOc autem manifeſto palam quoniam & ex duabus propoſitionibus, & non pluribus: nam tres termini, duæ ſunt propoſitiones, niſi aſſumatur aliquid (quemadmodum in propioribus dictum

dictum eſt) ad perfectionem ſyllogiſmorum. ¶Manifeſtum igitur quando vt in oratione ſyllogiſtica non pares ſunt propoſitiones per quas fit concluſio principalis quaſdam enim ſuperiorum concluſionũ neceſſarium eſt eſſe propoſitiones) hæc oratio aut nõ ſyllogiſtica eſt aut plura neceſſariis interrogauit ad poſitionem. ¶Secundũ igitur principales propoſitiones ſumptis ſyllogiſmis omnis ſyllogiſmus erit ex propoſitionibus quidem perfectis: ex terminis autem abundãtibus: vno enim plures termini propoſitionibus: erũt autem & cõcluſiones dimidietas propoſitionum. Quando autem per anteſyllogiſmos concluditur aut per plura media nõ continua: vt. a. b. per. c. d. multitudo quidem terminorũ ſimiliter vno ſuperabit propoſitiones: aut enim extrinſecus aut ad medium ponetur intercidens terminus: vtrinqꝫ autem accidit vno minus eſſe interualla quam terminos: propoſitiones autẽ equales ſunt interualis. ¶Nõ tamẽ heæ quidẽ ſemper perfecte erũt illæ vero abũdãtes: ſed permutatim quia cũ propoſitiones quidẽ ſunt perfecte abũdantes erũt termini: cũ vero termini perfecti abũdantes erũt propoſitiones ſimul. n. termino addito vna additur propoſitio vndecũqꝫ addatur terminus: quare quoniã heę propoſitiões quidẽ perfecte erunt illæ vero abundãtes erunt neceſſe eſt tranſmutare eadẽ additione facta. Concluſiones autẽ non etiam eundẽ habebunt ordinem neqꝫ ad terminos neqꝫ ad propoſitiones, vno enim termino addito concluſiones adiungẽtur vno pauciores præexiſtẽtibus terminis, ad ſolum enim vltimum non facit concluſionem: ad alios autẽ omnes, vt ſi eis quę ſunt. a. b. c. adiacet. d. ſtatim & cõcluſiones duæ adiacẽt quæ ad. a. & ad. b. Similiter autem & in allis. Si autem ad mediũ intercidat eodem modo: ad vnum enim ſolũ non faciet ſylloogiſmũ quaræ multo plures cõcluſiones erunt & terminis & propoſitionibus.

¶De problematis hoc eſt propoſitis in vnaquaqꝫ figura facile & difficile conſtruendis & deſtruendis. Caput. 27.

QVoniam autem habem⁹ ex quibus ſyllogiſmi & quales in vnaquaqꝫ figura & quot modis mõſtratur: manifeſtũ nobis eſt & quę propoſitio facile & quæ difficile argunentabilis eſt, namqꝫ in pluribus figuris & per plures caſus cõcluditur facilis quæ autem in paucis & per pauciores difficilius argumentabilis. Ergo affirmatiua quidẽ vniuerſalis per primã tantũ figurã mõſtratur & per hãc vnicæ ſimpliciter. Priuatiua vero & per primã & per mediã, per primã quidẽ ſimpliciter, per mediam autẽ dupliciter, particularis autem affirmatiua per primam: & per poſtremam: ſimpliciter quidẽ per primam tripliciter aũt per poſtremã. Priuatiua vero particularis in omnibus figuris monſtratur: verum in prima quidem ſemel, in media autem & poſtrema: in illa quidem dupliciter in hac vero tripliciter. ¶Manifeſtum ergo quoniã vniuerſalẽ affirmatiuam cõſtruere quidem difficilimũ deſtruere autẽ facillimum, omnino autem eſt interimẽti quidem vniuerſalia quã particularia facili⁹. Etenim ſi nulli & ſi alicui non inſit: interemptum eſt, horũ antem alicui quidem nõ in omnibus figuris monſtratur: nulli autẽ in duabus. Eodem autẽ modo & in priuatiuis: etenim ſi omni & ſi alicui: interẽptũ eſt quod ex principio: hoc autem fuit in duabus figuris. In particularibus autẽ ſimpliciter aut omni aut nulli oſtẽdentem ineſſe. Conſtruẽti autẽ facilius eſt particularia: nam in pluribus figuris & per plures modos. ¶Omnino autem nõ oportet latere quoniã deſtruere quidẽ per ſe inuicem eſt & vniuerſalia per particularia, & hæc per vniuerſalia: cõſtruere autẽ non eſt per particularia vniuerſalia: per illa vero hæc eſt. ¶Similiter autem manifeſtũ quoniam deſtruere quam cõſtruere facilius. Quomodo ergo fit omnis ſyllogiſmus, & per quot terminos & propoſitiones & quomodo habentes ſe ad inuicẽ: amplius autem quæ propoſitio in vnaquaqꝫ figura & quæ in pluribus & quæ in paucioribꝰ mõſtratur palam ex his quæ dicta ſunt.

¶De abũdantia propoſitionũ. Cap. 28.

QVomodo autẽ idonei erimus ſemper ſyllogiſare ad propoſitum & per quã viam ſumem⁹ circa vnũquodqꝫ principia nunc iam dicẽdum. Nõ. n. ſolum fortaſſe oportet generationẽ conſiderare ſyllogiſmorũ, ſed & poteſtatẽ habere faciendi ¶Omniũ igitur quæ ſunt hæc quidẽ ſunt talia, vt de nullo alio prædicẽtur veræ & vniuerſaliter: vt cleõ & callias & quod ſingulare & ſenſibile: de his autem alias, nã & homo & animal vterqꝫ horũ eſt ipſa quidem de aliis prædicãtur, de illis autẽ alia priora nõ prædicantur: alia autẽ & ipſa de aliis & de his alia, vt homo de callia & de homine animal. Quoniam ergo quædã eorũ quę ſunt de nullo nata ſunt dici palã, nam ſemſibiliũ pœnę vnũquodqꝫ eſt huiuſmodi vt de nullo prædicetur niſi vt ſecundũ accidens, dicimus enim quandoqꝫ album illud ſocratem eſſe, & hoc veniens calliam, quoniã autem in ſurſum pergentibus ſtatur quãdoqꝫ ſurſum dicemus: nunc autem ſit hoc poſitum, de his ergo prædicatum aliquid nõ eſt demonſtrare niſi ſecundum opinionem, ſed hæc de aliis neqꝫ ſingularia de aliis ſed alia de ipſis. Quæ autẽ in medio ſunt manifeſtum quoniam vtrũqꝫ cõtingit: nã & hæc de aliis & alia de his dicuntur: & pœnæ rationes & cõſideratiões ſunt maxime de his. ¶Oportet ergo propoſitiones circa vnũquodqꝫ horũ ſic ſumere ſupponẽtem ipſum prius & diffinitiones & quæcũqꝫ propria ſunt rei: deinde poſt hæc quęcunqꝫ ſequũtur rem. Et rurſum quæ res ſequitur, & quæcunqꝫ nõ contingunt eidem ineſſe: quibus autem ipſa non contingit nõ ſumendum eo ꝙ cõuertitur priuatiua. ¶Diuidendũ autẽ eſt & eorũ quæ ſequuntur quæcunqꝫ in eo quod quid eſt & quæcunqꝫ vt propria & quæcunqꝫ vt accidentia prædicãtur,

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

prędicantur, & horum quę ſecūdum opinionē & ſecundū veritatē: quanto enim pluriū talium abūdauerit quis citius inueniet cōcluſionem, quanto autem veriorū magis demōſtrabit. ¶ Oportet autem eligere nō quę ſequūtur aliquam, ſed quæcunq; totam rem ſequūtur, vt nō ꝙ aliquē hominem ſed quod omnem hominē ſequitur, per vniuerſales enim propoſitiones fit ſyllogiſmus. Quando autem eſt indefinitum incertum ſi vniuerſalis eſt propoſitio, cum vero definitum manifeſtum, ſimiliter autem eligendum & quę ipſum ſequitur tota propter dictam cauſam. ¶ Ipſum autem quod ſequitur non eſt ſumendū totum ſequi, dico vt hominem omne animal aut muſicā omnem diſciplinā, ſed tantum ſimpliciter ſequi quęmadmodū & prætēdimus etenim inutile alterum & impoſſibile: vt omnem hominē eſſe omne animal vel iuſtitiam omē bonum: ſed cui conſequēs eſt in illo omni eſſe dicitur. ¶ Quando autem ab aliquo contineatur ſubiectū cuius conſequentia oportet ſumere: quæ vniuerſale quidē ſequūtur vel nō ſequuntur nō eligendum in his: ſumpta enim ſunt in illis. quæcūq; enim animal & hominem ſequuntur, & quæcūq; non animal inſunt ſimiliter. ¶ Quæ aūt in vnoquoq; ſunt propria ſumendū; ſunt .n. quædam ſpeciei propria præter genus: neceſſe eſt .n. diuerſis ſpeciebus propria quædam ineſſe. ¶ Neq; autem vniuerſale eligēdum his quæ hoc quod continetur, vt animal his quæ ſequitur homo, neceſſe eſt enim ſi hominem ſequitur animal, & hæc omnia ſequi, conuenientiora autem hæc hominis electioni. ¶ Sumenda autem ſunt & quæ plerunq; ſequūtur & quibus conſequens eſt: nam & problematibus quæ plerūq; & ſyllogiſmus ex propoſitionibus quæ plerūq; aut .g. omnibus aut aliquib⁹: ſimilis enim eſt vniuſcuiuſq; cōcluſio principiis. ¶ Amplius quæ omnibus ſequētia ſunt nō eligendum: non enim erit ſyllogiſmus ex ipſis: ob quam aūt cauſam in ſequentibus erit manifeſtū.

¶ Regulę medij ſyllogiſmorū inueniēdi. Cap. 29

Conſtituere ergo volentibus aliquid de aliquo tono eius quidem quod conſtruitur inſpiciendum ad ſubiecta de quibus ipſum dicitur de quo autem oportet prædicari quęcūq; hoc ſequūtur: ſi autem aliquid horum ſit idem neceſſe eſt alterum alteri ineſſe. Si autem non quoniam omni: ſed quoniā alicui quę ſequitur vtrūq;: ſi enim aliquid horū idē fuerit neceſſe eſt alicui ineſſe. ¶ Quando autē nulli oporteat ineſſe cui quidem nō oportet ineſſe ad ſequētia ſubiecti, quod autem oportet non ineſſe inſpiciendi ad ea quæ nō contingunt eidem adeſſe, quod vero ineſſe inſpiciendū ad ſequētia: nam ſi hæc ſint eadē vtrumq; nulli contingit alteri alterum ineſſe: fit quandoq; quidem in prima figura ſyllogiſmus quandoq; autem in media. ¶ Si autem alicui non ineſſe cui quidē oportet ineſſe quæ cōſequitur, eſt quod vero nō ineſſe quę non poſſibile eſt eidem ineſſe, ſi enim aliquid horū ſit idem neceſſe eſt alicui nō ineſſe. ¶ Magis autem fortaſſe erit ſic vnūquodq; eorum quæ dicta ſunt manifeſtum: ſint enim ſequentia quidem .a. in quibus. b. quæ autē ipſum ſequitur in quibus .c. quæ autem nō contingunt ei ineſſe in quibus .d. rurſum autē ipſi .e. quæ quidem inſunt in quibus .f. quæ autē ipſum ſequitur in quibus .g. quæ autem nō contingūt eidem ineſſe in quibus .h. ¶ Si ergo idem aliquid eorū quæ ſunt .c. alicui eorum quæ ſunt .f. erit, neceſſe eſt .a. omni .e. ineſſe: nam .f. quidem omī .e. c. autem omni .a. quare omni .e. ineſt .a. ¶ Si autem .c. & .g. idē: neceſſe eſt alicui .e. ineſſe. a. nam id quod eſt. c. a. id vero quod eſt .g. e. omē ſubſequitur. ¶ Si autē f. & .d. ſint idem: nulli .e. inerit .a. ex proſyllogiſmo, quoniā enim cōuertitur negatiua & .f. ei quod eſt idem: nulli .f. inerit .a. autē omni .e. ¶ Rurſus ſi .b. & .h. idē: nulli .e. inerit .a. nam .b. a. quidem omni: ei aut in quo .e. nulli inerit: idē enim erat ei quod eſt .h. b. h. autē nulli .e. intrat. ¶ Si autem .g. & .d. idē. a. alicui .e. nō inerit: nam ei quod eſt .g. nō inerit .a. quoniā neq; .d. g. autē ſub .e. eſt: quare alicui .e. nō inerit. ¶ Si autem .g. & .b. idem conuerſus erit ſyllogiſmus nam .g. inerit omnia: nā. b. ei quod eſt .a. e. autem ei quod eſt .b. idem enim erat ei quod eſt .g. a. autem ei quod eſt .e. omni quidem nō neceſſarium eſt ineſſe: alicui autem neceſſarium: eo ꝙ cōuertatur vniuerſale prędicatiuum in particulare. ¶ Manifeſtum ergo quoniam ad prædicta perſpiciendū vtriq; in vna quaq; quæſtione: per hæc .n. omnes ſinguli. Oportet autem & ſequentiū & quibus ſequitur ſingulū ad prima & vniuerſalia maxime inſpicere: vt .e. quidē magis ad .K. f. quam ad .f. ſolum .a. autem ad .K. c. magis quā ad .c. ſolum. Si .n. ei quod eſt .K. f. ineſt .a. & ei quod eſt. f. ineſt & ipſi .e. eſſe, ſi vero hoc nō ſequitur: poſſibile eſt id quidē .f. ſequi. Similiter autem & in quibus idē ſequitur conſiderandū: nam ſi primis & his quæ ſub ipſis ſunt ſequitur: ſi autē non his & his quæ ſub ipſis ſunt poſſibile. ¶ Palam autem quoniam per tres terminos & duas propoſitiones conſideratio, & per prædictas figura ſyllogiſmi omēs, mōſtratur enim omni quidē .e. ineſſe .a. quādo eorum quæ ſunt .c. f. idē quidem ſumitur, hoc autem erit medium, extremitates autem .a. & .e. fit enim prima figura. Alicui aūt quoniā & .c. & .g. ſumitur idē hoc autem poſtrema figura, mediū enim fit .g. Nulli vero quādo .d. & .f. idē, ſic aūt & prima figura & media, nam prima quidē quoniā nulli .f. ineſt. a. ſi quidē conuertitur priuatiua .f. autem omni .e. media autē quoniā .d. a. quidem nulli .e. autē omni ineſt alicui aūt nō ineſſe quoniā .d. & .g. idē ſunt, hęc autē poſtrema figura, nā .a. quidē nulli .g. inerit .e. vero omni .g. manifeſtū: igitur eſt quoniā per prædictas figuras omnes ſyllogiſmi & quoniā nō eligēdum quæcūq; omnibus ſequuntur, eo ꝙ nullus fiat ſyllogiſmus ex ipſis, nā conſtruere quidē omnino erat ex ſequētibus, priuare autē non cōtingit per ea q̄ omnibus ſequūtur: oportet enim huic quidem

quidē ineſſe illi vero non ineſſe. ¶ Manifeſtū aūt quoniā & alię conſiderationes quæ ſecundū electiones inutiles ad faciendum ſyllogiſmū. ¶ Vt ſi ſequentia vtrūq; eadē ſint. Aut quę ſequitur .a. & quæ nō contingit .e. ineſſe. Aut rurſum quæcunq; non poſſibile eſt vtriq; ineſſe: nō enim fit ſyllogiſmus per hæc. Nam ſi ſequētia ſint eadē, vt .b. & .f. media fit figura prædicatiuas habens vtraſq; propoſitiones. Si autē ea quæ ſequitur .a. & quæ non cōtingit .e. vt .c. & .h. prima erit figura priuatiuam habens propoſitionem ad minorē extremitatem. Si autem quæcūq; nō contingūt vtriq;, vt .d. & .h. priuatiuæ vtræq; propoſitiones erūt vel in prima figura vel in media, ſic autem nullo modo fit ſyllogiſmus. ¶ Palā autem & quæ eadem ſumēda ſecūdum cōſideratione: & nō quæ diuerſa vel quæ cōtraria, primum quidem medij gratia inſpectio medium autē non diuerſum, ſed idem oportet ſumere. Deinde & in quibus accidit fieri ſyllogiſmū ꝙ ſumantur cōtraria aut nō contingētia eidem ineſſe, in prædictos omnia reducūtur modos. Vt ſi .b. & .f. ſint cōtraria aut non cōtingant eidem ineſſe: erit enim his ſumptis ſyllogiſmus: quoniam nulli ineſt .a. ſed non ex ipſis, ſed ex prædicto modo: nā .b. a. quidē omni .e. autē nulli inerit: quare neceſſe eſt .b. idē eſſe alicui eorum quæ ſunt .h. Rurſum ſi .b. & .g. nō poſſint eidē adeſſe: quoniā alicui .e. nō inerit .a. nam & ſic media erit figura: nā. b. a. quidē omni .g. vero nulli inerit: quare neceſſe eſt .g. idem eſſe alicui eorū quæ ſunt. d. nā non cōtingere .g. & .b. e. idem ineſſe, nihil differt aut .g. alicui .d. idem ineſſe: omnia enim ſumpta ſunt in .d. quę nō contingunt .a. ineſſe. Manifeſtū ergo quoniā ex iſtis quidē inſpectionibus nullus fit ſyllogiſmus ſi aūt .b. & .f. ſint contraria idem eſſe .b. alicui .h. & ſyllogiſmum ſemper fieri per hæc, accidit ergo ſic inſpiciētibus cōſiderare viā aliā neceſſariā, eo ꝙ quandoq; latet identitas horum quæ ſunt .b. & .h.

¶ De ſyllogiſmis aſſertoriis ad impoſſibile & reliquis ex hypotheſi. Cap. 30.

Eodem autem modo ſe habent & qui ad impoſſibile deducunt ſyllogiſmis oſtēſiu⁹, nam & ipſi fiunt: per ea quæ ſequūtur & quibus ſequitur vtrūq;, & eadem conſideratio in vtriſq;: nam quod mōſtratur oſtēſiue & per impoſſibile eſt ſyllogizare: & per eoſdē terminos & quod per impoſſibile & oſtēſiue. Vt quoniā. a. nulli .e. ineſt: ponatur enim alicui ineſſe: ergo quoniā .b. omī .a. a. aūt alicui .e. & .b. alicui .c. inerit, ſed nulli inerat. Rurſum quoniā alicui ineſt eſt: ſi enim nulli .e. ineſt .a. e. autem omni .g. nulli .g. erit .a. ſed omni inerat, ſimiliter autem eſt in aliis propoſitionibus, ſemper enim erit in omibus oſtēſio per impoſſibile ex ſequētibus & quibus ſequitur vtrūq;, & in vnaquaq; propoſitione eadē conſideratio & oſtenſiue volenti ſyllogizare & ad impoſſibile ducere: nam ex eiſdē terminis vtręq; demonſtrationes. Vt ſi oſtēſum eſt nulli .e. ineſſe .a. quoniā accidit & .b. alicui .e. ineſſe, quod eſt impoſſibile ſi ſumptū ſit .e. quidē nulli .b. a. aūt omni .b. ineſſe, manifeſtū .n. quoniā nulli .e. inerit .a. Rurſum ſi oſtēſiue ſyllogizatū ſit .a. ineſſe nulli .e. ponentibus ineſſe: per impoſſibile mōſtrabitur nulli ineſſe, ſimiliter autem & in aliis. In omnibus .n. neceſſe eſt cōmunē aliquē ſumere terminū alium .a. poſitis: ad quē erit mendacij ſyllogiſmus: quare cōuerſa ea propoſitione altera autem ſimiliter ſe habente oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdē terminos. Differt enim oſtenſiuus ab eo qui ad impoſſibile: quoniam in oſtenſiuo quidē ſecundū veritatē ambæ propoſitiones ponūtur, in eo autē qui ad impoſſibile falſa vna. Hæc ergo erunt magis manifeſta per ſequentia quādo de impoſſibili dicemus: nunc aūt tantum nobis ſit manifeſtum quoniam ad hæc perſpiciendū & oſtenſiue volentibus ſyllogizare & ad impoſſibile deducere. ¶ In aliis aūt ſyllogiſmis quæcūq; ſunt ex hypotheſi vt quicūq; ſecundū tranſumptionē aut ſecūdum qualitatē: in ſubiectis & non in prioribus, ſed in tranſumptis erit conſideratio, modus autem inſpectionis idem, cōſiderare autē oportet & diuidere quot modi ſunt ex hypotheſi, mōſtratur ergo vnaquęq; propoſitionū ſic. Eſt autē & alio modo quędā ſyllogizare horū vt vniuerſalia per particularē inſpectionē ex hypotheſi. Si enim .c. & .g. eadē ſint: ſolū .g. autē ſumatur .e. ineſſe omni .e. inerit .a. & rurſum .g. & .d. eadē: de ſolo autē .g. prædicetur .e. quoniā nulli .e. inerit .a. manifeſtū ergo quoniā ſic inſpiciēdum. ¶ Eodē autē modo & in neceſſariis & in contingentibus: nam eadē conſideratio & per eoſdē terminos erit: eoq; ordine & contingentis & ineſſe ſyllogiſmus. Sumēdum autem & in cōtingētibus & quę nō inſunt poſſibilia autē ineſſe, oſtenſum eſt enim quoniam & per hæc fit cōtingentis ſyllogiſmus: ſimiliter autem ſe habebit & in aliis prædicationibus.

¶ Quod omnium ſcientiarū ſyllogiſmi ſuperioribus præceptis efficiantur. Cap. 31.

Manifeſtum ergo ex prædictis quoniam non ſolum poſſibile eſt per hāc viam fieri omēs ſyllogiſmos, ſed etiā quoniam per aliam impoſſile, omnis .n. ſyllogiſmus oſtenſus eſt quoniam per aliquā prædictarū figurarum fit: has autē non cōtingit per alia conſtitui quā per ſequētia, & quibus ſequitur vnū quoq;, ex his .n. propoſitiones & medij ſumptio, quare nec ſyllogiſmū poſſibile eſt fieri per alia. ¶ Ergo methodus quidē de omnibus eadē eſt & circa philoſophiā & circa artē quālibet & diſciplinā, oportet .n. quæ inſunt & quib⁹ inſunt circa vnūquodq; colligere, et his quā plurimū abūdare et hoc per tres terminos cōſiderare, deſtruentē quidem ſic conſtruētem vero ſic et ſecundum veritatē quidē ex his quæ ſecundū veritatem ſcripta ſunt ineſſe: ad dialecticos autē ſyllogiſmos ex propoſitionibus quæ ſunt ſecundum opinionē, principio autē ſyllogiſmorū vniuerſaliter quidē dicta ſunt et quomodo ſe habeāt et quo modo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modo oportet inquirere ea, quatenus nõ aſpiciamus ad omnia quę dicuntur neq; eadem cõſtruentes et deſtruẽtes, neq; conſtruentes de omni aut de aliquo, & deſtruẽtes ab omnibus aut ab aliquibus, ſed ad pauciora & determinata. Secundum ſingulum autẽ eorum quæ ſunt eligere: vt de bono aut diſciplina, propria autẽ in vnoquoq; ſunt plura, quare principia quidem quæ ſunt circa ſingula experimẽto eſt tradere, dico autẽ vt aſtrologicam quidẽ experiẽtiam aſtrologicæ diſciplinæ, ſumptis enim ſufficienter apparẽtibus ſic inuẽtę ſunt aſtrologicæ demõſtrationes, ſimiliter autem & circa quamlibet aliã ſe habet & artem & diſciplinã: quare ſi ſumãtur quæ inſunt circa ſingula noſtrum eſt iam demonſtrationes prõpte declarare: ſi enim nihil ſecundũ hiſtoriam omittatur eorum quæ ſubtibiliter & verę inſunt rebus, habebimus de omni.c. huiuſmodo quidem non demõſtratio hanc inuenire & demonſtrare, cuius autẽ non nata eſt demonſtratio hoc facere manifeſtũ, vniuerſaliter ergo quo oportet modo propoſitiones eligere pœnæ dictum eſt, ſtudioſe autem per trãſiuimus in eo negocio quod circa dialecticã eſt.

ℭ De diuiſione & eius ſyllogiſmo. Cap.32.

QVoniam autem diuiſio per genera parua quædã particula eſt dictæ methodi facile videre eſt .n. diuiſio velut infirmus ſyllogiſmus, nam quod oporteat quidẽ oſtendere petit, ſyllogizatur vero ſemper aliquid ſuperiorũ. Primũ autem idem hoc latuit omes vtẽtes ea & ſuadere conati ſunt, quoniã eſſet poſſibile de ſubſtãtia demonſtrationem fieri, & de eo quod eſt quare neq; quoniam cõtingebat ſyllogizare diuidẽtes intellexerunt, neq; quoniã cõtingebat ſic queãdmodũ dixim⁹. Ergo in demõſtrationibus quidẽ cũ oporteat quid ſyllogizare ineſſe oportet medium per quod fit ſyllogiſm⁹ minus ſemper eſſe: & nõ de tota priori extremitare. Diuiſio autẽ econtrario fit: nam vniuerſalius ſumit medium. Sit enim animal quidem in quo.a. mortale autem in quo.b. & immortale in quo. c. homo vero & cuius terminum oportet ſumere in quo.d. omẽ ergo animal accipit aut mortale aut immortale, hoc autẽ eſt quidquid eſt.a. omne eſſe aut.b. aut.c. rurſum hominẽ ſemper qui diuidit ponit animal eſſe, quare de.d. ſumit.a. eſſe: ergo ſyllogiſmus quidẽ eſt, quoniam.d. aut.b. aut.c. omne erit: quare hominẽ aut mortalem aut immortalẽ neceſſariũ eſſe: animal autem mortale ſolum nõ neceſſariũ eſſe: ſed petitur, hoc autem erat quod oportebat ſyllogizare. Et rurſus qui ponit.a. quidẽ animal mortale, in quo autem .b. pedes habens: in quo autem.c. nõ habens pedes: hominem vero. d. ſimiliter ſumit.a. quidẽ aut in.b. aut in.c. eſſe, omne enim animal mortale aut pedes habẽs aut pedes non habens eſt: de.d. autẽ .a. nam hominẽ animal mortale ſumpſit eſſe, quare habens pedes vel non habens pedes eſſe animal: neceſſe eſt hominẽ, pedes autem habẽs non neceſſe eſt ſed ſumit: hoc autem erat quod oportebat rurſum oſtendere. Et ad hunc modum ſemper diuidẽtibus vniuerſale quidem accidit eis mediũ ſumere, de quo oportebat oſtendere & differentias & extremitates, finem autẽ quoniam hoc eſt homo aut quidquid erit quod quæritur, nihil aũt planũ dicunt quare neceſſarium eſt eſſe, & enim aliam viam faciũt omnem, neq; contingentes idoneitates opinantes ineſſe. ℭ Manifeſtum eſt aũt qm̃ neq; deſtruere hac via eſt, neq; de accidente aliquid aut de proprio ſyllogizare, neq; de genere, neq; de quibus ignoretur vtrũ hoc modo aut illo ſe habeãt, vt putas ne diameter eſt ſymmeter: vel a ſymmeter ſi.n. ſumat qm̃ omnis lõgitudo eſt ſymmeter vel a ſymmeter, diamet aũt lõgitudo, ſyllogizatũ eſt quoniã ſymmeter eſt diameter. Si autẽ ſumat incommẽſurabilis quod oportebat ſyllogizare ſumetur, nõ ergo eſt oſtendere, nam via quidẽ hæc. Per hanc autẽ non eſt oſtẽdere ſymmetrũ vel aſymetrũ, in quo.a. lõgitudo.b. aut ſymmeter aut aſymmeter diameter.c. Manifeſtũ eſt igit̃ quoniam neq; ad omnem cõſiderationem congruit inquiſitionis modus neq; in quibus maxime videtur conuenire in his eſt vtilis. Ex quibus ergo demonſtrationes fiunt & quomodo & ad quæ perſpiciendum ſecũdum vnãquamq; propoſitionem manifeſtum ex prædictis.

ℭ De reſolutione ſyllogiſmorum in propoſitiones. Caput.33.

QVomodo autem reducem⁹ ſyllogiſmos in prędictas figuras dicendum erit poſt hæc, reſtat .n. conſideratio hæc, ſi enim & generationẽ Syllogiſmorum inſpeximus, & inueniẽdi habemus poteſtatẽ, amplius autẽ factos reducemus in prædictas figuras finẽ habebit quod eſt ex principio propoſitum, accidit etiã ſimul quæ prędicta ſunt confirmari & manifeſtiora eſſe, quoniã ſic ſe habent per ea quæ nũc dicenda ſunt. Oportet.n. omẽ quod verum eſt ipſum ſibi manifeſtũ eſſe omnino. ℭ Primum ergo oportet tẽtare duas propoſitiones accipere ſyllogiſmi, facilius enim in maiora diuidere quã in minora, maiora autẽ cõpoſitiora ſunt q̃ ea ex qb⁹ cõponunt̃. ℭ Deinde cõſiderare vtra in toto & vtra in parte. Et ſi nõ ambę ſumptę ſint: eum qui ponit, alteram. Aliquoties enim vniuerſalem proponentes eam quæ in ipſa eſt nõ ſumũt neq; ſcribẽtes neq; interrogantes: aut has quidem proponunt, per quas autẽ heæ cõcludunt omittunt, alia vero vanę inquirunt. Cõſiderãdum ergo ſi quid ſuperfluũ ſumptũ ſit: & ſi quid neceſſariorum omiſum & hoc quidem ponendũ illud vero auferendum, donec veniat quis ad duas propoſitiones, ſine his enim nõ eſt reducere ſic interrogatas orationes. ℭ In aliquibus ergo facile eſt videre quod minus eſt, aliqui vero latent & videtur quid ſyllogizare eo ꝙ neceſſarium quid accidit ex his quæ poſita ſunt. Vt ſi ſumatur nõ ſubſtantia interempta ſubſtantia nõ interimi: ex quibus

bus autẽ eſt interemptis & quod ex eis eſt, corrũpi, his enim poſitis neceſſarium eſt ſubſtantię partem eſſe ſubſtantiam, non tamen ſyllogizatum eſt per ea quæ ſumta ſunt: ſed deſunt propoſitiones. ℭ Rurſum ſi cum eſt homo neceſſe eſt animal, & cum eſt animal ſubſtantiam, cũ eſt homo neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam, ſed nondum ſyllogizatũ eſt, non enim ſe habent propoſitiones vt diximus. ℭ Fallimur enim in talibus eo ꝙ neceſſariũ quiddam accidit ex his quæ poſita ſunt, quoniã & ſyllogiſmus neceſſarius eſt, in pluribus autem eſt neceſſarium quam ſyllogiſmus, nam omnis ſyllogiſmus, neceſſarius, non autem neceſſarium ſyllogiſmus: quare nõ (ſi quid accidat poſitis quibuſdam) ſtatim tentandũ eſt reducere: ſed primum ſumendæ ſunt duæ propoſitiones. ℭ Deinde ſic diuidẽdum in terminos medium autẽ ponendũ terminorum qui in vtriſq; propoſitionibus dicitur, neceſſe eſt enim medium in vtriſq; eſſe in omibus figuris. ℭ Si ergo ſubiiciatur & prædicetur mediũ aut ipſum quidẽ prædicetur, aliud vero illo ab illo negetur, prima erit figura. Si autem & prædicetur & negetur.a.b. aliquo, media erit figura. Si vero alia de illo prædicetur, aut hoc quidẽ prędicetur, illud vero ab illo negetur, poſtrema, ſic enim ſe habuit in poſtrema figura medium, ſimiliter autem, & ſi non vniuerſales ſint propoſitiones, nam eadem determinatio medij. ℭ Manifeſtũ igitur, quoniã in qua oratione non dicitur idẽ pluries non fit ſyllogiſmus, nõ enim ſumptũ eſt medium. Quoniam autem habem⁹ quale problema in vnaquaq; figura, qua claudatur, & in qua vniuerſalis, & in qua particularis, manifeſtum eſt quoniam non ad omnes figuras perſpiciendum, ſed in vnoquoq; problemate in propiam, quæcunq; vero in pluribus cõcludũtur, medii poſitione cognoſcimus figurã. ℭ Frequenter ergo falli accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſariũ quemadmodũ dictũ eſt prius. Aliquotiens autẽ propter ſimilitudinem poſitionis terminorũ quod non oportet latere nos. ℭ Vt ſi.a. de.b. dicitur, &.b. de. c. videbitur enim ſic ſe habentibus terminis eſſe ſyllogiſmus, nõ fit autẽ neq; neceſſarium quidquã, neq; ſyllogiſmus. Sit enim in quo.a. ſemper eſſe, in quo autem.b. intelligibilis Ariſtomenes, in quo autẽ.c. Ariſtomenes, verum eſt autẽ .a. ineſſe.b. ſemper enim eſt intelligibilis Ariſtomenes, ſed &.b. de.c. nam Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes.a. autem nõ ineſt.c. corruptibilis eſt enim Ariſtomenes, non .n. igitur fiebat ſyllogiſmus ſic ſe habẽtibus terminis, ſed oportebat vniuerſaliter.a. ſumi propoſitionẽ, hoc vero falſum quod putabat omnem intelligibilem Ariſtomenem ſemper eſſe: cum Ariſtomenes ſit corruptibilis. ℭ Rurſum ſit in quo quidẽ c. micalus, in quo autẽ.b. muſicus micalus, in quo aũt .a. corrũpi cras, verũ eſt ergo.b. de.c. prædicari, nã micalus eſt micalus muſicus, ſed &.a. de.b. corrumpetur enim cras muſicus micalus.a. autem de .c. falſum hoc autem eſt priori, non enim verũ eſt vniuerſaliter micalus muſicus quoniam corrũpetur cras, hoc autem non ſumpto, nõ erat ſyllogiſmus. Hæc ergo falacia in modico conſiſtit quoniã enim nihil differre dicere hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe; concedimus. ℭ Frequẽter autẽ mẽtiri euenit: eo ꝙ nõ bene exponũtur ſecũdum propoſitionem termini, vt ſi.a. quidem ſit ſanitas .b. autem egritudo.c. vero homo: verum eſt enim dicere quoniã.a. nulli.b. cõtingit ineſſe, nulli enim egritudini ſanitas ineſt, & rurſum quoniã.b. ineſt omni.c. omis enim homo ſuſceptibilis eſt egritudinis: videbitur ergo accidere nulli homini cõtingere ſanitatẽ ineſſe. Huius autem cauſa eſt, ꝙ nõ bene exponũtur termini ſecundũ locutionem quoniam tranſumptis his quæ ſunt ſecundũ habitudines: nõ erit ſyllogiſmus. Vt ſi pro ſanitate quidem ponatur ſanũ: pro egritudine autẽ egruum, nõ.n. verum eſt dicere quoniã nõ contingit egrotãti ineſſe ſanum eſſe, hoc autem nõ ſumpto, nõ fit ſyllogiſmus niſi cõtingentis, hoc aũt non impoſſibile, cõtingit enim nulli homini ineſſe ſanitatẽ. ℭ Rurſum in media figura ſimiliter erit falſum; nã ſanitatem egritudini quidẽ nulli: homini vero omni contingit ineſſe quare nulli homini egritudo. In tertia autem figura ſecundum contingere accidit falſum, etenim ſanitatem & egritudinẽ, & diſciplinã & ignorantiam, & omino cõtraria nomina eidem cõtingit ineſſe, ſibi vero inuicem impoſſibile, hoc autẽ manifeſtũ in prædictis, quãdo enim eidẽ plura contingunt ineſſe contingunt & ſibi inuicem. ℭ Manifeſtum igitur quoniam in omnibus his fallacia fit propter terminorum expoſitionem, tranſumptis enim his quæ ſunt ſecuudũ habitudines nihil fit falſum. Palam ergo quoniam ſecundũ huiuſmodi propoſitiones, quod ſemper eſt ſecundum habitum, pro habitu tranſumendum & ponendum terminum.

ℭ De ecthesi terminorum compoſitorum, & obliquorum: ſyllogiſmi. Cap.34.

NOn oportet autem terminos ſemper quærere nomine exponi, ſæpe enim erũt termini quibus non eſt poſitum nomẽ, quare difficile eſt reducere huiuſmodi ſyllogiſmos. Aliquotiẽs autẽ & falli accidet propter huiuſmodi inquiſitionem, vt quoniã immediatorũ eſt ſyllogiſmus, ſit.a. duo recti.b. autem triãgulus.c. vero equicrurus, ergo ei quod eſt.c. ineſt.a. propter. b. ei vero quod eſt. b. non iam propter aliud, per ſe enim triangulus habet duos rectos; quare nõ erit mediũ eius quod eſt.a.b. cũ,a.b. ſit demonſtratiuũ. Manifeſtum.n. quoniã mediũ non ſic ſemper eſt ſumendũ vt hoc aliquid, ſed aliquãdo orationẽ, quod accidit & in prædicto. ℭ Ineſſe autẽ primum medio, & hoc poſtremo, nõ oportet ſumere, vt prædicẽtur ſemper de ſe inuicẽ ſimiliter & primũ de medio & hoc de poſtremo: & in non eſſe ſimiliter: ſed quotiens dicitur eſſe: & verum dicere hoc totiens arbitrari oportet ſignificare & ineſſe. Vt quoniam contrariorum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rũ vna eſt diſciplina: ſit enim.a, vnam eſſe diſciplinam. b. autem cõtraria ſibi inuicẽ.a, ergo ineſt.b. nõ quoniam cõtraria vnam eſſe eorum diſciplinã ſed quoniã verũ eſt dicere de ipſis vnã eſſe eorũ diſciplinam. ¶ Accidit autẽ quãdoq; quidem primũ de medio dici mediũ autem de tertio nõ dici: vt ſi ſophia eſt diſciplina: boni autẽ eſt ſophia diſciplina: concluſio quoniam boni eſt diſciplina: bonum quidem non eſt diſciplina: ſophia autẽ eſt diſciplina. Quãdoq; autem medium quidẽ de tertio dicitur: primũ autẽ de medio nõ dicitur. Vt ſi qualis omnis eſt diſciplina: aut contrarii, bonũ aũt eſt & contrarium & quale: concluſio quidem: quoniã boni eſt diſciplina, nõ eſt aut bonum diſciplina neq; quale neq; contrarium, ſed bonũ hæc. Eſt autẽ quãdoq;, neq; primum de medio, neq; hoc de tertio, primo de tertio quãdoq; quidẽ dicto quãdoq; quidẽ nõ dicto. Vt ſi cuius eſt diſciplina huius eſt genus, boni autem eſt diſciplina cõcluſio quoniã boni eſt genus. Prædicatur autẽ nullum de nullo, ſi autem cuius eſt diſciplina, gen⁹ eſt hoc: boni autem eſt diſciplina, concluſio quoniam bonum eſt genus: ergo de extremo quidem prædicatur primũ, de ſe autem inuicẽ non dicũtur. ¶ Eodem autem modo & in nõ ineſſe ſumẽdum, nõ enim ſemper ſignificat nõ ineſſe hoc huic nõ eſſe hoc hoc, ſed aliquando nõ eſſe hoc huius, aut hoc huic, vt quoniã non eſt motionis motus aut generationis generatio: volupta tis autẽ eſt: nõ ergo voluptas generatio. Aut rurſus: quoniã riſus eſt quidem ſignũ, ſigni autem nõ eſt ſignum, quare nõ eſt ſignũ riſus, ſimiliter autem & in aliis in quibus interimitur propoſitio dicit aliquando genus ad ſeipſum. ¶ Rurſum quoniã tẽpus non eſt tẽpus oportunum, deo enim tẽpus quidem eſt, tempus autem oppportunũ non eſt, eo ꝙ nihil ſit deo proficiens: termini enim ponendi ſunt tẽpus tempus opportunum deus: propoſitio autem ſumenda ſecundũ nominis caſum. ¶ Simpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quoniã termini quidẽ ſemper ponendi ſecundũ declinationes nominum: vt homo aut bonum aut cõtraria, nõ hominis aut boni aut contrariorũ, propoſitiones autem ſumẽdę ſecũdum cuiuſq; caſus, aut.n. quoniam huic, vt equale: aut quoniã huius: vt duplũ, aut quoniã hoc: vt feriẽs vel vidẽs: aut quoniam hic: vt quoniam homo animal, aut ſi quolibet modo aliter cadit nomen ſecũdũ propoſitionem. ¶ Ineſſe autẽ hoc huic, & verum eſſe hoc de hoc: totiẽs ſumendũ quotiẽs prædicamẽta diuiſa ſunt, & hæc aut aliquomodo quidem: aut ſimiliter amplius aut ſimplicia: aut complexa: ſimiliter autem & non ineſſe. Cõſiderandũ hæc autẽ & determinãdum melius.

¶ De anadiploſi Ectheſi ſyllogiſmorum, hoc eſt de geminatione: & poſitione huius reduplicationis in eo ꝙ vel ſecũdum quid. Cap. 35.

IN propoſitionibus autẽ reduplicatum ad primam extremitatẽ ponendum: non ad medium. Dico autẽ: vt ſi fiat ſyllogiſmus: quoniã iuſtitiæ eſt diſciplina quoniã bonum, quoniã bonũ vel bonũ ad extremitatẽ ponendum: ſit enim a diſciplina quoniam bonũ in quo autem.b. bonũ: in quo aũt.c. iuſtitia, ergo verũ eſt.a. de.b. prędicari: nã boni eſt diſciplina quoniam bonum: ſed &.b. de.c. nam iuſtitia quidẽ bonũ eſt: ſic ergo fit reſolutio. Si autem ad.b. ponatur quoniam bonum, non erit: nam.a. quidẽ de.b. verũ erit, b. aũt de.c. non erit verum: nam bonũ quoniam bonum prædicari de iuſtitia falſum eſt: & nõ intelligibile. Similiter autẽ & ſi ſalubre oſtendatur quoniã diſciplinatũ eſt in eo quod bonum. Aut hircoceruus opinabilis in eo ꝙ nõ exiſtens: aut homo corruptibilis in eo ꝙ ſenſibile, in omibus enim prædicatis ad extremum reduplicatio eſt ponẽda. ¶ Non eſt autem eadem poſitio terminorũ, quãdo ſimpliciter quidẽ ſyllogizatum fuerit: & quãdo quid aut quo: aut quomodo, dico autẽ vt quãdo bonũ diſciplinatũ oſtẽſum erat: & quãdo diſciplinatũ quid quoniã bonũ, ſed ſi ſimpliciter quidẽ diſciplinatũ oſtẽſum eſt: mediũ ponendum ens. Si autem quoniã bonum quid ens: ſit enim.a. diſciplina quoniã quid ens: in quo autẽ.b. ens quid: in quo autem.c. bonum: verũ eſt ergo.a. de.b. prædicari: erat non diſciplina alicuius entis quoniam quid ens: ſed &.b. de.c. nam in quo.c. bonum quid eſt: quare &.a. de.c. erit: ergo diſciplina boni quoniam bonum: erat nõ quid ens propriæ ſubſtãtiæ ſignũ. Si autẽ ens mediũ poſitũ ſit, & ad extremum ens ſimpliciter: & nõ quod ens dictũ ſit: non erit ſyllogiſmus quoniã eſt diſciplina boni quoniã bonũ: ſed quoniam ens: vt ſi ſit in quo.a. diſciplina quoniã ens: in quo.b. ens: in quo.c. bonũ. Manifeſtum igitur: qm̃ in particularibus ſyllogiſmis ſic ſumendi ſunt termini. ¶ Oportet aũt accipere quæ idẽ valẽt nomina pro nominib⁹: & orationes ꝑ orationib⁹: & nomen & orationẽ: & ſemper pro orationen omẽ ſuſcipere facilior eſt enim terminorum expoſitio: vt ſi nil differunt dicere ſuſpicabile opinabilis non eſſe genus, aut non eſſe idem quidem ſuſpicabile quod opinabile: nam ſi idem eſt quod ſignificatur in oratione dicta, opinabile & ſuſpicabile termini ponẽdi ſunt. Quoniã vero nõ eſt idem voluptatem eſſe bonũ & eſſe voluptatẽ quod bonum: nõ ſimiliter ponendi termini, ſed ſi eſt ſyllogiſmus quoniam voluptas eſt ipſum bonum terminum ponẽdo ipſum bonũ, ſi autem quoniã quidem bonũ: bonum: ſimiliter autẽ & in aliis. ¶ Nõ eſt autem idem neq; eſſe neq; dicere: quoniã cui.b. ineſt: huic quoq; omni.a. ineſt: & dicere cui omni.b. ineſt: &.a. ineſt omni: nihil enim prohibet.b. ineſſe.c. non autẽ omni: vt ſi ſit.b. quidem pulchrũ.c autem album: ſi igitur alicui albo ineſt pulchrũ: verum eſt dicere quoniã albo ineſt pulchrum: ſed nõ omni fortaſſe. Si ergo.a. ineſt.b. non omni autem: de quo.b. (neq; ſi omni.c. ineſt.b. neq; ſi ſolũ alicui) non neceſſe eſt ei quod eſt.c. ineſſe.a. non quia non omni: ſed nec ineſſe ei quod eſt.c. ſi autem de quocũq;.b. dicatur vere huic omni ineſt.a.

accidit

eſſe.a.ſed nondum erit neceſſariū: ſi nō omni nul-
li ineſſe. Similiter autē & ſi ad.b.ſumat altera pro
poſitio:nam ſyllogiſmus quidē erit,& per impoſſi
bile:non interimitur autē hypotheſis: quare op-
poſitum ſupponendū. Ad oſtendēdum autē non
omni.b.ineſſe.a.ſupponendū omni ineſſe: nam ſi
.a.omni.b.&.c.omni.a.om̄i.b.inerit.c.ſi ergo hoc
impoſſibile: falſum quidē ſuppoſitū eſt: ſimiliter
autē & ſi ad.b.ſumpta ſit altera ꝓpoſitio. Et ſi pri-
uatiua fuit.c.a.ſimiliter:nam & ſic fit ſyllogiſmus.
Si autē ad.b.ſumpta ſit priuatiua:nihil oſtendit:ſi
autē non omni: ſed alicui ineſſe ſupponatur: non
oſtenditur:q̄m non omni:ſed quoniā nulli. Si em̄
.a.alicui.b.c.autē om̄i.a.alicui.b.inerit.c. Si ergo
hoc impoſſibile:falſum eſt alicui.b.ineſſe.a.quare
verū nulli:hoc autē oſtēſo interimitur verū:nā.a.
alicui quidē.b.inerat alicui vero non inerat. Am-
plius non iam propter hypotheſim quidē accidit
impoſſibile: falſa enim erit : ſiquidē ex veris non
eſt falſum ſyllogizare: nunc autem eſt vera:ineſt
enim.a.alicui.b.quare non ſupponendū alicui in
eſſe:ſed omni. Similiter autem & ſi alicui. b.non
ineſt.a.oſtēderimus:aut enim idem eſt alicui non
ineſſe,& non omni ineſſe:aut eadē vtriſq; demon
ſtratio. Manifeſtum ergo quoniā non contrariū:
ſed oppoſitum ponendū in omnibus ſyllogiſmis:
ſic em̄ neceſſariū erit, & axioma probabile. Nam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſi de omni vel affirmatio, vel negatio: oſtenſo quoniam non negatio: neceſſe eſt affirmationem veram eſſe. Rurſum ſi nõ ponat verã eſſe affirmationem: conſtat: verã eſſe negationẽ: contrarium vero neutro modo cõtingit ratum facere: neq; enim neceſſariũ: ſi nulli falſum: omni verum: neq; probabile: vt ſi alterum falſum: quoniam alterum verum. Manifeſtũ ergo qm̃ in prima figura aliȩ quidem propoſitiones omnes oſtendũtur per impoſſibile: vniuerſalis autẽ affirmatiua non oſtẽditur.

¶ In media autẽ figura, & poſtrema, & hoc oſtenditur: ponatur enim .a. nõ omni .b. ineſſe: ſumptũ ſit autẽ omni .c. ineſſe .a. ergo ſi .b. quidẽ non omni ineſt .a. c. autẽ omni: non omni .b. ineſt .c. hoc autẽ impoſſibile: ſic enim manifeſtum quoniam omni .b. ineſt .c. quare falſum quod ſuppoſitum eſt: verum eſt ergo omni ineſſe. Si autẽ contrariũ ſupponatur: ſyllogiſmus quidẽ erit, & impoſſibile: non tamen oſtenditur quidẽ, quod poſitũ eſt. Si enim .a. nulli .b. omni autẽ .c. nulli .b. c. hoc autem impoſſibile: quare falſum eſt nulli ineſſe: ſed nõ ſi hoc falſum: verum omni. Quando autẽ alicui .b. ineſt .a. ponatur .a. nulli .b. ineſſe .c. autẽ omni inſit: neceſſe eſt ergo .c. nulli .b. ineſſe: quare ſi hoc impoſſibile: neceſſe eſt .a. alicui .b. ineſſe. Si aũt ſupponatur alicui non ineſſe: eadẽ erunt, quæ in prima figura. Rurſum ponatur .a. alicui .b. ineſſe .c. autẽ nulli inſit: neceſſe eſt ergo .c. alicui .b. non ineſſe: ſed omni inerat: quare falſum, qđ ſuppoſitum eſt: & nulli ergo .b. inerit .a. Qñ autẽ nõ omni .b. ineſt .a. ponat̃ omni ineſſe .c. autẽ nulli: neceſſe eſt ergo .c. b. nulli ineſſe: hoc aũt impoſſibile: qm̃ verũ eſt non omni ineſſe. Manifeſtũ ergo qm̃ omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figurã. ¶ Similiter autẽ & per vltimam: ponatur enim .a. alicui .b. non ineſſe .c. aũt omni: ergo .a. alicui .c. non ineſt: ſi ergo hoc impoſſibile: falſum alicui non ineſſe: quare verũ eſt omni. Si vero ſupponat̃ nulli ineſſe: ſyllogiſmus quidem erit ad impoſſibile: nam non oſtendit̃ autem quod propoſitum eſt: ſi enim contrariũ ſupponat̃: eadem erit, quæ in prioribus. Sed ad oſtendendũ alicui ineſſe: eadẽ ponenda hypotheſis: nam ſi .a. nulli .b. c. autem alicui .b. a. non omni .c. ſi ergo hoc falſum: verum eſt .a. alicui .b. ineſſe. Quando autẽ nulli .b. ineſt .a. ſupponat̃ alicui ineſſe: ſumptũ ſit autẽ & .c. omĩ .b. ineſſe: ergo neceſſe eſt .a. alicui .c. ineſſe: ſed nulli inerat: quare falſum eſt alicui .b. ineſſe .a. ſi autẽ ſuponat̃ omni .b. ineſſe .a. non oſtenditur propoſitũ. Sed ad .a. non omni ineſſe .b. eadem ſumẽda hypotheſis: nam ſi .a. omĩ .b. & .c. omni .b. a. ineſt alicui .c. hoc autẽ nõ fuit: quare faſum eſt omni ineſſe: ſi autẽ ſic verũ eſt: non omĩ. Si aut ſupponatur alicui ineſſe: eadẽ erit, quæ & in his, quæ prius dicta ſunt. Manifeſtũ ergo quoniam in omnibus per impoſſibile ſyllogiſmis oppoſitum ſumendum. Palam autem & quoniam in media figura oſtenditur quodãmodo affirmatiua vniuerſalis: & in poſtrema. ¶ Differt autem, quæ ad impoſſibile demonſtratio: ab ea, quæ eſt oſtenſiua: eo q̃ ponat, quod vult interimere deducens ad indubitabile falſum: oſtenſiua autẽ incipit a confeſſis propoſitionibus veris: ſumunt ergo vtræq; duas propoſitiones indubitabiles: ſed hæc quidẽ ex quibus eſt ſyllogiſmus: illa vero vnam quidem harum: alteram vero contradictionẽ concluſionis. Et hic quidẽ non neceſſe eſt notam eſſe concluſionem: neq; prius opinari quoniã eſt, aut non eſt: illi .c. vero neceſſe eſt: quoniã non eſt. Differt autẽ nihil affirmatiuã, vel negatiuã eſſe cõcluſionem: ſed ſimiliter ſe habet in vtriſq;: omne enim, quod oſtenſiue concludit̃: & per impoſſibile monſtrabitur: & qđ per impoſſibile oſtẽſiue: & per eoſdẽ terminos, Nam qñ non tamen in eiſdem figuris ſyllogiſmus fit in prima figura: verũ erit: in media, aut in poſtrema: priuatiuũ quidẽ in media: prædicatiuum autẽ in poſtrema: quãdo autẽ ſyllogiſmus in media fit: quod verũ eſt: erit in prima figura in omnibus propoſitionibus. Qñ autẽ in poſtrema ſyllogiſmus: verũ in prima, & in media: affirmatiua quidẽ in prima: priuatiua autem in media. Sit enĩ oſtenſum .a. nulli, aut non omni .b. per primam figuram: ergo hypotheſis quidem erat alicui .b. ineſſe .a. c. autem ſumebatur .a. quidem omni ineſſe .b. autem nulli: ſic enim fiebat ſyllogiſmus per impoſſibile: hoc autẽ in media figura: ſic .a. quidem omni .b. autem nulli ineſt: & manifeſtum ex his quoniam nulli .b. ineſt .a. Similiter autẽ & ſi non omni oſtenſum ſit ineſſe: nam hypotheſis quidem eſt omni .b. a. ineſſe .c. autem ſumebatur .a. quidẽ omni .b. autẽ non omni: & ſi priuatiua ſit ſumpta .a. c. ſimiliter et enĩ ſic fit in media figura. Rurſum ſit oſtẽſum alicui .b. ineſſe .a. ergo hypotheſis quidem eſt nulli ineſſe .b. autẽ ſumebatur omĩ .c. ineſſe: & .a. omĩ, vel alicui .c. ſic enim erit impoſſibile: & erit poſtrema figura ſi .a. & .b. omĩ .c. & manifeſtum ex his: quia neceſſe eſt .a. alicui .b. ineſſe: ſimiliter aũt & ſi alicui .c. ſumat̃ ineſſe .b. vel .a. ¶ Rurſum in media figura oſtenſum ſit .a. omni .b. ineſſe: ergo hypotheſis quidem fuit non omni .b. ineſſe .a. ſumptum eſt autem .a. omni .c. & .c. omni .b. ſic enim erit impoſſibile: hac autẽ prima figura ſi .a. omni .c. & .c. omni .b. Similiter autẽ & ſi oſtenſum ſit alicui ineſſe: nã hypotheſis quidẽ fuit nulli .b. ineſſe .a. ſumptum eſt autẽ .a. omĩ .c. & .c. alicui .b. Si autẽ priuatiuus ſit ſyllogiſmus hypotheſis quidem .a. alicui .b. ineſſe: ſumptum eſt autẽ .a. nulli .c. & .c. omni .b. quare fit prima figura. Et ſi non vniuerſalis ſit ſyllogiſmus: ſed .a. alicui .b. oſtenſum ſit nõ ineſſe: ſimiliter: nam hypotheſis quidẽ omĩ .b. ineſſe .a. ſumptum eſt autẽ .a. nulli .c. & .c. alicui .b. ſic enĩ prima figura. ¶ Rurſum in tertia figura oſtenſum ſit .a. ineſſe omni .b. ergo hypotheſis quidem fuit non omni .b. ineſſe: aſſumptũ eſt autẽ .c. omni .b. & .a. omni .c. ſic enim erit impoſſibile: hęc autem erit prima figura. Similiter autem & ſi in aliquo ſit demonſtratio: nam hypotheſis quidem nulli .b. ineſſe .a. ſumptum eſt autem .c. alicui .b. & .a. omni .c. Si autem priuatiuus ſit ſyllogiſmus: hy

potheſis

potheſis quidẽ .a. alicui .b. ineſſe: ſumptũ eſt autẽ .c. quidem .a. nulli .b. autẽ omĩ hæc autem media figura. Similiter autem & ſi nõ vniuerſaliter ſit demõſtratio: nam hypotheſis quidem erit omĩ .b. ineſſe .a. ſumptum eſt autem .c. a. quidẽ eſt nulli .b. autem alicui: hæc autem media figura. ¶ Manifeſtũ ergo quoniam per eoſdẽ terminos & oſtẽſiue eſt mõſtrare vnãquamq; propoſitionem: ſimiliter autem erit & cum ſint oſtẽſiui ſyllogiſmi, ad impoſſibile deducere in terminis ſumptis, quãdo oppoſita propoſitio cõcluſioni ſumpta fuerit, nam fiunt idem ſyllogiſmi his qui ſunt per cõuerſionẽ, quare ſtatim habemus & figuras per quas vnũ quodq; erit. Palam ergo quoniã omnis propoſitio oſtẽditur per vtroſq; modos & per impoſſibile & oſtẽſiue & nõ contingit ſeparari alterum ab altero.

¶ De ratiocinatione ex oppoſitis. Cap. 6.

IN qua autem figura eſt ex oppoſitis propoſitiõibus ſyllogizare, & in qua nõ eſt: ſic erit manifeſtũ. Dico autem propoſitiões eſſe oppoſitas ſecundũ locutionẽ quidem quatuor: vt omni nulli, & omni & nõ omĩ, & alicui & nulli & alicui & nõ alicui ineſſe. Secũdum veritatẽ aũt tres, nã alicui & nõ alicui ſecũdum locutionem opponũtur ſolum: harum autẽ cõtrarias quidem vniuerſales omĩ ineſſe, vt omnem diſciplinam eſſe ſtudioſam nullam eſſe ſtudioſam alias vero oppoſitas. Ergo in prima figura non eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus neq; affirmatiuus neq; negatiu9. Affirmatiuus quidẽ quoniã oportet vtraſq; affirmatiuas eſſe propoſitiones, oppoſite autem affirmatio & negatio. Priuatiuus autem quoniã oppoſitę quidem idem de eodem prædicãt & negant. In prima autem medium nõ dicitur de vtriſq;, ſed de alio quidẽ aliud negat: idem autem de alio prædicatur: hæc vero nõ opponuntur. ¶ In media autem figura, & ex oppoſitis & cõtrariis cõtingit fieri ſyllogiſmum. Sit enim bonũ quidem in quo .a. diſciplina autem in quo .b. & .c. ſi ergo omnẽ diſciplinam ſtudioſam ſumpſerit & nullã .a. ineſſe omni .b. & nulli .c. quare .b. nulli .c. nulla ergo diſciplinæ diſciplina eſt. Similiter autem & ſi omnem ſumens ſtudioſam diſciplinam: medicinã vero non ſtudioſam ſumpſit, nam .a. b. quidem omni .c. autẽ nulli, quare diſciplina quædam nõ erit diſciplina. Et ſi .a. c. quidem omĩ .b. autem nulli, eſt autem .b. quidem diſciplina .c. autem medicina .a. vero opinio, nullam enim diſciplinã opinionem ſumens, ſumpſit quãdam diſciplinã eſſe opinionẽ. Differt autẽ a priore in terminis conuerti, nã prius quidẽ ad .b. nũc autem ad .c. affirmatiuũ. Et ſi ſit nõ vniuerſalis altera propoſitio ſimiliter, ſemper .n. medium eſt quod ab altero quidem negatiue dicitur de altero vero affirmatiue. Quare cõtingit oppoſita quidem perfici: non autem ſemper neq; omnino, ſed ſi ſic ſe habeãt quæ ſunt ſub medio, vt vel eadem ſint vel totum ad partẽ, aliter autẽ impoſſibile: nõ enim erũt propoſitiones vllo modo neq; contrariæ neq; oppoſitę. ¶ In tertia vero figura, affirmatiuus quidem ſyllogiſmus nullo modo erit ex oppoſitis propoſitionibus propter cauſam dictam & in prima figura, negatiuus autẽ erit & vniuerſalibus & nõ vniuerſalibus terminis. Sit enim diſciplina in quo .b. c. medicina autem in quo .a. ſi ergo ſumat omnem medicinã diſciplinam, & nullã medicinam diſciplinam .b. omĩ .a. ſumpſit: & .c. nulli .a. quare erit quædam diſciplina non diſciplina. Similiter autẽ & ſi non vniuerſaliter ſumpta ſit .a. b. propoſitio, nam ſi eſt quædã medicina diſciplina, & rurſum nulla medicina diſciplina, accidit diſciplinam quãdam nõ eſſe diſciplinam. Sunt autẽ vniuerſaliter quidem ſumptis terminis contrariæ propoſitiones, ſi autẽ particularis altera ſit oppoſite. Oportet autem ſcire quoniã contingit oppoſita ſic ſumere quemadmodũ diximus, omnem diſciplinam ſtudioſam eſſe: & rurſum nullam aut aliquam non eſſe ſtudioſam quod non ſolet latere. Erit autẽ per alias interrogationes ſyllogizare alteram, vel quẽadmodum in Topicis dictum eſt: ſumere. Quoniam autẽ affirmationũ oppoſitiones ſunt tres, ſexcies accidit oppoſita ſumere, aut omni & nulli, aut omni & non omni, aut alicui & nulli, & hoc cõuerti in terminis, vt .a. omĩ .b. & nulli .c. aut omni .c. & nulli .b. aut huic quidẽ omni: illi vero nõ omni, & rurſum hæc cõuerti ſecũdum terminos: ſimiliter autẽ & in tertia figura. ¶ Quare manifeſtũ eſt, & quotiens, & in quibus figuris cõtingit per oppoſitas propoſitiones fieri ſyllogiſmum. Manifeſtum eſt quoniam ex falſis eſt verũ ſyllogizare quemadmodum dictũ eſt prius, ex oppoſitis autem nõ eſt ſemper enim cõtrarius ſyllogiſmus fit rei, vt ſi eſt bonum: nõ eſſe bonũ, aut ſi animal: nõ animal, eo q̃ ex cõtradictione eſt ſyllogiſmus, & ſubiecti termini, aut idem ſunt hic quidem totum, illę autem pars. Palam autem quoniã in paralogiſmis nihil prohibet fieri hypotheſeos cõtradictionem vt ſi eſt impar non eſſe impar, nã ex oppoſitis propoſitionibus contrarius erit ſyllogiſmus, ſi ergo ſumpſerit hoc modo, hypotheſeos erit cõtradictio. Oportet autem conſiderare quoniã ſic quidem nõ eſt contraria quidẽ concludere ex vno ſyllogiſmo. Vt ſit cõcluſio qm̃ nõ eſt bonum, bonũ aut aliud quidẽ tale, niſi ſtatim huiuſmodi propoſitio ſumatur, vt omne animal eſſe album & nõ album, hominem aut animal. Sed aſſumere oportet cõtradictionem, vt quoniã omĩs diſciplina opinio & nõ opinio, deinde ſumere quoniam medicina diſciplina quidem eſt, nulla autem opinio quẽadmodum redargutiones fiunt vel ex duobus ſyllogiſmis. Quare eſſe quidem cõtraria ſecundum veritatem quę ſumta ſunt, non eſt alio modo quam hoc, quẽadmodum dictũ eſt prius.

¶ Pars ſecunda.

¶ De petitione principii. Cap. 7.

IN principio autem petere & accipere: eſt quidẽ (vt in genere ſumere) in eo quod nõ eſt demonſtrare propoſitum. Hoc autem

accidit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

accidit multipliciter. Nam & ſi omnino nō ſyllogizatur. Et ſi per ignotiora, aut ſimiliter ignota. Et ſi per poſteriora quod prius eſt. Demonſtratio.n. ex prioribus & notioribus eſt, horum ergo nullū eſt petere quod ex principio eſt: ſed quia hæc quidem nata ſunt per ſe cognoſci, illa vero per alia: nam principia quidem per ſe, quæ autē ſub principiis per alia: quādo quod nō per ſe notum eſt per ſe aliquis conatur oſtendere: tunc petit quod ex principio eſt. Hoc autem eſt ſic facere quidem: vt ſtatim probet id quod propoſitum eſt. Contingit autem & tranſgredinetes, & ad alia eorum, quæ nata ſunt per illud oſtēdi, per hoc mōſtrare quod ex principio eſt, vt ſi oſtendatur per.b. &.b. per.c. c. autē natum ſit oſtēdi per.a. accidit enim idem.a. per ſe demonſtrare eos qui ſic ſyllogizant, quod faciunt qui paralellas arbitrantur ſcribere. Latēt enim per ſeipſos talia ſumens quæ non valent demonſtrare: cum non ſint paralellæ. Quare accidit ſic ſyllogizātibus ſingulum eſſe dicere, ſi eſt ſingulum: ſic autem om̄e erit per ſe notum quod eſt impoſſibile. Si ergo aliquis dubitat aſſumpto dubio: quoniam.a. ineſt.c. ſimiliter & quoniā.b. petat autem.a. ineſſe.b. nōdum manifeſtū: ſi quod in principio eſt petat, ſed quoniā non demonſtrauit manifeſtum: non enim eſt hoc principium demōſtrationis: quod ſimiliter eſt incertū. Si aūt.b. ad.c. ſic ſe habet, vt idē ſit: aut palam q̄n conuertūtur: aut ineſt alterū alteri, quod in principio eſt petit: nā & q̄m.a. ineſt.b. per illa demōſtrabit ſi conuertantur. nūc autem hoc prohibet, ſed nō modus. Si autē hoc faciat quod dictū eſt faciet: & conuertetur per terminos tres, ſimiliter aūt & ſi.b. ſumat ineſſe .c. & ſimiliter incertū ſit: velut ſi.a. ineſt.c. nōdum quod ex principio, ſed neq; demōſtrat. Si aūt idē ſit.a. &.b. aut in eo q; ſe cōuertuntur: aut in eo q; ſequitur.a. ei quod eſt.b. quod ex principio eſt petit propter eandē cauſam, nam ex principio quid valet dictū eſt.a. nobis: quoniam per ſe mōſtrabitur quod nō eſt per ſe manifeſtū. Si ergo eſt principio petere per ſe mōſtrare: quod nō per ſe eſt manifeſtū: hoc aūt eſt nō oſtēdere: q̄n ſimiliter dubitatur quod mōſtrat̄ & p quæ mōſtratur vel in eo q̄d eadē eidē vel in eo quod idē eiſdē ineſſe ſumitur. In media quidē figura & tertia: vtrūq; cōtingit ſimiliter quod eſt in principio petere: in prædicatiuo quidē ſyllogiſmo: & in tertia figura & in prima quādo aūt negatiue: q̄n eadē ab eodē: & nō ſimiliter vtræq; propoſitiones. Similiter autē & in media: eo q; nō conuertūtur termini ſecundū negatiuos ſyllogiſmos. Eſt aūt in principio petere in demōſtrationibus quidē quæ ſecundū veritatē: ſic ſe habēt: in dialecticis aūt quæ ſecundū opinionem.

¶ De nō propter hoc accidere falſum. Cap. 8.

NOn propter hoc autem accidere falſum: quod ſæpe in diſputationibus ſolemus dicere, primū quidem eſt in his qui ad impoſſibile ſyllogiſmis: quando ad contradictionē huiuſmodi demonſtrat ea quæ ad impoſſibile. Nam neq; qui contradicit nō propter hoc: ſed quoniam falſum eſt aliquod poſitum priorū: neq; oſtēſiua: nō enim ponit quod contradicit. Amplius aūt quando interimitur aliquid oſtēſiue per.a.b.c. nō eſt dicere quoniā non propter hoc quod poſitū factus eſt ſyllogiſmus, nā non propter hoc fieri tunc dicimus: quando interempto hoc: nihilominus cōcluditur ſyllogiſmus: quod non eſt in oſtenſiuis, interempta enim propoſitione: nec qui ad hāc eſt erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur, quoniam in his quæ ad impoſſibile ſunt dicitur nō propter hoc: & quādo ſic ſe habet ad impoſſibile, quæ ex principio eſt hypotheſis, vt cū ſit vel cū non ſit hoc: nihilominus accidit impoſſibile. Ergo manifeſtiſſimus quidem modus eſt nō propter poſitionē eſſe falſum: quando ab hypotheſi incōiunctus eſt.a. mediis ſyllogiſmus ad impoſſibile quod dictū eſt & in Topicis. Quod enim nō eſt cauſa: vt cauſam ponere, hoc eſt. Vt ſi volens oſtendere quoniam aſymmeter eſt diameter: cōetur zenonis ratione quoniā non eſt moueri: & ad hoc inducat impoſſibile: nullo enim modo continuum eſt falſum locutioni quæ eſt ex principio. Alius aūt modus ſi cōtinuum quidem ſit impoſſibile hypotheſi: non tamen per illam accidat: hoc autem impoſſibile eſt fieri & in hoc quod ſuperius & in hoc quod inferius ſumenti continuum, vt ſi.a. ponatur ineſſe.b. b. autem.c. c. vero.d. hoc autē ſit falſum.b. ineſſe .d. nā ſi ablato.a. nihilominus inſit.b.c. &.c.d. non erit falſum: propter eam quæ ex principio eſt hypotheſim. Aut rurſum ſi quis in ſuperiori ſumat continuū vt ſi.a. quidem.b. e. autem.a.f. vero.e. falſum autem ſit.f. ineſſe.a. nam & ſic nihilominus erit impoſſibile interempta quæ eſt ex principio hypotheſi. Sed oportet ad eos qui ex principio ſunt terminos: copulare impoſſibile, ſic enim erit propter hypotheſim vt in inferiori quidem ſumēti continuum ad prædicatum terminum, nam ſi impoſſibile eſt.a. ineſſe.b. interēpto.a. non amplius erit falſum. In ſuperiori autē de quo prædicatur, nam ſi.f. impoſſibile eſt ineſſe.b. interēpto.b. non amplius erit poſſibile: ſimiliter autem & cum priuatiui ſit ſyllogiſmi. Manifeſtum ergo quoniā cū impoſſibile nō ad priores terminos: non propter poſitionē accidit falſum. Aut nec ſic ſemper propter hypotheſim accidit falſum, nā ſi non ei quod eſt.b. ſed ei quod eſt.k. poſitum eſt ineſſe.a.k. aūt .c. & hoc.d. & ſic manet impoſſibile: ſimiliter autē & in ſurſum ſumenti terminos quare quoniam cū eſt & cum nō eſt hoc accidit impoſſibile: non erit propter poſitionem: aut cum nō eſt hoc nihilominus fieri falſum. Nec ſic ſumendum vt alio poſito accidat impoſſibile: ſed quando ablato hoc idem per reliquas propoſitiones concluditur impoſſibile: eo q; idem falſum accidere per plures hypotheſes nihil fortaſſe incōueniens eſt: vt paralellas cōtingere, & ſi maior eſt qui interius eſt eo qui exterius: & ſi triāgulus habet plures rectos duobus.

¶ Falſa

¶ Falſa autem oratio fit propter primum falſum, autem ex duabus propoſitionibus aut ex pluribus omnis eſt ſyllogiſmus: ergo ſi ex duabus quidem harum neceſſe eſt alteram aut etiam vtraſq; etiam falſas: nam ex veris non erat falſus ſyllogiſmus, ſi vero ex pluribus: vt ſi.c. quidē per.a.b. hęc autem per.d.e.f.g. horum erit aliquid ſuperiorum falſum: & propter hoc oratio, nam.a. &.b. per illa cōcluduntur, quare propter illorū aliquid accidit cōcluſio, & falſum. ¶ Vt autē non ſyllogizetur, obſeruandū quando ſine concluſionibus interrogat orationem, ne detur his idem in propoſitionibus, eo q; ſcimus quoniam ſine medio ſyllogiſmus nō fit, mediū autem eſt quod plerumq; dicitur. Quomodo autem oportet ad vnanquamq; concluſionem obſeruare medium, manifeſtum eſt, eo q; ſcitur quale in vnaquaq; figura oſtenditur, hoc autē nos nō latebit, eo q; vidimus quomodo habemus orationem. Oportet autem cuſtodire quod annunciamus reſpondentes, eoſdem argumentantes tētare latere, hoc autem erit primum: cum quidē ſi cōcluſiones non prius ſyllogizent, ſed ſumptis neceſſariis non manifeſte ſint. Amplius autē ſi non propinqua interrogant: ſed qua maxime lōge media, vt ſi ſit oportunū cōcludere.a. de.f. media autem.b.c.d.e. nō oportet ergo inquirere ſi.a.b.a. & rurſū ſi.b.c. Sed ſi.d.e. deinde ſi.b.c. & ſic reliqua, & ſi per vnum medium fit ſyllogiſmus.a. medio incipere, maxime enim ſic latebit reſpondentem.

¶ Quoniam ergo habemus quando & quomodo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtū & quādo erit, & quādo nō erit elenchus, nam omnibus affirmatiuis vel permutatim poſitis reſponſionibus (vt hac quidē affirmatiua illa vero negatiua) contingit fieri elenchum, erit.n. ſyllogiſmus & ſic & illo modo ſe habentibus terminis: quare ſi id quod poſitum eſt, contrarium ſit cōcluſioni: neceſſe eſt fieri elenchum: nam elēchus ſyllogiſmus cōtradictionis eſt, ſi vero nihil cōcedatur, impoſſibile eſt fieri elenchum, non enim erat ſyllogiſm9 cum omnes termini erant priuatiui, quare nec elēchus: nam ſi elēchus, neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe, cum autem eſt ſyllogiſmus, non neceſſe eſt elenchum eſſe, ſimiliter autem ſi nihil poſitum ſit ſecūdum reſponſionem vniuerſaliter, nam eadem erit diffinitio ſyllogiſmi & elenchi.

¶ De fallacia ſecūdum opinionem. Cap. 9.

ACcidit autem quādoq; quemamodū in poſitiōe terminorum fallebamur, & ſecūdum opinionē fieri fallaciam. Vt ſi contingat idem pluribus principaliter ineſſe & hoc quidem latere aliquem & putare nulli ineſſe, illud autem ſcire, vt inſit.a.b. &.c. per ſe, & hoc omni.d. ſimiliter, ergo ſi.b. quidem putet omni.a. ineſſe & hoc.d. autem nulli.a. & hoc omni.d. eiuſdem ſecundum idem habebit diſciplinam & ignorantiam. Rurſum ſiquis fallatur ſecundū ea quę ſunt ex eadem cōiugatione, vt ſi.a. ineſt.b. hoc autem.c. &.c.d. opinetur autē .a. ineſſe omni.b. & rurſum nulli.c. ſimul enim ſciet & nō opinabitur ineſſe: ergo nihil aliud probat ex his quam q; ſcit hoc non opinari, ſcit enim aliquo modo quoniam.a. ineſſe.c. per.b. velut vniuerſali hoc quod eſt particulare, quare quod aliquo modo ſcit hoc omnino probat non opinari quod eſt impoſſibile. In eo aūt quod prius dictū eſt ſi non ex eadem cōiugatione ſit medium ſecūdum vtrāq; quidem mediorum ambas, propoſitiones non contingit opinari, vt.a.b. quidē omni, c. autē nulli, hæc autē vtraq; omni.d. accidit.n. aut ſimpliciter aut in aliquo tantū contrariam ſumere primā propoſitionem: ſi enim cui.b. ineſt omni.a. opinatur ineſſe.b. autem omni.d. nouit: & quoniam.a.d. nouit quare ſi rurſum cui.c. nulli putat.a. ineſſe: cui.b. alicui ineſt huic non putat.a. ineſſe, q; autē omni putat cui.b. rurſum alicui nō putare, cui.b. aut ſimpliciter aut in alio contrarium eſt: ſic ergo non contingit opinari. Secūdum vtrumq; autem vnā: aut ſecundum alterum vtraſq; nihil prohibet, vt.a. omni.b. &.b.d. & rurſum.a. nulli.c. Nam ſimilis huiuſmodi fallacia veluti fallimur circa particulares: vt.a. omni.b. ineſt: b. autem omni.c.a. autē omni.c. inerit, ſi ergo aliquis nouit quoniā.a. alicui.b. ineſt: omni nouit & quoniam.c. ſed nihil prohibet ignorare.c. quoniam eſt. Vt ſit.a. quidem duo recti: in quo autem.b. triangulus in quo vero.c. ſenſibilis triangulus opinabitur enim aliquis non eſſe .c. ſciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos: quare ſimul ſciet & ignorabit idem, nā ſcire omnem triāgulum quoniam duobus rectis: non ſimplex eſt, ſed hoc quidē vniuerſalem habet diſciplinā, illud vero ſingularem: ſic.c. ergo in vniuerſali nouit.c. quoniā duobus rectis. In ſingulari autem nō nouit, quare nō habebit cōtrarias. Similiter autem eſt & quæ in mennone eſt oratio, quoniā diſciplina eſt rememoratio, nūquam enim accidit præſcire quod ſingulare eſt, ſed ſimul inductione ſumere particularium diſciplinam velut re cognoſcētes. Nam quædā ſcientes ſtatim ſcimus: vt quoniā duobus rectis, ſi ſcimus quoniam triangulus, ſimiliter autem & in aliis. Ergo vniuerſali quidē ſpeculamur particularia, propria autē non ſcimus quare contingit & falli circa ea: verū non contrarie: ſed habere quidē vniuerſale: decipi autem in particulari. Similiter autē in prædictis, nō enim cōtraria quæ eſt ſecundum medium fallacia ſciētiæ, ei quæ eſt ſecūdum ſyllogiſmū diſciplinæ. Nec quæ eſt ſecūdum alterum mediorum ſæpius opinatio: nihil enim prohibet ſciētem & quoniā.a. toti.b. ineſt, & rurſum hoc toti.c. putare nō ineſſe.c.a. vt quoniam omnis mula ſterilis, & hæc mula, putare hanc habere in vtero, nō enim ſcit quoniam.a.c. nō conſpiciens quod eſt ſecundum alterum, Quare manifeſtum quoniam & ſi hoc quidē nouit, illud vero nō nouit, falletur, quod habent vniuerſales ad particulares diſciplinas. Nullū.n. ſenſibilium cum extra ſenſum ſit: ſcimus: nec ſi ſen

tientes

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tientes fuerimus, ſcimꝰ, niſi vt in vniuerſali, & in eo quod habet propriam diſciplinam, ſed non in eo quod agit. Nam ſcire tripliciter dicitur, aut vt vniuerſaliter, aut vt propria, aut vt agere quare decipi totidem modis, nihil ergo prohibet & ſcire & deceptum eſſe circa eadem. Verum nõ contrarie, quod accidit & ei qui ſecundũ vtrãq; ſcit propoſitionum, & nõ pertractauit prius, nam opinãs in vtero habere mulam, nõ habet ſecundum actũ diſciplinam, neq; propter opinionem fallaciam cõtrariam diſciplinæ, ſyllogiſmus enim eſt contraria fallacia in vniuerſali. Qui autem opinatur ꝙ bonũ eſſe eſt malum eſſe, idem opinabitur bonũ eſſe & malũ. Sit enim bonũ eſſe in quo.a. malum autẽ eſſe in quo.b. rurſum bonũ eſſe in quo.c. quoniã igitur idẽ opinabitur &.b.&.c.& eſſe.c.b. opinabitur & rurſum.b.eſſe.a. ſimiliter, quare &.c.a. nam queadmodum ſi erat verum de quo.c.b.& de quo b.a.& de quo.c.a. verum erat, ſic & in opinatione. Similiter aũt & in eo quod eſt eſſe, nã cum idẽ ſit.c.&.b.& rurſum.b.&.a.c.a. idem erit, quare & in opinatione ſimiliter. Ergo hoc quidem neceſſariũ ſi quis det primũ, ſed fortaſſe illud falſum opinari aliquem quod malum eſt bonũ eſſe niſi ſecundũ accidens, multipliciter enim poſſibile eſt hoc opinari, perſpiciendum autem hoc melius.

¶Pars tertia.

¶De cõuerſionibus terminorum. Cap.10.

Quando vero cõuertuntur extremitates, neceſſe eſt & medium cõuerti ad vtramq;, ſi enim.a.de.c.per.b.eſt, ſi cõuerti & in eſt cui.a.omni.b.per mediũ.c.&.c.b. cõuertitur per mediũ.a. Et in non eſſe ſimiliter: vt ſi.b.ineſt.c.a. vero non ineſt.b.neq;.a.inerit.c. Si ergo.b.cõuertatur ad.a.&.c.ad.a.conuertetur, ſi enim.b.nulli.a.ineſt, ergo neq;.c.omni enim.c.inerat.b.& ſi.b.conuertitur ad.c.&.a.conuertetur ad.c. nam de quo omni b.&.c. Et ſi.c.ad.a.conuertitur, &.b.conuertetur ad.a.cui enim.b.ineſt &.c.cui autẽ.c.a.non ineſſe & ſolum hoc.a.concluſione incipit: alia autem nõ ſimiliter vt in prædicatiuo ſyllogiſmo. Rurſum ſi a.&.b.conuertuntur, &.c.&.d. ſimiliter: omni autẽ neceſſe eſt.a.aut.c.ineſſe, &.b.&.d. ſic ſe habebũt, omĩ alterum inſit quoniam enim cui.a.b.& cui.c.d. omni autem.a.aut.c.& nõ ſimul manifeſtũ quoniam &.b.aut.d.omni: & non ſimul: vt ſi ingenitũ incorruptibile & corruptibile genitum: neceſſe eſt quod factũ eſt, corruptibile: & corruptibile factũ eſſe, duo enim ſyllogiſmi conſtituti ſunt. Rurſum ſi omni quidem.a.vel.b.&.c.vel.d.ſimul autẽ non inſunt: ſi cõuertetur.a.&.b.&.c.&.b.&.d.conuertetur, ſi enim alicui non ineſt.b.cui.d.manifeſtum quoniã.a.ineſt: ſi autem.a.&.c.(cõuertuntur.n.) quare ſimul.c.&.d.hoc autẽ impoſſibile. ¶Quando autem.a.toti.b.ineſt: &.c.& de nullo alio ſubiecto prædicatur, ineſt autem &.b.omĩ.c.neceſſe eſt a.&.b.cõuerti, quoniam enim de ſolis.b.c.dicitur, a.prædicatur autem.b.& idem de ſe: & de.c.manifeſtum quoniam de quibus.a.&.b.dicetur omnibus præterquã de ipſo.a. Rurſum quando.a.&.b. toti.c.inſunt: cõuertitur aũt.c.b.neceſſe eſt.a.omni.b.ineſſe: qm enim omni.c.ineſt.a.c.autem.b.in eo ꝙ conuertuntur, &.a.omni.b.inerit. Quando autem duo fuerint oppoſita vt.a.magis eligendũ ſit quam.b.cum ſint oppoſita, &.d.quam, ſimiliter ſi magis eligenda ſunt.a.c.quam.b.d.a.magis eligendum quam.d. Similiter autem ſequendum.a. & fugiendum.b.oppoſita enim.c.& ei quod eſt.d. nam & hæc opponuntur. Si ergo.a.ei quod eſt.d. ſimiliter eligendum, &.b.ei quod eſt.c.fugiẽdum, vtrumq; enim vtriq; ſimiliter eligendũ & fugiendum: quare hæc ambo.a.c.iis quæ ſunt.b.d.quoniam autem magis, non poſſibile ſimiliter, nam & b.d.ſimul erunt. Si autem.d.magis eligendũ quã a.&.b.quã.c.minus fugiendũ. Nam quod minus eſt minori opponitur, magis autem eligendum eſt magis bonum: & minus malũ quam minus bonũ & magis malum, vniuerſum igitur.b.d.magis eligendum quam.a.c.nũc autem nõ eſt, ergo magis a.eligendum quam.d.&.c.ergo minus fugiendum quam.b. ¶Si ergo eligat omnis amans ſecũdum amorẽ.a.ſic ſe habere vt concedere, & non concedere in quo.c.aut concedere in quo.d.& non tale eſſe vt cõcedere in quo.b. Manifeſtum quoniam a.huius eſſe, magis eligendum quam concedere, ergo diligi quam coitus magis eligendum ſecundum amorẽ magis, ergo amor eſt dilectionis quã coeundi: ſi autem maxime huius, & finis huius hæc, ergo eius quod eſt coire, aut non eſt omnino: aut gratia diligendi, nam & aliæ cõcupiſcẽtiæ & artes ſic fiunt. Quomodo ergo ſe habẽt termini ſecundũ conuerſionem, & in eo quod magis fugiendum vel magis eligẽdum ſit: manifeſtum eſt.

¶Pars quarta.

¶De apagoge ſeu inductione. Cap.11.

Quoniam autem non ſolum dialectici & demonſtratiui ſyllogiſmi per prædictas fiunt figuras, ſed & rethorici, ſed & ſimpliciter quæcũq; fides eſt: & ſecundum vnanquamq; artẽ nũc erit dicẽdum. Omnia enim credimus aut per ſyllogiſmum aut ex inductione. Ergo inductio quidem eſt et ex inductione ſyllogiſmus per alteram extremitatem medio ſyllogizare. Vt ſi eorum quæ ſunt a.c.medium ſit.b.per.c.oſtẽdere.a.ineſſe.b.ſic.n. facimus inductiones, vt ſit.a.longeuũ, in quo autem.b.choleram non habere, in quo vero.c.ſingulare longeuum, vt homo equus & mulus: ergo toti.b.ineſt.a. omne enim quod ſine cholera eſt: eſt lõgeuum, ſed &.b.non habere cholerã omni ineſt c. Si ergo conuertatur.c.ei quod eſt.b.& nõ tranſcendat medium: neceſſe eſt.a.ineſſe.b.oſtẽſum.n. eſt priꝰ quoniam ſi duo aliqua eidem inſunt, & ad alterum eorum cõuertatur extremum: quoniam conuerſo & alterum inerit prædicatorum. Oportet autem intelligere.c. ex ſingularibus omnibus compoſitũ: nam inductio per omnia. Syllogiſmus autem

autem huiuſmodi eſt primæ & immediatę propoſitionis: quorum enim eſt mediũ: per medium ſyllogiſmus. Quoniam vero nõ eſt: per inductionẽ, & quodammodo opponitur inductio ſyllogiſmo: nam hic quidem per medium extremum de tertio oſtendit, illa autem per extremum tertium de medio. Ergo natura quidem prior & euidentior per medium ſyllogiſmus, nobis autẽ manifeſtior qui eſt per inductionem.

¶De paradigmate hoc eſt exẽplo. Cap.12.

Exemplum autem eſt quãdo medio extremũ ineſſe oſtẽditur per id quod eſt ſimile tertio: oportet autẽ & mediũ tertio & primum ſimili euidẽtius ineſſe. Vt ſit.a.malũ.b.autem contra confines inferre bellũ in quo aũt.c.athenieſes cõtra thebanos in quo aũt.d.thebanos cõtra focenſes: ſi ergo volumus oſtendere quoniam thebanis pugnare malum eſt, ſumendum quoniam contra confines pugnare eſt malũ, huius autem fides ex ſimilibus: vt quoniã thebanis contra focenſes, quoniã ergo contra cõfines malum, contra thebanos autem cõtra confines eſt: manifeſtum quoniã contra thebanos pugnare malum, quoniam ergo.b.c.&.d.medium ineſt manifeſtum, vtrũq; enim eſt contra cõfines inferre bellum, & quoniam.a.d.thebanis.n. non fuit vtile contra focẽſes bellum. Quoniam autem.a.ineſt.b.per.d.oſtendetur, eodem autẽ modo & ſi per plura ſimilia fides fiat medii ad extremum. Manifeſtum ergo quoniam exẽplum eſt neq; vt totum ad partem, neq; vt pars ad totum, ſed vt pars ad partem: quoniam ambo quidem inſunt ſub eodem, euidens autem alterum. Et differt ab inductione, quoniam hæc quidem ex omnibus indiuiduis oſtẽdebat ineſſe extremum medio, & ad extremum nõ copulabat ſyllogiſmum, hoc autem & copulat & nõ ex omnibus oſtendit.

¶De apagoge ſeu deductione. Cap.13.

Deductione autem quando quidẽ primum palam eſt ineſſe, poſtremo autẽ medium dubiũ quidem. Similiter autem credibile aut magis concluſione. Amplius ſi pauciora ſunt media poſtremo & medio: omnino enim propinquius eſſe accidit ſcientiæ. Vt ſit.a.docibile, in quo.b.diſciplina, c.iuſtitia: ergo diſciplina quoniam docibilis manifeſtũ, iuſtitia autem ſi diſciplina, dubium, ſi igitur ſimiliter aut magis credibile ſit.b.quam.a.c deductio eſt, propinquius enim ſcientiæ, eo ꝙ aſſumpſerint.a.c.diſciplinam prius non habentes. Aut rurſum ſit pauciora media ſint.b.c.nam & ſic propinquius eſt ſciẽtię, vt ſi.d.ſit quadrãgulari, in quo autem.e.recta linea: in quo.f.circulus: ſi ergo eius quod eſt.e.f.vnum ſit ſolum medium per lineares figuras æqualem fieri rectæ lineæ circulũ, propinquius erit ſcientiæ. Quando autem neq; credebilius eſt.b.c.quam.a.c.neq; pauca media: non dico deductionem: neq; quando immediata eſt.b.c.diſciplina enim quidem huius eſt.

¶De inſtantia quam dicũt euſtaſim. Cap.14.

Inſtantia autem eſt propoſitioni contraria. Differt autem.a.propoſitione quoniam cõtingit quidem inſtantiã eſſe in parte: propoſitionem vero aut omnino non contingit: aut nõ in vniuerſalibus ſyllogiſmis. Fertur autem inſtãtia duobus modis & per duas figuras duobꝰ modis, quoniam aut vniuerſalis aut particularis omnis inſtãtia, per duas autem figuras: quoniam oppoſitę feruntur propoſitioni. Oppoſita autem in prima & tertia figura concluduntur ſolum. Nã quando probatur omni ineſſe, inſtamus: quoniã nulli aut quoniam alicui non ineſt, horum autem nulli quidem ex prima figura: alicui autem nõ ex poſtrema. Vt ſit.a.vnam eſſe diſciplinã, in quo.b.contraria proponitur ergo vnã eſſe contrariorum diſciplinam: aut quoniam omnino nõ eſt eadem oppoſitorum inſtant: cõtraria autem oppoſita: quare ſit prima figura. Aut quoniam noti & ignoti non vna hæc autem tertia, nam ſecundũ tertiam notum & ignotum contraria quidẽ eſſe, verum vnam autem eſſe eorum diſciplinam: falſum. Rurſum in priuatiua propoſitione ſimiliter, quum exiſtimant enim nõ eſſe cõtrariorum vnam diſciplinam aut quoniam omnium oppoſitorum aut quoniam contrariorũ aliquorum eſt eadem diſciplina: dicimus, vt ſanatiui & ægrotatiui: ergo omnium quidem ex prima aliquorum vero ex tertia figura. Simpliciter autẽ in omnibus vniuerſaliter quidẽ inſtãtibus, neceſſe eſt ad id quod vniuerſale eſt propoſitorum contradictionẽ dicere, vt ſi nõ eandem probet contrariorum: omnium dicere, vt ſi non eandem probet contrariorum, omnium dicere oppoſitorum vnã, ſic autem neceſſe eſt ad primam eſſe figurã: mediũ enim fit vniuerſale ad hoc quod ex principio. Particulariter autem ad hoc cui eſt vniuerſale dicitur propoſitio: vt noti & ignoti non eandem: nam cõtraria vniuerſaliter ad hæc: & fit tertia figura: medium enim particulariter ſumptum vt notum & ignotum. Nam ex quibus eſt ſyllogizare contrariũ: ex his & inſtãtias conamur dicere: quare & ex his ſolum figuris ferimus: nam in his ſolum oppoſiti ſyllogiſmi: per mediam enim figuram non fiunt affirmatiue. Amplius autem & ſi oratione indiget plurima quæ eſt per mediam figuram: vt ſi non concedant.a.ineſſe.b.eo ꝙ non ſequitur hoc.c.hoc enim per alias propoſitiones manifeſtum. Non oportet autem inſtantiam conuerti ad alia: ſed ſtatim manifeſtam habere alterã propoſitionẽ. Quapropter & ſignum ex ſola hac figura non eſt. Perſpiciendum autem & de aliis inſtantiis: vt de his quæ ſunt ex contrario & ſimili & ſecũdum opinionem & ſi particularem ex prima, vel priuatiuam ex media poſſibile eſt ſumere.

¶De Eicote ſeu conſentaneo ſigno: indicio & enthymemate. Cap.15.

Eicos

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Icos autem & ſignum nõ idem eſt, ſed icos quidem eſt propoſitio probabilis, quod enim vt in pluribus ſciunt ſic factum: vel non factum, autem eſſe vel non eſſe, hoc eſt icos vt odire inuidentes vel diligere amantes. Signum autem vult eſſe propoſitio demonſtratiua vel neceſſaria vel probabilis, nam quo exiſtente eſt vel quo facto prius vel poſterius futura eſt res: ſignũ eſt vel eſſe vel fuiſſe vel quoniã erit. Enthymema ergo eſt ſyllogiſmus imperfectus ex icoitibus & ſignis. Accipitur autem ſignum tripliciter quotiẽs & medium in figuris, aut enim vt in prima aut vt in media aut in tertia. Vt oſtendere quidem pariẽtem eſſe, eo ꝙ lac habeat, ex prima figura, mediũ enim lac habere, in quo. a. parere. b. lac habere, mulier in quo. c. Quoniam autem ſapiẽtes ſtudioſi: nam Pſittacus eſt ſtudioſus: per poſtremam: in quo. a. ſtudioſum. in quo. b. ſapiens, in quo. c. Pſittacus, verũ igitur. a. & . b. de. c. prædicari, ſed hoc quidem non dicunt ꝙ palam ſit, illud vero ſumũt. Peperiſſe autem quoniam pallida: per mediam figuram vult eſſe quoniam enim ſequitur pariẽtes pallor, ſequitur autem & hanc, oſtenſum eſſe arbitrantur quoniam peperit, pallor in quo. a. parere in quo. b. mulier in quo. c. Ergo ſi vna quidẽ dicatur propoſitio: ſignum fit tantum, ſi autem & altera ſumitur ſyllogiſmus: vt Pſittacus liberalis, nam ambitioſi liberales. Pſittacus autem ambitioſus, aut rurſus quoniam ſapientes boni: Pſittacus autem bonus, ſed & ſapiens, ſic ergo fiunt ſyllogiſmi. Verum quidẽ per primam figuram inſolubilis: ſi verus vniuerſalis enim eſt, qui autem per poſtremam: eſt ſolubilis: & ſi vera ſit concluſio, eo ꝙ nõ vniuerſalis eſt in tertia nec ad rẽ ſyllogiſmus: non enim ſi Pſittacꝰ eſt ſtudioſus: propter hoc & alios neceſſe eſt eſſe ſapientes. Qui vero per mediã figuram eſt: ſemper & omnino ſolubilis, nunquam enim ſyllogiſmus fit ſic ſe habentibus terminis: nõ enim ſi quæ peperit pallida, pallida autem & hæc neceſſe eſt parere hãc: ergo verum eſt quidem in omnibus figuris differẽtias autem habent iam dictas. Sic autem diuidẽdum ſignum, horum autem medium prodigium dicendum, nam prodigium dicunt eſſe quod ſcire facit, tale autem maxime medium: an vero quæ quidem ab extremitatibus ſigna dicenda, quæ autem ex medio prodigium, probabiliſsimũ autem & maxime verũ eſt: quod eſt per primam figuram.

¶ De ſyllogiſmo Phiſignomico. Cap. 15.

Naturas autem cognoſcere poſsibile eſt: ſi quis cõcedat tranſmutare ſimul corpus & animam quæcumq; ſunt naturales paſsiones. Dicens enim aliquis fortaſſe muſicam, tranſmutauit ſecundum quid animã, ſed nõ earum quæ naturaliter nobis inſunt: hæc eſt paſsio, ſed vt ire & concupiſcentiæ & naturalium motionum. *Si igitur* & hoc det, & vnum vnius ſignum eſſe, & poterimus ſumere propriam vniuſcuiuſq; generis paſsionẽ & ſignum, poterimꝰ naturas cognoſcere. *Si enim* propria alicui generi indiuiduo cõueniens paſsio vt ſi leonibus fortidudo, neceſſe eſt & ſignum eſſe aliquod, compati enim ſibi inuicem poſitũ eſt, vt ſit hoc magnas ſummitates habere, quod & in aliis generibus non totis contingit, nam ſignum ſic proprium eſt: quoniam totius generis propria paſſio eſt & nõ ſolius proprium: ſicut ſolemus dicere erit ergo & in alio genere hoc, & fortis homo erit, & aliquod aliud animal, habebit: ergo ſignum vnũ enim vnius erat. *Si ergo* hæc ſunt: poterimus talia ſigna colligere in his animalibus, quæ tãtum vnã paſsionem habent aliquam propriam: vnaquæq; autem habet ſignum & quoniam vnam habere neceſſe eſt: poterimus naturas cognoſcere. *Si vero* duo habet propria totum genus: vt leo forte & cõmunicatum: quomodo cognoſcemus vtrum vtriꝰ ſit ſignum eorum quæ ſpecialiter ſequuntur rem: niſi ſi & alij non toti alicui ambo: et in quibus nõ totis, vtrumq;: quãdo hoc quidem habet: illud autem non: nam ſi fortis quidem: liberalis autem nõ habet autem duorum hoc, palam quoniã et in leone hoc ſignum fortitudinis. *Eſt ergo* naturas cognoſcere in prima quidem figura: eo ꝙ mediũ priori extremitati conuertitur, in tertia autem tranſcendit & non conuertitur vt ſit fortitudo. a. ſummitates magnas habere in quo. b. c. autem leo, ergo cui. c. b. omni, ſed et aliis: cui autem. b. a. omni: et non pluribus, ſed conuertitur: ſi autem non, non erit vnum vnius ſignum.

¶ Priorum Libri ſecundi finis.

LIBRI TOPICORVM ARISTOTELIS OCTO DE ARGVMENTATIONE DIALECTICA interprete Boetio.

¶ Libri primi in quo de principiis ſyllogiſmi dialectici tam ſimplicibus ꝙ compoſitis ſunt capitula quinq;.

¶ Capitulum primum proponens intentum deſcribit diuerſas ſylllogiſmorum ſpecies.

PROPOSITVM quidem negocij eſt methodum inuenire, per quam poterimus ſyllogizare de omĩ problemate ex probabilibus. Et ipſi diſputationes ſuſtinentes, nihil dicemus repugnans. ¶ Primũ igitur dicẽdũ quid eſt ſyllogiſmus: & quæ eius differẽtiæ: vt ſumatur dialecticus ſyllogiſmus. Hunc enim quærimus ſecundum propoſitum negocium. Eſt itaq; ſyllogiſmus oratio in qua poſitis quibuſdã, aliquid aliud a poſitis ex neceſsitate accidit per ea quæ poſita ſunt. Demonſtratio vero eſt: quando ex veris & primis ſyllogiſmus erit: aut ex talibus quæ per aliqua prima & vera eius quæ circa ipſa eſt cognitionis principium ſumpſerunt. Dialecticus autem ſyllogiſmus eſt qui ex probabilibus eſt collectus. Sunt autẽ vera & prima: quæ non per alia: ſed per ſeipſa fidem habẽt. Non enim oportet in diſciplinalibus principiis inquirere propter quid: ſed vnunquodq; principiorum ipſum per ſe eſſe fidẽ. Probabilia autem ſunt, quæ vidẽtur omnibus aut plurimis aut ſapientibus: & his vel omnibus vel plurimis vel maxime familiaribus & probatiſsimis. Litigioſus autem eſt ſyllogiſmus: qui ex his quæ videntur probabilia non ſunt autem: & qui ex probabilibus aut ex his quę videntur probabilia eſt apparẽs. Non enim omẽ quod videtur probabile, etiam eſt probabile, nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia in ſuperficie, omnino habet phantaſiam: velut circa litigioſarum diſputationũ principia accidit ſe habere, ſtatim enim & ſepius etiam eis qui parua videre poſſunt manifeſta eſt in his falſitatis natura. Ergo prior quidem eorum qui dicti ſunt litigioſi ſyllogiſmi etiã ſyllogiſmus dicatur. Reliquis vero litigioſus quidem ſyllogiſmus: ſyllogiſmus autem nõ eo ꝙ videtur quidem ratiocinari ratiocinatur autem minime. Amplius autem pręter omnes qui dicti ſunt ſyllogiſmos ex his quæ ſunt circa aliquas diſciplinas peculiaria: fiũt paralogiſmi: quemadmodum in geometria & huic cognatis accidit ſe habere. Videtur autẽ hic modus differre a dictis ſyllogiſmis, nam neq; ex veris & primis colligit pſeudographus neq; ex probabilibus. Nam ſub diffinitione non cadit neque enim quæ omnibus videntur ſumit: neque quæ pluribus neq; quæ ſapientibus: & his neque omnibus neque plurimis neq; probatiſsimis, ſed ex conuenientibus quidem diſciplinæ ſumptis nõ veris autem ſyllogiſmum facit, nam eo quod aut ſemicirculos deſcribit non vt oportet, aut lineas aliquas ducit nõ vt ducendę ſunt: paralogiſmum facit. Species igitur ſyllogiſmorũ vt figuraliter ſit cõplecti: dictæ ſint. Sũmatim autẽ dicendo de omnibus prædictis: & de his quæ poſtea ſunt dicẽda in tantũ nobis determinatũ ſit. Eo ꝙ de nullo eorum exactam rationem aſsignare deligimus: ſed aliquantulũ figuraliter de his volumus pertranſire, omnino ſufficiens arbitrãtes eſſe ſecundũ propoſitã methodũ poſſe cognoſcere quoquo modo vnũ quodq; illorum. Cõſequens autẽ erit his quę prædicta ſunt, dicere ad quod & quæ vtile ſit hoc negocium. Eſt autem ad tria: ad exercitationes, ad colloquia: ad eas quæ ſecundum philoſophiã ſunt diſciplina. Quia ergo ad exercitationem eſt vtile: ex his perſpicuum: methodum enim habentes: facile de propoſito argumentari poterimus. Ad colloquia vero: eo ꝙ multorum anumerantes opiniones non ex extraneis: ſed ex propriis doctrinis ſermocinabimur: ad eos tranſmutãtes quid quid videntur non bene nobis dicere. Ad ſecundum philoſophiam autem diſciplinas: ꝙ potẽtes ad vtramq; dubitare: facile in ſingulis ſpeculabimur verum & falſum. Præterea autem ad prima eorũ quæ in vnaquaq; diſciplina ſunt principia. Nam ex conuenientibus ſecundum propoſitam diſciplinam principiis: impoſsibile eſt dicere aliquid de eis: eo ꝙ prima principia ſunt omniũ, per ea vero quæ ſunt circa ſingula probabilia: neceſſe eſt de illis tranſigere. Id autem proprium vel maxime conueniens eſt dialecticæ. Cum enim ſit inquiſitiua ad omĩum methodorum principia viam habet. Habebimus autem perfecte methodum, quando perinde habebimus vt rethorica & medicina, & huiuſmodi facultatibus, hoc autem eſt ex contingentibus facere quæ eligimus, nam neq;

rethor

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rethor omni ex modo perſuadebit. Neq; medicus
ſanabit: ſed ſi ex his quę contingũt nihil omiſerit,
ſufficienter eum diſciplinam habere dicemus.

❡Ex quibus & quot reſultet dialectica diſ-
ceptatio. Cap. 2.

PRimum igitur conſiderandum ex qui
bus eſt methodus, ſi quidem ſumpſe-
rimus ad quot & quę & ex quibus ſyl
logiſmi, & quomodo his abũdemus:
habebimus ſufficienter propoſitum.
Sint autem numero ęqualia & eadem ea ex qui-
bus orotiones: & de quibus ſyllogiſmi. Fiũt enim
orationes ex propoſitionibus, de quibus autẽ ſyl
logiſmi fiunt: problemata ſunt. Omnis autem pro
poſitio & omne problema, aut proprium aut gen⁹
aut acidens indicat: etenim differentia cum eſt ge
nus: cum genere ordinanda eſt. Quoniam autem
proprij hoc quidẽ quid eſt eſſe ſignificat illud aũt
nõ ſignificat: diuidatur proprium in vtraſq; dictas
partes, & vocetur illud quod quid erat eſſe ſignifi
cat: terminus: reliquum vero ſecũdum cõmunem
de ipſis aſſignatam nominationem nuncupetur
proprium. Manifeſtũ igitur ex his quæ dicta ſunt
quod ſecundum præſentem diuiſionem: quatuor
omnia accidit fieri, aut proprium aut terminũ aut
genus aut accidẽs. Nemo autem nos opinetur di
cere: ꝙ vnumquodq; horũ per ſe dictum propoſi
tio vel problema eſt: ſed quoniam ab his & proble
mata & propoſitiones fiunt. Diferunt autem pro
blema & propoſitio hoc modo. Nam cum ſic dici-
tur: putas ne animal greſſibile bipes diffinitio eſt
hominis? & putas ne animal genus eſt hominis?
propoſitio fit ſi autẽ vtrũ animal greſſibile bipes
diffinitio eſt hominis vel non? problema fit: ſimili-
ter autem & in aliis. Quare merito æqualia nume
ro problemata & propoſitiones ſunt: nam ab om
ni propoſitione problema facies tranſmutãs mo
dum. ❡Dicendum autẽ quid terminus, quid pro
prium: quid accidens. quid genus. Eſt autem ter-
minus quidẽ oratio quid eſt eſſe ſignificãs. Aſſig
natur autẽ aut oratio pro nomine: aut oratio pro
oratione: poſſibile eſt enim: & eorum quæ ſub ora
tione ſignificantur: quædam diffiniri: quicunq; au
tẽ quolibet modo nomine aſſignationem faciũt,
manifeſtum quoniam non aſſignant hi rei diffini-
tionem: eo ꝙ omnis diffinitio oratio quædam eſt.
Accõmodatum termino tamen & huiuſmodi po-
nẽdum eſt: vt quod honeſtũ eſt decẽs ſimiliter au-
tẽ & vtrũ idem ſenſus & diſciplina vel diuerſum:
etenim circa diffinitiones vtrũ idem vel diuerſum
plurima fit moratio. Simpliciter autem accõmoda
ta termino omnia dicãtur quæ ſub eadem diſcipli
na cum diffinitionibus continentur, ꝙ autem om
nia quæ nunc dicta ſunt huiuſmodi ſunt: manife-
ſtum ex his. Potẽtes enim quod idem & quod di
uerſum diſputare: eodem modo & ad diffinitiões
argumentari facile poterimus: nam oſtendentes
quod non idem eſt: interimentes erimus diffini-
tionem: non tamen conuertitur quod dictum eſt:
nõ enim ſufficiens eſt ad aſtruendum diffinitionẽ
oſtendere idem eſſe: attamen ad deſtruendũ ſuffi
ciens oſtendere quod non idem eſt. Proprium au
tem eſt: quod non indicat quid eſt eſſe: ſoli autem
ineſt & conuerſim prædicatur de re: vt proprium
eſt hominis grãmatices eſſe ſuſceptiuũ: nam ſi ho
mo eſt: & grammatices ſuſceptibilis eſt: & ſi gram-
matices ſuſceptibibilis eſt: & homo eſt. Nemo .n.
proprium dicit: quod contingit alij ineſſe: vt homi
ni dormire, ne quidem ſi forſitan per aliquod tẽ-
pus ineſt ſoli. Si autem forte dicatur aliquid taliũ
proprium: non ſimpliciter: ſed quando vel ad ali-
quid dicetur, nam ex dextris quidem eſſe: quãdo
proprium eſt: bipes autem ad aliquid propriũ eſt
dictum: vt homini ad equum & canem. Quoniam
autem eorum quæ contigunt alij ineſſe: nullũ con
uerſim prædicatur: manifeſtum eſt nõ enim neceſ
ſarium eſt ſi quid dormit: hominem eſſe. ❡Genus
autem eſt: quod de pluribus & differentibus ſpe-
tie in eo quod quid eſt prædicatur. In eo qđ quid
eſt prædicari ea dicuntur: quęcũq; cõuenit eum
qui interrogatus eſt reddere quid eſt quod propo
ſitum eſt: quẽadmodum de homine cõuenit eum
qui interrogatus eſt quid id eſt quod propoſitum
eſt: dicere quod animal. Generi autem accõmoda
tum vtrum in eodem genere aliud alij: an in altero
ſit. Nam & huiuſmodi ſub eadem methodo cadit
cum genere. Diſputantes enim quoniam animal
genus hominis ſimiliter & bonis diſputantes eri-
mus, quoniam hæc in eodẽ ſunt genere: ſi autem
alterius quidẽ oſtendamus quoniam genus eſt: al
terius autẽ quod nõ eſt, diſputantes erimus quo
niam nõ in eodem genere hæc ſunt. ❡Accidens
autem eſt: quod nihil horũ eſt neq; diffinitio neq;
propriũ neq; genus, ineſt autem rei. Et quod con
tingit ineſſe cuius vni & eidẽ, & nõ ineſſe, vt ſede
re cõtingit ineſſe alicui, eidem & non ineſſe, ſimili-
ter autem & album, nam & eidem nihil prohibet
quandoq; album quandoq; non album eſſe. Eſt
autem accidentis diffinitionum ſecunda melior,
nam cum dicitur prima, neceſſarium eſt ſi debet
quis intelligere: præſcire quid eſt terminus & ge-
nus & proprium, ſecunda perfecta eſt ad cognoſ-
cendum: quid eſt quod dicitur, per ſe. Annectan-
tur autem accidenti, & quæ ad ſeinuicem ſunt cõ
parationes quolibet modo ab accidente dictæ, vt
vtrum honeſtum vel quod confert expetibilius,
& vtrunque eſt ſecũdum virtutem an quæ ſecun-
dum voluptatem ſuauior vita: & ſi quid aliud ſimi
liter his eſt dictum, in omnibus enim talibus vtri
magis prædicatum accidit, quæſtio fit. Manife-
ſtum eſt autem ex his: quoniam accidẽs nihil pro
hibet & quando & ad aliquid proprium fieri, vt
ſedere cum ſit accidens, quando quis ſolus ſedit,
tunc alij proprium erit: ſolo vero ſedente: ad non
ſedentes proprium: quare & ad aliquid, & quan-
do nihil prohibet accidens proprium fieri, ſimpli-
citer autem proprium non erit.

❡Quod

❡Quod cætera prædicata a diffinitione aliquid
claudant eorum, quæ in diffinitione continẽtur.
Caput. 3.

NOn lateat autem nos, quoniam quæ
ad proprium, & genus, & accidens:
omnia & ad diffinitiones cõueniet di
ci. Oſtendentes enim quoniam non
ſoli ineſt, qđ eſt ſub diffinitiõe: quem-
admodum & in proprio: aut quoniam nõ genus,
quod aſſignatum eſt in diffinitione: aut quoniam
non ineſt aliquid eorũ, quæ in diffinitione dicta
ſunt: quod & in accidente dicetur: interimentes
erimus diffinitionem. Quare ſecundum prius aſ-
ſignatam diffinitionem: omnia erunt quodammo
do diffinitiua, quæ enumerata ſunt. Sed non pro
pter hoc vnam in omnibus vniuerſalem metho-
dum quærendũ. Neq; enim facile inuenire hanc
eſt. Et ſi inueniatur: omnino incerta, & raro erit
vtilis ad propoſitum negocium. Propria vero
in vnoquoq; determinatorũ generum aſſignata
methodo facile ex his, quæ circa vnũquodq; con
uenientibus: exitus propoſiti fiet. Quare figurali
ter quidẽ (quẽadmodũ dictum eſt prius) diuiden
dum eſt: reliquorũ, aut quæ maxime ſunt ſingulis
conueniẽtia: adiungendũ diffinitiua, & generalia
nuncupãtes ea: pene autẽ coniuncta ſunt: quę di-
cta ſunt: ad ſingula. ❡Primum autẽ omnium de
eodẽ determinandũ quoties dicatur. Videbitur
autẽ idem, vt figuraliter ſit ſumere tripliciter diui
di. Aut enim numero, aut ſpecie, aut genere idem
ſolemus appellare. Numero quidẽ quorum nomi
na plura: res autẽ vna: vt tunica, & veſtis. Specie
autẽ: quæ cum ſint plura: indifferentia ſunt ſecun
dum ſpeciẽ: vt homo homini: & equus equo: nam
huiuſmodi dicunť eadẽ quæcũq; ſub eadẽ ſpecie
ſunt. Similiter aũt & in genere eadẽ: quæcũq; ſub
eodẽ genere ſunt: vt equus homini. Videbiť autẽ
ab eodẽ fonte aqua, quæ eadẽ dicitur: habere ali
quã differentiã præter prædictos modos. Non ta
men: ſed & huiuſmodi in eodẽ collocet cũ his, quę
ſecundũ vnam ſpeciẽ quoquomõ dicta ſunt: omia
enim talia cognita: & affinia ſibi inuicẽ videntur
eſſe: nam omnis aqua omnia, quæ eadẽ ſpecie di-
citur: eo ꝙ habeant quandã ſimilitudinẽ: ab eodẽ
autẽ fonte aqua, quæ eadẽ dicitur: nullo alio dif-
fert: q̃ eo, quod validior ſit ſimilitudo: quare non
ſeparamus ab his, quæ ſecundũ vnam ſpẽm quo-
quomodo dicunť. Maxime autẽ indubitanter, qđ
vnũ eſt numero: idẽ ab omnibus videť dici. Solet
autẽ & hoc aſſignari multipliciter. Proprie autẽ
& primũ qñ nomine, vel termino idẽ aſſignatum
fuerit: vt veſtis indumendo: & animal greſſibile,
& bipes homini. Secundo autẽ quando proprio:
vt diſciplinę ſuſceptibilis homini: & quod ſurſum
natura fertur igni. Tertium vero qñ ab accidẽte:
vt ſedens, vel muſicum Socrati: omnia enim hæc
vnum numero volunt ſignificare. Quod autẽ ve-
rum ſit, quod nunc dictũ eſt: ex tranſſumentibus
nuncupationes: maxime quis diſcat: ſæpe eñ per
cipientes nomine vocare aliquẽ ſedentium: tranſ
ſumimus quando forte is non intelligit, cui præ-
ceptum facimus: tanquã ab accidente ipſo magis
intelligente: & iubemus ſedentẽ, vel diſputantem
vocare ad nos: manifeſtum qđ vt eundẽ opinan-
tes, & ſecundũ nomen, & ſecundũ accidens ſigni-
ficare: ergo idem (quẽadmodum dictum eſt) tripli
citer diuidatur. Qm̃ autem ex prius dictis ſunt o-
rationes: & per hęc: & ad hæc: vna quidẽ fides eſt
per inductionem. Si enim quis conſideret vnam
quanq; propoſitionũ, & problematum: appare-
bit, aut a termino, aut a proprio, aut a genere, aut
ab accidente factam. Alia autẽ fides per ſyllogiſ-
mum: neceſſe eſt enim omne, quod de aliquo præ
dicatur, aut conuerſim de re prædicari, aut non: &
ſi cõuerſim prædicatur: terminus erit vel propiũ.
Nam ſi ſignificat, quid eſt eſſe: eſt terminus: ſi au-
tem non ſignificet: proprium: hoc enim erat pro-
priũ, quod conuerſim prædicatur non ſignificans
quid eſt eſſe. Si autem non conuerſim prædicatur
de re: aut ex his, quæ in diffinitiõe ſubiecti dicun
tur, eſt: aut non: & ſi eſt ex his, quæ in diffinitio-
ne dicuntur: genus, aut differentia erit: eo ꝙ diffi
nitio ex genere, & differẽtiis eſt: ſi vero ex his nõ
eſt, quæ in diffinitione dicuntur: palã eſt quoniã
accidens erit: nam accidens dicebatur quod neq;
terminus, neq; genus, neq; propriũ, ineſt autẽ rei.
❡Poſt hæc autẽ oportet determinare genera prę
dicamentorũ: in quibus ſunt dictæ quatuor diffe-
rentiæ: ſunt hæc autem numero decem: quid eſt,
quale, quantum, ad aliquid, vbi, quando ſitũ eſ-
ſe, habere, facere, pati, ſemper enim accidens, &
genus, & propriũ, & diffinitio: in vno prædicamẽ
torum horum erit: nam omnes ab his propoſitio-
nes: aut quid eſt, aut quale eſt, aut quantũ, aut ali-
orum aliquod prædicamentorũ ſignificant. Mani
feſtum eſt autẽ ex eiſdem: qm̃ quod quid eſt ſigni
ficãs: qñq; quidẽ ſubſtantiam ſignificat: qñq; autẽ
quale: quandoq; vero aliquod aliorum prædica-
mentorum: nam qñ poſito homine dixerit: quod
poſitum eſt hominem eſſe, vel animal: & quid eſt
dicit: & ſignificat ſubſtantiam: qñ colore albo po-
ſito dixerit: quæ poſita eſt albedo: eſſe colorẽ: qd
eſt dicit: & quale ſignificat. Similiter autẽ & ſi cubi
tali magnitudine poſita dixerit: quod poſitum eſt
cubitalem eſſe magnitudinem: & quid eſt dicit: &
quantum ſignificat: ſimiliter aũt & in aliis: vnum
quodq; enim talium: ſiue idem de eodem dicatur:
ſiue genus de hoc: quid eſt ſignificat: quãdo autẽ
de alio: non quid eſt ſignificat: ſed quantum, aut
quale, aut aliquid aliorum prædicamentorum.
Quare de quibus ſunt diſputatiões & ex quibus:
hæc & tot ſunt. Quomodo autem ſumemus, &
per quæ copioſi erimus: poſt hæc dicendum.

❡De propoſitione dialectica. Cap. 4.

PRimum igitur determinetur, quid eſt pro
poſitio dialectica, & quid problema diale
cticum. Non enim omnem propoſitio-
nem, nec omne problema dialecticum po

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hendum. Nullus enim proponet: qui mentem habeat: quod nulli videtur: nec proponet, quod omnibus eſt manifeſtum, vel pluribus: nam hæc quidem non habent dubitationem: illa autem nemo ponet. Eſt autē propoſitio dialectica quæſtio probabilis, aut omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus: & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis non extranea. Ponet enim aliquis, qđ videtur ſapientibus: niſi contrarium ſit plurium opinionibus. Sunt autem propoſitiones dialecticæ & ea, quæ probabilibus ſunt ſimilia: & contraria his, quæ videntur eſſe probabilia ſecundum contradictionem protenſa: & quæcunque opiniones ſunt ſecundum artes inuentas. Si enim probabile eſt eandem eſſe contrariorum diſciplinam: & ſenſum eundem eſſe contrariorum probabile apparebit: & ſi vnam numero grammaticam eſſe: & muſicam vnum: ſi autem plures grammaticas: & plures muſicas: omnia enim ſimilia, & cognata hæc videntur eſſe. Similiter autem & ea, quæ probabilibus ſunt contraria ſecundum contradictionem protenſa probabilia videntur: ſi enim probabile eſt, quoniā oportet amicis benefacere: & quoniam non oportet amicis malefacere, probabile eſt: eſt aut contrarium quidem quoniam oportet malefacere amicis: ſecundum contradictionem autem quoniam non oportet amicis malefacere: ſimiliter autem & ſi oportet amicis benefacere: inimicis non oportet: eſt autem & hoc ſecundū contradictionem contraiorū: nam contrariū eſt quoniam oportet inimicis benefacere: ſimiliter autem & in aliis. Probabile autem & in comparatione apparet: & contrarium de contrario: vt ſi oportet amicis benefacere: & inimicis oportet: male apparebit & contrarium hoc, quod eſt amicis benefacere et, quod inimicis male: vtrum autem ſecundum veritatem ſe habeat, vel non: in his, quæ de contrario dicentur, oſtendetur. ¶Palam autem quoniam, & quæcunq; opiniones ſecundum artes ſunt: dialecticæ propoſitiones ſunt: ponet enim aliquis ea, quæ videntur his, qui in eis probati ſunt: vt de his quidem, quæ in geometria: vt geometer: de his, quæ in medicina: vt medicus. Problema autem dialecticum eſt ſpeculatio contendens, vel ad electionem, & fugam: vel ad veritatem, & ſcientiam, aut vt ipſum, aut vt adminiculans ad aliquid aliud talium. De quo aut neutro modo opinantur: aut contrarie plurimi ſapientibus: aut ſapientes plurimis: aut vtriq; iidem eiſdem. Quædam enim problematum vtile eſt ſcire ad eligendum, vel fugiendum: vt vtrum voluptas ſit eligenda, vel non. Quænam autem ad ſciendum tantum: vt vtrum mundus ęternus ſit, vel non. Quædam vero ipſa quidem ad neutrum horum: aminiculantia autem ſunt ad aliqua talium: plurima enim ipſa quidem per ſe non volumus cognoſcere: propter alia autem: vt per hæc aliud aliquid cognoſcamus. Sunt autem problemata & de quibus contrarij ſunt ſyllogiſmi: dubitationem enim habet vtrum ſic ſe habent, vel non ſic: eo quod in vtriſq; ſunt ratiões veriſimiles: & de quibus rationem non habemus, cum ſint magna: difficile arbitrantes eſſe propter quid aſsignare: vt vtrum mundus ſit æternus, vel non: nam huiuſmodi quæret aliquis. Problemata ergo, & propoſitiones (vt dictum eſt) determinata ſint. ¶Poſitio eſt opinio extranea alicuius ſecundum philoſophiam notorum: vt quoniam non eſt contradicere: quemadmodū dixit Antiſthenes: & quoniam omnia mouentur ſecundum Eraclitum: aut quoniam vnum eſt ens quemadmodum melliſſus dicit. Nam de quolibet cōtraria opinionibus proferente ſolicitum eſſe: ſtultum eſt, aut de quibus rationem habemus contrariam opinionibus: vt quoniam non omne, quod eſt, vel factum eſt, vel æternum: quemadmodum ſophiſtæ dicunt. Nam muſicum grammaticum eſſe, neq; factum, neq; eſſe æternum: hoc enim & ſi alicui non videatur: videbitur vtiq;, eo quod rationem habeat. Eſt igitur & poſitio quidem problema: non autem omne problema poſitio. Eo quod quædā problematū talia ſunt: de quibus neutro modo opinamur.

Quoniam autem & poſitio eſt, problema palam eſt: neceſſe eſt enim ex his, quæ dicta ſunt, aut plures ſapientibus circa poſitionem dubitare, aut vtroslibet ſibimet: eo quod opinio quædam extranea poſitio eſt. Pene autē nunc omnia dialectica problemata poſitiones vocantur. Differat autē nihil quolibet modo dictū: non enim nomen facere volentes diuiſimus ſic ea: ſed vt non lateant nos, quæ contingunt eorum differentiæ. Non oportet autē omne problema, nec omnē poſitionem conſiderare: ſed quam dubitabit aliquis ratione indigentiū, & non pœna vel ſenſu. Nam qui dubitant vtrum oporteat deos vereri, & parentes honorare, vel non pœna indigent. Qui vero vtrum nix alba, vel non: ſenſu. Neq; vero quorum propinqua eſt demonſtratio: neq; quorum valde longe: nam hæc quidem non habent dubitationem: illa autem magis quam ſecundum facultatem exercitatiuam. ¶Determinatis autem his oportet determinare quot dialecticarum diſputationū ſunt ſpecies. Eſt autem inductio quidem hæc: illa autem ſyllogiſmus. Et ſyllogiſmus quidem quid eſt: dictum eſt prius. Inductio vero eſt a ſingularibus ad vniuerſalia acceſsio: vt ſi eſt gubernator eruditus optimus: & auriga: & omnis, qui eſt eruditus in vnoquoque optimus. Eſt autem inductio veriſimilior, & clarior, & ſecūdum ſenſum notior, pluribus communis. Syllogiſmus autem valentior, & ad contradicentes efficacior. Ergo genera, de quibus diſputationes, & ex quibus: quemadmodum dictum eſt: determinata ſunt.

¶De inſtrumentis, quibus ſyllogiſmorū copiam: ad differendum nobis ſupeditamus. Cap. 5.

INſtrumenta autē, per quæ abūdemus ſyllogiſmis ſunt quatuor. Vnum quidē propoſitiones ſumere. Secundū autem quotupliciter vnumquodque dicitur poſſe diſtinguere. Tertium differentias inuenire. Quartum autem ſimilitudinis conſideratio. Sunt autem & quodam modo, & tria horum propoſitiones.

Eſt enim vnumquodq; eorum propoſitionem facere: vt ꝙ eligendum eſt honeſtum, vel delectabile, vel vtile. Et quod differt ſenſus a diſciplina: eo quod amittenti eam, poſsibile eſt rurſum ſumere: illum autem impoſsibile. Et quoniam ſimiliter ſe habet ſanatiuum ad ſanitatē, & habile ad bonam habitudinem. Eſt autem quidem prima propoſitio ab iis, quæ multipliciter dicuntur. Secunda a differentiis. Tertia vero a ſimilibus. Ergo quidem propoſitiones eligendæ quotquot modis determinatum eſt in propoſitione: aut omnium opiniones proponenti: aut plurium: aut ſapientū: & horum, vel omnium, vel plurimorum, vel notiſsimorum. Aut etiam contrarias apparentibus. Et quæcunq; oponiones ſecundum artem ſunt: aut oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus ſecundum contradictionē: quemadmodū dictum eſt prius. Vtile autem & facere eas in eligendo non ſolum, quæ ſunt probabiles: ſed & ſimiles eis: vt ꝙ contrariorum idem eſt ſenſus nam & ſcientia contrariorum eſt eadem. Et ꝙ videmus ſuſcipientes aliquid: non emittētes. Nam & in aliis ſenſibus ſic eſt. Nam & audimus ſuſcipientes aliquid non emittentes: & olfacimus eodem modo. Similiter autem & in alis. Amplius quæcunq; in omnibus, vel pluribus videntur: ſumendū vt principium: & apparentē poſitionem: nam ponūt, qui non conſpiciunt in aliquo non ſic. Eligere autem oportet & ex ſcriptis ab autoritate diſceptationibus: deſcriptiones facere autem in vnoquoq; genere ſupponētes ſeorſum: vt de bono, aut de animali, & de bono omni incipientē ab eo, quod quid eſt. Annotare autem & ſingulorum opiniones: vt quod Empedocles quatuor dixit corporum elementa eſſe. Ponet enim aliquis, quod ab aliquo probabili dictum eſt. ¶Sunt autem (vt figuraliter ſit complecti) propoſitionum, & problematum partes tres. Nam aliæ ſunt morales propoſitiones, aliæ naturales, aliæ rationales: morales quidem ſunt huiuſmodi: vt vtrū oporteat magis parentibus legibus obedire: ſi diſſentiant. Rationa vero vt vtrum contrariorum eadem diſciplina, les non. Naturales autem, vt vtrum mundus ſit vel æternus, vel non. Similiter autem & problemata. At vero æquales ſint ſingulæ earum, quæ dictæ ſunt: diffinitione quidem non facile aſſignare de ipſis. Eſt autem ea, quæ per inductionem eſt conſuetudine tentandum cognoſcere vnamquanq; earum ſecundum prædicta exempla conſideranti. Ad philoſophiam igitur ſecundum veritatem de his negociādum. Dialectico autem modo ad opinionem. Sumendæ autem quammaxime vniuerſales propoſitiones omnes, & plures in vnam redigendum: vt ꝙ oppoſitorum eadem diſciplina deinde ꝙ contrariorū: & ad aliquid, Eodem modo & ipſæ rurſum diuidēdæ quouſq; contingere poteſt diuiſio: vt boni, & mali: & albi, & nigri: & frigidi, & calidi. Similiter autē & in aliis. De ꝓpoſitionibus igitur ſufficiant prædicta. ¶Ipſum autē quotupliciter negociandū eſt non ſolū quæcunq; dicūtur ſecundū diuerſum modū: ſed & rationes eorum tentandū aſsignare: vt non ſolum, quod bonū alio quidē modo dicit̄ iuſtitia, & fortitudo: habile autē, & ſalubre alio etiā modo: ſed ꝙ & illa quidē eo ꝙ ipſa quidē qualia quædā ſunt: hæc autem eo ꝙ perfectiua alicuius: & non eo ꝙ qualia quædam illa ſunt. Similiter autē & in aliis. Vtrum autē multipliciter, aut vno modo ſpecie dicitur: per hæc conſiderandū. Primum quidem in contrario perſpiciendum: ſi multipliciter dicitur: ſiue ſpecie, ſiue nomine diſſonet. Quædam enim & nominibus ſtatim alia ſunt. Vt acuto in voce contrarium eſt graue: in magnitudine autem obtuſum. Patet ergo quoniā contrarium acuto multipliciter dicitur. Si autem hoc & acutum: nam ſecundum vtrunq; horum aliud erat contrariū: non enim idem acutum obtuſe, & graui erit contrariū: vtriq; autem acutum contrarium. Rurſum graui in voce quidem: acutum contrarium: in magnitudine autem leue: quare multipliciter graue dicitur eo quod & contrarium. Similiter autem & pulchro: ei quidem, quod in animali: turpe ei vero, quod eſt in domo: pernicioſum: quare equiuocum pulchrum. In quibuſdam autem: nominibus quidem nullo modo diſſonat: ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim dicitur a eſt, vt in albo, & nigro: vox enim clara, & obſcura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quædam nihil diſſonant: ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim differentia eſt. Non enim ſimiliter & color clarus dicitur: & vox clara. Manifeſtum autem id eſt, & per ſenſum. Nam eorum, quæ eadē ſunt ſpecie: idem ſenſus ad clarū, qđ eſt in voce, & in colore: non eodem ſenſu iudicamus: ſed hoc quidem viſu: illud autem auditu. Similiter autem & acutum, & obtuſum in humoribus, & in magnitudinibus: ſed hoc quidem tactu: illud autem guſtu. Nam neq; hæc diſſonant nominibus, neq; in ſeipſis, neq; in contrariis. Obtuſum enim eſt contrarium vtriq;. Amplius ſi huic quidem eſt aliquid contrarium: illi autem ſimpliciter nihil: vt ei, quæ eſt a potu delectationi ea, quæ eſt a ſiti triſtitia contrarium: ei autem, quæ eſt ab eo, quod eſt cōſiderare, quod diameter eſt coſtæ incommenſurabilis: nihil. Quare multipliciter delectatio dicitur: & ei quidem, quæ eſt ſecundum mentem amare: odire contrarium eſt: ei autem, quæ eſt ſecundū corporalem actum: nihil manifeſtum ergo quoniam amare equiuocum. Præterea in mediis. Si huic quidem eſt aliquid medium: illi autem nihil. Aut ſi vtriſq; quidem eſt: non idem autē: vt albi, & nigri in colorib⁹ quidē aliquid eſt mediū: fuſcum: in voce autē nihil. Aut ſi forte: raucū (queādmodū quidā dicunt raucam vocem) mediū eſſe: quare equiuocum al-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bum ſimiliter autem et nigrum. Inſuper ſi horum quidem plura media: illorum autē vnum: vt in albo, & nigro. Nam in coloribus plura media: in voce autē vnum raucū. Rurſum in eo quod ſecundū contradictionem oponitur conſiderandū: ſi multipliciter dicitur. Nam ſi hoc multipliciter dicitur: & quod huic oponitur multipliciter dicet̄: vt non videre multipliciter dicitur vnum quidē non habere viſum: alterum autem non vti viſu. Si autem hoc multipliciter dicitur: neceſſarium eſt & videre multipliciter dici: vtriqꝫ enim non videre opponitur: vt ei quidem, quod eſt non habere viſum: habere: illi autē, quod eſt non vti viſu, vti. ¶ Amplius in his, quæ ſecundum priuationem, & habitum dicuntur: perſpiciendū. Si enim alterum multipliciter dicitur: & reliquum: vt ſi ſenſibile multipliciter dicitur: & ſecundum animam, & corpus: & inſenſibile multipliciter dicetur: & ſecundum animam, & corpus: ꝙ ſecundum priuationem, & habitum opponuntur, quæ dicta ſunt: manifeſtum: eo ꝙ nata ſint vtrunqꝫ ſenſum habere animalia: & ſecundum anima, & corpus. ¶ Amplius autem in caſibus conſiderandum. Nam ſi iuſte multipliciter dicit̄: & iuſtum multipliciter dicetur. Secundum vtrunqꝫ enim iuſtorum: eſt iuſtum: vt ſi iuſte dicitur, & ſecundū ſui cognitionem iudicare: & vt oportet: ſimiliter & iuſtum. Eodē autem modo & ſi ſalubre multipliciter dicitur: & ſalubriter multipliciter dicetur: vt ſi ſalubre dicitur: hoc quidē ſanitatis effectiuum: illud autē conſeruatiuū: quodam vero ſignificatiuū: & ſalubriter, vel effectiue: vel conſeruatiue, vel ſignificatiue dicetur. Similiter autē & in aliis quando ipſum multipliciter dictum fuerit: & caſus ab ea multipliciter dicetur: & ſi caſus: & ipſum. ¶ Conſideranda autem & genera ſecundum nomen prædicationū: ſi eædem ſint nominibus. Nam ſi non eædem: manifeſtum eſt ꝙ equiuocum eſt, quod dicitur: vt bonū in cibis quidē effectiuū eſt voluntatis: in medicina autem effectiuū ſanitatis: i anima vero: qualē eſſe vt prudentem, vel fortē, vel iuſtā. Similiter autē & in homine. Aliquoties autē & qn̄ vt in tēpore bonum (bonum enim dicit̄ in tēpore) plærūqꝫ autē quantum in mediocri (dicit̄ eñ & mediocre bonū) quare equiuocū bonum. Similiter autē & candidū: in corpore quidē color: in voce autē bene audibile. Similiter autē & acutū, non enim ſimiliter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidē velox: ſicut dicunt, qui ſecundū numeros armonici ſunt. Angulus autē acutus, qui minor eſt recto. Cultellus vero, qui eſt anguli acuti. ¶ Cōſideranda aūt & genera eorum, quæ ſunt ſub eodem nomine: ſi diuerſa, & non ſubalterna ſunt: vt aſinus: hoc autem animal, & hoc uas: diuerſa enim, quæ ſecundum nomen horum ratio. Nam hoc quidē animal quale quid ſignificat: illud vero: vas quale quid. Si autem ſubalterna ſint genera: non neceſſarium diuerſas eſſe rationes: vt corui animal, & aui genus eſt. Quando autem coruum dicimus auem eſſe: & animal quale quid dicimus eundem eſſe. Quare vtraqꝫ genera de eodē prædicātur. Similiter autem quando animal volatile bipes coruum dicimus: auē dicimus eundē eſſe: & ſic ergo vtraqꝫ genera de coruo prædicant̄: & ratio eorū. In non ſubalternis generibus: nō accidit hoc: neqꝫ enim qn̄ dicimus vas: animal dicimus: neqꝫ qn̄ animal: vas. ¶ Cōſiderandū autem non ſolū ſi in propoſito diuerſa ſunt genera, & non ſubalterna: ſed & in cōtrario. Si enim contrariū multiplicitet dicitur: manifeſtum qm̄ & propoſitum. ¶ Vtile autem ad diffinitionē inſpicere: quæ ex cōpoſito fit: vt candidi corporis: & candidæ vocis: nam ſublato proprio: eandē rationem oportet relinqui: hoc autem non accidit in equiuocis: vt in iis, quæ nunc dicta ſunt: nam hoc quidē erit corpus habens talem colorem: illud autem vox bene audibilis. Interempto ergo corpore, & voce: non idē in vtraqꝫ, quod relinquitur. At oporteret, ſi vniuocū eſſet album: quod in vtraqꝫ dicitur eſſe idem. Sæpe autem & in ipſis diffinitionibus latet aſſequens equiuocū: quapropter & in diffinitionibus conſiderandum: vt ſi quis ſignificatiuum, vel effectiuum ſanitatis: quod moderate ſe habet ad ſanitatem, dicat eſſe: non diſcedendum: ſed inſpiciendum, quod mediocriter quidem ſecundum vtrunque dixit: vt ſi hoc quidem huic tantum eſſe: vt facere ſanitatem: illud autem huic tale eſſe: vt ſignificare qualis quidem ſit habitus. ¶ Amplius ſi non comparabilia ſunt ſecundum magis, & minus, vel ſimiliter: vt alba vox, alba veſtis: & acutus humor, & acuta vox: hęc enim neqꝫ ſimiliter dicuntur alba, vel acuta: neqꝫ magis alterum: quare equiuocum album, & acutum: nam vniuocum omne comparabile, aut eñ ſimiliter dicetur: aut magis alterum. ¶ Quoniam autem diuerſorum generum: & non ſubalternatum poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ: vt animalis, & ſcientiæ (diuerſæ enim horum differentię) conſiderandum, ſi quæ ſub eodem ſunt nomine: diuerſorum generū, & non ſubalternorum diuerſæ differētiæ ſint: vt acutum vocis, & magnitudinis: differt enim vox a voce, eo quod acuta ſit: ſimiliter & magnitudo a magnitudine: quare equiuocum acutum. Diuerſorū enim generum, et non ſubalternorum: diuerſæ differentiæ ſunt. ¶ Rurſum ſi eorundem, quæ ſunt ſub eodem nomine diuerſæ differentiæ ſunt: vt coloris, qui eſt in corporibus, et in melodiis. Nam eius, qui eſt in corporibus: cōgregatiuum, et diſgregatiuum viſus: eius vero, qui in melodiis non differentiæ eædem: quare equiuocum color: nam eorundem eædem differentiæ. ¶ Amplius (qm̄ ſpecies nullius eſt differentia. Nam homo, et bos nullius eſt differentia: et ſpecies ſingulum eorum) inſpiciendum ſi eorum, quæ ſub eodē ſunt nomine: hoc quidē ſpecies eſt: illud autē differentia: vt clarum, q d' in corpore quidem ſpecies coloris: quod autē in voce: differētia. Differt enim vox a voce, eo quod clara ſit. Igitur de eo, quod multipliciter dicitur

dicitur: per hęc, & huiuſmodi perſpiciendū. ¶ Differentias autē & in ipſis generibus, quæ ſunt ad ſe inuicem perſpiciendum: vt quo differt iuſtitia a fortitudine: & prudentia a tēperantia: hæc enim oīa ex eodem genere ſunt virtute. Et ex alio ad aliud: vt in his, quæ non nimium differunt: vt in quo differt ſenſus a ſcientia. Nam in his, quæ nimium differunt manifeſtæ ſunt omnino differentiæ. ¶ Similitudinē autem conſiderandū: in his, quæ ſunt in diuerſis generibus: vt ſicut alterum ad alterum quidē: ſic aliud ad aliud: vt ſicut diſciplina ad diſciplinatū: ſic ſenſus ad ſenſatum, & vt alterum in altero aliquo: ſic aliud in alio: vt quemadmodū viſus in oculo: mens in anima: & vt tranquilitas in mari: ſerenitas in aere: vtrunqꝫ enim quies. Maxime autē in his, quæ maxime diſtant exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere. ¶ Conſiderandū autem & ea, quæ ſub eodē ſunt genere: ſi quid ineſt omnibus idē: vt homini, & equo, & cani: nam ſi ineſt aliquid eis idē: in eo ſunt ſimilia. Vtile autē quoties dicitur quidē conſideraſſe ad manifeſtū: maxime autē quis ſciet quid ponat̄: palā facto quoties dicitur. Et ad fierit ſecundū rem eandē: & nō ad nomen ſyllogiſmos: ſi enim obſcurū ſit quoties dicitur: cōtingit non ad idem, & qui reſpondet, & qui interrogat ferre intellectū. Manifeſtū autem quoties dicitur: & ad quid ferens ponat: ridiculoſus videbitur interrogans eſſe: ſi non ad hoc ſermonem faciat. Vtile autem & ad non, & ad paralogizari, & ad paralogizare. Scientes autem quoties dicitur: non paralogizabimur: ſed ſciemus ſi non ad idem ſermonem faciat, qui interrogat: & ipſi interrogātes poterimus paralogizare: niſi ſit ſciēs, qui reſpondet quoties dicitur. Hoc non in omnibus ſemper poſsibile: ſed quando fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia autem falſa. Eſt autem proprie non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino verendum dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputare: niſi qs aliter non poſsit de propoſito diſputare. ¶ Differentias autem inuenire vtile, & ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo: & ad cognoſcendum quid eſt vnūquodqꝫ. Quoniam ad ſyllogiſmos de eodem & diuerſo vtile: ex his manifeſtum. Inuenientes enim differentiam propoſitorum quālibet: oſtendentes erimus qm̄ non idē. Ad cognoſcendū aūt quid eſt vnūquodqꝫ: eo ꝙ propriā ſubſtantiæ cuiuſqꝫ rationē: his, quæ circa vnūquodqꝫ ſunt conuenietibꝰ drīis ſeparare ſolemꝰ. ¶ Similitudinis aūt ſpeculatio: vtilis eſt ad īductiuas ratiocinationes: & ad ſyllogiſmos ex hypotheſi. Et ad aſsignationē diffinitionū. Ad inductiuas quidē ratiocinationes: eo ꝙ circa ſingula in ſimilibus inductione: vniuerſale aggredimur inducere. Non enim facile eſt inducere ignorantibus ſimilia. Ad ſyllogiſmos ex hypotheſi: eo ꝙ pro abile eſt quemadmodum in vno ſimiliū ſe habet ſic & in reliquis. Quare ad quodcūqꝫ eorum poterimus diſputare: profitebimur queādmodū in his ſe habet: ſic & in propoſito habere. Oſtendentes autem illud: & propoſitum ex hypotheſi oſtendentes erimus. Supponētes enim quomodo in his ſe habet: ſic & in propoſito ſe habere: demonſtrationem fecimus. Ad diffinitionum autē aſsignationē: eo quod potentes conſpicere quid in vnoquoqꝫ idem: non dubitamus, in quo oporteat genere diffinientes propoſitum ponere. Nam communiū quod maxime in eo quod quid eſt, prædicatur: genus erit. Similiter autem & in multum diſtantibus vtilis ad diffinitiones ſimilitudinis conſideratio: vt qm̄ idem tranquillitas in mari: & ſerenitas in aere: vtrunqꝫ enim quies. Et qm̄ punctum in linea, & vnitas in numero. Vtrunqꝫ enim principium: quare commune in oīibus genus aſsignantes: opinabimur non extraneæ diffinire. Pene autem & determinantes ſic ſolent aſsignare. Nam & vnitatem principium numeri dicunt eſſe: & punctū principium lineæ. Manifeſtum ergo quoniam commune vtrorumqꝫ genus ponunt. Inſtrumēta igitur, per quæ ſunt ſyllogiſmi: hæc ſunt. Loci autem ad quos vtilia ſunt prædicta: ij ſunt, qui dicendi ſunt.

¶ Topicorum primi libi Finis.

SECVNDVS TOPICORVM ARISTOTELIS: interprete, vt pridem, Boetio.

¶ De problematis vniuerſalibꝰ: & in quibus prædicatis, ineſſe, & eſſe, conuertuntur. Cap. I.

SVNT AVTEM PROBLEmatum alia quidem vniuerſalia: alia vero particularia. Vniuerſalia quidem: vt quoniam oīs voluptas bonum eſt: & quoniā nulla voluptas bonum. Particularia vero: vt quoniam quædam voluptas bonum: & quoniam quædam voluptas non bonum. Sunt autem ad vtraqꝫ genera problematum communia vniuerſalia, & conſtructiua, & deſtructiua. Oſtendentes enim quoniam omnino ineſt: & quoniam alicui ineſt oſtendentes erimus. Similiter autem & ſi quoniam nulli ineſt oſtenderimus: & quoniam non omni ineſt oſtendentes erimus. Primum ergo de vniuerſalibus deſtructiuis dicendum. Eo quod communia ſint huiuſmodi ad vniuerſalia, & particularia: & quia magis poſitiones afferant in eo, quod ineſt: quam non diſputātes autē deſtruant. ¶ Eſt autem difficillimū conuerti, quæ eſt ab accidēte cōuenientē nominationē. Nā aliqn̄ & nō vniuerſaliter in ſolis contingit accidētibus. Nā a diffinitiōe, & proprio & genere neceſſariū eſt conuerti: vt ſi ineſt alicui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

animal greſsibile bipes eſt: conuertentem verum erit dicere qm̃ animal greſsibile bipes eſt. *Similiter* autẽ a genere. Nam ſi animal ineſt alicui: animal eſt. Eodem autem modo & in proprio eſt. *Si* enim alicui ineſt grãmaticę ſuſceptibile eſſe: grammaticę ſuſceptibile erit. Nihil enim horum contingit ſecũdum quid ineſſe, vel non ineſſe: ſed ſimpliciter vel ineſſe, vel non ineſſe. In accidentibus autem nihil prohibet ſecundũ quid ineſſe: vt albedinem, vel iuſtitiam. Quare non ſufficit oſtendere qm̃ ineſt albedo, vel iuſtitia ab oſtendendũ quoniã albus, vel iuſtus eſt. Habet enim dubitationem: quoniã ſecundũ quid albus, vel iuſtus eſt. Quare non neceſſarium eſt in accidentibus conuerti. Determinare autẽ oportet & peccata, quæ ſunt in problematibus: quoniã ſunt duo. Vel in eo, quod mentiuntur. Vel in eo, quod tranſgrediuntur poſitam locutionem. Nam mentientes: & qui quod non ineſt: ineſſe alicui dicunt: peccant: & qui extraneis nominibus res appellãt, vt platanum hominẽ: trãſgrediunẽ poſitam nominationẽ.

¶ De locis problematum, ꝗ quidquam inſit, vel non inſit. Cap. 2.

VNus ergo locus eſt inſpicere: ſi quod ſecundũ aliquem aliũ modum ineſt: vt accidẽs aſsignauit. Peccatũ autem maxime hic circa genera: vt ſi quis albo dicat accidere colorem eſſe. Non enim albo colorem eſſe accidit: ſed genus eius color eſt. Contingit ergo & ſecundũ nominationem determinare eum, qui ponit: vt quoniam accidit iuſtitiæ virtutem eſſe. *Sæpe* autem & non determinanti manifeſtum: quoniam genus, vt accidẽs aſsignauit. Peccatur enim ſi quis albedinem colorari dixerit: vel ambulationem moueri. A nullo enim genere denominatiue prędicatio de ſpecie dicitur: ſed omnia vniuoce genera de ſpeciebus prędicantur. Nam & nomen, & rationem generum ſuſcipiunt ſpecies. Qui igitur coloratum dixit album: neq; vt genus aſsignauit: quoniam denominatiue dixit: neq; vt propriũ, vel vt diffinitiõem. Nam diffinitio, & proprium nulli alij ineſt. Colorantur autem multa ex aliis: vt lignum, lapis, homo, equus. Manifeſtum ergo quoniam, vt accidens aſsignauit.

¶ De locis problematũ accidentis a toto in quantitate, & partibus eius. Cap. 3.

ALius locus eſt inſpicere ea, quibus ineſſe, aut omnibus, aut nulli dictũ eſt: conſiderare aũt ſecundum ſpecies: & nõ in infinitis. Via eñ magis patet in pautioribus, & conſideratio: oportet autẽ conſiderare, & incipere a prioribus: ſic deinde vſq; ad indiuidua. Vt ſi oppoſitorũ eandem diſciplinam quis dixerit eſſe: perſpiciendum, ſi eorum, quæ ſunt ad aliquid: & contrariorum, & horum, quæ ſecundum priuationem, & habitum: & eorum, quæ ſecundum contradictionẽ dicuntur. eadem ſit diſciplina: & ſi in his nondũ manifeſtum eſt: rurſum ea diuidendum vſq; ad indiuidua: vt ſi iuſti, & iniuſti: vel dupli, & dimidij: vel cæcitatis, & viſus: vel eſſe, & non eſſe. Nam ſi in aliquo oſtendatur quoniam non eadem: interimentes erimus problema: ſimiliter autem & ſi nulli ineſt. Iſte autem locus conuertitur ad conſtruendũ, & deſtruendum. *Si* enim in omnibus videatur diuiſionem proferẽtibus: vel in pluribus: dignum eſt vniuerſaliter ponere: aut inſtantiam ferre in aliquo non ſic eſſe. Nam ſi neutrum horum faciat: abſurdus videtur non ponens. Amplius diffinitiones facere accidentis: & cui accidit: aut vtriuſq; ſecũdum vtrunq;: aut alterius. Deinde conſiderare ſi quid non verum in diffinitionibus: vt verum ſumptum ſit. Vt ſi eſt Deum iniuſtitiam facere: quid iniuſtitiam facere. *Si* enim nocere ſpõte: manifeſtum quoniam non eſt Deum iniuſtitiã facere: non enim contingit nocere Deum. Et ſi inuidus ſit ſtudioſus: quis inuidus: & quæ inuidia conſiderandum. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborum: manifeſtum eſt quoniam ſtudioſus: non eſt inuidus. Prauus enim eſſet: & ſi indignãs inuidus: quis vterq; eorum. *Sic* enim manifeſtum erit, vtrunq; verum, vel falſum ſit, quod dictum eſt: vt ſi inuidus quidem ſit: qui triſtatur in bonorum proſperitatibus. Indignans autem, qui in malorum proſperitatibus triſtatur: palam quoniã non erit inuidus indignans. *Sume*re autẽ & pro his, quæ in diffinitionibus ſunt nominibus diffinitiones: & non dimittere, donec ad notum veniat. *Sæpe* enim tota quidem diffinitione aſsignata: non palam eſt, quod querĩ: pro aliquo autem eorum, quæ in diffinitione ſunt nominum diffinitione dicta: manifeſtum ſit. ¶ Amplius probleba propoſitionem ſibi facientem inſtare. Nam inſtantia erit argumentũ ad poſitionem. Eſt autẽ locus hic pene idem conſiderationi, quibus ineſſe, vel omnibus, vel nulli dictum eſt. Differt autem modo. ¶ Amplius determinare, quæ oportet dicere, vt plures: & quæ non. Vtile enim & ad conſtruendum, & ad deſtruendum. Vt quoniam nominationibus quidẽ res nuncupandum: vt plures. Quæ autẽ ſunt huiuſmodi, vel non huiuſmodi: non iam attendendũ pluribus: vt ſanatiuum quidẽ dicendũ perfectiuũ ſanitatis: vt plures dicunt: vtrum autẽ propoſitũ perfectiuum ſit ſanitatis, vel non: iam vt plures dicendum: ſed vt medicus. ¶ Amplius ſi multipliciter dicatur aliquid propoſitum autẽ ſit, qm̃ in eſt: aut qm̃ non ineſt: alterum monſtrare eorum, quæ multipliciter dicuntur: ſi in vtroq; non contingat. Vtendum autem in his, quæ latent. Nam ſi non latent multipliciter dictum: inſtabit: quoniam non monſtratum eſt, quod ipſe dubitabat: ſed alterum. Hic autem locus conuertitur, & ad cõſtruendum, & ad deſtruendum. Nam conſtruere volentes oſtendemus: quoniam alterum ineſt: ſi non ambo poterimus. Deſtruentes autem quoniam non ineſt alterum oſtendemus: ſi ambo non poterimus.

Sed

Sed deſtruenti quidem nihil oportet ex conceſſione diſputare: neque ſi omni: neq; ſi nulli dictum ſit ineſſe. *Si* enim oſtenderimus quoniam non ineſt cuilibet: interimentes erimus omni ineſſe. *Similiter* autem & ſi vni oſtenderimus ineſſe: interimentes erimus nulli ineſſe. Conſtruentibus autem præconfitendum: quoniam ſi cuilibet ineſt: omni ineſt: ſi veriſimilis ſit propoſitio. Non ſufficit enim ad oſtendendum quoniam omni eſt: in vno diſputaſſe: vt ſi hominis anima immortalis eſt: propter hoc anima omnis immortalis. Quare prius conſiderandum: quoniam ſi quædam anima immortalis om̃is immortalis. Hoc autem non ſemper faciendum: ſed quando non facile poſſumus communẽ in omnibus vnam rationẽ dicere: quemadmodũ geometer quoniã triangulus duobus rectis æquales habet triangulos. Si autẽ non lateat, quod multipliciter dicĩ: diuiſum quoties dicitur & interimendũ, & conſtruendum: vt ſi decens eſt expediens, aut bonum tentandum ambo conſtruere, vel interimere de ꝓpoſito, vt qm̃ bonum, & qm̃ expediens: vel qm̃ neq; bonum eſt, neq; expediens: ſi autẽ non contingat vtræq;: alterum oſtendendum: annotato qm̃ quidẽ eſt hoc: illud autẽ non. Eadem autẽ ratio: & ſi plura ſint, in quæ diuiditur. ¶ Rurſum quæcunq; non ſecundum equiuocationem dicuntur multipliciter: ſed alio modo: vt diſciplina vna plurium, aut vt finis, aut vt eius, quod ad finẽ: vt medicina eius, quod ſanitatẽ facit, & ipſius viuere, aut vt amborum finium velut contrariorum eadem diſciplina. Nihil enim magis finis alterũ altero: aut vt eius, quod per ſe eſt, & eius: quod per accidens: vt per ſe, qđ qm̃ triangulus duobus rectis æquales habẽt tres angulos: per accidens autẽ qm̃ equilaterus. Qm̃ enim accidit triangulo equilatero eſſe triangulũ per hoc cognoſcimus: qm̃ duobus rectis ęquales habent. *Si* ergo nullo mõ contingit eandem eſſe plurium diſciplinam: manifeſtũ qm̃ omnino non contingit eſſe: aut ſi aliquo mõ contingit manifeſtum qm̃ omnino contingit. Diuidere autem quoties vtile, vt ſi voluerimus cõſtruere huiuſmodi: in præſtatuẽda quæcunq; contingunt: & diuidendũ in ea tm̃, quęcunq; vtilia ſunt ad conſtruendũ. *Si* autẽ deſtruere: quęcũq; non contingũt: reliqua vero omittenda. Faciendũ autẽ & in his, quando latuit quoties dicunĩ. Eſſe autẽ & hoc huius, vel non eſſe: ex eiſdem locis aſtruendũ: vt diſciplinã hanc huius, aut vt finis: aut vt eorũ, quæ ſunt ad fidem: aut vt eorum, quæ ſunt ſecundũ accidens: vel rurſum non eſſe aliquid ſecundũ aliquẽ dictorum modorũ. Eadem autẽ ratio & in deſiderio, & quæcunq; alia dicunĩ plurium. Eſt enim deſiderium huius, aut vt finis, vt ſanitatis: aut vt eorum quæ ſunt ad finem: vt medicinæ conficere: aut vt eorum, quę ſunt ſecundũ accidens: velut in vino: amicum dulce: non qm̃ vinum: ſed qm̃ dulce eſt. Nam per ſe dulce deſiderat: vinum autẽ per accidens. *Si* enim auſterum fit, non iam deſiderat. Per accidens ergo deſiderabat. Vtilis autem locus hic & in his, quæ ſunt ad aliquid pene enim talia eorum, quæ ad aliqđ ſunt. ¶ Amplius oportet transferre nomen ad euidẽtius: vt pro certo in opinione: planũ: & pro curioſitate: cupiditas ſuperfluorum. Euidẽtiori enim facto quod dictum eſt: facilius argumentabilis eſt poſitio: eſt autẽ hic locus ad vtrunq; cõis ad conſtruendum, & ad deſtruendum. ¶ Ad oſtendendũ autẽ cõtraria eidem ineſſe: conſiderandũ in genere: vt ſi volumus oſtendere qm̃ eſt circa ſenſum rectitudo, & peccatum: ſentire autẽ iudicare eſt: iudicare aũt eſt recte, & non recte: & circa ſenſum: igitur erit rectitudo, & peccatum. Nunc ergo ex genere circa ſpeciẽ demonſtratio fit. Nam iudicare eſt genus ſentire. Nã qui ſentit, aliquo modo iudicat. Rurſum ex ſpecie generi. Quæcũq; enim ſpeciei inſunt: & generi: vt ſi diſciplina praua eſt, & ſtudioſa: & diſpoſitio praua, & ſtudioſa. Nam diſpoſitio diſciplinæ genus. Ergo quidem primus locus falſus eſt ad conſtruendum: ſecundus autẽ verus. Non enim neceſſarium quæcũq; generi inſunt, & ſpeciei ineſſe: nam animal eſt volatile, & quadrupes: homo aũt non. Quæcunq; vero ſpeciei inſunt, neceſſario & generi. *Si* eñ homo ſtudioſus: & animal ſtudioſum eſt. Ad deſtruendũ autem: & primus quidẽ verus: ſecundus autẽ falſus: quęcunq; enim generi non inſunt: neq; ſpeciei. Quæcunq; vero ſpeciei non inſunt: nõ neceſſe nſt generi non ineſſe. Qm̃ autem neceſſarium, de quibus genus prædicatur: & ſpecierum aliquã prædicari. Et quæcunq; habent genus, vel denominatiue debent a genere: & ſpecierum aliquam habere neceſſe eſt. Vel denominatiue ab aliqua ſpecierũ dici: vt ſi de aliquo diſciplina prædicatur: & grammatica, vel muſica, vel aliqua diſciplinarum aliarum prædicabitur. Et ſi aliquis habet diſciplinam: vel denominatiue a diſciplina dicitur: & grãmaticam habebit, aut muſicã, aut aliquã aliarum diſciplinarũ: vel denominatiue ab aliqua earũ diceĩ, vt grãmaticus, vel muſicus. *Si* ergo aliquid ponaĩ dictum a genere: quolibet modo: vt animã moueri: conſiderandũ eſt ſi ſcđm aliquã ſpecierũ motus contingit animã moueri: vt augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generi, vel quæcunq; aliæ motus ſpecies ſunt. Nam ſi ſcđm nullam: palã eſt, quod nõ mouetur: hic autẽ locus cõmunis ad vtrunq;: & ad conſtruendũ, & ad deſtruendũ. *Si* enim ſcđm aliquã ſpẽm mouetur: palam qm̃ mouetur. Et ſi ſcđm nullã ſpecierũ mouetur palam, quod non mouetur. ¶ Non ideo autẽ conari ad poſitionẽ: intendendũ ex diffinitionibus: aut eorũ, quę ſunt propoſitæ rei, aut eorum, quæ videtur: & ſi non ab vna: etiã a pluribus. Facile enim argumentari erit diffinientibus: nam ad diffinitiones facilis argumentatio. ¶ Conſiderandum autẽ in propoſito: quonam exiſtente neceſſe eſt poſitũ eſſe: aut quid eſt ex neceſcitate ſi propoſitum eſt. Cõſtruere quidẽ volẽti: quo exiſtente propoſitum erit ex neceſsitate. Nam ſi illud

 oſtendaĩ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

oſtendatur eſſe: & propoſitum oſtenſum erit. De-
ſtruere autē volēti: quid eſt: ſi propoſitū eſt. Nam
ſi oſtēderimus cōſequens ꝑpoſito non eſſe: interi
mentes erimus propoſitum. ¶ Amplius ad tēpus
inſpiciendū: ſi alicubi diſſonat: vt ſi quod nutrit,
dixerit ex neceſsitate augeri. Nutriunt enim ſem
per animalia: augētur autē non ſemper. Similiter
autē & ſi ſcire dixerit reminiſci. Hoc enim præte-
riti tēporis eſt: illud autē pręſentis, & futuri. Scire
enim dicimur pręſentia, & futura: vt q̄m erit ſolis
defectus: reminiſci autē non cōtingit aliud, q̄ præ
terituum. ¶ Amplius ſophiſticus modus ducere
ad tale, ad quod idonei ſumus argumentorū. Hoc
autē erit, q ñqꝫ quidē neceſſarium: q ñqꝫ autem ap
parens neceſſariū: q ñqꝫ autē neqꝫ apparens, neqꝫ
neceſſarium. Neceſſarium quidē: q ñ negante eo,
qui reſpondet aliquid vtilium ad poſitionem: ad
hoc rationes facit. Contingit autem hoc talium eſ
ſe, atqꝫ abundare eſt argumentis. Similiter autem
& quando inductionem propter hoc, quod poſi-
tum eſt faciens: interimere conatur. Hoc enim in-
terempto: & propoſitum interimitur. Apparens
autem neceſſarium eſt: quando videtur quidem
vtile, & conueniens poſitioni: non eſt autē: ad q đ
fiunt diſputationes: ſiue negante eo, qui oratio-
nem ſuſtinet: ſiue ab inductione probabili per po
ſitionē ad idem factam: interimere conatur idem.
Reliquum vero quando nec neceſſarium eſt: nec
apparens, ad quod fiunt ratiocinatiōes: ſed vt re
darguere accidit reſpondentem. Oportet autem
cauere poſtremū dictorum modum: omino enim
ſemotus, & extraneus videtur eſſe a dialectica.
Quare oportet & reſpondentē non diſcolū eſſe:
ſed ponere, quę non vtilia ſunt ad poſitionem: de
ſignantem: quæcunqꝫ non videntur, ponit autē.
Magis autem dubitare plerunqꝫ accidit interro-
gantibus: omnibus talibus poſitis eis ſi non con-
cludunt. ¶ Amplius omnis, qui dixit vnumquod
uis: quodāmodo multa dixit: eo quod plura ſunt
vnicuiqꝫ ex neceſsitate conſequentia: vt qui ho-
minem dixit eſſe: & quoniam animal eſt, multa di
xit, & quoniā animatū: & q̄m bipes, & q̄m mentis
& diſciplinæ ſuſceptibile. Quare quolibet vno
conſequentium interempto: interimitur, & quod
in principio eſt. Cauere autē oportet in huiuſmo-
di: ne in difficilius facias tranſitū. Quādoqꝫ enim
facile eſt conſequens interimere quandoqꝫ ipſum
quod eſt propoſitum. ¶ Quibus autē neceſſe eſt
alterum tantum ineſſe, vel non ineſſe: vt homini
ægritudinem, vel ſanitatē: ſi ad alterum facile po-
terimus diſputare quando ineſt, vel non ineſt: &
ad reliquum poterimus. Hoc autem conuertitur
ad vtrunqꝫ: oſtendentes enim quoniam ineſt alte
rum: quoniam non ineſt reliquū oſtendentes eri-
mus. Si autem quoniam in ineſt, oſtendamus: re-
liquum ineſſe oſtendentes erimus. Palam ergo ꝙ
ad vtrunqꝫ conueniens hic locus eſt. ¶ Amplius
argumentari transferentē nomen in orationem:
cum longe melius congruum viſum fuerit trāſſu-
mere: quam vt ponitur nomen. Vt æquanimum
non modeſtum, vt poſitum eſt: ſed ęquā animam
habentem: quemadmodū & magnanimum: non
fortem: ſed magnum animum habentem. Simili-
ter autem & bene fortunatum: cuius fuerit fortu
na ſtudioſa: quemadmodum Zenocrates dicit:
fœlicem eum eſſe, qui animam habet ſtudioſam:
hanc enim vnicuiqꝫ eſſe gentium.

¶ Alij loci de eiſdem terminandis Problematis.
Caput. 4.

Voniam autem rerum quidem aliæ
ſunt ex neceſsitate: aliæ autem vt in
pluribus: aliæ vero ad vtrunlibet. Si
quod ex neceſsitate eſt: vt in pluribꝰ
ponatur: aut q đ vt in pluribus: ex ne
ceſsitate: aut ipſum contrarium ei, quod eſt, vt in
pluribus: ſemper dat locū argumentationis. Nam
ſi quod ex neceſsitate eſt: vt in pluribus ponatur:
manifeſtum quoniam non omni dicit ineſſe: cum
inſit omni: quare peccauit: ſiue quod vt in pluri-
bus dicitur: ex neceſsitate dixit: omni dixit ineſ-
ſe: cum non inſit omni. Similiter autem & ſi con-
trarium ei, quod in pluribus eſt: ex neceſsitate di
xi. Semper eñ in paucioribus dicitur contrarium
ei, quod eſt vt in pluribus. Vt ſi vt in pluribus pra-
ui homines: boni in paucioribus. Quare amplius
magis peccauit: ſi bonos ex neceſsitate dixi. Si-
militer autem & ſi: quod vtrunlibet eſt: ex neceſ-
ſitate dixit, vel vt in pluribus. Neqꝫ enim ex ne-
ceſsitata ad vtrūlibet: neqꝫ vt in pluribus. ¶ Con
tingit autem & ſi non determinans dixerit vtrum
vt in pluribus: vel ex neceſsitate dixit: ſit autem
res vt in pluribus: diſputare velut ex neceſsitate
is dixerit: vt ſi prauos exhæreditandos dixit eſſe
non determinās: velut ex neceſsitate is dixerit di
ſputare. ¶ Amplius & ſi idem eidem accidens po
ſuerit: vt alterum eo q đ alterum ſit nomē: quem-
admodum prodigus diuidebat voluptates in gau
dium, & iocunditatem, & lætitiam. Hæc enim om
nia eiuſdem id eſt voluptatis nomina ſunt. Si er-
go aliquis gaudere ei, quod eſt lætari, ponat acci
dere idem ſibi dicet accidere. ¶ Q m̄ autem con-
traria connectūtur quidē ſibi inuicem ſex modis:
contrarietatē autem faciunt quadrupliciter com-
plexa: oportet accipere contrarie quolibet mo-
do vtile fuerit, & deſtruenti, & conſtruenti. Quo-
niam autem ſex modis complectuntur, palam eſt.
Aut enim vtrunque contrariorum vtriſque con-
nectitur. Hoc autem dupliciter: vt amicis bene-
facere: & inimicis male. Vel econuerſo inimicis
benefacere: & amicis male. Aut quoniam am-
bo de vno. Et hoc dupliciter: vt amicis bene, &
amicis male. Vel inimicis bene, & inimicis ma-
le. Aut vt vnum de vtriſque. Et hoc quoque
dupliciter: vt amicis bene: & inimicis bene: vel
amicis male, & inimicis male. Ergo primæ qui
dem duæ directæ complexiones non faciunt con
trarietatem. Nam id, quod eſt amicis bene face-
re ei, quod & inimicis male non eſt contrarium:
vtraqꝫ

vtraqꝫ eſt eligēda & eiuſdem moris. Neqꝫ id quod
eſt amicis male ei quod eſt inimicis bene, nam &
hæc vtraqꝫ ſpernēda & eiuſdem moris. Non vide
tur autem ſpernendum ſpernendo contrarium eſ
ſe niſi hoc quidem ſecundum ſuperabūdantiam, il
lud autem ſecūdum egeſtatem dictum ſit: nam ſu-
perabundantia ſpernendorum videtur eſſe, ſimi-
liter autem & egeſtas. Reliqua vero quatuor om-
nia faciūt cōtrarietatem. Nam id quod eſt amicis
benefacere: ei quod amicis male: cōtrarium. Nā
a contrario more ſunt: & hoc quidem eligendum
illud autem ſpernendū. Similiter autem & in aliis.
Nam in vnaquaqꝫ coniunctione vnum elligendū
& aliud fugiēdum: vnum boni moris & aliud pra-
ui. Palam ergo ex his quæ dicta ſunt: quoniam
eidem plura contraria accidunt fieri: nam ei quod
eſt amicis benefacere: id quod eſt inimicis bene:
& id quod eſt amicis male cōtrarium eſt, ſimiliter
autem & aliorum vnicuiqꝫ eodem modo conſide-
rātibus duo cōtraria apparebunt. Accipere ergo
contrariorum quodcūqꝫ erit ad poſitionem vtile.
¶ Amplius ſi eſt aliquid contrarium acccidenti,
conſiderandum eſt ſi ineſt cui dictum eſt accidens
ineſſe. Nam ſi hoc ineſt, illud non inerit. Impoſsi
ſibile enim cōtraria eidem ineſſe. Aut ſi quid tale
dictū eſt de aliquo: quod cum ſit neceſſe eſt cōtra
ria ineſſe: vt ſi formas in nobis dixerit ineſſe, nam
moueri & quieſcere eaſdē accidet. Ampliꝰ aūt ſen
ſibiles & inſenſibilis eſſe, videntur. n. formæ quieſ
cere & intelligibile eſſe his qui ponūt formas eſſe.
Cum autem ſint in nobis impoſsibile eſt immobi-
les eſſe. Nam motis nobis neceſſarium eſt & quæ
in nobis ſunt omnia ſimul moueri. Palam autem
quoniam & ſenſibiles ſi in nobis ſunt: nam per ſen
ſum qui circa viſum eſt, eam quæ in vnoquoqꝫ eſt
formam cognoſcimus. Rurſum ſi poſitum eſt acci
dens cui eſt aliquid contrarium: cōſiderandum ſi
& contrarij eſt ſuſceptibile: quod & accidētis eſt.
Nam idem contrariorum ſuſceptibile: vt ſi odium
ſequi iram dixerit, erit odiū in furoris ſpecie: illic
enim ira. Perſpiciendum ergo ſi & contrarium in
furoris ſpecie: an in concupiſcētia. Nam ſi nō: ſed
in concupiſcibili eſt, non ſequitur odium iram. Si
militer & ſi cōcupiſcibili ignorare dixerit. Erit. n.
& diſcipline ſuſceptibile ſi quidē ignorātiæ, quod
non videtur, concupiſcibile ſuſceptiuum eſſe diſci
plinæ. Deſtruenti ergo quēadmodum dictum eſt
vtendum. Aſtruenti vero quoniam ineſt quidem
accidens: nō vtilis locus. Quoniam autem contin
git ineſſe: vtilis. Oſtendētes enim quoniam nō ſuſ
ceptibile eſt cōtrarij, oſtendentes erimus quoniā
neqꝫ ineſt accidens, neqꝫ cōtingit ineſſe. Si autem
oſtenderimus quoniā ineſt cōtrarium, aut q̄m ſuſ
ceptibile eſt cōtrarij: nondū oſtendentes erimus
quoniā & accidens ineſt, ſed quoniam cōtingit in
eſſe in hoc tantum oſtenſum erit. ¶ Quoniam au
tem oppoſitiones ſunt quatuor cōſiderandum ex
contradictionibus quidē ex cōſequentia a contra
rio & interimēti & cōſtruenti, ſumere aūt eſt ex in
ductione, vt ſi homo animal, non animal non ho-
mo. Similiter autem & in aliis. Nam hæc ecōtra-
rio conſequentia. Nam hominē animal ſequitur,
non hominem autem nō animal non: ſed econtra
rio non animal non homo: ergo in omnibus qui-
dem huiuſmodi eſt cōſiderādum: vt ſi bonum ſua
ue: & nō ſuaue non bonum: ſi autem nō hæc: nec il
lud. Similiter autem & ſi nō ſuaue nō bonum ſua-
ue. Manifeſtum ergo quoniam vtriqꝫ conuertitur
quæ ſecundum cōtradictionem eſt conſequentia
econtrario facta. ¶ In contrariis autem conſiderā
dū ſi contrariū contrariū ſequatur aut in ipſo: aut
econtrario: & interimenti & conſtruenti. Sumen-
dum autem & huiuſmodi ex inductione in quan-
tum vtile eſt. In ipſo ergo cōſequentia eſt & in for
titudine & debilitate. Nam illam quidem ſequitur
virtus: hanc autem vitium, & illam quidem ſequi-
tur eligendum, hanc autem ſpernandum. Ergo in
ipſo, & ſic conſequentia, contrarium enim eligen-
dum fugiēdo. Similiter autē & in aliis. Ecōtrario
autem conſequētia, vt euechiam quidem ſanitas
ſequatur: cacechiam autem ægritudo nō: ſed ægri
tudinē cacechiam. Manifeſtum ergo quoniā econ
trario in his conſequentia fit. Raro autem ecōtra
rio accidit in contrariis, ſed in pluribus in ipſo cō-
ſequentia. Si ergo neqꝫ in ipſo ſequitur contrariū
cōtrarium, neqꝫ econtrario: palam quoniam neqꝫ
eorum quæ dicta ſunt alterum ſequitur alterum,
ſi autem in contrariis, & in his quæ dicta ſunt ne-
ceſſe eſt alterum ſequi alterum. ¶ Similiter autē
in contrariis: & in priuatione & habitu perſpicien
dum: ſed non eſt in priuationibus econtrario: ſed
in ipſa conſequētiam neceſſarium eſt ſemper fieri.
Velut viſum ſequi ſenſum: cęcitatem autem inſen
ſibilitatem, opponitur enim ſenſus inſenſibilitati:
vt priuatio & habitus. Nam hoc quidem habitus:
illud autem priuatio eſt. ¶ Similiter autem habi-
tui & priuationi, & in his quæ ſunt ad aliquid vtē-
dum. In ipſo enim & horum conſequētia, vt ſi tri-
plum multiplex: & ſubtriplum ſubmultiplex dici-
tur, dicitur enim triplum quidem ad ſubtriplum,
multiplex autem ad ſubmultiplex. Rurſus ſi ſcien
tia opinio: & ſcibile opinabile & ſi viſus ſenſus &
viſibile ſenſibile. Inſtantia quoniā non neceſſe eſt
in quæ ſunt ad aliquid conſequentiam fieri quem
admodum dictum eſt. Nam ſenſibile eſt ſcibile: ſen
ſus autem non eſt ſcientia. Non tamen vera inſtā
tia videtur eſſe, multi enim nō dicunt ſenſibilium
eſſe ſcientiam. Amplius autem ad contrarium in-
terimendū nō minus vtile quod dictū eſt, vt quo-
niam ſenſibile nō eſt ſcibile, neqꝫ enim ſenſus ſciē-
tia. ¶ Rurſus in coniugatis, & in caſibus & interi
menti & conſtruenti, dicuntur autem coniugata
quidem huiuſmodi, vt iuſta & iuſtus iuſtitia, & for
tia & fortis fortitudini. Similiter autem perfecti-
ua & conſeruatiua coniugata illi cuius ſunt perfe
ctiua & conſeruatiua, vt ſalubria ſanitatis, & habi
tuatiua habitudinis. Eodem aūt modo & in aliis.
Ergo cōiugata quidem talia ſolent dici. Caſus au
tem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tem vt iuſte, & fortiter: & ſalubriter: & quæcunq;
eodem modo dicitur. Videntur autẽ, & quæ ſunt
ſecundum caſus: coniugata eſſe: vt iuſte iuſtitiæ
& fortiter fortitudini. Coniugata autem dicũtur
ſecundum eandẽ coniugationem omnia: vt iuſti-
tia iuſtus iuſtum iuſte. Manifeſtum ergo quoniã
vno quolibet oſtenſo eorum quæ ſecũdum eandẽ
coniugationem dicuntur vt bono vel laudabili: &
reliqua omnia oſtẽſa ſunt, vt ſi iuſtitia eſt laudabi-
lis & iuſte iuſtus iuſtum laudabilium. Dicetur au-
tem iuſte & laudabiliter ſecũdum eundem caſum:
nam a laudabili, quemadmodum iuſte a iuſtitia.
¶ Conſiderandum autem non ſolum in eo quod
dictum eſt, ſed & in contrario contrarium, vt quo
niã bonũ non ex neceſſitate ſuaue: neq; enim ma
lũ triſte: aut ſi hoc, & illud: et ſi iuſtitia ſcientia, &
iniuſtitia ignorãtia: & ſi quod iuſte eſt: ſciẽter &
experiẽter eſt. quod iniuſte eſt: ignorãter & inex-
periẽter eſt. *Si* autem hæc nõ: nec illa: velut in hoc
quod nunc dictum. Magis autem apparebit, ꝙ fie
ri iuſte eſt: experienter quam inexperienter. Hic
autẽ modus dictus prius in cõtrariorũ conſequen
tiis. Nihil enim aliud nunc oſtendimus: quam cõ-
trarium ſequi contrarium. ¶ Amplius in genera-
tionibus & corruptionibus & corrumpentibus &
efficientibus & interimenti & aſtruenti. Quorum
enim generatiõe bone ſunt: & ipſa bona ſunt, & ſi
ipſa bona ſunt: & generationes bonę, vt quorũ ge
nerationes malę: & ipſa mala. In corruptionibus
autem econtrario, nam ſi corruptiones bonę, ipſa
mala. *Si* autem corruptiones malę: ipſa ſunt bona.
Eadẽ ratio & in efficientibus & corrumpentibus.
Quorum enim effectiua bona, & ipſa bona. Quo
rum vero corruptiua bona, ipſa mala. ¶ Rurſum
in ſimilibus ſi ſimiliter ſe habent, vt ſi diſciplina
vna pluriũ, & opinio: & ſi viſum habere eſt videre
vt auditum habere eſt audire, ſimiliter autẽ & in
aliis, & in his quæ ſunt: & in his quæ videntur, vti
lis autem locus ad vtrũq;, nam ſi in aliquo ſimiliũ
ſic ſe habet, & in aliis ſimilibus. *Si* autẽ in aliquo
nõ nec in aliis ſimilibus. ¶ Conſiderandum autẽ:
& in vno & in pluribus ſi ſimiliter ſe habet, aliquo
ties enim differt, vt ſi ſcire eſt intelligere, & multa
ſcire eſt multa intelligere. Hoc autem nõ verum.
Contingit enim plura ſcire: intelligere autem nõ:
ſi aũt non hoc, nec illud quod in vno quoniam ſci-
re intelligere. ¶ Amplius ex magis & minus. *Sũt*
autẽ eius quod eſt magis loci quatuor. Vnus qui
dem ſi magis ſequitur magis, vt ſi voluptas bonũ
& magis voluptas magis bonum, & ſi iniuriam fa
cere malum, & magis iniuriam facere magis malũ.
Vtilis autem ad vtũq; hic locus, nam ſi conſequẽs
eſt ad ſubiecti incrementũ accidentis incremen-
tum (quemadmodũ dictum eſt) mactifeſtum quo
niam accidit: ſi autem non ſequatur: non accidit.
Hoc autem inductione ſumendum. ¶ Alius vno
de duobus dicto: ſi cui magis vide: ineſſe nõ ineſt:
nec cui minus, & ſi cui minus videtur ineſſe ineſt:
& cui magis. ¶ Rurſum duobus de vno dictis: ſi
quod magis videtur alteri ineſſe nõ ineſt, nec reli
quũ reliquo. Aut ſi quod minꝰ videt ineſſe ineſt:
& reliquũ reliquo. ¶ Amplius duobus de duobꝰ
dictis, ſi quod alteri magis videtur ineſſe non in-
eſt: nec reliquũ reliquo. Aut ſi quod minus vide
tur alteri ineſſe ineſt, & reliquum reliquo. ¶ Am-
plius ex eo quod ſimiliter ineſt vel videtur ineſſe
triplicter: quemadmodum in eo quod magis, vt
in poſterius tribꝰ dictis locis dicebatur, ſiue enim
vnum quidem duobus ſimiliter ineſt: aut videtur
ineſſe, ſi alteri non inſit: nec alteri. *Si* autem alteri
ineſt: & reliquo. ¶ *Si* vero duo eidem ſimiliter:
ſi alterum non inſit: ne reliquum. *Si* autem alte-
rum: & reliquum. ¶ Eodem autem modo: & ſi
duobꝰ duo ſimiliter inſunt, nam ſi alterum alteri
non ineſt, nec reliquum reliquo. *Si* autem ineſt al
terum alteri: & reliquum reliquo. Ergo ex magis
& minus: & quod eſt ſimiliter: tot modus contin-
git argumentari. ¶ Amplius autem ex appoſitio
ne, ſi alterum ad alterum appoſitum: facit bonum
vel album quod non fuerit prius album vel bonũ
quod appoſitum eſt erit albũ vel bonum, æquale
& totum facit. Amplius autem ſi hoc quod erat ap
poſitum quid facit magis tale quale erat, & ip-
ſum erit huiuſmodi. *Similiter* & in aliis. Vtilis au
tẽ nõ in omnibus hic locus: ſed in quibꝰ eius quod
eſt magis crementum accidit fieri. Iſte vero locus
non conuertitur ad deſtruendum. Nam ſi non fa-
cit quod appoſitum eſt bonum, nondum manife-
ſtum, quoniam ipſum non bonum. Nam bonũ ma
lo appoſitum: non ex neceſſitate bonum totum
facit, nec album nigro, nec dulce amaro. ¶ Rur-
ſum ſi quid magis & minus ineſt: & ſimpliciter in
eſt. Quod enim album vel bonum non eſt: neq;
magis & minus bonum vel album dicetur: nam
malum de nullo magis vel minus bonum: ſed ma-
gis malum vel minus dicitur. Non cõuertitur au
tem neq; hic locus ad deſtruẽdum. Multa enim eo
rum quæ non dicuntur magis, ſimpliciter inſunt.
Homo enim non dicitur magis & minus: ſed non
propter hoc non eſt homo. ¶ Eodem autem mo-
do conſiderandum et in his quæ ſecundum quid
eſt quando et vbi. Nam ſi ſecũdum quid cõtingit
et ſimpliciter contingit. *Similiter* autem et quan-
do et vbi, nam quod ſimpliciter eſt impoſſibile: ne
q; ſecundum quid neq; ſecundum vbi: neq; ſecun
dum quando contingit. Inſtantia quoniam ſecun
dum quid quidem ſunt naturaliter ſtudioſi vt ſi li
berales vel temporati, ſimpliciter autem non ſunt
naturaliter ſtudioſi, nullus enim naturaliter pru-
dens. *Similiter* autem et quando quidem contin-
git corruptibilium aliquid non corrumpi, ſimplici
ter autem non cõtingit non corrumpi. Eodem au
tem modo vbi quidem expedit huiuſmodi dicta
vti, vt in ægrotatiuis: ſimpliciter autem non expe
dit. Amplius autem vbi quidam vnum tantũ poſ
ſibile eſt eſſe: ſimpliciter autem non poſſibile vnũ
tantum eſſe. Eodem autem modo et vbi bonũ eſt
quidem patrem mactare vt in tribalis, ſimpliciter
autem

autem nõ bonum. Aut hoc quidem nõ vbi ſignifi
cat: ſed quibuſdam: nihil enim diſtat vbi ſint: vbiq;
enim erit eis bonũ in tribalis. Rurſus quidem ex-
pedit medicari, vt quando ægrotat: ſimpliciter au
tem non. Aut neq; hoc quando ſignificat, ſed in
eo quod afficitur aliquo modo. Nihil enim differt
quãdocũq;, ſi tantum affectus ſit. *Simpliciter* au
tem quod nullo addito dicis quoniam bonum eſt:
aut contrarium: vt patrem non mactare dicis bo-
num eſſe: ſed quibuſdam bonnũ eſſe: nõ ergo ſim-
pliciter bonum: ſed deos honorare bonum dicit ni
hil addẽs: ſimpliciter enim bonũ eſt. Quare quod
nullo addito videtur eſſe bonum vel paruum vel
aliquid talium: ſimpliciter dicetur.

TERTIVS TOPICORVM ARISTOTELIS conſequenter Boetio interprete.

¶ De meliorum eligibiliorumq; problematũ locis Caput. I.

VTRVM AVTEM ELI
gibilius aut melius duorum
aut plurium: ex his perſpcien
dum. Primum autem determi
netur, quoniam conſideratio
nem facimus nõ de plurimũ
diſtantibus & magnam adin-
uicẽ differẽtiam habentibus.
Nullus .n. dubitat vtrũ beatitudo vel diuitiæ ma
gis appetendę: ſed de his quæ propinqua ſunt, &
de quibus dubitamus vtri oporteat adhęrere ma
gis, eo ꝙ nullam videmus alteriꝰ ad alterum præ
eminentiam. Palam ergo in his: quoniam oſtenſa
vna præeminẽtia vel pluribus: conſtituetur intel-
ligentia, quoniã hoc eſt magis appetẽdum quod
eſt eorum præeminens. ¶ Primum ergo quod diu
turnius vel certius eſt: magis eligendum eo quod
minus huiuſmodi. ¶ Et quod magis eligit pru-
dẽs vel bonꝰ vir, vel lex recta: vel ſtudioſi circa ſin
gula delecti in eo ꝙ tales ſunt: vel in vno quoq;
genere ſciẽtes: vel quæcũq; plures: vel omnes, vt
in medicina, vel edificiis quę plures medicorũ vel
omnes vel quæcũq; omino plures vel omnes vel
omnia: vt bonum. Omnia enim bonum appetunt.
Oportet autẽ ducere ad id quod fuerit vtile, quod
dicenndum eſt. ¶ Eſt autem ſimpliciter quidẽ me
lius & magis eligendum: quod ſecundũ meliorem
diſciplinam vt ſi melior ſcientia philoſophia quam
ars fabrilis: ſimpliciter eligibiliora quæ ſecũdum
philoſophiam: quam quæ ſecũdum artem fabrilẽ:
alicui autem: quod ſecundũ propriam. ¶ Deinde
idipſum quod eſt: eo quod nõ eſt in genere eſt, vt
iuſtitia iuſta: nã illa quidẽ in genere bono: hoc aũt
non, & illa quidem quod bonum: hoc autem non.
Nihil enim dicitur quod genus eſt quod nõ eſt in
genere: vt albus homo non eſt quod color. *Simili*
ter aut & in aliis. ¶ Et quod propter ſe eligẽdum:
eo quod propter aliud magis eligendum, vt ſanũ
eſſe, quam exercitari, illud enim propter ſe eligen
dum, hoc autem propter aliud. ¶ Et quod per ſe:
eo quod per accidens, vt amicos iuſtos eſſe eo qđ
inimicos. Illud enim per ſe eligendum, hoc autem
per accidens. Nam inimicus iuſtos eſſe ſecũdum
accidens eligimus, vt nihil nobis noceat. Eſt autẽ
hoc idem ei quod ante hoc, differũt autem modo.
Nam amicos quidem iuſtos eſſe per ſe eligimus,
& ſi nihil nobis debeat fieri: & ſi apud indos ſint.
Inimicos autem per alterũ, vt nihil nobis noceãt.
¶ Et quod cauſa boni per ſe: eo quod per accidẽs
queãdmodum virtus fortuna, nam illa quidẽ per
ſe: hæc autem per accidens eſt cauſa bonorum, &
ſi quod aliud huiuſmodi. *Similiter* autem & in cõ-
trario, nam quod per ſe eſt cauſa mali: magis fugiẽ
dum eſt eo quod per accidens, vt vitium quam ca
ſus. Nam hoc quidem per ſe malum: caſus autem
per accidẽs. ¶ Et quod ſimpliciter bonũ: eo quod
alicui magis eligẽdum, vt ſanum fieri: quã ſecari.
Nam hoc quidem ſimpliciter bonum: illud autem
alicui indigenti ſcilicet ſectione. ¶ Et quod natu
ra eſt: eo quod non natura, vt iuſtitia iuſto: hoc .n.
natura: illud autem acquiſitiuum. ¶ Et quod me
liori & honorabiliori ineſt, magis eligendum, vt
deo quam homini: & animæ quam corpori. ¶ Et
quod melioris proprium melius: quam quod pe-
ioris, vt quod dei quam quod hominis. Nam ſe-
cundum communia vtriſq;: nihil differunt ab inui-
cem, propriis autem alterum ab altero differẽtiis
ſeparatur. Et quod in melioribus, vel peioribus
vel honorabilioribus eſt: melius, vt ſanitas robo-
re & decore. Nam illa quidem in humidis & ſiccis
calidis & frigidis: & vt ſimpliciter dicatur ex qui-
bus prius conſtitutũ eſt animal, hęc vero in poſte
tioribus: nam robur in neruis & oſſibus: decor au
tem membrorum quædam cõmenſuratio videtur
eſſe. ¶ Et finis his quæ ſunt ad finem magis aligẽ
dus videtur eſſe. Et duorum: quod propinquius
eſt fini. Et omnino quod ad vitæ finem: appetibi-
lius magis quam quod ad aliud aliquid, vt quod
ad beatitudinem contendit: quã quod ad pruden
tiam. Nam quod ad beatitudinem contendit: ma-
gis eſt eligendum. Et poſſibile impoſſibile. Am-
plius duobus effectiuis exiſtentibus: cuius finis
melior, & ipſum melius. Effectiuo autem & fine,
ex proportione: quando plus ſuperat finis finem:
quam ille proprium effectiuum: vt beatitudo plꝰ
ſuperat ſanitatem, quam ſanitas ſalubre. Quare
ẽffectiuũ beatitudinis meliꝰ ſanitate. Nam quãtũ
beatitudo ſuperat ſanitatẽ: tantũ & effectiuũ bea
titudinis ſanatiuũ. Sanitas aũt ſanatiuũ minus ſu
perabat. Quare plus ſuperat effectiuũ beatitudi-
nis ſanatiuũ: quã ſanitas ſanatiuum quare effecti
uũ beatitudinis melius ſanitate. Palã ergo quoniã
magis eligendum effectiuum beatitudinis quã ſa-
nitas, nam idem plus ſuperat. ¶ Amplius melius
eſt quod propter ſe & honorabilius & laudabiliꝰ,
vt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vt amititia diuitiis: & iuſtitia ſanitate & robore:
nam illa quidem per ſe honorabiliū: hæc vero nō
propter ſe: ſed propter aliud. Nullus enim hono-
rat diuitias propter ſe: ſed propter aliud. Amiti-
tiam vero propter ſe: & ſi nihil nobis debeat aliud
ab ea eſſe. ¶ Amplius quando duo aliqua fuerint
valde ſibimetipſis ſimilia: & non poterimus præe
minentiam aliquam cōſpicere alterius ad alterū:
videndum ex his quæ ſequuntur. Nam cui conſe
quens eſt maius bonū: hoc magis eligendū. Si au-
tem ſint cōſequentia mala, cui conſequens minus
malum, hoc magis eligēdum: licet enim vtrū vtra-
qꝫ ſint eligenda: nihil prohibet difficile aliquid ſe-
qui. Dupliciter autem ab eo quod ſequitur conſi
deratio. Nam & prius & poſterius ſequitur, vt ad
diſcentem ignorare prius: ſcire autem poſterius.
Melius autem vt plurimum quod poſterius ſequi
tur. Sumere ergo eorū quæ ſequuntur vtrumuis
erit vtile. ¶ Amplius plura bona paucioribus vel
ſimpliciter, vel quādo altera alteris inſunt, vt pau
ciora in pluribus. Inſtantia: ſi alicubi alterum pro
pter alterum: nihil enim eligibiliora vtraqꝫ, quam
vnum, vt ſanum fieri & ſanitas: quam ſanitas, eo
quod ſanum fieri propter ſanitatem eligimus. Et
nō bona bonis nihil prohibet magis eſſe eligēda,
vt beatitudinem & aliud aliquid quod non eſt bo
num: iuſtitia & fortitudine. Et eadem cum volup-
tate magis, quam ſine voluptate. Et eadem cum
indolentia quam cū triſtitia. ¶ Et vnumquodqꝫ in
in quo tempore magis valet: in hoc etiā magis eli
gendū, vt carētia triſtitiæ in ſenectute, magis quā
in iuuēctute. Magis enim in ſenectute valet. Secū
dum hæc autem & prudentia in ſenectute magis
eligenda. Nemo .n. iuuenes eligit duces: eo quod
non conſtet eos prudentes eſſe: fortitudo autem
econtrario. In iuuētute enim magis neceſſaria ſe-
cundum fortitudinem operatio. Similiter autē &
temperantia: magis enim iuuenes quam ſenes cō
cupiſcentiis moleſtantur. ¶ Et quod in omni tem
pore, vel in pluribus vtilis: vt iuſtitia & temperan
tia fortitudine. Nam hæc aliquando: illę vero ſem
per vtiles. ¶ Et quod omnibus habētibus: nihil al
tero indigeremus: quam quod omnibus habenti-
bus indigeremus reliquo: velut in iuſtitia & forti
titudine. Nam ſi omnes eſſent iuſti nihil vtilis for
titudo. Si vero omnes eſſent fortes vtiles iuſtitia.
¶ Amplius ex corruptionibus: & abiectionibus
& generationibus & ſumptionibus & contrariis.
Quorum enim corruptiones male: ipſa magis eli
gēda. Similiter autem & in abiectionibus & in cō
trariis. Nam ſi abiectio vel cōtrarium magis fugiē
dum eſt: ipſum magis eligendum. In generationi-
bus autem & ſumptionibus ecōtrario. Quorū .n.
ſumptiones & generationes magis eligēde: & ipſa
magis eligēda. ¶ Alius autem locus eſt: quod pro
ximo bono melius & magis eligendū. Et quod ſi-
milius eſt bono: vt iuſtitia iuſto. Et quod meliori
eorum eſt ſimilius: queādmodum aiacem vlyxe di
cunt aliqui meliorem eſſe: eo ꝙ ſimilior eſt achili.

Inſtantia huius quoniā nō verum, nihil enim pro
hibet nō quā rationes optimus eſt achilles: in hoc
ſimiliorē eſſe aiacem: altero exiſtente quidē bono
non: ſimili autem. Conſiderandū autē: ſi in ridicu
loſioribus ſit ſimile: velut ſimia homini: quā equꝰ,
cū non ſit ſimilis equo. Nō enim eſt ſimia melior:
ſed ſimilior eſt homini. Rurſum in duobus: ſi hoc
quidem meliori: illud autem priori eſt ſimiliū: erit
melius quod meliori eſt ſimilius. Habet autem
& hoc inſtantiam. Nihil enim prohibet hoc quidē
meliori parū ſimile eſſe: illud autem peiori valde,
vt ſi aiax quidē achilli parū: vlyxes autem neſtori
valde. Et ſi huc quidē meliori in peioribus: illud
autem peiori in melioribus: vt equus aſino, & ſi-
mia homini. ¶ Et quod nobilius: eo quod minus
tale. ¶ Et quod difficilius, magis enim amamus,
cum habemus quod non eſt facile adipiſci. ¶ Et
quod magis propriū: eo quod cōmunius. Et quod
malis incommunius. Magis enim eligendū quod
nulla difficultas ſequitur, quā ꝙ ſequitur. ¶ Am-
plius ſi hoc illo melius: & optimum eorum quæ in
hoc: melius eo quod in altero optimū, ſi melior eſt
homo quā equus & optimus homo optimo equo
melior, & ſi optimo meliꝰ: & ſimplr hoc illo meliꝰ,
vt ſi optimus hō optimo equo melior, & ſimplici-
ter homo ſimpliciter equo melior. ¶ Ampliꝰ quæ
erit amicos participare: magis eligenda quā quę
non. Et quæ ad amicū agere magis volumus: quā
quæ ad quēlibet: hæc magis eligenda, vt iuſte age
re: & bene facere: magis quā videri. Nam amicis
benefacere volumus magis quam putari quibuſ-
libet autem econtrario. ¶ Et quæ ſunt ex circun-
ſtantia: neceſſariis meliora. Aliquando aūt & ma-
gis eligēda: melius enim quā viuere: beneuiuere.
Bene autem viuere eſt ex circunſtātia: ipſum autē
viuere neceſſarium. Aliquando autē meliora: nō
etiam magis eligenda. Non enim ſi meliora: & ma
gis eligenda. Ergo philoſophari melius quam di-
tari: ſed non magis eligendum indigenti neceſſa-
riis neceſſe. Ex circunſtantiis autem eſt: quando
exiſtentibus neceſſariis alia quædam adiiciuntur
bonorum. Pene autem fortaſſe magis eligendum
quod neceſſarium eſt. melius quod tamen ex circū
ſtantia. ¶ Et quod non eſt ab aliquo poſſe: quam
quod eſt & ab alio. Quale ſuſtinet iuſtitia ad forti
tudinem. ¶ Et ſi hoc quidem ſine illo eligendum,
illud autem ſine hoc non: vt poteſtas ſine pruden
tia non eligenda: prudētia vero ſine poteſtate eli-
genda. ¶ Et dum ſi alterum negamus: vt reliquū
videatur nobis ineſſe: illud eligendū magis quod
volumus nobis videri ineſſe, vt ſtudiū negamus:
vt ingenioſi eſſe videamur. ¶ Amplius pro cuius
abſentia minus increpandi ſunt grauiter ferentes,
hoc magis eligendum. Et cuius abſentia non gra
uiter ferenti magis increpandum: hoc eligendum
magis. ¶ Amplius eorum quæ ſunt ſub eadē ſpe
cie: quod habet propriam virtutem: eo quod non
habet. Vtriſqꝫ tamen habentibus: quod magis ha
bet eligibilibus. ¶ Amplius ſi hoc quidē facit bo-
num

num illud cui adeſt: illud autē non facit quod facit
magis eligēdum: quemadmodū & calidius quod
calefacit, eo quod nō, ſi autem vtrūqꝫ facit: quod
magis facit aut quod melius & principalius facit
bonum, vt ſi hoc quidē animā: illud autē corpus.
¶ Amplius aūt a caſibus, & vſibꝰ & actibus, & o-
peribus & hęc ab illis, ſequūtur enim ſeſe inuicē,
vt ſi quod iuſte eſt magis eligendum quam quod
fortiter, & iuſtitia fortitudine magis eligenda, & ſi
iuſtitia quam fortitudo magis eligēda: & quod iu
ſte quam quod fortiter, ſimiliter autem & in aliis.
Amplius ſi aliquo eodem hoc quidem maius bo-
nū eſt: illud aūt minus: magis eligendū maius: aut
ſi maiore maius alterū. ¶ Sed & ſi duo quędā vno
aliquo ſint magis eligenda: quod magis eſt eligen
dū: eo quod minus eſt eligendū magis eligendū.
¶ Amplius cuius ſuperabundantia magis eligen
da: & ipſum magis eligendū, vt amicitia pecuniis.
Nam magis eligenda ſuperabundantia amicitiæ
quan pecuniarum. ¶ Et cuius magis eliget quis
ſe cauſam eſſe: quam cuius alterum, vt amicos pe-
cuniis. ¶ Amplius ex appoſitione, ſi eidem appo-
ſitum quid quod totū magis eligendum facit. Ca
uere autem oportet protendere in quibus altero
quidē appoſitorum vtitur cōmuniter: vel aliquo
alio modo cooperatiuum eſt: reliquo autem non
vtitur: neqꝫ cooperatiuū eſt, vt ſerra & facile cum
fabricatoria. Nam magis eligendū ſerra conſocia
ta: ſimpliciter autem non magis eligendum. Rur-
ſum ſi minori appoſitū quid quod totū maius fa-
cit. ¶ Similiter autem & ex ablatione, quo enim
ablato ab eodem quod reſtat eſt terminꝰ: illud ma
ius erit: quod ablatum reliquū minus facit. ¶ Et
ſi hoc quidem propter ſe: illud autem propter glo
riam eligendum: vt ſanitas decore. Diffinitio autē
eius quod eſt ad gloriam: quod nullo conſcientiæ
non feſtinaret ineſſe. ¶ Et ſi hoc quidem propter
ſe & propter gloriā: illud autem propter alterum
tantū. ¶ Et vtrūuis magis propter ſe honorandū
hoc & melius & magis eligendum. Honorabilius
autem erit per ſe: quod cū nihil aliud debeat eſſe:
propter ſe eligimꝰ magis. ¶ Amplius diuidendū
quoties quod eligendū eſt dicitur, & quorum gra
tia vt expedientis vel boni vel delectabilis. Nam
quod ad omnia vel ad plura eſt vtile: magis erit eli
gendum eo quod non ſic. Si autem eadem vtriſqꝫ
inſunt: vtri magis inſint cōſiderandum: vt vtrum
delectabile vel melius vel expedientius. ¶ Rurſum
quod propter melius eſt: magis eligendum: vt qđ
propter virtutem: quam quod propter delectatio
nem. Similiter autem & in fugiendis. Nam magis
eſt fugiendum: quod magis impedit virtutes: vt
ægritudo feditate: nā & voluptatis & eius quod
eſt ſtudioſum eſſe: prohibentior eſt ægritudo. Am
plius ex ſimilitudine mōſtrari poteſt fugiēdum &
eligendum quod propoſitum eſt. Minus enim eli
gendum huiuſmodi: quod & eligeret aliquis ſimi-
liter & fugeret: altero quod eligendum eſt tantū.
¶ Quædā ergo ſunt ad ſe inuicem cōparationes:

queādmodū dictum eſt: faciendū. Idem autem lo-
ci vtiles & ad demōſtrandū quolibet eligēdum &
fugiendū. Auferre enim eam ſolū oportet: quę ad
alterum eſt præeminētiam. Si enim quod honora
bilius eſt magis eligendū, & honorabile eligendū,
& ſi quod vtilius magis eligendum, & vtile eligen
dum. Similiter autem & in aliis quæcunqꝫ huiuſ-
modi habent cōpartionem. In aliquibus autē ſta-
tim ſecundū eam quæ ad alterum eſt comparatio
nem. Et quoniam eligendū vtrūqꝫ vel alterum dici
mus, vt quoniā hoc quidem natura bonum: illud
autem nō natura bonum dicimus. Nam quod na-
turaliter bonū: palam quoniā eligendū. ¶ Sumē
dum autem quā maxime vniuerſales locos de ma
iore & minore: nā ſic ſumpti ad plures vtiles erūt.
Eſt autē eorum qui dicti ſunt quoſdā vniuerſales
magis facere parum trāſmutanti ſecundū appel-
lationē, vt quod natura tale: magis tale: eo quod
non naturale. ¶ Et ſi hoc quidem facit: illud autē
nō facit quod habet: tale cuicumqꝫ ineſt: magis ta
le quod facit: quam quod nūquam facit. Si autem
vtrūqꝫ facit tale: quod facit magis. Amplius ſi eo-
dem aliquo hoc quidē magis: illud autē minus ta-
le: & ſi hoc idē tali magis tale: illud vero nō tali ta-
le: manifeſtum quoniā primū magis tale. Ampliꝰ
ex additione ſi eidē additum totum magis tale fa
cit: aut ſi ei quod minus eſt tale additū: totum ma
gis tale facit. Similiter autē & ex ablatione. Nam
quo ablato reliquū minus tale: ipſum magis tale.
¶ Et quæ cōtrariis ſunt impermixtiora, magis ta
talia, vt albius quidem nigro impermixtus. Am-
plius præter ea quæ dicta ſunt prius: quod magis
ſuſcipit propriam propoſiti rationē, vt ſi albi eſt ra
tio color diſgregatiuus viſus: albioris eſt quidē co
lor magis diſgregatiuus viſus.

¶ Circa problemata accidentis particularia docu
menta & loci cōmunes. Cap. 2.

SI autem particulariter, & non vniuer
ſaliter problema ponatur: primū qui-
dem dicti vniuerſaliter conſtructiui
vel deſtructiui loci omnes vtiles, vni
uerſaliter .n. interimētes vel conſtruē
tes, & particulariter monſtramus. Nam ſi omni in-
eſt: & alicui: & ſi nulli ineſt nec alicui. ¶ Maxime
autē competentes & communes loci: qui ſunt ex
oppoſitis & coniugatis & caſibus. Nam ſimiliter
opinabile eſt concedere: ſi omnis voluptas bonū:
& triſtitiam omnem malum eſſe: & ſi aliqua volup
tas bonum, & triſtitiam aliquam eſſe malum. Am
pliꝰ ſi aliquis ſenſus nō eſt poteſtas: & inſenſibili-
tas quædam non eſt impotentia, & ſi quoddā opi
natum diſciplinatum: opinio quædam diſciplina.
Et ſi aliquid iniuſtū bonum, & iuſtū quid malum.
Rurſum ſi quid iniuſtum malum: & iuſte quid bo-
num, & ſi quid delectabile fugiendum, & delecta-
tio quædam fugiēda. Secundū autē hoc, & ſi quid
delectabile proficiens: delectatio quædam vtilis.
Et in corruptiuis autem & generationibus & cor
ruptionibus ſimiliter. Nam ſi aliquid corruptiuū
delectationis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

delectationis vel diſciplinæ bonum eſt:erit quæ-
dam delectatio vel diſciplina malorum. Similiter
autem: & ſi corruptio quædã diſciplinæ bonorũ:
vel generatio malorũ,erit quædam ſciẽtia malorũ
vt ſi obliuiſci quæ quis feda egit:bonorum eſt:vel
reminiſci malorum: erit ſcire quæ quis feda egit
malorum. Similiter autem & in aliis. In omnibus
enim ſimiliter opinabile eſt. ¶ Amplius ex magis
& minus & ſimiliter. Si enim magis quidẽ his quę
ſunt ex alio genere aliquid tale: illorum autem ni
hil eſt:neqꝫ quod dictum eſt: erit tale. Vt ſi magis
quidem diſciplina quædam bonum quam volup-
tas:nulla autem diſciplina bonũ:nec voluptas bo-
num erit. ¶ Et ex ſimiliter quidẽ: & minus eodem
modo erit & interimere, & cõſtruere. Sed ex ſimi-
liter quidem:vtraqꝫ, ex minus autem:conſtruere:
deſtruere autem nõ,ſi enim ſimiliter poteſtas quę
dam bonũ & diſciplina:eſt autẽ quædam poteſtas
bonũ, & diſciplina:ſi autem nulla poteſtas bonũ
nec diſciplina. Si autem minus quædam poteſtas
bonum quam diſciplina:eſt autem quædam pote-
ſtas bonum, & diſciplina. Si autem nulla poteſtas
bonum:non neceſſe eſt & diſciplinam nullam eſſe
bonum. Manifeſtum ergo quoniã conſtruere tan
tum ex eo quod minus eſt. ¶ Non tantum autem
ex alio genere eſt deſtruere:ſed ex eodem ſumen
ti quod maxime tale eſt:vt ſi poſitũ eſt diſciplina
quędam bonũ,oſtendatur autem quoniam prudẽ
tia nõ bonum:nec alia vlla erit:quia nec quæ ma-
xime videtur. ¶ Amplius ex hypotheſi ſimiliter
probare:ſi vni: & omni ineſſe vel nõ ineſſe, vt ſi ho
minis anima immortalis, & alias,ſi autem hæc nõ:
nec alias. Si ergo ineſſe alicui poſitum eſt: oſten-
dendum quoniam nõ ineſt alicui, conſequitur.n.
per hypotheſim nulli ineſſe. Si autem alicui nõ in
eſſe poſitum eſt,oſtendendũ quoniam ineſt alicui
nam & ſic cõſequitur omnibus ineſſe. ¶ Palam er
go eſt quoniam qui hypotheſi vtitur:facit proble
ma vniuerſale particulariter propoſitum. Nã par
ticulariter concedentem vniuerſaliter poſtulabit
cõfiteri:eo quod vni: & omni ſimiliter probarit in
eſſe. ¶ Cum autem indefinitũ eſt problema: vno
modo deſtruere contingit, vt ſi dixerit voluptatẽ
bonum eſſe vel nõ bonum, & nihil aliud quidquã
determinauerit. Si enim aliquem voluptatẽ dixe-
rit bonum eſſe:oſtendendũ vniuerſaliter quoniã
nulla:ſi debeat interimi propoſitum. Similiter au
tem & ſi aliquam dixerit voluptatem non eſſe bo
num:oſtẽdendum vniuerſaliter quoniam omnis.
Aliter vero non cõtingit interimere. Si enim oſtẽ
derimus quoniam eſt quædam voluptas bonum
vel nõ bonum:nondum interimitur propoſitum.
Palam ergo quoniam interimere quidem in vno
modo dicitur. Conſtruere autem dupliciter: ſiue
enim vniuerſaliter oſtenderimus:quod omnis vo-
luptas bonum:ſiue quoniã eſt quædam voluptas
bonũ:oſtenſum erit quod propoſitũ eſt. Similiter
autem & ſi oporteat diſputare: quoniam eſt quæ-
dam voluptas nõ bonum:ſi oſtenderimus quoniã
nulla bonum:vel quoniam quædam non bonum:
oſtendentes erimus vtrũqꝫ & vniuerſaliter: & par
ticulariter quoniam eſt quędam voluptas non bo
num. ¶ Cum autẽ determinata fuerit poſitio:du
pliciter interimere erit:vt ſi ponatur alicui quidẽ
ineſſe voluptati bonũ eſſe:alicui autem nõ ineſſe.
Siue omnis enim oſtendatur voluptas bonum, ſi
ue nulla:interemptum erit propoſitum. Si autem
vnam voluptatem tãtum poſuerit bonum eſſe tri
pliciter contingit interimere:nam oſtendentes ꝙ
omnis vel ꝙ nulla vel quod plures quam vna bo-
num: interimentes erimus quod propoſitum eſt.
¶ In pluribꝰ vero poſitione determinata: vt quo
niam prudẽtia vna eſt virtutum ſcientia:quadru-
pliciter eſt interimere. Oſtenſo enim quoniã om-
nis virtus ſcientia,vel quoniam nulla:vel quoniã
alia aliqua vt iuſtitia:vel quoniam eadem pruden
tia non ſcientia:interẽptum erit propoſitũ. ¶ Vti-
le autem inſpicere in ſingularibus in quibus ineſ-
ſe aliquid vel nõ dictum eſt: quẽadmodum in vni
uerſalibus problematibus. Amplius autem & in
generibus inſpiciendũ diuidenti ſecũdum ſpecies
vſqꝫ ad indiuidua: ſicut prius dictum eſt. Nam ſi
videatur omni ineſſe: ſiue nulli multa proferenti:
poſtulandum vniuerſaliter confiteri:aut ferre in-
ſtantiam in aliquo non ſic. Amplius in quibus poſ
ſibile eſt aut ſpecie aut numero determinare acci-
dens: perſpiciendum ſi nullũ horum ineſt:vt quo
niam tempus non mouetur: nec eſt motus:annu-
meranti quot ſunt ſpecies motus. Nam ſi nihil ho
rum ineſt tempori:manifeſtum quoniam non mo
uetur: nec eſt motus. Similiter autem & quoniam
anima non eſt numerus: diuidẽti quoniam omnis
numerus:aut abundãs aut perfectus. Nam ſi ani-
ma neqꝫ abundans neqꝫ perfectum:palam quoniã
non eſt numerus,ergo accidens per huiuſmodi. &
ſic argumentandum.

QVARTVS TOPICORVM INTERPRETE BOETIO.

¶ De quo diſcutiendum, & problematum gene-
ris loci decem. Cap. I.

POST HAEC AVTEM
de his quæ ad genus & pro-
prium perſpiciendum. Sunt
autem hæc elementa eorum
quæ ſunt ad terminos,de eiſ
dem autẽ his raro conſidera
tiones fiunt diſputantibus.
¶ Si ergo ponatur genꝰ ali-
cuius exiſtentium: primum quidem inſpiciendũ
ad omnia:quæ cognata ſunt ei quod dicitur: ſi de
aliquo non prædicatur quemadmodum in accidẽ
te, vt ſi voluptatis bonum ponatur genus: ſi ali-
qua voluptas non bonum, nam ſi hoc, palam eſt
quoniam

quoniam non genus bonum voluptatis. Nam ge
nus de omnibus quæ ſunt ſub illo ſpeciebus præ-
dicatur. ¶ Deinde ſi nõ in eo quod quid eſt prædi
catur:ſed vt accidẽs:velut album de niue:de ani-
ma a ſeipſo agitatum,neqꝫ enim nix quod album:
quam propter nõ eſt genus album niuis,neqꝫ ani
ma quod mouile. Accidit enim ei moueri: quem-
admodum & animali frequẽter & ambulare & am
bulans eſſe. Amplius mobile nõ quid eſt:ſed quid
faciens vel patiens ſignificare videtur. Similiter
autem & album. Non enim quid eſt nix,ſed qua-
le quidem indicat. Quare neutrum horum in eo
quod quid eſt prædicatur. Maxime autem in acci
dentis diffinitione inſpiciendum:ſi aptatur ad di
ctum genus:vt ad quæ nũc dicta ſunt. Contingit
enim quippiam mouere ſeipſum & non. Similiter
autem & albũ eſſe & nõ quare neutrum horum ge
nus:ſed accidens,eo quod accidẽs diximus quod
cõtingit idem ineſſe alicui & nõ. ¶ Amplius ſi nõ
in eadẽ diuiſione eſt genus & ſpecies:ſed hæc qui
dem ſubſtantia:illud autem quale, aut hoc quidẽ
ad aliquid,illud autẽ quale, vt nix quidem & cig-
nus ſubſtantia, album autem non ſubſtantia: ſed
quale,quare nõ eſt genus album niuis neqꝫ cigni.
Rurſum diſciplina quidem ad aliquid: bonum au
tem & pulchrum quale: quare non eſt genus pul-
chrum vel bonum diſciplinæ. Nam eorũ quæ ſunt
ad aliquid: genera & ipſa ad aliquid oportet eſſe.
Vt in duplici, etenim multiplex eſt genꝰ duplicis:
& ipſum eorum quæ ſunt ad aliquid eſt:vniuerſali
ter autem dicẽdum: ſub eadem diuiſione oportet
genus eſſe ſpeciei. Nam ſi ſpecies ſubſtantia: & ge
nꝰ, & ſi quale quid ſpecies eſt: & genꝰ quale quid,
vt ſi album quale quid: & color, ſimiliter autem &
in aliis. ¶ Rurſum ſi neceſſe fuerit vel cõtingerit
genus participare quod poſitum eſt in genere:dif
finitio autem eius quod eſt participare:eſt ſuſcipe
re participari rationem. Manifeſtum ergo quoniã
ſpecies quidem participant genera: genera autẽ
ſpecies non. Nam ſpecies ſuſcipit generis ratio-
nem:genus autem ſpeciei nõ. Conſiderandum er
go ſi participat vel contingit aſſignatũ genus par
ticipare ſpeciem, vt ſi aliquis entis vel vnius ge-
nus quidẽ aſſignauerit. Accidit enim genus par-
ticipare ſpeciẽ, nam de omnibus quæ ſunt:ens &
vnũ prædicãtur, quare & ratio eorũ. ¶ Amplius
ſi de aliquo aſſignata ſpecies vera eſt:genus autẽ
nõ:vt ſi ens aut ſcibile opinabilis genus ponatur,
nam de non ente opinabile prædicabitur. Multa
enim non entia opinabilia ſunt. Quoniam autem
ens vel ſcibile nõ prædicatur de non ente manife
ſtum. Quare non eſt genus ens neqꝫ ſcibile opina
bilis. De quibus enim ſpecies prædicatur: & genꝰ
oportet prædicari. ¶ Rurſum ſi nullam ſpecierũ
contingit participare: quod poſitum eſt in gene-
re, nam impoſſibile eſt participare genus quod
nullã ſpecierum participat: niſi aliqua ſecundum
primam diuiſionẽ ſpecierũ ſit:illæ autẽ genus tã-
tum participant. Si ergo motus genus voluptatis
ponatur conſiderandum ſi neqꝫ corruptio:neqꝫ al
teratio voluptas:neqꝫ vllus reliquorũ aſſignato-
rum motuũ. Manifeſtum enim quoniam nullam
ſpecierum participabit:quare nec genus:eo quod
neceſſarium eſt quod genus participat, & ſpecie
rum aliquam participare. Quare non erit ſpe-
cies motus voluptas:neqꝫ indiuiduorum:neqꝫ ali
quid quę ſub ſpecie motus ſunt:nam & indiuidua
participant ſpeciem & genus, vt aliquis homo &
participiat hominẽ & animal. ¶ Ampliꝰ ſi de plu
ribus dicitur quã genus quod in genere poſitum
eſt:vt opinabile quã ens:nam ens & non ens opi-
nabile. Quare nõ erit opinabile ſpecies entis, de
pluribus enim ſemper genus quam ſpecies prædi
catur. ¶ Rurſus ſi æqualibus genus & ſpecies di
citur, vt ſi eorum quæ omnia conſequuntur: hoc
quidem ſpecies:illud autem genus ponatur velut
ens & vnũ. Omnia enim ens & vnũ quare neutrũ
neutri genus:eo quod de æqualibus dicuntur. Si-
militer autem & ſi primũ & principium ad ſe inui-
cẽ ponãtur:nã & principiũ primũ & primũ princi
piũ. Quare autẽ vtraqꝫ quæ dicta ſunt idem ſunt:
aut neutrũ neutri genus. Elemẽtum autem eſt ad
om̃ia huiuſmodi: ꝙ de pluribus gens quã ſpecies
& differentia dicitur: de paucioribus.n. etiã diffe-
rentia dicitur quam genus. ¶ Videndũ autẽ & ſi
alicuius eorũ quæ nõ differũt ſpecie:nõ eſt genus
quod dictũ eſt genꝰ:ſi nõ videatur. Conſtruẽti aũt
ſi eſt alicuius. Idẽ.n. omnium quę non differũt ſpe
cie genꝰ. Si ergo vnius mõſtretur: manifeſtũ quo
niã omniũ: & ſi vnius non:manifeſtũ quoniã nul-
lius:vt ſi quis inſecabiles ponens lineas:indiuiſi-
bile genus earũ dicat eſſe. Nam linearũ habentiũ
diuiſionem non eſt quod dictum eſt genus cũ ſint
indifferẽtes ſecundũ ſpeciem. Indifferentes enim
ſibi inuicem ſecundũ ſpeciem rectę lineæ omnes.
¶ Conſiderandum autem & ſi quod aliud genus
eſt aſſignatæ ſpeciei: quod neqꝫ continet aſſigna
tũ genus neqꝫ ſub illo eſt, vt ſi quis iuſtitiæ ſcien-
tiã ponat genus:eſt enim virtus genus: & neutrũ
generũ reliquum cõtinet: quare nõ erit ſciẽtia ge
nus iuſtitiæ. Videtur enim quãdo ſpecies vna ſub
duobus generibus eſt:alterum ab altero cõtineri.
Habet autem dubitationem in quibuſdam quod
huiuſmodi eſt, videtur enim quibuſdam pruden-
tia & virtus & ſciẽtia eſſe & neutrum genus a neu
tro cõtineri. Non tamẽ ab omnibus cõceditur pru
dentiã ſcientiam eſſe. Et ſi quis admittat quod di
ctũ eſt verũ eſſe:attamen ſubalterna vel ſub eodẽ
ambo fieri quę eiuſdẽ ſunt genera neceſſariũ vide
bitur eſſe: quẽadmodũ & in virtute & in ſciẽtia ac-
cidit:vtraqꝫ.n. ſub eodẽ genere ſunt. Nã vtrunqꝫ
eorũ habitus & diſpoſitio eſt. Cõſiderandũ igitur
ſi neutrũ ineſt aſſignato generi. Si enim neqꝫ ſub-
alterna ſunt genera:neqꝫ ſub eodẽ ambo:non erit
quod aſſignatũ eſt genus. ¶ Conſiderandũ autẽ
& genus aſſignati generis: & ſic ſemper ſuperius
genus: ſi omnia prædicantur de ſpecie: & ſi in eo
quod quid eſt prædicantur. Nam omne ſuperius
genus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gen⁹ prædicari oportet de ſpecie in eo quod quid
eſt: ſi ergo alicubi diſſonet: palam quoniam nõ eſt
genus quod aſsignatum eſt. ¶ Rurſum ſi genus
participat ſpeciem vel ipſum: vel aliquod ſuperio
rum generũ. Nullum enim ſuperiorum participat
quod inferius eſt. Deſtruẽti igitur quẽadmodum
dictum eſt vtendum. Aſtruẽti autem: conceſſo qui
dem ineſſe ſpeciei quod dictum eſt genus: quoniã
autem vt genus ineſt dubitatio: ſufficit oſtendere
aliquod ſuperiorum generum in eo quod quid eſt
de ſpecie prædicari, vno enim in eo quod quid eſt
prædicato: omnia & ſuperiora illius & inferiora ſi
prædicantur de ſpecie in eo quod quid eſt prædi-
cabuntur, quare & aſsignatum genus in eo quod
quid eſt prædicabitur. Quoniã autem vno in eo
quod quid eſt prædicato: omnia etiam reliqua ſi
prædicantur in eo quod quid eſt prędicabuntur:
per inductionem ſumẽdum. Si autẽ ſimpliciter in
eſſe dubitetur aſsignatum genus: nõ ſufficit oſten
dere aliquid ſuperiorũ generum in eo quod quid
eſt de ſpecie prædicari, vt ſi ambulationes genus
aſsignauit lationem nõ ſufficient oſtendere quo-
niam motus eſt ambulatio ad oſtendendũ quoniã
latio: eo quod & in aliis motus ſunt, ſed oſtẽdendũ
quoniã nullum participat ambulatio eorum quæ
ſunt ſecundũ eandẽ diuiſionem niſi lationẽ. Nam
neceſſe eſt quod genus participat: & ſpecierũ ali-
quam participare niſi ſecundũ primã diuiſionem.
Si enim ambulatio neq; aumẽtationem neq; dimi
nutionẽ neq; alios motus participet: manifeſtum
quoniã lationem participabit: quare erit genus
latio ambulationis. ¶ Rurſum de quibus ſpecies
quæ poſita eſt: vt genus prædicatur: cõſiderandũ
ſi & aſsignatũ genus in eo quod quid eſt de eiſdẽ
ipſis prædicatur: de quibus ſpecies. Similiter au-
tem & ſi omnia quæ ſupra genus ſunt. Nam ſi ali-
cui diſſonat: palam quoniam non eſt genus quod
aſsignatum eſt. Si enim eſſet genus: & omnia ſupe
riora illius & ipſum: in eo quod quid eſt prædica-
rẽtur de quibus & ſpecies in eo quod quid eſt præ
dicatur. Deſtruenti ergo vtile ſi nõ prædicetur ge
nus in eo quod quid eſt de quibus & ſpecies præ
dicatur. Aſtruẽti autem ſi prædicetur in eo quod
quid eſt, vtile. Accidet enim genus & ſpeciem de
eodem in eo quod quid eſt prædicari, quare & ip-
ſum ſub duob⁹ generibus fit. Neceſſe eſt ergo ſub
alterna genera eſſe. Si ergo non datur quod volu
mus genus aſtruere nõ eſſe ſub ſpecie: palam quo
niam ſpecies ſub hoc erit. quare oſtẽſum erit quo-
niam gen⁹ hoc. ¶ Cõſiderãdę autem & rationes
generum ſi aptantur ad aſsignatam ſpeciem & ad
participantia ſpeciem, neceſſe eſt enim generũ ra-
tiones prædicari de ſpecie & de his quæ partici-
pant ſpeciem. Si ergo in aliquo diſſonet: palã quo
niam non eſt genus quod aſsignatum eſt.

¶ De genere loci alij. Cap. 2.

RVrſus ſi differẽtiam vt genus aſsignauit,
vt ſi immortale genus dei. Nam differẽtia
eſt animalis immortale, eoq; animaliũ alia
mortalia: alia immortalia. Palam ergo qm̃ peccant
Nullus enim differẽtia eſt genus. Quoniam autẽ
hoc verum manifeſtum. Nulla enim differẽtia ſig-
nificat quod eſt: ſed magis quale quod, vt greſsibi
le & bipes. ¶ Et ſi differentiam in genere poſuit:
vt imparem quidem numerũ: differentia enim nu
meri impar: & nõ ſpecies eſt. Nec videtur partici
pare differentia genus. Nam omne quod partici-
pat genus vel ſpecies vel indiuiduũ eſt: differẽtia
autem neq; indiuiduum neq; ſpecies. Palam ergo
quoniam non participat genus differentia, quare
neq; abundans ſpecies erit: ſed differentia: quo-
niam nõ participat genus. ¶ Amplius ſi genus in
ſpeciem poſuit vt cõtiguitatem quidem continua
tionẽ: aut mixturam quod temperamentũ aut vt
Plato diffiniuit lationẽ ſecũdum locũ mutationẽ.
Non enim neceſſariũ cõtiguitatem cõtinuationẽ
eſſe: ſed econtrario cõtinuationem contiguitatẽ:
Non. n. omne cõtiguũ cõtinuatur: ſed quod cõti-
nuatur continguũ eſt. Similiter autem & in aliis.
Nam neq; mixtura omnis temperamẽtum. Nam
ſicorum mixtura non eſt temperamentum: neq;
ſecundum locum mutatio itineris latio: nam am-
bulatio non videtur latio eſſe. Pene enim in his
quæ inuoluntarie locum eſt loco permutant dici-
tur latio: quẽadmodum in inanimatis accidit. Palã
autem qm̃ de pluribus ſpecies dicitur quã genus
in aſsignatis: cum oporteat ecõtrario fieri. ¶ Rur
ſum ſi differentiam in ſpecie poſuit: vt immortale
quidem dei. Accidit enim de equis aut de plurib⁹
quã ſpeciẽ dici. Nam differentia ſemper de equis
aut de pluribus quam ſpecies dicitur. Amplius ſi
in differentia genus poſuit: vt colorem quod con-
gregatiuum: aut numerum quod impar. Et ſi ge-
nus vt differentiam dixit: poſsibile eſt. n. aliquem
& huiuſmodi afferre vel ſuſcipere poſitionem: vt
temperamenti mixturam differentiam: aut latio-
nis ſecundum locum mutationem. Perſpiciendũ
autem omnia quę ſunt huiuſmodi per eadem. Cõ
municat enim loci: de pluribus enim genus quam
differẽtiam oportet dici: & nõ participare differẽ-
tiam. Sic autem aſsignato: neutrum eorum quę di
cta ſunt poſsibile eſt accidere. Nam & de paucio-
ribus dicetur: & participabit genus differentiam.
¶ Rurſum ſi nulla differentia generis prædicatur
de aſsignata ſpecie: nec genus prędicabitur: vt de
anima neq; abũdans neq; perfectum prædicatur:
quare nec numer⁹. ¶ Amplius ſi prius eſt natura
ſpecies: & ſimul interimit genus: videtur. n. cõtra
riũ. ¶ Amplius ſi cõtingit amittere dictum genus
vel differẽtiã (vt animã moueri: opinionẽ: verum
& falſum) neutrũ erit dictorũ genus vel differen-
tia. Videtur enim genus & differẽtiã ſequi donec
ſit ſpẽs. ¶ Intendendũ autem & ſi quod in genere
poſitum eſt: participat aliquid cõtrarium generi:
aut ſi cõtingit participare. Nam idem contraria ſi
milis participabit: eo quod gen⁹ quidem nunquã
amittit: participat autẽ & contrariũ: aut contingit
participare. ¶ Amplius ſi aliquid cõmunicat ſpe-
cies: quod impoſsibile eſt omnino ineſſe his: quæ
ſunt ſub genere: vt ſi anima vitæ communicat: nu
merorum autem nullum poſsibile eſt viuere: non
erit ſpecies numeri anima. ¶ Conſiderandum au
tem & ſi equiuoca ſit ſpecies generi: elementis v-
tenti iis, quæ dicta ſunt ad equiuocũ. Vniuocum
enim genus, & ſpecies. ¶ Quoniã autem omnis
generis plures ſpecies: perſpiciendũ: ſi non cõtin
git alteram ſpeciem eſſe dicti generis: nam ſi non
eſt: manifeſtum quoniam non erit genus omnino
quod dictum eſt. ¶ Conſiderandum etiam eſt, ſi
quod tranſlatiue dictum eſt: vt genus aſsignauit:
vt temperantiam conſonantiã: nam omne genus
proprie de ſpeciebus prædicatur: conſonantia ve
ro de tẽperantia non proprie: ſed tranſlatiue: om-
nis enim conſonãtia in ſonis. ¶ Amplius ſi ſit con
trarium ſpeciei aliquid cõſiderandũ: eſt autẽ mul-
tipliciter conſideratio. Primum quidẽ: ſi in eodem
genere contrariũ ſpeciei: cum non ſit contrarium
generi. Oportet enim contraria in eodẽ genere eſ
ſe: ſi nihil ſit contrariũ generi. Cum autẽ eſt cõtra
rium generi: conſiderandũ ſi contrariũ in contra-
rio. Neceſſe eſt enim contrariũ in contrario eſſe: ſi
ſit contrariũ quidẽ generi. Palam autẽ eſt vnun-
quodq; eorum per inductionem. Rurſum ſi omni
no in nullo genere, quod ſpeciei eſt contrariũ: ſed
ipſum genus aliorum: vt bonum, & malum: nam ſi
hoc non in genere: nec contrarium huius in gene-
re erit: ſed ipſum genus: velut in bono, & malo ac-
cidit: neutrum enim horum in genere: ſed vtrunq;
eorum genus. Deinde conſiderandum ſi contra-
rium eſt alicui, & genus, & ſpecies: & horum qui-
dem eſt aliquod medium: illorum autẽ nihil: nam
ſi generum eſt aliquid medij: & ſpecierum: & ſi ſpe
cierum: & generum: vt in virtute, & vitio: & iuſti
tia, & iniuſtitia. Vtrorũq; enim eſt aliquid mediũ.
Inſtantia huius: quoniã ſanitatis, & ægritudinis
nihil eſt medium: mali autẽ, & boni medium. Aut
ſi eſt quidem aliquid vtriſq; medium, & ſpeciebus
& generibus: non ſimiliter autem: ſed horum qui-
dem ſecundum negationem: illorum vero vt ſub-
iectum. Probabile enim ſimiliter in vtriſq;: vt in
virtute, & in vitio: iuſtitia, & iniuſtitia. Vtriſq; em̃
ſecundũ negationem medium. Amplius quando
non ineſt contrarium generi. Conſiderandũ non
tantum ſi contrarium in eodem genere: ſed & me
dium. In quo enim ſumma: & medium: vt in albo,
& nigro. Nam color genus, & horũ, & mediorum
colorum omnium. Inſtantia quoniam egeſtas qui
dem, & ſuperabũdantia in eorum genere: in malo
enim ambo. Mediocre autem cum ſit medium ho-
rum: non in malo: ſed in bono eſt. Conſiderandũ
etiam ſi genus quidem contrariũ eſt alicui: & ſpe-
cies autem nulli. Nam ſi genus eſt contrarium ali
cui: & ſpecies: quemadmodum virtus, & vitium:
& iuſtitia: & iniuſtitia. Similiter autẽ & in aliis con
ſideranti manifeſtum videtur eſſe. Inſtantia in ſa-
nitate, & ægritudine. Simpliciter em̃ ſanitas ægri
tudini contraria. Quædam autem ægritudo cum
ſit ſpecies ægritudinis nulli contraria: vt febris, &
ophthalmi, & vnunquodq; aliorum. Interimenti
ergo tot modis perſpiciẽdum. Si enim non inſint,
quæ dicta ſunt: palam quoniam non genus, quod
aſsignatum eſt. ¶ Cõſtruenti vero tripliciter: pri
mum quidem ſi contrarium ſpeciei ſit in dicto ge
nere: cum non ſit contrarium generi. Nam ſi con-
trarium in hoc: manifeſtum quoniam & quod pro
poſitum eſt. Amplius ſi medium in dicto genere.
Nam in quo medium: & extrema. Rurſum ſi ſit &
contrarium quidem generi: conſiderandum ſi con
trarium in contrario: nam ſi ſit: palam quoniam &
propoſitum in propoſito. ¶ Rurſum in caſibus, &
coniugatis ſi ſimiliter ſequuntur: & interimenti, &
conſtruenti. Similiter vni, & omnibus inſunt, vel
non inſunt: vt ſi iuſtitia ſcientia quædam: & iuſte
ſcienter: & iuſtus ſciens. Si autem horum aliquid
non ineſt: nec reliquorũ & vllum. Rurſum in his,
quæ ſimiliter ſe habent ad inuicem: vt ſuaue ſimili
ter ſe habet ad voluptatem: & proficiens ad bo-
num. Vtrunq; enim vtriuſq; effectiuum. Si ergo
voluptas quidem bonum: & ſuaue quidem profi-
ciens erit. Manifeſtum enim quoniam boni erit
effectiuum: eo quod voluptas bonum. Similiter
autẽ & in gñationibus, & corruptionib⁹: vt ſi ædi
ficari eſt operari: ædificaſſe operatum eſſe: & ſi di-
ſcere eſt reminiſci: & didiciſſe recordatum eſſe: &
ſi diſſolui eſt corrũpi: & diſſolutũ eſſe corrumptũ
eſſe, & diſſolutio coruptio. Et in generatiuis vero
& in corruptiuis ſimiliter & in potentiis & vſibus,
ſi omnino ſecundum quamlibet ſimilitudinem: &
interimenti & conſtruenti perſpiciendum: quem
admodum in generatiõe & corruptione diximus.
Nam ſi corruptiuum diſſolutiuum, & corrumpi
diſſolui: & ſi generatiuum eſt effectiuum: & gene
rari fieri: & generatio factio. Similiter & in poten
tiis, & vſibus: nam ſi potentia diſpoſitio: et potẽs
fieri diſponi: et ſi alicuius vſus eſt actus: et vti age
re: et vſum eſſe egiſſe.

¶ De genere loci alij. Cap. 3.

SI autem ſit priuatio, quod oppoſitũ
eſt ſpeciei: duobus modis eſt interime
re. Primum quidem ſi in ſignato gene-
re eſt oppoſitum. Aut enim ſimplici-
ter in nullo genere eodem priuatio:
aut non in vltimo: vt ſi viſus in vltimo genere eſt
ſenſus: cæcitas non erit ſenſus. Secundo autem
et ſi generi, et ſpeciei opponitur priuatio: non eſt
autem oppoſitum in oppoſito: nec quod aſsigna-
tum eſt, in aſsignata erit. Interimenti ergo quem
admodum dictum eſt vtendum. Conſtruenti au-
tem vno modo. Nam ſi oppoſitum in oppoſi-
to: et propoſitum in propoſito erit: vt ſi cæcitas
inſenſibilitas quædam: et viſus ſenſus. ¶ Rur-
ſum in negationibus conſiderandum econtra-
rio: quemadmodum in accidente dicebatur: vt
ſi ſuaue, quod bonum: quod non bonum, non
ſuaue. Impoſsibile eſt enim ſi bonũ genus eſt ſua
uis: eſſe aliquid non bonum ſuaue. Nam de qui-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bus genus non prędicatur:nec ſpecierũ vlla. Con-
ſtruenti autẽ ſimiliter perſpiciendũ. Nam ſi non
bonũ non ſuaue: ſuaue bonũ: quare genus bonũ
delectabilis. ¶ Si autem ſit ad aliquid ſpecies:con-
ſiderandum ſi & genus ad aliquid. Nam ſi ſpecies
ad aliquid: & genus, vt in duplici, & multiplici: v-
trunq; enim ad aliquid. Si autẽ genus ad aliquid:
non neceſſaria & ſpecies. Nam diſciplina ad ali-
quid: grammatica autem non. Aut nec quod pri-
us dictum eſt: verum videbitur. Nam virtus,
quod bonum, & quod pulchrum: & virtus quidẽ
ad aliquid: bonum vero, & pulchrum non ad ali-
quid: ſed qualia. ¶ Rurſum ſi non ad idem dici-
tur ſpecies, & ſecundum ſe, & ſecundum genus: vt
ſi duplum dimidij dicitur duplum: & multiplex di-
midij oportet dici: ſi autẽ non: non erit multiplex
genus dupli. ¶ Amplius ſi non ad idem, & ſecun-
dum genus dicitur, & ſecundum omnia genera:
nam ſi duplum dimidij multiplex eſt: & excedens
dimidij dicetur: & ſimpliciter ſecundum omnia ſu-
periora genera ad dimidiũ dicetur. Inſtantia quo-
niam non neceſſe eſt ſecundum ſe ſcientiam: & ſe-
cundum genus ad idem dici. Nam ſcientia ſcibilis
dicitur: habitus autem, & diſpoſitio non ſcibilis:
ſed animæ. ¶ Rurſum ſi ſimiliter dicitur genus, &
ſpecies ſecundum caſus: vt ſi alicui, aut alicuius:
aut quolibet modo aliter. Nam vt ſpecies, & ge-
nus: velut in duplo, & in ſuperioribus. Alicuius
enim & duplum, & multiplex. Similiter autem &
in ſcientia. Alicuius enim & hæc genera, vt diſpo-
ſitio, & habitus. ¶ Inſtantia autem quoniam ali-
quoties non ſic. Nam differens, & contrarium ali-
cui: diuerſum autem cum ſit genus horum non a-
licui: ſed ab aliquo. Diuerſum enim dicitur ab ali-
quo. ¶ Rurſum ſi ſimiliter ad aliquid ſecundum
caſus dicta: non ſimiliter conuertuntur: velut in
duplici, & multiplici. Vtrunq; enim horum alicu-
ius: & idem etiam ſecundum conuerſionem dici-
tur. Alicuius enim & dimidium, & ſubmultiplex.
Similiter autem & in diſciplina, & opinione: nam
& hæ alicuius: & conuertitur: ſimiliter & diſcipli-
natum, & opinabile alicuius. Si ergo non ſimili-
ter in quibuſdam conuertitur: palam quoniã non
eſt genus alterũ alterius. ¶ Rurſum ſi nõ ad ęqua-
lia ſpecies, & genus dicitur: ſimiliter autẽ & ęqua-
liter vtrunq; videtur dici: quemadmodũ in dono,
& datione: nam & donũ alicuius: & alicui dicitur:
& datio alicuiꝰ: & alicui dicit̃. Eſt autem datio ge-
nus doni: nam donum datio eſt irredibilis. In ali-
quibus autem non accidit ad æqualia dici. Nam
duplum alicuius duplum: ſuperans autẽ & maius
alicuius, & aliquo: omne enim ſuperans, & maius
aliquo: ſuperat: & aliquid ſuperat. Quare nõ ſunt
genera, quæ dicta ſunt dupli: eo q́d non ad æqua-
lia dicſitur ſpeciei. Aut non vniuerſaliter verum
ad æqualia ſpeciẽ, & genus dici. Aut non vniuer-
ſaliter verum ad æqualia ſpeciem, & genus dici.
¶ Videndum autẽ & ſi oppoſiti eſt oppoſitum ge-
nus: vt ſi dupli multiplex: ſubmultiplex, & dimi-
dij. Oportet enim oppoſitũ oppoſiti genus eſſe.
Si ergo ponat aliquis ſcientiã quod ſenſum opor-
tebit, & ſcibile quod ſenſibile eſſe: ſed nõ eſt. Non
enim omne ſcibile ſenſibile: nam intelligibiliũ quę-
dam ſcibilia: quare non eſt genus ſenſibile ſcibilis.
Si autẽ hoc non: neq; ſenſus ſcientiæ. ¶ Quoniã
autẽ eorum, quæ ad aliquid dicuntur: alia quidẽ
ex neceſsitate in illis: aut circa illa ſunt, ad quæ di-
cuntur: vt diſpoſitio, & habitus, & mediocritas: in
alio enim nullo poſsibile eſt eſſe, quæ dicta ſunt:
niſi in illis, ad quæ dicuntur. Alia autẽ non neceſ-
ſe eſt quidẽ in illis eſſe, ad quæ dicũtur: contingit
autẽ: velut ſcibile eſt in anima: nihil enim ꝓhibet
ſui ſcientiã habere animã: non neceſſariũ autem:
poſsibile eſt em̃ & in alio eſſe hanc eandẽ. Alia ve-
ro non ſimpliciter cõtingit in illis eſſe, ad quæ di-
cuntur vt cõtrariũ in contrario: neq; ſcientiã ſcibi-
li: niſi ſit ſcibile animal, vel homo. ¶ Conſiderare
ergo oportet ſi quis in genere ponat, q́d huiuſmo-
di eſt non huiuſmodi: vt ſi memoriã manſionẽ ſci-
entię dicit. Omnis em̃ immanſio in manente, & cir-
ca illud. Quare & ſciẽtiæ immãſio in in ſcientia. Er-
go memoria in ſciẽtia: eo ꝙ immãſio eſt ſcientiæ.
Hoc autẽ non contingit: memoria enim omnis in
anima. Eſt aũt qd dictus eſt locus, & accidẽs cõis.
Nihil em̃ differt memoriæ genꝰ manſionẽ dicere:
aut accidẽs cõfiteri. Nã ſi quolibet mõ eſt memo-
ria immãſio ſcientię: eadẽ aptabitur de ipſa ratio.

¶ De problematibus generis quo ad acutum, & habitum. Cap. 4.

Rurſum ſi habitum in actu poſuit: aut
actum in habitu: non eſt genus, quod
tale eſt: vt ſi ſenſum motum ꝑ corpus:
nam ſenſus habitus: motus autem ac-
tus: ſimiliter autẽ & ſi memoriã habi-
tum contentiuum opinionis dixerit. Nam nulla
memoria habitus: ſed magis actus. Peccant autẽ
& qui habitum in conſequentem potentiam ordi-
nant: vt manſuetudinem abſtinentiam iræ, & for-
titudinem, & iuſtitiam: timorum, & lucrorum con-
tinentiam. Nam fortis, & mitis perturbatione va-
cans dicitur: abſtinens autẽ, qui perturbatur: &
non ducitur: fortaſſe ergo talis potentia ſequitur
vtrunq;: vt ſi paſſus fuerit: non duci: ſed abſtine-
re: non tamen hoc eſt hunc quidem fortem: illum
autem mitem eſſe: ſed omnino nihil pati ab huiuſ-
modi. Aliquoties autem & quod ſequitur quoli-
bet modo genus ponunt: vt triſtitiam iræ, & opi-
nionem fidei. Vtraq; enim prædicta ſequunt̃ qui-
dem quodãmodo aſsignatas ſpecies: neutrũ au-
tem eorũ genus eſt. Nam qui iraſcitur: contriſta-
tur priore in eo triſtitia facta. Non enim ira triſti-
tiæ: ſed triſtitia iræ cauſa eſt: quare ſimpliciter ira
non eſt triſtitia. Secundum autem hoc: neq; fides
opinio. Contingit enim eandem opinionẽ creden-
tem, & non credentem habere. Non contingeret
autẽ hoc, ſi fides eſſet ſpecies opinionis: non em̃
contingit idẽ amplius permanere: ſi q́d ex ſpecie
omnino permutatum ſit: quemadmodũ nec idem
animal quandoq; hominẽ eſſe: q̃nq; non. Si quis
autẽ dicat ex neceſsitate opinantẽ, & credentem
eſſe: de æqualibus opinio, & fides dicet̃: quare ne-
q; ſi erit genus: de pluribus enim oportet dici ge-
nus. Videndũ autẽ & ſi in aliquo eodem nata ſunt
vtraq; fieri. In quo enim ſpẽs, & genus: vt in quo
album, & color: & in quo grãmatica, & diſciplina.
Si ergo verecundiam timorem dixit: aut iram tri-
ſtitiam: non accidet in eodem ſpeciem, & genus eſ-
ſe. Nam verecundia quidẽ in rationabili: timor in
animoſitate: triſtitia quidem in concupiſcibili. In
hoc enim & voluptas. Ira aũt in animoſitate: qua-
re non ſunt genera, quæ aſsignata ſunt, eo quod
non eodem cum ſpeciebus nata ſunt fieri. Simili-
ter autẽ & ſi amicitia in concupiſcibili non erit vo-
luntas quędam. Omnis enim voluntas in rationa-
li. Vtilis autẽ hic locus, & accidens: in eodẽ enim
& cui accidit: quare niſi in eodẽ videatur: palam
quoniam non accidit. ¶ Rurſum ſi ſecundũ quid
ſpecies dictum genus participat. Non enim vide-
tur ſecundum quid participari genus. Nam non
eſt homo ſcd'm quid animal: neq; grãmatica ſecũ-
dum quid diſciplina. Similiter aũt & in aliis. Con-
ſiderandũ ergo ſi in aliquibus ſit ſecundum quid
participat̃ genus: vt ſi animal quod ſenſibile, vel
viſibile dicitur. Nam ſecũdum quid ſenſibile, vel
viſibile animal: ſecundum corpus enim ſenſibile,
& viſibile: ſecundum animam autem non. Quare
non erit genus corpus viſibile, & ſenſibile anima-
lis. ¶ Latent autem quandoq;, & totũ in partem
ponentes: vt animal corpus animatum. Nullo e-
nim modo pars de toto prædicatur: quare non e-
rit genus corpus animalis: eo quod pars eſt. ¶ Vi-
dendum autem ſi quid vituperabilium, aut fugi-
endorum in poteſtate, aut potẽte poſuit: vt ſophi-
ſtam, vel detractorem, vel latronem eum, qui va-
leat latenter extranea furari. Nemo enim prædi-
ctorum in eo, quod poſsit aliquid horum: talis di-
citur: poteſt enim & Deus, & ſtudioſus praua age-
re: non ſunt autem huiuſmodi: nam omnes pra-
ui ſecundum electionem dicuntur. Amplius o-
mnis poteſtas eorum, quæ ſunt eligenda: nam
prauorum poteſtates eligendæ: eo quod Deum,
& ſtudioſum habere dicimus eas: poſſunt enim
praua agere. Quare nullius vituperabilis erit ge-
nus poteſtas. Si autẽ non: accidet vituperabilius
quid exigendum eſſe. Erit enim quædã poteſtas
vituperabilis. ¶ Et ſi quid propter ſe honorabi-
lium, vel eligibiliũ: in poteſtate, vel poſsibili, vel
effectuo poſuit: nam omnis poteſtas, & omne poſ-
ſibile, vel effectiuum propter aliud eligendum.
¶ Aut ſi quid eorum, quæ ſunt in duobus gene-
ribus, vel pluribus: in altero poſuit. Quædam e-
nim non eſt in vno genus ponere: vt ſeductorem
vel detractorem: neq; enim qui appetit impotens
autẽ: neq; qui poteſt, non appetens autem detra-
ctor, vel ſeductor: ſed qui vtraq; hæc habet: quare
non ponẽda ſunt in vno genere: ſed in vtroq; eo-
rum, quæ dicta ſunt. ¶ Amplius aliquoties econ-
trario: genus quidem, vt differentiam: differen-
tiam autem, vt genus aſsignant: vt ſtuporem ſu-
perabundantiam admirationis: & fidem vehe-
mentiam opinionis: nam neq; ſuperabundantia:
neq; vehementia genus: ſed differentia. Videtur
enim ſtupor admiratio eſſe ſuperabundans: & fi-
des opinio vehemens: quare genus admiratio, &
opinio eſt. Superabundantia autem, & vehemen-
tia differentia. Amplius ſi quis ſuperabundanti-
am, & vehementiam, vt genera aſsignet: inanima-
ta fidem facient, & ſtupefient. Nam cuiuſq; ve-
hementia, & ſuperabundantia adeſt illi, cuius eſt
ſuperabundantia, & vehementia: ſi ergo ſtupor
ſuperabundantia eſt admirationis: aderit admi-
rationi: quare admiratio ſtupefiet. Similiter au-
tem & fides aderit opinioni: ſiquidem vehemen-
tia opinionis eſt: quare fidem opinio faciet. Am-
plius accidet ſic aſsignanti vehementiam vehe-
mentem dicere, & ſuperabundantiam ſuperabun-
dantem. Eſt enim quædam fides vehemens. Si
ergo fides vehementia eſt vehementię erit vehe-
mens. Similiter autem & ſtupor eſt ſuperabun-
dans. Si ergo ſtupor eſt ſuperabundantia: ſuper-
abundantia erit ſuperabundans: non videtur au-
tem neutrum horum quemadmodum nec diſci-
plina diſciplinatum: nec motus mobile. ¶ Quan-
doque autem peccant & paſsionem in genus paſ-
ſum ponentes: vt quicunque immortalitatem vi-
tam ſempiternam dicunt eſſe. Paſsio enim vitæ,
vel caſus: immortalitas videtur eſſe. Quoniam
autem verum eſt, quod dicitur, palam fiet: ſi quis
concedat aliquem ex mortali fieri immortalem.
Nullus enim dicit aliam vitam eum ſumere: ſed
caſum aliquem, vel paſsionem huic eidem aggre-
gari. Quare non genus vita immortalitatis.
¶ Rurſum ſi paſsionem cuius eſt paſsio illius ge-
nus dicit eſſe: vt vẽtum aerem mobilem. Magis
enim motus aeris ventus. Nam aer idem perma-
net, & quando mouetur, & quando manet: qua-
re non eſt omnino aer ventus: eſſet enim & non
moto aere ventus: ſiquidem idem aer permanet,
& quando non erat ventus. Similiter autem & in
aliis huiuſmodi. Si ergo & in hoc oportet conce-
dere quoniam aer mobilis eſt ventus: ſed non qui-
dem de omnibus huiuſmodi eſt aſsignandum, de
quibus non verum eſt genus: ſed inquantum ve-
re prædicatur aſsignatum genus. Nam in quibuſ-
dam non videtur verum eſſe, vt in luto, & niue.
Nam niuem dicunt eſſe aquam coagulatam: lu-
tum autem terram humido temperatam. Eſt au-
tem neque nix aqua, neque lutum terra. Quare
neutrum aſsignatorũ generum erit genus. Opor-
tet enim genus verum eſſe ſemper de omnibus
ſpeciebus. Similiter autem neq; vinum eſt aqua
putrefacta. Sicut Empedocles dicit putrefactam
in ligno aquam: nam ſimpliciter nõ eſt aqua. Am-
plius ſi omnino quod aſsignatũ eſt nullius eſt ge-
nus. Manifeſtum enim quoniã neq; eius dictum
eſt. Conſiderandũ autem ex eo quod nihil eorum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

differt ſpecie: quæ participāt aſsignatū genus: vt nihil alba differunt ſpecie ipſa a ſe inuicē. Omnis autem generis ſunt ſpecies differentes: quare nullius erit album genus. ¶ Rurſum ſi quod omnia ſequitur: genus, vel differentiā dixit. Plura enim ſunt, quæ omnia ſequuntur: vt ens, & vnū eorum ſunt, quæ omnia ſequunt̃. Si ergo ens genus aſsignauerimus: palam qm̄ omnium erit genus: eo ꝙ prędicatur de eis. De nullo enim genus niſi de ſpeciebus prædicatur: quare & vnum ſpecies erit entis. Accidit ergo de omnibus, de quib⁹ genus prędicatur, & ſpeciē prædicari: eo ꝙ ens, & vnum de omnibus ſimpliciter prædicatur: oportet autē de paucioribus ſpeciē prædicari. Si aūt quod omnia ſequitur: differentiam dixit: palam qm̄ de æqualibus, vel de pluribus differentia, q̃ genus dicetur: nam ſi & genus omnia ſequatur: de ęqualibus. Si vero non omnia ſequat̃ genus: de pluribus differentia dicet̃, q̃ ipſum genus. ¶ Amplius ſi in ſubiecta ſpecie aſsignatū genus dicit̃: velut album in niue: quare palam qm̄ non erit genus: de ſubiecta enim ſpecie tantū genus dicitur. ¶ Conſiderandum aūt & ſi non vniuocū ſit genus ſpeciei. Nam de omnibus ſpecieb⁹ vniuoce genus prædicatur. ¶ Amplius qñ exiſtente & ſpeciei, & generi contrario: ſi quod melius eſt contrariorū in peius genus ponit: accidet enim reliquū in reliquo eſſe: eo ꝙ cōtraria in cōtrariis generibus: quare quod deterius eſt, in meliore erit. Videtur enim melioris, & genus melius eſſe. ¶ Et ſi in eodem ſimiliter ad vtraq; ſe habente in peius, & non in melius genus ponit: vt animā, quod motum, aut mobile. Similiter aut eadem ſtabilis, & mobilis videtur eſſe: quare ſi melius ſtatio: in hoc oportet genus ponere.

¶ Amplius ex magis, & minus deſtruenti quidē: ſi genus ſuſcipit magis, & minus: ſpecies aūt non ſuſcipit: neq; ipſa, neq; quod ſecundū ipſam dicit̃: vt ſi virtus ſuſcipit magis, & iuſtitia & iuſtus: dicitur enim alter iuſtior altero. Si ergo aſsignatū quidem genus magis ſuſcipit: ſpecies autē non ſuſcipit neq; ipſa, neq; quod ſecundū ipſam dicit̃: non erit quidem aſsignatū genus. ¶ Rurſum ſi quod magis videtur, vel ſimiliter non eſt genus: palam qm̄ nec quod aſsignatū eſt. Vtilis aūt hic locus in talibus maxime, in quibus plura videntur de ſpecie, in eo, quod quid eſt, prædicata: ſi non determinatum ſit: neq; haberemus promptū dicere quale eorū genus: vt de ira triſtitia, & opinio negligentia in eo, quod quid eſt, prædicari videntur. Contriſtatur enim iratus, & opinatur negligentē fuiſſe. Eadē autē conſideratio, & in ſpecie ad aliud aliquid comparati. Nam ſi quod magis, aut ſimiliter videtur eſſe in aſsignato genere non eſt in genere: palam qm̄ neq; aſsignata ſpecies erit in genere: ergo interimenti quidē quemadmodum dictū eſt: vtendū. Aſtruenti vero ſi quidē ſuſcipit magis quod aſsignatū eſt genus: & ſpecies: non vtilis locus: nihil enim prohibet vtrorūq; ſuſcipientium: non eſſe alterū alterus genus. Nam bonum, & album ſuſcipit magis: & neutrum neutrius genus.

¶ Generum autē, & ſpecierū, & ad ſe inuicē comparatio vtilis: vt ſi ſimiliter hoc, & hoc gen⁹: ſi alterum genus, & alterum: ſimiliter autem & ſi quod minus, & magis: vt ſi continentię magis poteſtas, quā virtus genus: virtus autē genus, & poteſtas. Eadem autem & de ſpecie conuenit dici. Nam ſi ſimiliter hoc, & hoc propoſiti generis ſpecies: ſi alterum ſpecies: & reliquum: & ſi quod minus videtur ſpecies eſt: & magis.

¶ De genere loci alij. Cap. 5.

AMplius ad conſtruendum perſpiciendum: ſi de quibus aſsignatum eſt genus: in eo, quod quid eſt, prædicatur: cum non ſit vna aſsignata ſpecies: ſed plures & differentias: palam enim qm̄ erit genus: ſi autem in aſsignato ſpecies eſt: conſiderandum, & ſi de aliis ſpeciebus genus, in eo, quod quid eſt, prædicatur. Rurſum enim accidit de pluribus, & differentibus idē prædicari, & genus manifeſte eſſe. ¶ Qm̄ autem videtur in quibuſdā & differentia, in eo, quod quid eſt, de ſpeciebus prædicari: ſeparandū eſt genus a differentia vtenti prædictis elementis. Primū quidem qm̄ genus de pluribus dicitur, q̃ differentia. Deinde qm̄ ſecundū eius, quod quid eſt aſsignationē magis cōuenit genus, q̃ differētiā dicere. Nā qui animal dicit hominē magis indicat quid eſt homo, q̃ qui greſsibile. Et qm̄ differentia quidē qualitatem generis ſemper ſignificat: genus autem differentiæ non. Nam qui dicit greſsibile: quale quidē animal dicit, qui vero animal dicit: non dicit quale quidē greſsibile. Ergo differentia a genere ſic ſeparanda. ¶ Qm̄ autem videtur muſicū in eo, quod muſicum eſt: ſciens quidem eſſe: & muſica ſciētia eſt: & ſi ambulans in eo, quod ambulat, mouetur: ambulatio motus quidam eſt. Conſiderādum in quo genere voluerit quis conſtruere ſecundū dictum modum, vt ſi ſcientiam fidem: ſi ſciens ſecundum quod ſcit, fidit. Manifeſtum enim quoniam ſcientia fides quædam erit. Eodem autem modo & in aliis huiuſmodi. ¶ Amplius quoniam quod ſequitur aliquid ſemper, & non cōuertitur: difficile eſt ſeparare, quod non ſit genus. Si hoc quidem illud ſequitur omne: illud vero non: vt tranquillitatem quies: & numerum diuiſibile: econtrario autem non. Nam diuiſibile non omne numerus: neque quies tranquilitas: ipſo quidem eſt vti, vt genere quod eſt ſemper conſequens: cum non conuertatur alterum: alio autem protendente non in omnibus obedire. Inſtantia autem huius: quoniā non ens ſequitur omne, quod fit. Nam quod fit, non eſt: & non conuertitur. Non enim om̄e, quod non eſt, fit: ſed tamen non eſt genus, non ens eius, qđ fit ſimpliciter. Non enim ſunt non entis ſpecies. De genere ergo quemadmodum dictum eſt tranſeundum.

¶ Quarti libri Topicorum Finis.

QVINTVS LIBER TOPICORVM ARISTOtelis de modis propriis.

¶ De cuius ſpeciei proprij problemata ſunt quærenda. Caput. I.

VTrum autem proprium, vel non proprium, quod dictum eſt per hoc perſpiciendum. ¶ Aſsignatur autem proprium, aut per ſe, & ſemper: aut ad aliud, & quandoque: per ſe quidē: vt hominis animal manſuetū natura: ad aliquid autem, vt animę ad corpus: quoniam hoc quidem imperatiuum: illud autem miniſtratiuum eſt: ſemper autem vt Dei animal immortale. Quandoq; autem, vt alicuius hominis ambulare in theatro. ¶ Sunt autem proprij, quod ad alterum aſsignatum eſt, aut duo problemata: aut quatuor. Nam ſi de hoc quidem aſsignatum quippiam fuerit: de illo vero negatum idipſum: duo tantū problemata fiunt: velut hominis ad equum proprium eſt: quoniam bipes eſt. Nam & quoniam homo non bipes eſt: conabitur quis: & quoniā equus bipes: vtrūq; autem interimitur proprium. Si autem de vtroq; vtrunq; aſsignatū fuerit: & de vtroq; negatū: quatuor problemata erunt: velut hominis proprium ad equum: quoniam hic quidem bipes: ille autem quadrupes eſt. Nam & quoniā homo non bipes eſt: & quoniam quadrupes natus eſt: eſt argumentari: & quoniam equus bipes: & quoniam non quadrupes poſsibile eſt argumētari: quolibet igitur modo oſtenſo: interimitur, quod propoſitum eſt. ¶ Eſt autē per ſe quidem propriū: quod ad omnia aſsignatur, & ab omni ſeparat: quemadmodum hominis animal mortale diſciplinæ ſuſceptibile. ¶ Ad aliud autem, quod non ab omni: ſed ab aliquo ſtatuto determinat: velut virtutis ad diſciplinam: quoniam illa quidē in pluribus: hæc in rationali tātum, & in habentibus rationē nata eſt fieri. ¶ Semper autē quod ſecundū omne tempus verificatur: & nunquam relinquitur: vt animalis ex anima, & corpore cōpoſitum eſſe. ¶ Aliqñ vero quod ſecundū aliquod tēpus verificat̃: & non ex neceſsitate ſemper cōſequitur: velut alicuius hominis ambulare in foro. ¶ Eſt autē ad alterum propriū aſsignare: differentiā dicere: aut in omnibus, & ſemper: aut in pluribus, & ſæpius: & in omnibus quidē, & ſemper: velut hominis proprium ad equum quoniam bipes. Nam bono quidem, & omnis, & ſemper eſt bipes: equus autem nullus eſt bipes, & nunquam. Sæpius autem & in pluribus: velut etiam rationalis proprium principare ad concupiſcibile, & iraſcibile: eo ꝙ illud quidem imperat, hæc autem parent. Nam neq; rationale ſemper imperat: ſed quandoq; illi imperatur: neq; concupiſcibili, & iraſcibili ſemper imperatur: ſed imperant quandoq;. Cum fuerit peruerſa anima hominis. ¶ Propriorum ſunt autem logica maxime: quæ per ſe, & ſemper, & quę ad aliud. Nam qđ ad aliud eſt proprium: plura problemata ſunt: quemadmodum diximus & prius. Nam aut duo, aut quatuor ex neceſsitate fiunt problemata: plures autem ratiocinationes fiunt ad hæc: quod autem per ſe eſt, & ſemper ad multa eſt argumentari, & ad plura tempora obſeruare: quod per ſe quidem ad multa: nam ad vnūquodq; eorum, quæ ſunt oportet ineſſe ei proprium: quare ſi non ab omni ſeparat, non erit bene aſsignatū proprium: quod autem ſemper ad plura tempora eſt obſeruare: ſiue non ineſt, ſiue nō infuerit, ſiue non inerit, non erit propriū. Quod vero quandoq; ad illud, quod nunc dicitur, tantum tempus conſideramus: non igitur ſunt ratiocinationes ad ipſum plures. Rationabile autem eſt problema, ad quod rationes fiunt, & crebræ, & bonæ. Ergo ad aliud quidē proprium dictum ex his, quæ ſunt de accidente locis perſpiciendum: ſi huic quidem accidit: illi vero non accidit. De his autem, quæ ſemper, & quæ per ſe, per hoc conſiderandum.

¶ De locis proprij. Cap. 2.

PRimum quidē ſi non bene aſsignatū eſt propriū, aut bene: eius autē, quod eſt non bene, aut bene: eſt vnū quidē: ſi nō per notiora, aut per notiora poſitū eſt propriū: deſtruēti quidē ſi nō per notiora, at conſtruenti ſi per notiora. Eius autem, quod non per notiora eſt: hoc quidē ſi omnino ignotius poſitū eſt propriū, quod aſsignauit: illo cuius propriū dixit: nō enim erit bene poſitū propriū. Nam propter notitiam propriū facimus: nam dicēdi cauſa, & propriū, & diffinitiones facimus: per notiora: ergo reddēdum ſic enim erit cognoſcere ſufficienter magis: vt puta qui ponit ignis propriū eſſe ſimilimū animæ ignotiore, quam ignis vtitur anima. Magis enim ſcimus, quod eſt ignis: quā anima: nō ergo erit bene poſitū propoſitum ignis ſimillimum animæ. ¶ Aliud autem ſi non notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet autē non ſolum notius eſſe re: ſed & huic ineſſe notius eſſe. Nam qui non ſcit, ſi huic ineſt: neq; ſi illi ſoli ineſt cognoſcit: quare quolibet horū accidēte: obſcurū fit propriū: vt quia qui ponit ignis propriū in quo primo anima nata eſt eſſe: ignotiore vtitur, q̃ ſit ignis: eo ꝙ ignotius eſt ſi in hoc ineſt anima: & ſi in hoc primo ineſt: non erit itaq; bene poſitū proprium ignis: ī quo primo anima nata eſt eſſe. ¶ Cōſtruenti autē ſi per notiora poſitū eſt ꝓpriū: & ſi ꝑ notiora ſcđm vtrunq; modū: erit enim bene ſcđm hoc poſitum proprium: nam affirmatiuorum locorum de eo, quod bene: alij quidem ſecundum hoc ſolū: alij autē ſimpliciter demonſtrabunt quoniā bene: vt quia qui dixit animal propriū ſenſum habere per notiora: & notus aſsinauit propriū ſecūdum vtrunq; modum: quare erit bene aſsignatū

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facit quod dictum eſt: dubitante eo, qui debet argumentari quodnam dicit eorum, quæ multipliciter dicuntur. Nam proprium diſcendi gratia aſsignatur. Amplius autē ad hoc neceſſarium eſt increpationem aliquam fieri ſic aſsignantibus proprium: quando in diſſonante quis faciet ſyllogiſmū de eo, quod multipliciter dicitur. ¶ Aſtruenti autem ſi non plura ſignificat, neq; nomē quoddam, neq; tota oratio: erit enim ſecundum hoc bene poſitum propriū: vt quia neq; corpus plura ſignificat: neq; mobiliſsimū in ſuperiorem locum: neq; totum, quod ex his compoſitum eſt, erit bene poſitum ſecundum hoc ignis proprium: corpus mobiliſsimum in ſuperiorē locum. Deinde deſtruenti quidem ſi multipliciter dicitur illud, cuius proprium aſsignatur: non determinat̃ autē cuius eorum ponatur proprium. Non enim bene erit aſsignatum proprium. Ob quas autē cauſas non dubium eſt ex his, quæ prius dicta ſunt: nam eadem accidere neceſſarium eſt: vt qm̄ ſcire hoc plura ſinificat: vnum enim ſcientiā habere hoc: alterum autem ſcientia vti hoc: aliud vero ſcientiam eius eſſe: aliud autē ſciētia vti huius. Non eius erit, qđ eſt ſcire hoc bene aſsignatum propriū vllum non determinato, cui⁹ ponitur propriū horum. Aſtruenti vero ſi non dicit̃ multipliciter hoc, cuius proprium ponitur: ſed eſt vnum & ſimplex. Erit em̄ bene poſitū ſecūdū hoc propriū: vt qm̄ homo ſimpliciter dicitur: erit bene poſitū ſecundū hoc hominis propriū animal manſuetū natura. ¶ Deinde deſtruenti quidē ſi frequēter dictum eſt idē in proprio (Sæpe enim latent hoc faciētes & in propriis quemadmodū & in diffinitionibus) non erit bene poſitū, quod hoc ſuſtinet propriū: cōturbat enim audientē, quod frequenter dicitur: incertū: ergo neceſſarium eſt fieri: & ad hoc nugari videntur.

¶ Eueniet autē frequenter idem dicere duobus modis. Vno quidē quādo nominauerit frequēter idem: velut ſi quis propriū aſsignet ignis corpus tenuiſsimū corporum: hic enim frequenter dixit corpus: ſecūdo autē, ſi quis aſſumat diffinitiones pro nominibus: velut ſi quis reddat terræ ꝓpriam ſuſtantiā, quæ maxime corporum ſecundū naturam fertur in inferiorē locum: deinde aſſumat pro corporibus huiuſmodi ſubſtātias: vnū em̄ & idem eſt corpus & huiuſmodi ſubſtātia. Erit ergo hoc modo ſubſtātia frequēter dicta: quare neutū erit bene poſitū ꝓpriorū. Aſtruēti vero ſi nullo vtitur bilē ſub ratione vnū exiſtens: tali aliquo vſus eſt in ꝓprio: vno quod omnibus ineſt: non erit bene poſitū ſciētię ꝓprium. Aſtruenti autē ſi nullo vſus eſt cōmuni: ſed qđ ab aliquo ſeparat: erit bene poſitum ſecundū hoc propriū: vt qm̄ qui dixit animalis propriū animam habere: nullo viſus eſt cōmuni: erit ſecūdū hoc bene poſitū propriū animalis animā habere. ¶ Deinde deſtruēti quidē ſi plura propria aſsignat eiuſdem non determinās qm̄ plura ponit. Non em̄ erit bene poſitū proprium. Nam queādmodū nec in diffinitionibus oportet: præter eam, quæ indicat ſubſtantiā orationē adiungere aliquid plus: ſic nec in propriis: præter eā (quæ facit propriū, quod dictū eſt) orationē: nihil coaſsignandū. Inutile enim fit huiuſmodi: vt qm̄ qui dixit propriū ignis tenuiſsimū, & leuiſsimū: plura aſsignauit proprio. Vtrūq; em̄ de ſolo igne verum eſt dicere, non erit bene poſitū proprium ignis corpus ſubtiliſsimū. Aſtruēti vero ſi nō plura eiuſdē propria aſsignauit: ſed vnum. Erit enim ſecundū hoc bene poſitū propriū: vt quoniā qui dixit humidi proprium corpus, quod in omnem figuram ducitur: vnum aſsignauit propriū: & non plura: erit ſecundū hoc bene poſitum humidi proprium. ¶ Deinde deſtruenti quidem ſi eodem vſus eſt: cuius proprium aſsinauit: aut aliquo eorum, quæ ſunt eius non erit bene poſitum proprium. Nam diſcendi cauſa aſsignatur proprium: idem autem eidem ſimiliter ignotum eſt. ¶ Quod autem alicui eorum eſt, quæ ſunt eius poſterius. Non ergo eſt notius: quare non fit, vt per hoc magis aliquid diſcat: vt quoniam qui dixit animalis proprium ſubſtantiam: cuius ſpecies eſt homo: aliquo vſus eſt eorum, quæ ſunt animalis: non erit bene poſitum proprium. ¶ Aſtruenti autem ſi neque eodem: neque quæ ſunt eius aliquo vtitur: erit bene ſecundum hoc poſitum proprium: vt quoniam qui poſuit animalis proprium ex anima, & corpore compoſitum eſt, neq; eodem, neq; eorum, quæ ſunt eius aliquo vſus eſt: erit bene ſecundum hoc aſsignatū animalis propriū. Eodem autem modo & in aliis conſiderandum eſt, quæ non faciunt notius. Deſtruenti quidem ſi aliquo vſus eſt: aut oppoſito, aut omnino ſimul natura: aut poſteriore aliquo: nō enim erit bene poſitum proprium. Nam oppoſitum ſimul natura: quod autē ſimul natura, & poſterius: nō facit notius: vt quoniam qui dixit boni proprium, quod malo maxime

prium: non enim erit bene prolatū propriū. Nam neq; in quo cōprehendimus ineſſe ipſum: de hoc & nomen ex neceſsitate verū erit: neq; in quo ineſſe idem non cōprehenditur: de hoc ex neceſsitate non dicetur nomen: neq; in quo cōprehēditur non ineſſe nomen: de hoc ex neceſsitate dicetur: quare non erit bene poſitum proprium. Amplius autē ad hæc: neq; quādo aſsignauit, propriū erit manifeſtū, ſi ineſt: ſiquidē huiuſmodi eſt: vt amittere ſit. Non ergo erit planum propriū: vt qm̄ qui poſuit animalis propriū moueri qñq;, vel ſtare: tale aſsignauit propriū, quod non fit qñq; non proprium: quare non erit bene poſitū propriū. Aſtruenti vero ſi quod ex neceſsitate ſemper eſt proprium aſsignauit: erit enim bene poſitū ſcđm hoc proprium: vt qm̄ qui poſuit virtutis propriū, qđ habentē faciat ſtudioſum, quod ſemper ſequitur: proprium aſsignauit: erit vtiq; ſecundū hoc bene aſsignatū virtutis proprium. ¶ Deinde deſtruenti quidē ſi quod nūc proprium eſt aſsignans non determinauit quoniā nunc proprium aſsignauit. Non enim erit bene poſitum proprium, primum quidem quoniā quod extra morem fit: omne ſemper determinatione indiget. Solent autem plęrunque omnes, quod ſemper ſequitur proprium aſsignare. Secundo autē obſcurum eſt, qui non determinauit: ſi quod nunc eſt proprium voluerit ponere. Non ergo danda eſt increpationis occaſio: vt quoniā qui poſuit alicuius hominis proprium ſedere cum aliquo homine: quod nunc proprium eſt, poſuit: nō erit bene proprium aſsinans ſi non determinans dixit quoniam nunc. Aſtruenti autem ſi nunc propriū aſsignans determinando poſuit: quoniā nunc proprium poſuit: erit enim bene poſitū ſecundū hoc propriū: vt quoniā qui dixit & hominis proprium ambulare: nunc alicubi diſtinguens poſuit hoc: bene erit poſitum proprium. Deinde deſtruenti quidem ſi tale aſsignauit proprium: quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe, quam ſenſu. Non em̄ erit bene poſitum ꝓprium. Nam omne ſenſibile extra ſenſum factum incertum eſt. Dubium enim eſt, ſi adhuc ineſt: eo quod ſenſu ſolo cognoſcitur. Erit autem verum hoc in his, quæ non ex neceſsitate ſemper conſequuntur. Vt quoniā, qui poſuit ſolis proprium aſtrum, quod fertur ſuper terram luc idiſsimum: tali vſus eſt proprio: ſuper terram inquam ferri: quod ſenſu cognoſcitur: non enim erit bene ſolis aſsignade deſtruenti quidē ſi diffinitionem, vt proprium aſsignauit. Non enim erit bene poſitū proprium. Non em̄ oportet indicare, quod quid eſt eſſe proprium. Vt quoniā qui dixit hominis proprium animal greſsibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificans aſsignauit hominis proprium. Non enim erit hoc hominis proprium bene aſsignatum. Aſtruenti autem ſi quod conuerſim quidem prædicatur aſsignauit proprium: non indicans autem quid eſt eſſe: erit enim ſecundum hoc bene aſsignatum proprium: vt quoniā qui poſuit hominis proprium animal manſuetū natura: quod conuerſim quidē prædicatur: aſsignauit proprium. Non enim quid eſt eſſe quidem ſignificans: erit ſecundum hoc bene aſsignatum proprium hominis.

¶ Deinde deſtruenti quidē ſi non in quid eſt eſſe ponens aſsignauit propriū. Oportet enim in propriis queādmodum in terminis primum aſsignari genus: deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare: quare quod non hoc modo poſitum eſt proprium: non erit bene aſsignatum: vt quoniam qui dixit animalis proprium animam habere: non poſuit autem in quid eſt animal: non erit bene poſitum animalis proprium. Aſtruenti vero ſi quis quippiam in quod eſt ponens eius, cuius propriū aſsignauit: reliqua addat: erit enim ſcđm hoc bene aſsinatum proprium. Vt qm̄ qui poſuit hominis propriū animal diſciplinę ſuſceptibile: in quid eſt ponens aſsignauit propriū: erit ſcđm hoc bene poſitum propriū hominis. Vtrū ergo bene, aut non bene aſsignet̃ propriū per hoc perſpiciendū.

¶ Loci alij de proprio quando ineſt indiuiduis, & qñ non inteſt conſtructiui, & deſtructiui. Cap. 5.

VTrum vero propriū eſt omnino, quod dictum eſt, aut non proprium: ex his conſiderandum. Nam loci, qui ſimpliciter conſtruunt proprium, quoniam bene poſitum eſt: iidem erunt his, qui proprium omnino faciunt. In illis ergo dicentur.

¶ Primum ergo deſtruenti quidem inſpicere ad vnumquodq;, cuius proprium aſsinauit. Aut ſi nulli ineſt: aut ſi non ſecundum hoc quidē verum eſt: aut ſi non eſt propriū cuiuſq; eorum ſecundū illud, cuius propriū aſsignauit. Non em̄ erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt qm̄ de geometra non verum eſt infallibilem eſſe ſub oratione. Fallitur enim geometer in falſo deſcribendo: non erit hoc ſcientis proprium non falli ſub

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

oratione. Aſtruentem autē ſi de omni verum eſt: & quod de hoc verum erit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quoniam animal diſciplinæ ſuſceptibile de omni homine verum eſt, & in eo, quod homo: erit hominis proprium animal diſciplinæ ſubſceptibile. ¶ Eſt autem locus hic deſtruenti quidē ſi non de quo nomen: & oratio verificatur: & ſi non de quo oratio: & nomen verificatur. Conſtruenti autē ſi de quo nomen: & oratio, aut de quo oratio: & nomen prædicatur. ¶ Deinde deſtruenti quidē ſi non oratio: & de quo nomen: & ſi non de quo nomen: & oratio verificatur. Nō enim erit propriū, quod poſitum eſt eſſe proprium: vt quoniā animal quidē ſuſceptiuum diſciplinæ verum de Deo. Homo autē de Deo non prædicatur: non enim erit hominis proprium animal diſciplinæ ſuſceptibile. Aſtruenti autē ſi de quo ratio: & nomen prædicatur: & ſi de quo nomen, & ratio: erit enim propriū, quod poſitum eſt eſſe proprium: vt quoniā de quo animam habere verum eſt animal: & de quo animal: habere animam: erit animā habere animalis proprium. ¶ Deinde deſtruenti quidē: ſi ſubiectū proprium aſsignauit eius, q̄d in ſubiecto dicit̄: non erit proprium, quod poſitū eſt eſſe propriū, vt qm̄ qui poſuit propriū ſubtiliſsimi corporis ignem: ſubiectū aſsignauit prædicati propriū: non erit ignis corporis ſubtiliſsimi propriū: propter hoc autē non erit ſubiectum eius, quod in ſubiecto dicitur proprium: eo quod eſſet pluriū idem, & differentium ſpecie propriū: nam eidem plura differentia quidem ſpecie inſunt de ſolo dicta: quorum erit omnium propriū, quod ſubiectū eſt: ſi quis ſic ponat propriū. Aſtruentē vero, ſi quod in ſubiecto eſt aſsignauit propriū ſubiecti: erit enim proprium, quod poſitū eſt non eſſe propriū: ſi quidē de ſolo prædicatur (vt dictum eſt) proprium: vt quoniam qui dixit terræ proprium corpus grauiſsimū ſpecie: ſubiecti aſsignauit proprium, quod de ſola dicitur re, & vt proprium prædicatur: erit terræ proprium recte poſitum. ¶ Deinde deſtruentem quidem, ſi ſecundum participationem aſsignauit proprium. Non enim erit propriū, quod poſitum eſt eſſe proprium. Nam quod ſecundum participationem ineſt: ad quid eſt eſſe conducit. Erit autē huiuſmodi differentia quædam de aliqua ſpecie dicta: vt quoniam qui dixit hominis proprium greſſibile bipes: ſecundum participationem aſsignauit proprium: non erit proprium hominis greſsibile bipes. Aſtruentem autem ſi non ſecundum participationem aſsignauit proprium, nec quod eſt eſſe ſignificans conuerſim prædicata re. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium: vt quoniam qui poſuit animalis proprium quod natum eſt ſentire: neq; ſecundum participationem aſsignauit proprium: neq; quod eſt eſſe ſignificans conuerſim re prædicata: erit quod ſentire natum eſt animalis proprium. ¶ Deinde deſtruentē quidem ſi non contingit ſimul ineſſe proprium: ſed vel poſterius, vel prius, quam cuius nomen: non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium, vel nec quando, vel nec ſemper: vt quoniam contingit alicui prius ineſſe, & poſterius ambulare per forum, quam quod homo: non erit ambulare per forum hominis proprium, vel nec quandoq;, vel nec ſemper. Aſtruentem autem ſi ſimul ex neceſsitate ſemper ineſt: cum neq; diffinitio, neq; differentia ſit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. Vt quoniam animal diſciplinæ ſuſceptibile, & ſimul ex neceſsitate ſemper eſt: & id, quod eſt homo: cum neq; differentia ſit, neq; terminus: erit animal diſciplinæ ſuſceptibile hominis proprium. ¶ Deinde deſtruentem quidem ſi eorundem in eo, quod eadem ſunt non eſt idem proprium. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium: vt quoniam non eſt proprium proſequendi videri quibuſdam bonum: neq; eligendi videri quibuſdam bonum. Idem enim eſt aſſequendum, & eligendum. Aſtruentem ſi eiuſdem in eo, quod idem eſt: idem proprium: erit enim, quod poſitum eſt non eſſe proprium: vt quoniam hominis in eo, quod homo: dicitur proprium tripartitam animam habere: & mortalis in eo quia mortalis eſt: erit proprium tripartitam animam habere. Vtilis autem locus iſte; & in accidente. Nam eiſdem in eo, quod eadem ſunt: eadem oportet ineſſe, vel non ineſſe. ¶ Deinde deſtruentem quidem ſi eorum, quæ ſunt eadē ſpecie: non idem ſemper ſpecie proprium eſt. Neq; enim eius, quod dictum erit proprium: quod poſitum eſt eſſe proprium: vt quoniam idem ſpecie homo, & equus: non ſemper autem equi eſt proprium ſtare in ſeipſo: nec hominis erit proprium moueri in ſeipſo. Idem enim eſt ſpecie, & moueri ſtare in ſe quatenus vtrique animali idem contingit accidere. Aſtruentem vero ſi eorum, quæ ſunt eadem ſpecie: idem ſit ſemper proprium. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium: vt quoniam hominis eſt proprium eſſe greſsibile bipes: & auis erit proprium eſſe volatile bipes. Vtrunque enim horum idem ſpecie: quatenꝰ in eo, quod illa quidem ſub eodē ſunt genere ſpecies: cum ſint ſub animalis: hæc autem, vt generis, differentiæ: ſcilicet animalis. Hic autem locus eſt falſus. Quoniam alterum quidem eorum, quæ dicuntur: vni alicui ſoli quandoque ineſt ſpeciei: alterum vero ineſt pluribus: velut greſsibile quadrupes. ¶ Quoniā autem idem & diuerſum multipliciter dicitur: labor eſt ſophiſticæ aſſumenti: vnius aſsignare alicuius ſolius proprium. Nam quod ineſt alicui, cui accidit aliquid: & accidenti inerit ſumpto cum eo, cui accidit: vt q̄d ineſt homini: & albo homini inerit in eo, quod eſt albus homo: & quod albo homini ineſt: inerit & homini. Accuſabit autē aliquis huiuſmodi proprium dicēdo ꝙ ſubiecctum eſt aliud, quod ſecundum ſe facit: alius autem cum accidente: vt aliud quidē hominē eſſe dicet: aliud ve

ro album

ro album hominem. Amplius autem diuerſum faciens habitum: & quod ſecundū habitum dicitur. Nam quod habitui ineſt: & ei quod ſecundū habitū dicitur inerit: & quod ei (quod ſecundū habitū dicitur) ineſt: & habitui inerit: vt quoniā ſciēs ſecūdum ſcientiam dicitur diſponi: inerit ſcientiæ propriū irreprobabile ſub ratione: nā ſciens irreprobabilis erit ſub ratione. Conſtruenti autem dicendum quoniā non eſt diuerſum ſimpliciter cui accidit: & accidens cū eo cui accidit ſumptū: ſed aliud dicitur: eo quod diuerſum ſit eis eſſe. Non autem eſt idem homini hominem eſſe: & albo homini eſſe album hominem. ¶ Amplius autē conſiderandū eſt ei quod propter caſus dicitur: eo quod neq; ſciēs eſt irreprobabile ſub ratione: neq; ſcientia indiſſuabile: ſed indiſſuabilis ſub ratione. Nā ei qui omnino inſtat omnino eſt aduerſandū. ¶ Deinde deſtruenti quidē ſi quod naturaliter ineſt volens aſsignare hoc modo ponit ſecūdum locutionē vt quod ſemper ineſt ſignificet: videbitur. n. moueri poſſe quod poſitū eſt propriū eſſe, vt quoniā qui dixit hominis proprium bipes vult quidem quod naturaliter ineſt aſsignare: ſignificat autē locutione quod ſemper ineſt: non erit hominis proprium bipes. Non enim omnis homo eſt duos pedes habēs. Conſtruēti autē ſi vult quod naturaliter ineſt propriū aſsignare: & locutione hoc modo ſignificat. Non enim mouebitur ſecūdum hoc proprium vt quoniam qui hominis proprium aſſignauit animal diſciplinæ ſuſceptibile: vult quidē ſignificare locutiōe quod naturaliter ineſt proprium: nō mouebitur ſecundū hoc vt nō ſit proprium hominis animalis diſciplinæ ſuſceptibile. ¶ Amplius quæcūq; dicuntur vt ſecundū aliud aliquod prius: aut vt prius ipſum: labor eſt aſsignare taliū propriū. Nam ſi eius quod eſt ſecundū aliud quid propriū aſsignauit: & de priore verū erit. *Si* aūt prioris poſuerit: & de eo quod eſt ſecundū aliud prædicabitur, vt ſi quis aſsignet ſuperficiei propriū coloratum eſſe: & de corpore verum erit coloratum eſſe. *Si* autem corporis: & de ſuperficie prædicabitur: quare nō de quo oratio & nomen verum erit. ¶ Accidit autem in quibuſdā propriis plerunq; fieri aliquod peccatū: eo quod nō determinentur quomodo & quorum ponit propriū: omnes enim conantur aſsignare propriū aut quod naturaliter ineſt, vt hominis bipes: aut quod nūc ineſt vt hominis alicuius quatuor digitos habere: aut ſpecie velut ignis ſubtiliſsimū: aut ſimpliciter velut animalis viuere: aut ſecundū aliud velut animæ prudens: aut vt prius velut rationabilis prudens: aut vt in eo quod habet vt ſciētis irreprobabilis a ratione (nihil enim aliud quā habere aliquod erit irreprobabile ſub ratione) aut in eo quod habeatur vt ſcientiæ irreprobabile ſub ratione: aut in eo q̄d participatur: vt animalis ſentire (ſenſit enim & aliud quid vt homo: ſed participās iam huius ſentit) aut in eo quod participat: vt alicuius animalis viuere. Ergo qui non addit quidem naturaliter: peccat, eo quod contingit quod naturaliter ineſt non ineſſe alicui cui naturaliter ineſt: velut homini duos pedes habere. Qui vero non determinat: quoniā hoc quod ineſt aſsignat quod non erit huiuſmodi quale nunc eſt illud, velut quatuor digitos habere hominē. Qui autem non iudicat quoniam vt prius aut vt ſecundum aliud ponit: quod nō de quo oratio & nomen verum erit velut colorari ſiue ſuperficiei ſiue corporis aſsignauerit propriū. Qui vero nō prædicit ſecundū quid aut in eo quod eſt habere aut in eo quod haberi proprium aſsignauerit: eo quod non eſt proprium quod aſſignatum eſt. Inerit enim ſi in eo quod habetur aſsignauit proprium etiam habenti. *Si* autem habenti: & ei quod habetur: velut irreprobabile ſub ratione ſciētię vel ſciētis ſit poſitum proprium. Qui vero non præſignificat in eo quod participat vel participatur: eo quod aliis inerit propriū ſi in eo quidē quod participatur aſsignauerit: participantibus ineſt: ſi vero in eo quod participat: his quæ participantur velut ſi alicuius animalis vel animalis poſuerit viuere proprium. Qui autem non diuidit ſpecie: quoniam vni ſoli inerit eorum quæ ſub eo ſunt cuius propiū ponit. Nā quod eſt ſecundū ſuperabūdantiā vni ſoli inerit vt ignis leuiſsimū. Aliquoties aūt & ſpecie addēs peccat. Oportebit .n. vnā ſpeciem eſſe eorū quæ dicūtur quādo ſpecie addiderit. Hoc autem in quibuſdā non accidit vt nec in igne. Non .n. eſt vna ſpecies ignis. Diuerſum .n. eſt carbo & flamma & lux ſpecie: cum vnū quodq; horum ſit ignis: propter hoc autē nō oportet quando ſpecie additur: diuerſam eſſe ſpeciem eius quod dicitur, quoniā aliis quidē magis aliis aūt minus inerit quod dictū eſt propriū velut in igne ſubtiliſsimū: ſubtilior enim eſt lux carbone & flāma. Hoc aūt non oportet fieri: quādo nō & nomen magis prędicat̄ de quo oratio magis verificatur. *Si* autē non: nō erit de quo orotio magis & nomē magis. Amplius autem ad hoc idē eſſe accidit propriū eius quod ſimpliciter & eius quod in ſimpliciter tale, velut in igne ſe habet ſubtiliſsimum. Nam & ſimpliciter & ignis & lucis erit huiuſmodi propriū. Subtiliſsima .n. eſt lux. Alio ergo ſic aſsignāte proprium argumentandum. Eidem autem nō danda hæc inſtātia: ſed ſtatim pōnēti propriū determinandū eſt quomodo ponit proprium.

¶ De proprio alij loci. Cap. 4.

DEinde deſtruentem quidem ſi eidem eiuſdem propriū poſuit, nō enim erit propriū quod poſitū eſt eſſe propriū. Nā idē eidem omne quod eſt eſſe indicat. Quod autem eſſe indicat nō proprium: ſed terminus eſt, vt quoniam qui dixit honeſti. Proprium dicens eſſe idem eiuſdem proprium aſsignauit. Idem enim eſt honeſtum & decēs. Non ergo erit decens honeſti proprium. Conſtruēti autē ſi nō eiuſdem propriū aſsignauit: conuerſim autem prædicatum poſuit. Erit enim propriū quod poſitū eſt nō eſſe proprium: vt quoniā

qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui poſuit animalis propriũ ſubſtãtia animata:nõ idẽ quidem eiuſdẽ propriũ poſuit: cõuerſim autẽ prædicatum aſignauit: erit animalis propriũ ſubſtantia animata. ¶ Deinde etiã in his quæ ſimiliũ partiũ ſunt:cõſiderandũ eſt: deſtruenti quidem ſi quod totius eſt propriũ non eſt verũ de parte: aut quod partis:nõ dicitur de vniuerſo. Nõ enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe propriũ. Accidit enim in aliquib⁹ hoc fieri: aſsignabit. n. aliquis in his quæ ſimiliũ partiũ ſunt proprium. Aliquoties quidem in vniuerſum intuẽs: aliquoties aũt in id quod particulariter dicit ipſe ſeipſum intelligens. At erit neutrũ recte aſsignatũ: vt in vniuerſo quidem, quia qui dixit maris propriũ plurima aqua ſalſa: ſimilium partium quidẽ cuiuſdã poſuit proprium, tale autem aſsignauit quod non verum eſt de parte. Non.n.erit quoddã maris plurima aqua ſalſa. Nõ ergo erit maris proprium plurima aqua ſalſa. In parte autẽ: vt qui poſuit aeris propriũ ſpirabile, ſimiliũ quidem partium alicuius dixit proprium, tale autem aſsignauit quod de aliquo aere verum eſt: de vniuerſo autem nõ dicitur (Non .n. erit vniuerſus aer ſpirabilis) nõ erit ergo aeris proprium ſpirabile. Aſtruenti autem ſi verum eſt de vno quoq; ſimilium partiũ quod eſt proprium earum ſecundũ vniuerſum. Erit enim propriũ quod poſitum eſt non eſſe propriũ, vt quoniã verum eſt de omni terra deorſum ferri ſecundum naturam. Eſt autẽ & hoc proprium alicuius terre ſecũdum vniuerſum (nam ſecundũ terrã id quod eſt terram eſſe) erit terrę propriũ deorſum ferri ſecundũ naturã. ¶ Deinde ex oppoſitis conſiderandũ primũ quidẽ ex contrariis deſtruẽti quidem ſi cõtrariis nõ eſt contrariũ propriũ: neq; enim contrarij erit contrarij propriũ, vt quoniã contrariũ eſt iuſtitia quidẽ iniuſtitiæ: optimũ autem peſſimo: nõ eſt autem iuſtitiæ propriũ optimum: nõ erit iuſtitiæ propriũ peſsimum. Aſtruẽti autem ſi contrarij cõtrarium propriũ eſt: & cõtrarij contrarium proprium erit: vt quoniã contrarium eſt bono quidẽ malũ: eligendo autem fugiendum. Eſt autem boni proprium eligendũ: erit mali propriũ fugiendũ. ¶ Secundũ autem ex his quæ ad aliquid ſunt: deſtruẽti quidem ſi hoc quod ad aliquid eſt eius quod eſt ad aliquid nõ eſt proprium. Neq; enim hoc quod ad aliquid eſt eius quod eſt aliquid erit proprium. Vt quoniã dicitur duplum quidem ad dimidium: ſuperãs autem ad ſuperatum. Non eſt autem duplicis proprium ſuperãs: non erit dimidij propriũ ſuperatum. Aſtruẽti autem ſi eius quod eſt ad aliquid: hoc quod ad aliquid eſt propriũ: & eius qđ eſt ad aliquid, ad aliquid eſt proprium, vt quoniã dicitur duplum quidem ad dimidium: & vnum ad duo ac duo ad vnũ. Eſt autẽ duplicis proprium vt duo, ad vnũ: erit dimidij proprium vt vnũ ad duo. ¶ Tertium autẽ deſtruenti quidem ſi habitus id quod ſecundũ habitũ dicitur nõ eſt propriũ: neq; enim priuationis hoc quod ſecũdum priuationẽ dicitur erit propiũ, & ſi priuationis hoc quod ſecundum priuationẽ dicitur nõ eſt proprium: neq; habitus hoc quod ſecundũ habitũ dicitur erit propriũ, vt quoniam nõ dicitur ſurditatis inſenſibilitatem eſſe, neq; auditus erit propriũ ſenſum eſſe. Cõſtruenti vero ſi quod ſecũdum habitũ dicitur eſt habitus proprium: & priuationis hoc quod ſecundum priuationẽ dicitur erit proprium: & ſi priuationis hoc quod ſecundũ priuationem dicitur eſt proprium: & habitus quod ſecundũ habitũ dicitur eſt proprium, vt quoniã viſus eſt proprium videre ſecundũ q; habemus viſum: erit cæcitatis proprium nõ videre ſecundũ quod non habemus viſum apti nati habere. ¶ Deinde ex affirmationibus & negationibus primum quidẽ ex ipſis quæ prædicantur. Eſt aũt locus hic vtilis deſtruẽti tantum: vt ſi affirmatio vel quod ſecundũ affirmationem dicitur eius eſt propriũ: nõ enim erit eius negatio neq; quod ſecundũ negationẽ dicitur proprium. Si autẽ ſit negatio aut quod ſecundũ negationem dicitur proprium eius non erit affirmatio neq; quod ſecundũ affirmationẽ dicitur propriũ, vt quoniã proprium animalis eſt animatum: non erit animalis propriũ non animatum. Secundum autẽ ex prædicatis vel etiam non prædicatis & de quibus prædicatur vel nõ prædicatur. Deſtruenti quidem ſi affirmationis affirmatio nõ eſt propriũ neq; enim negationis erit proprium, & ſi negatio negationis nõ eſt proprium, neq; affirmationis affirmatio erit propriũ, vt quoniam non eſt propriũ hominis animal: neq; nõ hominis nõ animal. Si autem nõ hominis non videtur propriũ nõ animal: neq; hominis erit proprium animal. Aſtruenti autem ſi affirmationis affirmatio eſt proprium: & negatio negationis erit proprium. Si autem negationis negatio eſt proprium: & affirmatio affirmationis erit proprium: vt quoniam nõ animalis eſt proprium nõ viuere: erit animalis proprium viuere, & ſi animalis proprium videtur viuere: & non animalis proprium videbitur nõ viuere. Tertiũ autẽ ex ipſis ſubiectis deſtruenti quidem ſi quod aſsignatum eſt proprium affirmationis eſt proprium. Non erit idem & negationis proprium. Si autem negationis eſt proprium quod aſsignatum eſt: nõ erit affirmationis proprium: vt quoniam animalis proprium eſt animatum: nõ animalis non erit proprium animatũ. Conſtruenti vero ſi aſsignatum proprium nõ eſt affirmationis propriũ: erit negationis. Hic autem locus falſus eſt, affirmatio autẽ negationis & negatio affirmationis non eſt propriũ. Nam affirmatio negationi omnino nõ ineſt, negatio autem affirmationi ineſt quidem: vt proprium autem nõ. ¶ Deinde ex his quæ diuerſo diuiduntur deſtruẽti quidem: ſi eorum quæ e diuerſo diuiduntur: nullũ nullius reliquorum quæ e diuerſo diuiduntur eſt proprium. Neq; enim quod poſitum eſt erit proprium huius cuius poſitum eſt proprium: vt quoniam animal ſenſibile nulli⁹ aliorum mortalium animalium eſt proprium: non erit animal intelligibile dei proprium. Aſtruenti autẽ,

ſi re

ſi reliquorũ quæ e diuerſo diuiduntur quodlibet ſumptũ eſt proprium horũ talium quæ e diuerſo diuidũtur. Nam reliquũ erit eius proprium cuius poſitum eſt nõ eſſe proprium, vt quoniã prudentiæ eſt propriũ per ſe natam eſſe rationalis virtutem eſſe: & aliarum virtutũ ſic vniuſcuiuſq; ſumptæ: erit temperantiæ proprium per ſe natum eſſe cõcupiſcibilis virtutẽ eſſe. ¶ Deinde ex caſib⁹ deſtruenti quidẽ: ſi caſus non eſt caſus proprium: neq; caſus erit proprium caſus: vt quoniam non eſt eius quod eſt iuſte proprium hoc quod bene: neq; iuſti proprium erit bonum. Conſtruenti autem ſi caſus eſt proprium caſus: nam & caſus erit caſus proprium: vt quoniam hominis eſt proprium greſſibile bipes: & homini erit proprium greſsibili bipedi dici. Non ſolum autẽ in eo quod dictum eſt: ſecundum caſus eſt conſiderandũ: ſed & in oppoſitis quẽadmodum & in prioribus locis dictum eſt. Deſtruẽti quidem ſi oppoſiti caſus nõ eſt propriũ oppoſiti caſus: neq; enim oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus, vt quoniã nõ eſt eius quod eſt iuſte proprium quod bonum: neq; iniuſte erit proprium quod male. Conſtruẽti vero ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus: nã & oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus, vt quoniã boni eſt proprium optimum: & mali erit propriũ peſſimũ. ¶ Deinde ex his quæ ſimiliter ſe habent deſtruẽti quidẽ ſi quod ſimiliter ſe habet eius, quod ſimiliter ſe habet nõ eſt proprium: neq; quod ſimiliter ſe habet eius quod ſimiliter ſe habet erit proprium, vt quoniã ſimiliter ſe habet ad faciendum edificiũ edificator, & medicus ad faciendũ ſanitatem: nõ eſt autem propriũ medici facere ſanitatẽ: neq; edificatoris erit propriũ facere edificiũ. Conſtruenti autem: ſi quod ſimiliter ſe habet propriũ eius quod ſimiliter ſe habet, nam & quod ſimiliter ſe habet erit proprium: vt quoniam ſimiliter ſe habet medicus ad perfectiuum eſſe ſanitatis: & gymnaſtes ad perfectiuum euexię. Eſt autem propriũ gymnaſtis perfectiuum euexiæ & erit propriũ & medici perfectiuũ ſanitatis. ¶ Deinde ex his quę ſic ſe habent deſtruẽti quidem ſi quod ſic ſe habet eius quod ſic ſe habet nõ eſt proprium neq; enim quod ſic ſe habet eius quod ſic ſe habet erit proprium. *Sin* eius quod ſic ſe habet hoc quod ſic ſe habet eſt propriũ: huius nõ erit proprium cui⁹ poſitũ eſt eſſe propriũ, vt quoniã ſic ſe habet prudẽtia ad pulchrũ & fedum eo quod diſciplina vtriuſq; eorum eſt, non eſt autẽ prudẽtiæ proprium diſciplinam eſſe pulchri: nõ enim erit proprium eius diſciplinam eſſe fedi. Si vero eſt proprium prudẽtiæ diſciplinã eſſe pulchri: nõ erit propriũ eius diſciplinam eſſe fedi. Impoſsibile eſt enim idem eſſe plurium proprium. Conſtruenti vero nihil locus iſte vtilis. Nam quod ſic ſe habet vnum ad plura comparatur. ¶ Deinde deſtruẽti quidem ſi quod ſecũdum eſſe dicitur nõ eſt eius quod ſecundũ eſſe dicitur propriũ. Neq; enim corrumpi ei⁹ quod eſt ſecundũ corrũpi: neq; generari eius quod ſecũdũ generari dicitur erit proprium: vt quoniã non eſt hominis proprium eſſe animal: neq; eius quod eſt hominẽ generari erit propriũ gñari animal: neq; eius quod eſt hominẽ corrumpi erit proprium corrũpi animal. Eodẽ autẽ modo accipiendũ eſt & ex generari ad eſſe & corrũpi: & ex corrũpi ad eſſe & generari: quẽadmodũ dictũ eſt nunc ex eſſe ad generari & corrũpi. Cõſtruẽti aũt ſi eius quod eſt ſecundũ eſſe propoſitũ propriũ eſt quod ſecũdum eſſe propriũ eſt. Nam & eius quod ſecundũ generari dicitur erit hoc quod ſecundũ generari dicitur propriũ: & eius quod ſecundũ corrũpi hoc quod ſecundũ corrũpi eſt aſſignatũ: vt quoniã hominis eſt propriũ eſſe mortale: & eius quod eſt generari hõinẽ erit propriũ generari mortale: & ei⁹ quod eſt corrũpi hominẽ: corrũpi mortalem. Eodẽ aũt modo accipiendũ eſt & ex generari & corrũpi ad eſſe: & ea quæ ex eis ſunt velut & in deſtruenti dictum eſt. ¶ Deinde reſpiciẽdum ad ideã ſuppoſiti: deſtruenti quidẽ ſi ideę nõ ineſt aut ſi nõ ſecũdum quod dicitur illud cuius eſt propriũ aſsignatũ. Non erit propriũ quod poſitũ eſt eſſe porpriũ: vt quoniã eidem homini nõ ineſt quieſcere: in eo quod homo eſt: ſed in eo quod idea: nõ erit hominis proprium quieſcere. Conſtruenti autẽ ſi ideæ ineſt: & ſecundũ hoc ineſt quod dicitur de eodẽ illo cui⁹ poſitũ eſt nõ eſſe propriũ. Vt quoniã ineſt eidem animali ex anima corpore cõpoſitũ eſſe, & in eo quod animal eidẽ ineſt: hoc erit propriũ animalis ex corpore & anima cõpoſitum eſſe.

¶ Loci proprij ſecundũ magis & minus. Cap. 5.

DEinde ex magis & minus: primũ quidẽ deſtruenti ſi quod magis eſt eius quod magis non eſt propium: neq;.n. quod minus eſt eius quod minus erit propriũ, neq; quod minime ei⁹ quod minime: neq; quod maxime eius quod maxime: neq; ſimplicirer eius quod ſimpliciter: vt quoniã nõ eſt magis colorari magis corporis propriũ: neq; minus colorari minus corporis propriũ erit: neq; colorari corporis omino. Conſtruẽti autẽ ſi qđ magis eſt eius quod magis eſt, eſt propriũ: quod minus eſt eius quod min⁹ eſt erit propriũ: & quod minime eius quod minime: & quod maxime eius quod maxime & quod ſimpliciter eius quod ſimpliciter: vt quoniã magis viuẽtis magis ſentire eſt propriũ: & minus viuentis minus ſentire erit proprium, & eius quod maxime id quod maxime, & eius quod minime quod minime: & eius quod ſimpliciter quod ſimpliciter. ¶ Et ex eo autem quod ſimpliciter ad eadẽ conſiderandũ deſtruenti quidem ſi quod ſimpliciter nõ eſt propriũ: neq; enim quod magis eſt eius quod magis, neq; quod min⁹ eius quod minus: neq; quod maxime eius quod maxime: neq; quod minime eius quod minime erit propriũ, vt quoniã nõ eſt hominis propriũ ſtudioſum: neq; magis hominis magis ſtudioſum erit proprium. Conſtruẽti autẽ ſi quod ſimpliciter eſt eius quod ſimpliciter eſt propriũ: & hoc quod ma

gis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gis eius quod magis:& quod minus eius quod mi
nus: & quod minime eius quod minime:& quod
maxime eiꝰ quod maxime erit propriũ:vt quoniã
eſt ignis propriũ ſurſum ferri ſecundũ naturã: &
magis ignis erit magis propriũ ſurſum ferri ſecũ-
dum naturã. Eodem autẽ modo cõſiderandũ eſt &
ex aliis huiuſmodi. ¶Secundũ autẽ deſtruẽti qui
dem ſi quod magis eſt nõ eſt eius quod magis eſt
propriũ:neqꝫ.n.quod minus eſt eius quod minus
erit proprium:vt quoniã magis eſt proprium ani
malis ſentire:quã hominis ſcire:nõ eſt autem ani
malis propriũ ſentire:quare nõ erit hominis pro-
prium ſcire. Conſtruẽti autem ſi quod minus eius
quod minus eſt propriũ:& quod magis eius quod
magis erit propriũ, vt quoniã minus eſt propriũ
hominis manſuetum natura:quam animalis viue
re:eſt autẽ hominis proprium mãſuetum natura:
erit propriũ animalis viuere. ¶Tertium vero de
ſtruenti quidẽ ſi cuius magis eſt proprium nõ eſt.
Neqꝫ enim cuius eſt minus propriũ erit eius pro-
prium. Si aũt illius eſt propriũ:non erit huius pro
prium,vt quoniã colorari magis ſuperficiei quam
corporis eſt propriũ:non eſt autẽ ſuperficiei pro-
prium:non erit corporis propriũ colorari. Si vero
eſt ſuperficiei proprium nõ erit corporis propriũ.
Conſtruẽti autẽ nulli eſt is locus vtilis. Impoſsibi
le enim eſt idem pluriũ proprium eſſe. ¶Quarto
deſtruenti quidẽ ſi quod magis eſt eius proprium
nõ eſt propriũ:neqꝫ enim quod minꝰ eſt eius pro
prium erit propriũ, vt quoniã magis eſt propriũ
animalis ſentire:quam partibile. Non eſt autẽ ani
malis ſentire proprium : quare non erit animalis
partibile proprium. Conſtruẽti autem ſi quod mi
nus eſt eius propriũ eſt proprium. Nam & quod
magis eſt eius proprium erit proprium, vt quo-
niam minus eſt proprium animalis ſentire quam
viuere:eſt autẽ animalis propriũ ſentire: erit ani-
malis proprium viuere. ¶Deinde ex his quę ſimi
liter inſunt. Primũ quidem deſtruẽti ſi quod ſimi
liter eſt proprium:nõ eſt propriũ illius cuius ſimi-
liter eſt propriũ:neqꝫ enim quod ſimiliter eſt pro-
prium erit illius cuius ſimiliter eſt propriũ,vt quo
niã ſimiliter eſt propriũ cõcupiſcibilis concupiſce
re:& rationalis rationari. Non eſt autem propriũ
cõcupiſcibilis concupiſcere:nõ erit rationalis pro
prium cõcinari. Cõſtruenti vero ſi quod ſimiliter
eſt propriũ huius eſt proprium cuius eſt ſimiliter
proprium:& quod ſimiliter eſt proprium erit pro-
prium huius cuius ſimiliter eſt proprũ:vt quoniã
ſimiliter eſt rationalis proprium primũ prudens,
& cõcupiſcibilis proprium primũ temperans. Eſt
autẽ rationalis primum prudẽs:erit igitur concu-
piſcibilis proprium primũ temperãs. ¶Secundũ
autẽ deſtruenti quidẽ ſi quod ſimiliter eſt propriũ
nõ eſt propriũ eius:neqꝫ quod ſimiliter eſt propriũ
erit proprium eius,vt quoniã ſimiliter eſt propriũ
hominis videre:& audire:nõ eſt hominis propriũ
videre:quare non erit hominis proprium audire.
Cõſtruenti vero ſi quod ſimiliter eſt eius propriũ
eſt propriũ:quod ſimiliter eſt eius proprium pro-
prium erit:vt quoniam ſimiliter eſt propriũ animę
ſecũdum partem cõcupiſcibilẽ eſſe: & rationalem
primo. Eſt autem proprium animę ſecundum par
tem eius eſſe cõpiſcibilem primos erit proprium
animę ſecundũ partem eius eſſe rationale primo.
¶Tertium primo deſtruenti quidẽ ſi cuius ſimili-
ter eſt propriũ non eſt propriũ:neqꝫ enim cuius ſi
militer eſt propriũ erit propriũ: ſi aũt illius eſt pro
priũ:non erit alterius proprium vt qm̃ vrere ſimi
liter eſt proprium flãmę & carbonis nõ eſt autem
flãmę proprium vrere:non erit carbonis propriũ.
Si autem eſt flãmę propriũ:non erit carbonis pro
prium vrere. Cõſtruenti autem hic locus non eſt
vtilis:differt autem quod eſt ex ſimiliter ſe haben
tibus ab eo quod ex his eſt quæ ſimiliter inſunt,
quoniam illud quidẽ ſecundũ proportione inſumi
tur nõ in eo quod eſt aliquid,cõparantur hoc aũt
ex eo quod ineſt alicui cõparatur. Deinde deſtruẽ
ti quidem ſi poteſtate proprium aſsignans & ad
hoc quod nõ eſt aſsignauit propriũ non cõtingẽ-
te poteſtate ei quod nõ eſt ineſſe: nõ erit propriũ
quod poſitum eſt eſſe propriũ:vt quoniam qui di
xit aeris proprium reſpirabile: poteſtate quidem
aſsignauit propriũ,nam huiuſmodi vt ſpirari poſ
ſit ſpirabile eſt. Aſsignauit autem & ad hoc quod
non eſt proprium. Nam & cũ non eſt animal quod
ſpirare natũ eſt aere:contingit aerem eſſe:non ta-
mẽ cum non eſt animal poſsibile eſt ſperare. Qua
re neqꝫ aeris erit proprium hmõi vt ſpirari poſsit.
Cum animalis nõ erit huiuſmodi propriũ,vt ſcita
re poſsit,non ergo erit aeris proprium ſpirabile.
Conſtruẽti autem ſi poteſtate aſsignans propriũ
aut ad hoc quod eſt aſsignauit proprium: aut ad
hoc quod non eſt contingente poteſtate ei quod
non eſt ineſſe,erit propriũ enim quod poſitum eſt
nõ eſſe proprium,vt quoniam qui aſsignauit pro
prium entis poſsibile pati aut facere: poteſtate aſ
ſignans proprium ad hoc quod eſt aſsignauit pro
prium. Nam cum ens eſt:& poſsibile pati quid au
tem facere erit:quare proprium erit entis poſsibi
le pati quid aut facere. ¶Deinde deſtruenti qui-
dem ſi ſuperabundantiam poſuit proprium:non
erit enim proprium quod poſitũ eſt eſſe propriũ.
Accidit enim ſi aſsignãtibus proprium:nõ de quo
orationem & nomen verificari. Corrupta enim re
nihil minus erit proprij ratio,nã eorum quæ ſunt
alicui maxime inerit,vt ſi quis aſsignet ignis pro
prium corpus leuiſsimum. Corrupto enim igne
erit aliquod corporum quod leuiſsimum erit,qua
re non erit ignis proprium corpus leuiſsimum.
Conſtruenti autem ſi non ſuperabundantiam po
ſuit proprium,erit enim ſecundum hoc bene poſi-
tum proprium,vt quoniã qui poſuit hominis pro
prium animal manſuetum natura,nõ ſuperabun-
dantia aſsignauerit proprium,erit ergo ſecũdum
hoc bene poſitum proprium.

¶Quinti libri Topicorum finis.

SEXTVS TOPICORVM ARISTOTELIS DE LOCIS DIFFINITIONIS.

¶Preambula quædam ad ſequentium intelli-
gentiam, cum aliquot locis diffinitionis.
Caput. I.

EIVS AVTEM QVOD
eſt circa diffinitiones negotij
partes ſunt quinqꝫ, omnino
non verũ eſt dicere quo ora-
rationem & nomen. Oportet
enim hominis diffinitionem
de omni homine veram eſſe.
Aut quoniam genere exiſtẽ-
te non poſuit in genus vel nõ inconueniẽte gene-
re poſuit. Oportet enim quod diffinitur in genus
ponentẽ differẽtias addere, nam maxime eorum
quæ ſunt in diffinitione genꝰ videtur diffiniti ſub
ſtantiam ſigificare. Aut quoniam non propria eſt
diffinitio. Oportet enim diffinitionem propriam
eſſe quẽadmodum prius dictum eſt. Aut ſi omnia
quæ dicta ſunt aliquis faciens non determinauit:
neqꝫ dixit quid eſt eſſe rei diffinitione. Reliquum
autẽ præter ea quæ dicta ſunt ſi determinauit qui
dem non bene autem. Si ergo non verum eſt de
quo nomen & ratio ex his quæ dicta ſunt ad acci-
dens locis conſiderãdum, nam & illic vtrũ verum
vel non verum omnis cõſideratio fit. Quando.n.
qm̃ ineſt accidens diſputamus:quoniã verum eſt
dicimus,quãdo autem quoniam nõ ineſt:qm̃ non
verum. Sin vero nõ cõueniente genere poſuit aut
ſi non propria eſt aſsignata oratio ex his qui ſunt
ad genus & proprium dictis locis perſpiciendum.
Reliquũ vero ſi non diffinuit aut ſi nõ bene diffi-
niuit aliquo modo aggrediendũ dicere. Primũ er-
go inſpiciendum ſi nõ bene diffiniuit. Facilius.n.
quidlibet feciſſe quã bene feciſſe. Palã ergo quo-
niam peccatum circa hæc maius:eo quod laborio
ſus: quare argumentatio facilior quæ circa hæc:
quam quæ circa illud fit. ¶Sunt autem eius quod
eſt non bene partes duæ. Vnum quidem obſcura
interpretatione vti:oportet enim diffinientem vt
cõtingit, planiſsima interprætatione vti:eo ꝙ in-
noteſcẽdi cauſa redditur diffinitio. Secunda autẽ
ſi ampliꝰ dixit in diffinitione quam oporteat. Nã
om̃e quod appoſitum eſt in diffinitione ſuperfluũ
eſt. Rurſus autem vtrũqꝫ quod dictũ eſt in plures
partes diuiditur. ¶Vnus ergo locꝰ eius quod ob
ſcurę eſt. Si ſit equiuocum alicui quod dictum eſt,
vt quoniam generatio eſt ductio ad ſubſtãtiam &
quoniã ſanitas commenſuratio calidorum & frigi
dorum. Equiuoca enim eſt ductio & commenſura
tio. Incertum ergo vtrum vult dicere eorũ quæ ſi
gnificantur ab ec quod multipliciter dicitur. Simi
liter autem & ſi diffinitio multipliciter dicto diui-
dens nõ dixit. Incertũ enim vtrius diffinitionem
aſsignauit. Cõtingit enim calũniari velut nõ con-
ueniente diffinitione ad omnia quorum diffinitio
nem aſsignauit. Maxime autem cõtingit hoc mo-
do fieri latente equiuocatione. Contingit autẽ &
diuidente quoties dicitur hoc quod in diffinitio-
ne aſsignatum eſt:ſyllogiſmum facere. Nam ſi ſe-
cundum nullũ modorum ſufficienter dictum eſt:
manifeſtum quoniam nõ diffiniẽs erit ſecundum
modum. ¶Alius ſi ſecundũ tranſlationem dixi vt
ſciẽtiam incadibilem:terram autẽ nutricem:aut tẽ
perantiam cõſonantiã. Omne enim incertũ quod
ſecundũ tranſlationẽ dicitur. Contingit autẽ tran
ſlationem dicẽtem calumniari velut non proprie
dicentem. Non enim aptabitur dicta diffinitio,vt
in temperantia, nam omnis conſonantia in ſonis.
Amplius ſi eſt genus conſonãtia temperantiæ: in
duobus generibus erit idem nõ continentibus ſe
inuicem. Nam neqꝫ conſonantia virtutem neqꝫ
virtus continet conſonantiam. Amplius ſi nõ po-
ſitis nominibus vtitur:mordax aut medullam oſsi
genium dixit. Nam omne obſcurum quod inſue-
tũ eſt. ¶Quædã autẽ neqꝫ ſecũdum equiuocatio
nem neqꝫ ſecundũ tranſlationem neqꝫ proprie di-
cũtur,vt lex menſura vel imago eorum quæ natu
raliter iuſta ſunt. Sunt autem huiuſmodi peiora
tranſlationem. Tranſlatio nãqꝫ facit quodãmodo
notum quod ſignificatũ eſt per ſimilitudinẽ. Om-
nes enim methaphora vtentes ſecundũ aliquam
ſimilitudinem ea vtuntur. Quod autem huiuſmo
di eſt non facit notum. Nam neqꝫ ſimilitudo eſt ſe
cundum quam mẽſura vel imago lex eſt:neqꝫ pro
prie ſolet dici. Quare ſi proprie mẽſuram vel ima-
ginem legem dicit eſſe: mentitur. Imago enim eſt
cuius generatio per imitationem eſt. Hoc autem
nõ ineſt legi. Si autem nõ proprie: palam quoniã
obſcure dixit & peius quolibet eorum quæ ſecun
dum trãſlationem dicuntur. Amplius ſi nõ mani-
feſta eſt contrarij ratio ex hoc quod dicitur. Nam
qui bene aſsignant cõtraria conſignificant, ſi per
ſe dicta non ſit manifeſtum:cuius diffinitio eſt:ſed
velut ea quæ ſunt antiquorũ ſcriptorum niſi quis
ſuperſcripſiſſet nõ cognoſcebatur quid vnũquod
qꝫ. Ergo ſi nõ plane ex huiuſmodi inſpiciendum.
¶Si autem ſuperfluũ diffinitionem dixit propriũ
quidem cõſiderandum ſi quo vſus eſt quod omni
bus inſit vel ſimpliciter vel omnino exiſtentibus:
vel his quæ ſub eodem genere ſunt diffinitorum.
Superfluum enim dici neceſſarium ideſt. Oportet
enim genus quidem ab aliis ſeparare : differentiã
autem ab aliquo eorum quæ ſunt in eodem gene-
re. Ergo quod omnibus quidẽ ineſt ſimpliciter : a
nullo ſeparat. Quod vero omnibus quæ ſub eodẽ
ſunt genere ineſt:nõ ſeparat ab his quę ſunt in eo
dem genere. Quare vanum huiuſmodi appoſitũ.
¶Aut ſi eſt quidem proprium quod appoſitũ eſt.
Ablato autem hoc:& reliqua diffinitio propria
eſt:& indicat ſubſtantiam,vt in hominis diffinitio
ne ſcientiæ ſuſceptiuum appoſitum ſuperfluum,
nam & eo ablato reliqua oratio propria eſt & indi
cat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cat ſubſtantiam. *Simpliciter* ante dicendū omne ſuperfluum quo ablato reliquū manifeſtum facit quod diffinitur. Talis eſt & animæ diffinitio: ſi eſt numerus ipſe ſeipſum mouens. Nam ſeipſam mouens eſt anima ſicut plato diffiniuit. Aut propriū quidem quod dicitur: non indicat autem ſubſtantiam interempto numero, Quod ergo modo ſe habeat difficile eſt explanare. Vtēdū ergo in omībus talibus ad expediens, vt flegmatis diffinitio humidum primum a cibo indigeſtum. Vnum enim primum nō multa. Quare ſuperfluum indigeſtū appoſitū: nā hoc ablato reliqua erit propria diffinitio. Non enim cōtingit a cibo & aliud quidem primum eſſe, aut non ſimpliciter a cibo flegma: ſed indigeſtorum primū. Quare addendū eſt indigeſtū. Nam illo quodāmodo dicta non vera erit diffinitio: ſi quidem nō omnium primū eſt. ¶ Amplius ſi quod eorum quæ ſunt in diffinitione non omnibus ineſt quæ ſunt ſub eadē ſpecie. Nam tales peius diffiniunt: quam qui vſi ſunt eo quod ineſt omnibus quę ſunt. Nam illic quidē reliquum propria erit diffinitio: & tota propria erit: ſimpliciter enim ad propriū quomodocūq; addito vero tota diffinitio propria fit. *Si vero* aliquod eorū quę ſunt in diffinitione nō omībus inſit quę in ſunt ſub eadē ſpecie: impoſsibile eſt totam diffinitionem propriam eſſe. Non enim conuerſim prædicabitur de re. Vt animal greſsibile bipes tetracubitum. Nam huiuſmodi diffinitio non cōuerſim prædicabitur de re, eo quod nō omnibus ineſt quæ ſub eadem ſpecie ſunt tetracubitū. ¶ Rurſum ſi idem frequenter dixit, vt qui concupiſcētiam appetitū delectationis dixit, nam cōcupiſcentia delectationis eſt omnis. Quare & iidē cōcupiſcentiæ delectatio erit. Fit ergo diffinitio cōcupiſcentiæ appetitus delectationis. Nihil enim differt cōcupiſcentiam dicere aut appetitum delectationis. Quare vtrūq; eorum delectatio erit. Aut hoc quidem nihil inconueniens: nā & homo bipes eſt quare & idem homini bipes erit. Eſt autem idem homini animal greſsibile bipes. Quare animal greſsibile bipes, bipes eſt: ſed non propter hoc incōueniens aliquod accidit nō enim animali greſsibili bipes prædicatur. Sic.n. de eodem bis bipes prædicatur: ſi de animali bipede greſsibili bipes dicitur: quare ſemel tantum bipes prædicatur: ſimiliter autem & in cōcupiſcētia. Non enim de appetitu id quod eſt delectationem eſſe prędicatur: ſed de vniuerſo: quare ſemel & hic prædicatio fit. Non eſt autem bis dicere idem nomen inconuenientium: ſed frequenter de aliquo idem prædicare: ſicut xenocrates prudentiam diffinitiuam & cōtemplatiuam eorum quæ ſunt dicit eſſe. Nam diffinitiua contemplatiua quædam eſt. Quare bis idem dicit addens rurſum & cōtemplatiuam. Similiter autem & quicunq; refrigidationē priuationem caloris qui ſecundum naturā eſt dicunt eſſe: nam omnis priuatio eius eſt quod ſecundum naturam eſt. Quare ſuperfluum eſt addere ſecundum naturam: ſed ſufficit fortaſſe dicere priuationem caloris: eo quod ipſa priuatio euidens facit. Quoniam eius ſit quod ſecūdum naturam dicit. ¶ Rurſum ſi vniuerſali dicto addidit & particulare, vt ſi clementiam diminutionem expedientium & iuſtorū: nam iuſtum expediens quid: quare continetur in expediente. Abundans ergo iuſtum. Nam qui dixit vniuerſale: addidit & particulare. Et ſi medicinam diſciplinam, ſanatiuorū animali & homini: aut legem imaginem eorū quæ naturaliter ſunt bona & iuſta. Nam iuſtū bonū quid quare frequēter idem dici vtrū igitur: bene an nō bñ diffiniuit per hæc & huiuſmodi perſpiciendū.

¶ Loci alij de diffinitione. Cap. 2.

Vtrum vero diffiniuit & dixit quid eſt eſſe vel nō ex his. ¶ Primum ergo ſi non per priora & euidentiora fecit diffinitio, nam diffinitio redditur cauſa cognoſcēdi quod dicitur, cognoſcimus autē non ex quibuſlibet: ſed ex prioribus & euidētioribus quēadmodum in demōſtrationibus. Sic enim omnis doctrina & omnis diſciplina ſe habet. Manifeſtum ergo quoniam qui nō per huiuſmodi determinauit: non diffiniuit. Nam ſi diffiniuit plures erunt eiuſdem diffintiones. Palam enim quoniam & qui priora & euidētiora melius diffiniuit. Quare vtræq; erunt diffinitiones eiuſdem. Huiuſmodi autem nō videtur. Nam vnicuiq; eorum quæ ſunt vnū eſt eſſe id ipſum quod eſt. Quare ſi plures erunt eiuſdem diffinitiones: idem erit ei diffinitio eſſe quod ſecundum vtrāq; diffinitionem ſignificatur. Hæc autem nō ſunt eadem: eo quod diffinitiones diuerſæ. Manifeſtū ergo quoniam nō diffiniuit qui nō per priora & euidentiora determinauit. ¶ Igitur per non euidentiora quidem diffinitionem dici dupliciter eſt accipere: aut enim ſi ſimpliciter ex ignotioribꝰ aut nobis ignotioribus. Contingit enim vtrūq;: ergo ſimpliciter quidē euidentius quod prius eſt poſteriore, vt punctum linea & linea ſuperficie: & ſuperficies ſolido: quēadmodum & vnitas numero. Prius enim eſt vnitas & principium omnis numeri. Similiter autem & litera ſyllaba. Nobis autem econtrario quando accidit. Nam maxime ſolidum magis ſub ſenſu cadit quam ſuperficies. Superficies aūt magis quam linea: linea autem ſigno magis. Quare plures magis huiuſmodi cognoſcūt: nā illa quidem quolibet modo: hæc autem ſubtili & abundanti intellectu comprehendere eſt. *Simpliciter* ergo melius per priora poſteriora tentare cognoſcere, diſciplinabilius enim huiuſmodi. Verum ad eos qui impotentes ſunt cognoſcere per huiuſmodi: neceſſarium forte per ea quæ illis cognita ſunt facere diffinitionem. Sunt aut talium diffinitiones quæcunq; puncti & lineæ & ſuperficiei: omnes.n. per poſteriora priora indicant: nam illud quidem lineæ: iſtam aut ſuperficiei: hanc vero ſolidi terminos dicūt eſſe. Non oportet autem latere quoniā ſic diffinientes non contingit quid eſſe diffinito iudicare:

dicare: niſi cōtingat & nobis notius eſſe & ſimpliciter notius, ſi quidem oportet per genus & differentias diffinire eum qui bene diffinit. Hæc autē ſimpliciter ſunt euidētiora & priora quā ſpecies. Interimit enim genus & differētia ſpeciem, quare priora hæc quā ſpecies. Sunt autem euidentiora. Nam ſpecie quidē nota: neceſſe eſt & genus & differentias cognoſci: nam qui hominem cognoſcit, & animal greſsibile ſcit. Genere autem & differentia notis non neceſſe eſt & ſpeciem cognoſci quare ignotior ſpecies. Amplius his qui ſecūdum veritatem huiuſmodi diffinitiones dicunt eſſe: quæ ſunt ex his quę ſingulis ſunt nota: plures eiuſdem accidit dicere diffinitiones eſſe. Nam alia aliis & non omnibus eadem contingit notiora eſſe. Quare ad vnum quęq; erit diffinitio aſsignanda, ſi quidem ex his quæ vnicuiq; ſunt notiſsima diffinitionē oportet facere. Amplius eiſdem alio tempore alia magis nota, nam ex principio quidem ſenſibilia: certioribus autem factis econtrario. Quare neq; ad eundem ſemper eadem diffinitio aſsignāda his qui per ea quæ ſingulis ſunt notiora diffinitionem fatentur aſsignandam eſſe. Palam ergo quoniam nō determinandum per ea quæ huiuſmodi ſunt: ſed per ſimpliciter notiora. Sola enim ſic vna & eadem diffinitio fiet. Fortaſſe autē & quod ſimpliciter notū non eſt quod omnibus: ſed notū quod bene diſpoſitis intellectu, velut & ſimpliciter ſanatiuum his qui bene habent corpus. Oportet ergo vnumquodq; talium ſubtiliter inueſtigare, vti autem diſputātes ad hoc quod expedit. ¶ Maxime autem indubitanter interimere contingit diffinitionem: ſi neq; ex ſimpliciter notioribus neq; ex his quæ nobis contingit diffinitionem fieri. Vnus ergo locus eſt eius qui per notiora: ſed per poſteriora priora indicat quēadmodum prius diximꝰ. ¶ Alius autē ſi eius quod eſt in quiete diffinitione: per indefinitum: & quid in motu aſsignata eſt nobis oratio. Prius.n. eſt & euidentius quod permanens eſt: & determinatum eo quod indefinitū & in motu eſt. ¶ Eius autem quod eſt non ex prioribus tres ſunt loci. Primus quidem ſi per oppoſitum oppoſitum diffiniuit, vt ſi per malum bonum, ſimul enim natura oppoſita, quibuſdam autem & eadem diſciplina vtriſq; videtur eſſe. Quare non notius alterū altero, oportet autem nō latere quoniam quædam fortaſſe non poſſe diffiniri aliter vt duplum ſine dimidio: & quæcunq; per ſeſe ad aliquid dicuntur. Nam omnibus huiuſmodi eſt idē eſſe ei quod eſt ad aliquid quodāmodo ſe habere. Quare non eſt poſsibile ſine altero alterū cognoſcere: eo quod neceſſarium eſt in alterius diffinitione ſumi & alterum. Ergo cognoſcere quidē oportet huiuſmodi omnia: vti autem eis & in his vt videbitur expedire. ¶ Aliꝰ ſi eodē vſus eſt ei quod diffinitur. Latet autem cum nō eodem diffiniti nomine vtitur: vt ſolē ſtellam quæ die apparet diffiniuit. Nam qui die vtitur ſole vtitur, & par eſt ad depræhēdendū talia accipere pro nomine diffinitionē, vt qm̄ dies eſt ſolis latio ſuper terrā. Palam enim quoniam qui ſolis lationem dixit: ſolē dixit. Quare vtitur ſole qui die vtitur. ¶ Rurſus ſi eo quod ediuerſo diuiditur illud quod ediuerſo diuiditur diffiniuit, vt abūdās quod vnitate magis eſt perfecto. Simul enim natura quæ ex eodē genere ediuerſo diuidūtur: abūdans enim & perfectū ediuerſo diuidūtur. Ambo enim numeri differentiæ. ¶ Similiter autē & ſi per inferiora ſuperiora diffiniuit vt perfectū numerum quod bipartitæ diuiditur: aut bonum habitū virtutis. Nam & bipartitæ ſumptū eſt a duobus quæ perfecta ſunt: & virtus bonū quidē. Quare inferiora hæc quam illa ſunt. Amplius autem neceſſe eſt eum qui inferioribus vtitur: & eodem vti. Nam & qui virtute vtitur bono vtitur eo quod bonum quid virtus. Similiter autem & qui bipartitæ vtitur: & perfecto vtitur: eo quod in bono huiuſmodi ſignificat bipartitæ diuidi. Duo autem perfecta ſunt. Vniuerſaliter ergo dicēdo vnus eſt locus, non per priora & euidētiora feciſſe diffinitionē, partes autem eius ea quæ dicta ſunt. ¶ Secundus autem ſicut eſt in genere res nō ſita eſt in genere. In omībus enim huiuſmodi peccatum eſt in quibus nō prius ponitur in oratione quid eſt: vt corporis diffinitio quod habet tres dimenſiones, aut ſi quis hominem diffiniuit: qui eſt ſciens numerare. Nō enim dictum eſt habere tres dimanſiones vel quid eſt ſcire numerare. Genus aūt vult quid ſignificare: & primum ponitur eorū quæ in diffinitione dicuntur. ¶ Amplius ſi ad plura dicto eo quod diffinitur: non ad omnia aſsignauit: vt ſi grāmaticā ſcientiam ſcribendi quod profertur. Indiget enim & quoniam legendi. Nihil.n. magis ſcribendi: quam in legendi aſsignans determinauit. Quare nō alius: ſed qui vtraq; hæc dicit, eo quod plures nō cōtingit eiuſdem diffinitiones eſſe. Ergo in quibuſdam quidem ſecundū veritatem ſe habet ſicut dictum eſt in quibuſdam autē non, vt in quibus nō per ſe dicitur ad vtrunq;, velut medicū ſanitatem & ęgritudinem facere. Nam de illa quidem per ſe dicitur: de hac autem per accidens. *Simpliciter* enim alienum a medicina ęgritudinum facere. Quare nihil magis diffiniuit qui ad vtrunq; aſsignauit q̄ qui ad alterū: ſed fortaſſe ad peius: eo quod & reliquorū quiſlibet poteſt ægritudinem facere. Amplius ſi nō ad melius: ſed ad peius aſsignauit: cū ſint plura ad quæ dicitur quod diffinitur. Nam omīs diſciplina & poteſtas eius quod eſt optimū videtur eſſe. Rurſum ſi non poſitū eſt in proprio eius genere quod dictū eſt. Conſiderandū ex his (quæ ad genera ſunt) elemētis ſicut eſt dictū prius. ¶ Rurſum ſi tranſcendēs dicit genera, vt iuſtitiam æqualitatis habitū effectiuū vel diſtributiuū æqui. Tranſcendit enim qui ſic diffinit virtutem. Relinquens vero iuſtitiæ genus: non dicit quid eſt eſſe. Nam ſubſtātia cuiuſq; eſt in genere. Eſt autem hoc idē quod nō in proximū genus ponere. Nam qui virtutem & habitum dixit: & qui in proximo poſuit: omnia ſuperiora dixit:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dixit:eo ꝙ omnia ſuperiora genera de inferioribꝰ
prædicantur. Quare autem in proximum genus
ponendũ:aut omnes differentias ſuperiori gene
ri addendũ per quas determinatur proximum ge
nus. Sic erit nihil prætermiſſum, ſed pro nomine
in diffinitione dictũ erit inferius genus. Qui vero
ipſum ſuperius genus dicit:nõ dicit & inferius ge
nus, nam qui plantam dicit non dicit arborẽ. Rur
ſum in differentiis ſimiliter conſiderandũ:ſi & dif
ferentias dixit generis. ¶Nam ſi rei non ſpeciali
bus diffiniuit differẽtiis: aut ſi & omnino aliquid
huiuſmodi dixit quod nullius contingit differen
tiã eſſe, vt animal aut ſubſtantiã:palam quoniã nõ
diffiniuit. Nullius enim differẽtiæ quæ dicta ſunt.
¶Videndum autem & ſi eſt aliquid quod ediuer
ſo diuiditur dictæ differentiæ:nam ſi non eſt: palã
quoniam nõ erit quæ dicta eſt generis differẽtia.
Nam omne genus his (quæ ediuerſo diuiduntur)
differentiis diuiditur, velut animal greſsibili & vo
latili & aquatico & bipedi. Aut ſi eſt quidem edi
uerſo diuiſa differentia. Non eſt autem vera de ge
nere, nã ſi nõ eſt, palam quoniã neutra erit gene
ris differentia. Omnes enim quæ ediuerſo diuidũ
tur differentiæ vere ſunt de proprio genere. Simi
liter autem & ſi vera quidem eſt:non facit autem
appoſita generi ſpeciem. Palam enim quoniã non
erit hæc ſpecifica differentia generis. Nam omnis
ſpecifica differentia cum genere ſpeciem facit. Si
autẽ hæc nõ eſt differentia, nec quę dicta eſt quia
ea ediuerſo diuiditur. ¶Amplius ſi negatione di
uiditur genus, velut qui lineam diffinit longitudi
nẽ ſine latitudine eſſe. Nihil enim aliud ſignificat
ſcilicet ſine latitudine: quam quoniam non habet
latitudinem. Accidet ergo genus participare ſpe
ciem. Nam omne ſine latitudine aut latitudinem
habẽs eſt. Nam de omni affirmatio vel negatio ve
ra eſt, quare genus lineæ cum lõgitudo ſit ſine lati
tudine aut latitudinẽ habens erit. Longitudo aũt
ſine latitudine ſpeciei eſt ratio. Similiter autem &
longitudo latitudinem habens. Nam ſine latitudi
ne & latitudinem habens differentiæ ſunt, ex dif
ferentia & genere eſt ſpeciei ratio. Quare genus
ſuſcipiet ſpeciei rationem. Similiter autem & dif
ferentiæ, eo quod altera dictarum differẽtiarum
ex neceſsitate prædicatur de genere. Eſt autẽ di
ctus locus vtilis ad eos qui ponunt formas eſſe.
Nam ſi nõ eſt eadem longitudo: quodãmodo præ
dicabitur de genere quod latitudinem habet: aut
ſine latitudine eſt. Oportet enim de omni longitu
dine alterum eorũ verum eſſe, ſi quidem de gene
re verum eſſe debeat, hoc autem nõ accidit. Sunt
autem & ſine latitudine:& latitudinem habentes
lõgitudines. Quare ad illos ſolos vtilis hic locus,
quicũqꝫ genus vnum numero dicunt eſſe:hoc au
tem ſolas formas faciunt qui ponunt. Nam ipſam
longitudinem & ipſum animal genus dicunt eſſe.
¶Fortaſſe autem in quibuſdã, & neceſſarium eſt
negatione vti diffinientẽ:vt in priuationibus : nã
cæcum eſt quod non habet viſum cũ natum eſt ha
bere. Differt autẽ nihil negatione diuidere genus
aut huiuſmodi affirmatione:qua negatione neceſ
ſe eſt ediuerſo diuidi, vt ſi longitudinem habẽs la
titudinem diffiniuit. Nam habenti latitudinẽ edi
uerſo diuiditur non habens latitudinem nec aliud
quidquã. Quare negatione rurſum diuiditur ge
nus. ¶Rurſum ſi ſpeciem vt differentiam aſsigna
uit, velut qui fraudem iniuriam cũ illuſione diffini
uit. Nam illuſio iniuria quædã. Quare non diffe
rentia, ſed ſpecies eſt illuſio. ¶Amplius ſi genus
vt differentiã dixit, vt virtutem habitũ bonũ vel
ſtudioſum. Nam bonũ eſt genus virtutis. An non
genus eſt bonum:ſed differentia? Si quidem verũ
quoniam non cõtingit idem in duobus generibus
eſſe non continẽtibus ſe inuicem. Nam neqꝫ bonũ
continet habitum:neqꝫ habitus bonũ. Non enim
omnis habitus bonum : neqꝫ omne bonum habi
tus, quare non erunt genera ambo. Quoniã ergo
habitus genus virtutis:palã quoniã bonum non
genus:ſed magis differentia eſt. Amplius habitus
quidem quid eſt virtus ſignificat : bonum autem
nõ quid eſt:ſed quale quidem eſt. Videtur autem
differentia quale quid ſignificare. ¶Vidẽdum au
tem & ſi non quale quid:ſed hoc aliquid ſignificat
aſsignata differentia. Videtur autem quale quid
omnis differẽtia ſignificare. ¶Intendendũ aũt:&
ſi ſecundũ accidens ineſt diffinitio differẽtia. Nul
la enim differentia eſt eorum quæ ſecundum acci
dens inſunt: ſicut nec genus. Non enim contin
git differentiam ineſſe alicui & non ineſſe. ¶Am
plius ſi prædicatur de genere differentia vel ſpe
cies aut inferiorũ aliquid ſpeciei, nõ erit diffiniẽs.
Nullum enim eorum quæ dicta ſunt contingit de
genere pędicari eo quod genus ampliſsime om
nium dicitur. ¶Rurſum ſi prædicatur genus de
differentia. Non enim de differentia: ſed de qui
bus differentia genus videtur prædicari, vt ani
mal de homine & boue & de aliis greſsibilibus a
nimalibus, non autem de ea differentia quæ de
ſpecie dicitur. Nam ſi ſecundum vnanquanqꝫ dif
ferentiarum animal prædicatur: multa animalia
de ſpecie prædicabuntur. Nam differentiæ de ſpe
cie prædicantur. ¶Amplius differentiæ omnes
aut ſpecies aut indiuidua erunt, ſi quidem ſunt
animalia. Nam vnunquodqꝫ animalium aut ſpe
cies aut indiuiduum eſt. Similiter autem perſpi
ciendum & ſi ſpecies aut inferiorum ſpeciei ali
quod de differentia prædicatur. Impoſsibile eñ
eo quod de pluribus differentia quam ſpecies di
citur. ¶Amplius accidet differentiam ſpeciem eſ
ſe quidem prædicabitur de ea aliqua ſpecierum.
Nam ſi de differẽtia prædicatur homo palam quo
niam differentia eſt homo. ¶Rurſum ſi non prior
eſt differentia ſpecie. Nam genere quidem poſte
rior eſt: ſpecie autẽ priorem differẽtiam eſſe opor
tet. Conſiderãdum autem & ſi diuerſi generis eſt
dicta differentia, neqꝫ contenti, neqꝫ cõtinentis.
Non videtur enim eadem differentia duorum ge
nerum eſſe non continentium ſe inuicem. Si autẽ
non

non: accidet & ſpeciem eandẽ in diuerſis generi
bus eſſe non continentibus ſe inuicẽ. Infert enim
vnaquęqꝫ differẽtiarũ propriũ genus: velut greſ
ſibile, & bipes animal inferũt:quare de quo diffe
rentia, & generũ vtrunqꝫ. Palam ergo qm̃ ſpecies
in duobus erit generibus non cõtinentibus ſe in
uicem. An non impoſsibile eandem differentiam
duorum generũ eſſe non continentiũ ſe inuicem:
ſed addendũ neqꝫ vtriuſqꝫ ſub eodem exiſtentis?
Nam greſsibile animal, & volatile animal genera
ſunt nõ continentia ſe inuicẽ: & vtriuſqꝫ eorũ eſt
bipes differentia: quare addendũ qm̃ neqꝫ ſub eo
dem vtrunqꝫ exiſtit. Nam hæc ambo ſub animali
ſunt. Palam aũt qm̃ & non neceſſe eſt differentiã
omnẽ propriũ genus inferre: eo ꝙ contingit ean
dem duorũ generum eſſe non cõtinentiũ ſe inui
cem: ſed alterũ tantum neceſſe eſt inferre, & ſupe
riora hæc om̃ia: vt bipes greſsibile, vel volatile in
fert animal. ¶Videndũ aũt & ſi eſſe ĩ aliquo diffe
rentiã aſsignauit ſubſtãtiæ. Non videt̃ eñ differ
re ſubſtãtia a ſubſtãtia in eo, qđ vbi eſt. Quare &
eos, qui greſsibili, & aquatili diuidũt animal ĩcre
pant veluti greſsibile, & aquatile alicubi ſignifi
cent. An in his quidẽ non recte increpant? Non
enim in aliquo, neqꝫ ſignificat aquatile: ſed quale
quid: nam & ſi in ſicco ſit: ſimiliter aquatile: ſimili
ter aũt & terreſtre: & ſi in humido ſit: ſimiliter ter
reſtre: ſed non aquatile erit. Attamen ſi qñ ſigni
ficat in aliquo differẽtia: palam qm̃ peccans erit.
¶Rurſum ſi paſsionẽ differentiã aſsignauit. Om
nis eñ paſsio cum magis ſit detrahit a ſubſtantia:
differẽtia autẽ non huiuſmodi eſt. Nam magis vi
detur ſaluare differentia id cuius eſt differẽtia: &
ſimpliciter eſt impoſsibile eſſe ſingulũ ſine ꝓpria
differentia. Nam cũ non eſt greſsibile: non erit ho
mo. Simpliciter autẽ dicendo ſecundũ quæcunqꝫ
alteratur habẽs nihil horum differẽtia illius. Om
nia enim huiuſmodi cũ magis fiunt abiiciũt a ſub
ſtantia. Quare ſi aliquã huiuſmodi differentiã aſ
ſignauit: peccauit: ſimpliciter enim non alteramur
ſecundum differentias. Et ſi alicuius eorum, quæ
ſunt ad aliquid: non ad aliud quid differentiã aſsi
gnauit. Nam eorũ, quę ſunt ad aliquid, & differen
tiæ ad aliquid, vt & in diſciplina. Speculatiua eñ
& actiua, & effectitiua dicitur: vnũquodqꝫ autem
horum ad aliquid ſignificat. Speculatiua enim ali
cuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuiꝰ. ¶Cõ
ſiderandũ autem, & ſi ad quod natũ eſt ſingulum
eorum, quæ ſunt ad aliquid aſsignauit diffiniens.
Nam in quibuſdã quidẽ ad quod natũ eſt ſingulũ
eorũ, quæ ſunt ad aliquid ſolũ eſt vti: ad aliud aũt
nihil: vt viſu ad videndũ: quibuſdã autẽ & ad ali
quid aliud: vt ſi dolio ſane hauriet aliquis. Atta
men ſi quis diffiniuit dolium inſtrumentũ ad hau
riendum peccauit. Non autẽ ad hoc natũ eſt: diffi
nitio autẽ eſt ad quod natũ, ad quod vtitur pru
dens, & q̃ circa ſingulũ quodqꝫ propria eſt diſcipli
na. ¶Amplius ſi non primi aſsignauit qñ contin
git ad plura dictum eſſe: vt prudentiam virtutem
hominis, aut animæ, & non rationabilis: primum
enim rationalis prudẽtia eſt virtus. Nã ſecundũ
hoc, & anima: & homo dicitur prudẽs. ¶Amplius
ſi non ſuſceptibile eſt, cuius dicit̃ diffinita paſsio,
vel diſpoſitio, vel quoduis aliud: peccauit. Nam
omnis diſpoſitio, vel paſsio in illo nata eſt fieri cu
ius eſt diſpoſitio, vel paſsio: vt & ſciẽtia in anima
diſpoſitio exiſtens animæ. Aliqñ aũt peccant in
talibus: vt quicunqꝫ dicunt qm̃ ſomnus eſt in po
tẽtia ſenſus: & dubitatio æqualitas cõtrariarũ ra
tiocinationum: & dolor diſtãtia naturaliũ partiũ
cum violẽtia. Nã neqꝫ ſomnus ineſt ſenſui: & opor
teret ineſſe ſi impotẽtia ſenſus eſſet. Similiter au
tem neqꝫ dubitatio contrariis ratiocinationibus:
neqꝫ dolor naturalibus partibus ineſt. Dolębunt
enim inanimata ſi dolor eis ineſt: talis autem & ſa
nitatis diffinitio : ſi quod eſt mediocritas calido
rum, & frigidorum. Neceſſe eſt enim ſana eſſe ca
lida, & frigida. Nam ſingulorum mediocritas illis
ineſt, quorum eſt mediocritas: quare ſanitas ineſt
eis. ¶Amplius hoc, quod fit in effectiuum, aut
econtrario: accidit ponere ſic diffinientibus. Non
enim eſt dolor diſtantia naturaliũ partiũ: ſed effe
ctiuum doloris: nec ſomnus impotẽtia ſenſus: ſed
effectiuum alterũ alterius. Aut enim propter im
potentiã dormimus, aut propter ſomnũ impoten
tes ſumus. Similiter autem & dubitationis videbi
tur effectiuũ eſſe cõtrariarũ æqualitas ratiocina
tionum. Qñcunqꝫ enim ad vtraqꝫ ratiocinãtibus
nobis ſimiliter vident̃ oĩa ſcđm vtrunqꝫ fieri: du
bitabimus vtrum agamus. ¶Amplius ſcđm tem
pora oĩa cõſiderandũ ſicubi diſſonet: vt ſi immor
tale diffiniuit animal nunc incorruptibile eſſe. Nã
nunc incorruptibile animal nunc immortale erit.
An in hoc quidẽ non accidit? dubiũ enim eſt nũc
incorruptibile eſſe. Aut eñ qm̃ non corrũpitur:
nunc ſignificat: aut qm̃ non poſsbile corrũpi nũc:
aut qm̃ huiuſmodi eſt nunc, vt nunquã poſsit cor
rumpi. Quando ergo dicimus qm̃ incorruptibile
nunc eſt animal: nõ hoc dicimus, qm̃ nunc tale eſt
animal: ſed vt nunquã corrumpi: hoc autẽ immor
tali idem erat. Quare non accidit nunc idem im
mortale eſſe. Sed tamẽ ſicubi accidit, quod ſecun
dum diffinitionẽ quidẽ aſsignatũ eſt ineſſe nunc,
vel prius: qđ vero ſecundũ nomen non ineſt: non
erit idẽ: vtendũ ergo hoc loco queãdmodũ dictũ
eſt. ¶Perſpiciendũ autẽ: & ſi ſecundũ aliud quid
magis dicitur, qđ diffinitur: quã ſecundũ aſsigna
tam rationẽ: vt ſi iuſtitia poteſtas æqui diſtributi
ua eſt: iuſtus eñ magis eſt, qui eligit æquũ diſtri
buere: eo qui poteſt. Quare nõ erit iuſtitia poten
tia ęqui diſtributiua. Nam & iuſtus eſſet maxime,
qui poſſet ęquũ diſtribuere. ¶Amplius ſi res qui
dem ſuſcipit magis: quod autẽ ſecundũ diffinitio
nem aſsignatur, non ſuſcipit. Aut econtrario qđ
ſecundũ diffinitionẽ ei aſsignat̃, ſuſcipit: res autẽ
non. Oportet eñ aut vtraqꝫ ſuſcipere: aut neutrũ:
ſiquidẽ idem eſt, quod ſecundũ rei diffinitionem
aſsignatur. ¶Amplius ſi ſuſcipiunt vtraqꝫ qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

dem magis: non ſimul vtraq; augmentū ſumunt:
vt ſi amor concupiſcētia conuentionis eſt. Nā ma-
gis amans non magis concupiſcit cōuentionem.
Quare non ſimul vtraq; ſuſcipiunt magis oporte-
ret autem ſi idem eſſent. ¶ Amplius ſi duobus ali-
quibus propoſitis, de quo res magis dicitur: id ſe-
cundum diffinitionē minus dicitur: vt ſi ignis eſt
corpus ſubtiliſsimum. Ignis enim magis flamma,
quā lux. Corpus autē ſubtilliſsimum minus flam-
ma, q̄ lux. Oportet autē vtraq; magis ineſſe eidē:
ſi idem eadē ſint. ¶ Rurſum ſi hoc quidem ſimili-
ter ineſt propoſitis: illud aūt non ſimiliter vtriſq;:
ſed alteri magis. ¶ Amplius ſi ad duo diffinitionē
aſsignauerit ſecundum alterutrum: vt bonum,
quod per viſum, aut per auditum delectabile, &
ens, quod poſsibile eſt pati, aut facere. Simul em̄
idem & bonum, & non bonum eſt: ſimiliter autem
& ens, & non ens. Nam per auditum delectabile
idem bono erit. Quare quod non delectabile eſt
per auditum non bono idem. Nam eiſdem & op-
poſita eadem erunt. Opponitur autē bonum qui-
dem, & non bonum per auditum non delectabile.
Palam ergo quoniā idem non delectabile per au-
ditū non bono. Si ergo aliquid eſt per viſum qui-
dem delectabile: per auditū autem non: & bonū,
& non bonum erit. Similiter autem oſtendemus
quoniā idem ens, & non ens. ¶ Amplius & gene-
ribus, & differentiis, & aliis omnibus, quæ in diffi-
nitionibus ſunt aſsignatis eis, qui diffinitiōes pro
nominibus faciunt cōſiderandū ſi quid diſſonet.

¶ Loci alij de diffinitione in oppoſitis. Cap. 3.

SI autē ſit ad aliquid, quod diffinit̄: aut
per ſe, aut ſecundū genus: conſideran-
dum ſi non dictum eſt in diffinitione
ad quod dicitur, aut ſecūdum ipſum,
aut ſecundū genus: vt ſi ſcientiam dif-
finiuit opinionem indiſſuaſibilē: aut etiam volun-
tatem appetitum ſine triſtitia. Omnis enim eius,
quod eſt ad aliquid ſubſtantia ad alterū: eo quod
idem ſit vnicuiq; eorum, quæ ſunt ad aliquid eſſe
idipſum, quod eſt ad aliquid quodāmodo ſe habe-
re: oportebat ergo ſcientiā dicere opinionē ſcibi-
lis: & voluntatē appetitum boni. Similiter autē &
ſi grāmaticam diffiniuit ſcientiā literarū: oporte-
bat em̄ aut ad quod ipſum dicit̄: aut ad q̄d genus
in diffinitione aſsignari. ¶ Aut ſi alicuius ad ali-
quid dicti nō aſsignauit ad finē. Finis autē in vno
quoq; eſt, quod optimū eſt. Aut cuius gratia alia
ſunt. Dicendū ergo aut optimū, aut vltimū: vt cō-
cupiſcentiam non delectabilis: ſed delectationis:
nam propter hanc, & delectabile eligimus. Conſi-
derandū & ſi generatio eſt, ad q̄d aſsignauit, vel
actus: nihil enim taliū finis. Nam magis egiſſe fi-
nis: quā fieri, & agere: an non in omnibus verum
huiuſmodi: pene em̄ plurimi delectari magis vo-
lunt, quā quieuiſſe delectari. Quare agere magis
finē quis ſtatuat, quā egiſſe. ¶ Rurſum in quibuſ-
dam ſi nō determinauit qualis, vel quāti, vel vbi,
vel ſcd̄m alias differētias: vt ambitioſus, & qualis,
& quanti appetēs eſt honoris. Nam oēs appetūt
honorem. Quare non ſufficit ambitioſum dicere,
qui appetit honorē: ſed addere oportet dictas dif-
ferētias. Similiter autē & auarus quantas appetit
pecunias: aut luxurioſ⁹ circa quales voluptates.
Non enim quia qualibet voluptate retinet̄: luxu-
rioſus dicit̄: ſed qui ab aliqua. Aut rurſum qui dif-
finiuit noctē vmbrā terrę: aut ſuccuſsionē motum
terrę: aut nubem denſitatē aeris: aut ventum mo-
tum aeris. Addendū enim quāti, & qualis, & vbi,
& a quo. Similiter autem & in aliis talibus. Relin-
quens enim dexterā quamlibet: non dicit, quod
eſt eſſe: oportet autē ſemper ad id, quo indiget ar-
gumentari: non enim quolibet modo terra mota,
neq; quantacunq; ſuccuſsio erit. Similiter autem
neq; aere quolibet modo, neq; quantocunq; mo-
to: ventus erit. ¶ Amplius in appetitibus ſi non
appoſitū eſt, quod videtur: & in quibuſlibet aliis
conuenit: vt qm̄ voluntas appetitus boni: cōcupi-
ſcentia autem appetitus delectabilis: ſed non ap-
parentis boni, vel delectabilis: plerunq; enim la-
tet appetentes, quod bonū, aut delectabile. Qua-
re non neceſſariū bonum, vel delectabile eſſe: ſed
apparens tantum: oportebat ergo ſic & aſsigna-
tionem facere. Si autem & aſsignauerit, quod di-
ctum eſt: in ſpecies ducendum eum, qui ponit for-
mas eſſe: nō enim eſt forma vllius apparētis. Spe-
cies autē ad ſpeciē videtur dici: vt per ſe cōcupiſ-
centia per ſe delectabilis: & per ſe voluptas per ſe
boni. Apparētis autē boni non erit per ſe volun-
tas: neq; apparētis delectabilis per ſe cōcupiſcen-
tia. Incōueniēs em̄ eſt eſſe per ſe apparēs bonum
vel delectabile. ¶ Amplius ſi ſit quidē habit⁹ diffi-
nitio: conſiderandū in illud, q̄d habet: ſi autem ha-
bentis habitus. Similiter autē & in aliis talibus: vt
ſi delectatio eſt, quod iuuatio, & delectatus iuua-
tus. ¶ Vniuerſaliter autem dicendo in huiuſmodi
diffinitionibus quodāmodo vno plura accidit eū
qui diffinire. Nam qui ſcientiā diffiniuit: quodam
modo & ignorantiā diffiniuit. Similiter aūt & ſciū
& inſciū, & ſcire, & ignorare. Nam primo palā fa-
ctę: & reliqua quodāmodo palā fiunt. Perſpiſcien-
dum ergo in omnibus talibus ne quid diſſonet: eis
qui elementis vtuntur ex contrariis, & cōiugatis.
¶ Amplius in his, q̄ ad aliquid ſunt cōſiderandū
ſi ad q̄d genus aſsignat̄, & ſpecies ad illud quodā
aſsignat̄: vt ſi opinio ad opinatū: & cuędā opinio
ad quoddā opinatū: & ſi multiplex ad ſubmulti-
plex: & quoddā multiplex ad quoddā ſubmulti-
plex. Si aūt non ſic aſsignat̄ palam qm̄ peccatur.
¶ Videndū autē & ſi oppoſiti oppoſita diffinitio:
vt ſi dimidij, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis.
Nam ſi duplex eſt, q̄d ię quali ſuperat dimidiū: &
dimidiū, q̄d inæquali ſuperat̄. ¶ In contrariis aūt
ſimiliter. Nam cōtraria contrarij diffinitio erit ſe-
cundū vnam aliquā cōplexionē contrariorū: vt ſi
iuuatiuū quidē effectiuū boni eſt nociuū effecti-
uum mali, aut corruptiuū boni. Alterū enim horū
neceſſarium eſt contrariū eſſe ei, q̄d ex principio
dictum eſt. Si ergo neutrū cōtrariū eſt ei: quod ex
principio dictum eſt: palam qm̄ neutra erit earū,
quę poſterius ſunt aſsignatę contrarij diffinitio.
Quare neq; q̄ ex pricipio aſsignata eſt diffinitio:
recte aſsignata eſt. ¶ Qm̄ autē quædā contrario-
rum priuatione alterius dicuntur. Vt inæqualitas
priuatio æqualitatis videt̄ eſſe. Inæqualia enim,
quę nō æqualia ſunt, dicunt̄: palam qm̄ q̄d ſecun-
dum priuationē quidē dicitur contrariū neceſſa-
rium eſſe diffinire per alterum. Reliquū vero non
iam oportet per id, quod ſecundū priuationē dici-
tur diffiniri. Non em̄ contingit alterutrū per alte-
rum cognoſci. Conſiderandū igitur in contrariis
huiuſmodi peccatū: vt ſi quis diffiniuit æqualita-
tem contrariā inæqualitati. Nam per hoc, quod
ſecundū priuationē dicitur, & diffinitur. Amplius
ſic diffinientem neceſſe eſt eo quod diffinitur vti.
Patet autē hoc ſi accipiat̄ pro nomine diffinitio.
Nam quia nihil reffert dicere inæqualitatē priua-
tionem æqualitatis: & erit æqualitas contrarium
priuationi æqualitatis. Quare eodē erit vſus. Si
autem neutrū contrariorū ſecundū priuationē di-
catur: aſsignatur autem oratio ſimiliter vt bonū
cōtrarium malo: palam enim quoniam & malum
contrariū bono erit. Nam ſi contrariorū ſimiliter
oratio aſsignāda. Quare rurſum eodē quod diffi-
nitur, accidit vti: ineſt enim in mali ratione bonū.
Quare qm̄ bonum eſt malo cōtrarium: malum au-
tem nihil differt: vel bono contrariū: erit bonum
contrariū boni contrario: palam ergo qm̄ eodem
vſus eſt. ¶ Amplius ſi quod ſecundū priuationē
dicitur aſsignans: non aſsignauit cuius eſt priua-
tio: vt habitus, aut contrarij, aut cuiuſcunq; horū
eſt priuatio. Et ſi non in quo natū eſt fieri addidit,
vel ſimpliciter, vel in quo primo natū eſt fieri: vt
ſi ignorantiā dicens priuationē: non ſcientiæ pri-
uationē dixit: aut ſi non addidit in quo natum eſt
fieri: aut addens non in quo primo aſsignauit: vt
qm̄ non in rationali: ſed in homine, vel in anima:
nam ſi quodlibet horum non faciat: peccat. Simili-
ter autē & ſi cæcitatem non viſus priuationem in
oculo dixit. Oportet autē bene aſsignantē diffini-
tionem quid eſt, & cuius eſt priuatio aſsignare, &
quid eſt, quod priuatū eſt. ¶ Videndū autem & ſi
non ſecundū priuationē dictum: priuatione diffi-
niuit: vt & in ignorantia videbitur eſſe huiuſmodi
peccatū: his, qui non ſecundū negationē ignoran-
tiam dicunt: nam quod non habet ſcientiā: non vi-
detur ignorare: ſed magis quod fallitur: propter
quod neq; inanimata, neq; pueros dicimus igno-
rare. Quare non ſecundū priuationē ſcientiæ ig-
norantia dicitur. ¶ Amplius ſi ſimilibus nominis
caſibus ſimiles diffinitionis caſus aptantur: vt ſi
adiutiuum eſt effectiuum ſanitatis: adiutiuæ eſt
ſanitatis effectiuæ: & adiuuans efficiens ſanitatē.
¶ Conſiderandū & in forma ſi aptabitur dicta dif-
finitio. In quibuſdā enim nō accidit, vt queādmo-
dum Plato diffiniuit: mortale addens in animaliū
diffinitionibus. Nam forma non erit mortalis, vt
ipſe homo: quare non aptabitur ad formam diffi-
nitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effe-
ctiuum, aut paſsiuum neceſſe eſt diſſonare in for-
ma diffinitionem. Impaſsibiles enim, & immobi-
les videntur eſſe formę his, qui dicunt formas eſſe:
aduerſum hos autē, & huiuſmodi rationes vtiles.

¶ Alij loci de diffinitione. Cap. 4.

AMplius ſi eorum, quæ ſecundū equi-
uocationem dicūtur vnam diffinitio-
nem omnium cōmunem aſsignauit.
Vniuoca em̄, quorū vna eſt ſecundū
nomen oratio: quare nullius eorum,
quæ ſub nomine ſunt: aſsignata eſt oratio: eo q̄ ſi-
militer ad omne equiuocum aptatur. ¶ Paſſus eſt
autem hoc & Dionyſij vitæ diffinitio: ſiquidē eſt
motus generis nutribilis naturaliter inſeruiens:
nihil enim hoc magis animalibus, quam plantis
ineſt: vita autem non ſecundum vnam ſpeciem
videtur dici: ſed altera quidem animalibus alte-
ra plantis ineſt. Ergo contingit quidem & ſecun-
dum electionem ſic aſsignare diffinitionem: vt ſi
vniuoca, & ſecundum vnam ſpeciem omnis vita
diceretur. ¶ Nihil aūt prohibet & eum, qui con-
ſpicit equiuocationem: & qui alterius vult diffini-
tionē aſsignare. Latere non propriā: ſed commu-
nem vtriſq; orationem aſsignare. Sed nihil minus
ſi vtrolibet modo fecit, peccauit. ¶ Quoniā autē
quædam latēt equiuocorū interroganti quidem,
vt vniuocis vtendum. Non enim aptabitur alte-
rius diffinitio in alterum. Quare videbitur non di-
ſtinguendū hoc pacto. Oportet enim in omne vni-
uocum aptari. Idem autē reſpondenti diſtinguen-
dum eſt. ¶ Qm̄ autem quidem reſpondentiū vni-
uocum quidem dicunt eſſe equiuocum, quando
non aptatur ad omne aſsignata oratio. Equiuo-
cum autē vniuocam ſi ad vtrunq; aptatur præcon-
feſsione vtendū pro talibus: aut præſyllogizan-
dum qm̄ equiuocum, vel vniuocū, aut vtrum fue-
rit. Magis enim concedūt non præuidētes, quod
accidere debet. Si autē non facta confeſsione di-
xerit aliquis vniuocum equiuocū eſſe, eo q̄ non
aptatur, & in hoc aſsignata oratio. Conſiderandū
ſi huius oratio aptatur & ad reliqua. Palam enim
qm̄ vniuocum erit reliquis. Si autem non: plures
erunt diffinitiones reliquorum. Nam duæ ſecun-
dum nomen orationes aptabūtur ad eadem: quæ
prior aſsignata eſt, & quæ poſterior. Rurſum ſi q̄s
diffiniens aliquid eorū, quæ multipliciter dicun-
tur: & oratio non accōmodatur ad om̄ia: qm̄ equi-
uocum quidē non dicat: nomē autē non dicat ad
omnia adaptari: qm̄ nec diffinitio: dicendū cōtra
talem: quia nominatione quidē oportet vti, quæ
tradita eſt: & quæ ſequit̄: & nō mouere talia: tam-
etſi nonnulla dicenda non ſint ſimiliter pluribus.
¶ Si autē alicuius eorū, quæ cōplectunt̄ aſsigne-
tur diffitio: conſiderandū eſt auferēti alterius eo-
rū, quæ cōplectunt̄ orationē ſi & reliqua reliqui.
Nam ſi non: palam qm̄ neq; tota totius: vt ſi quis
diffiniuit lineā finalem rectā finem plani habētis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſines cuius ſuperadditur medium finibus: ſi finalis lineæ oratio eſt finis plani habentis fines: recte oportet eſſe reliquũ cuius medium ſuperadditur finibus. Sed infinita, neqꝫ medium, neqꝫ fines habet: recta autem eſt: quare non eſt reliqua reliqui diffinitio. ¶ Amplius ſi cum ſit compoſitũ, quod diffinitur: equimembris diffinitio aſsignetur diffinitio. Equimembris autẽ dicitur diffinitio eſſe quando quot fuerint compoſita: tanta & in diffinitione nomina, & verba fuerint. Neceſſe eſt em̃ in talibꝰ ipſorum nominũ permutationẽ fieri: aut omnium, aut aliquorũ, eo quod nihil plura nunc, quã prius nomina dicta ſunt. Oportet autẽ diffiniẽtem rationibus pro nominibus aſsignare: maxime quidẽ omnibꝰ: ſi autẽ non: ſaltẽ in pluribus. Sic enim & in ſimplicibus, qui nomen tranſſumit non diffiniens erit, vt pro tunica veſtẽ. ¶ Amplius autẽ maius peccatum & per ignotiora nomina tranſſumptionẽ fecerit: vt pro tunica nigra colobium atrum. Neqꝫ enim diffiniuit cũ minus ſit planum, quod ſic dicitur. ¶ Conſiderandũ autẽ & ſi per mutationem nominũ non idem iam ſignificat: vt qui contẽplatiuam ſcientiã opinionẽ contẽplatiuam dixit. Nam opinio ſcientiæ non idẽ. Oporteret autẽ ſi deberet, & totũ idem eſſe. Nam contemplatiuũ quidẽ cõmune in vtriſqꝫ rationibꝰ eſt reliquũ vero differens. ¶ Amplius ſi alterius nominum tranſſumptionẽ faciens non differentiæ: ſed generis permutationẽ fecit: velut in eo, quod dictũ eſt. Ignotius em̃ cõtemplatiua, quã ſciẽtia. Nã hoc quidẽ genus: illud aũt differẽtia. Om̃ibus autẽ euidentius genus. Cõius enim: quare nõ generis: ſed differẽtiæ oportebat trãſſumptionẽ fieri: eo quod ignotior eſt. An hæc quidẽ ridicula increpatio? Nihil enim prohibet differentiã quidem notiſsimo nomine dici genus autẽ non. Sic autẽ rebus ſe habentibus palam qm̃ generis, & non differentiæ ſcđm nomen trãſſumptio facienda. ¶ Si autẽ non nomen pro nomine: ſed orationẽ pro nomine tranſſumit: palam qm̃ differẽtię magis, quã generis diffinitio aſsignãda eſt: eo ꝙ notificandi cauſa diffinitio aſsignatur. Nam minus differentia, quã genus nota. Si autẽ differentiæ terminũ aſsignauit: conſiderandũ ſi & alicuius alius cõis eſt aſsignata diffinitio: vt cũ imparem numerum medium habẽs dixerit: determinandũ eſt quo pacto mediũ habentẽ. Nam numerus quidẽ cõis in vtriſqꝫ orationibus eſt. Imparis autẽ tranſſumpta eſt diffinitio. Habent autẽ, & linea, & corpus medium cum nõ ſint imparia. Quare non erit diffinitio hæc imparis. Si autẽ multipliciter dicitur medium: determinandũ quomodo ſe habet medium. Quare autẽ increpatio erit, aut ſyllogiſmus: qm̃ non diffiniuit. ¶ Rurſum ſi cuius orationẽ quidẽ aſsignauit eorũ, quæ ſunt, eſt quod autẽ ſub ratione non eorum, quæ ſunt: vt ſi album diffiniuit colorem igni permixtũ. Impoſsibile enim incorporeũ corpori permiſceri. Quare nõ erit color igni permixtus. Album vero eſt. ¶ Amplius quicũqꝫ non diuidunt in his, quæ ſunt ad aliquid ad quod dicitur: ſed in pluribus cõplectentes dicũt, aut omnino, aut aliquo mentiuntur: vt ſi quis medicinã diſciplinã, entis, qđ eſt, dixit. Nam ſi nulliꝰ quidẽ eorũ quę ſunt medicina eſt diſciplina: palam qm̃ tota oratio falſa eſt. Si autẽ alicuius quidẽ alicuius autem non in aliquo mentitur. Oportet enim de omni ſiquidem per ſe, & non ſecundũ accidens entis eſſe dicitur quemadmodum in aliis ſe habent ea, quæ ad aliquid ſunt. Nam omne diſciplinatum ad diſciplinã dicitur. Similiter autem & in aliis, eo ꝙ cõuertunt̃ omnia ad aliquid: omne em̃ diſciplinatũ ad aliquid. Amplius ſi is, qui non per ſe: ſed ſecundũ accidens aſsignationẽ fecit recte aſsignauit: non ad vnũ: ſed ad plura ſingulum eorum, quæ ſunt ad aliquid aſsignauit. Nihil enim prohibet idem & ens, & albũ, & bonum eſſe. Quare qui ad quodlibet horum aſsignauit: recte aſsignauit: ſiquidem is, qui ſcđm accidens aſsignauit recte aſsignauit. Amplius autẽ impoſsibile eſt huiuſmodi orationẽ propriã aſsignati eſſe. Nam non ſola medicina: ſed plures aliarũ diſciplinarum ad eſſe dicuntur. Quare vnaquæqꝫ entis diſciplina erit. Palam ergo qm̃ talis nullus eſt diſciplinæ diffinitio. Propriã enim & non cõmunẽ oportet diffinitionẽ eſſe. ¶ Quãdoqꝫ autẽ diffiniunt non rem: ſed rem bene ſe habentẽ, aut finitã. Talis autẽ & rhetoris, & latronis diffinitio: ſi ſit rhetor quidẽ, qui poteſt quod in vnoquoqꝫ eſt veriſimile conſiderare, & nihil prætermittere. Latro autẽ, qui clã ſumit: palam enim qm̃ cum talis vterqꝫ: hic quidẽ bonus rhetor: ille autem bonus latro erit. Non enim qui clam ſumit: ſed qui vult clam ſumere latro. ¶ Rurſum ſi quod per ſe eligendum eſt, vt effectiuum: vel operatiuum, vel quolibet modo pręter aliud eligendum aſsignauit: vt qui iuſtitiam legum ſaluatricem dixit, aut ſapientiam effectiuam beatitudinis. Nam ſaluatiuũ, & effectiuum eorum ſunt, quæ propter aliud eliguntur: an nihil quidẽ prohibet, quod per ſe eligendum eſt, & per aliud eſſe eligendum: ſed nihil minus peccauit: qui ſic diffiniuit, quod propter ſe eſt eligendũ. Nam vniuſcuiuſqꝫ optimũ in ſubſtantia maxime. Melius autem quod propter ſe eligendum, quam quod propter aliud. Quare id, & diffinitionem oportebit magis ſignificare.

¶ Alij loci de diffinitione. Cap. 5.

Conſiderandum autem eſt & ſi qui alicuius diffinitionem aſsignauit, aut hæc: aut quod eſt ex his, aut hoc cum illo diffiniuit. Nam ſi hæc quidem: accidet ambobus, & neutri ineſſe: vt ſi iuſtitiam, temperantiam, & fortitudinẽ diffiniuerit. Nam ſi ſint duo: vterqꝫ autem alterum habeat: vtriqꝫ iuſti erunt, & neuter: eo quod ambo quidem habent iuſtitiam: vterqꝫ autem non habet. Si autem nondum quod dictum eſt, valde inconueniens eſt: eo quod & in aliis accidat hoc, vel huiuſmodi (Nihil enim

prohibet

prohibet ambos habere minam cum neuter habeat) Sed tamen contraria ineſſe eidem omnino inconueniens videbitur eſſe. Accidet autem hoc: ſi hoc quidem temperantiã, & debilitatem habet: ille autem fortitudinẽ, & prodigalitatẽ. Ambo em̃ & iuſtitiam, & iniuſtitiam habent. Nam ſi iuſtitia temperantia, & fortitudo eſt: & iniuſtitia debilitas, & prodigalitas erit: & omnino quæcunqꝫ eſt argumẽtari idonea quoniã non idem ſunt, & partes, & totum: om̃ia vtilia ad hoc, qđ nunc dictum eſt. Videtur autem qui ſic diffinit partes toti eaſdem confiteri. Maxime autem conuenientiores ſiunt orationes, in quibus manifeſta partiũ eſt compoſitio: velut in domo, & in aliis talibus. Palam enim qm̃ cum ſint partes: nihil ꝓhibet totum non eſſe: quare non idem partes toti. Si autẽ non hęc, ſed quod ex his eſt: dixit eſſe, quod diffinitur: primum quidem conſiderandũ, ſi nihil natum eſt fieri ex his, quæ dicta ſunt. Quædam enim ſic ſe habent adinuicem, vt nihil ex eis vnum quippiam fiat, vt linea, & numerus. ¶ Amplius ſi diffinitũ quidem in vno aliquo natum eſt primo fieri: ex quibus autem dixit ipſum eſſe: non in vno primo nata ſunt fieri: ſed vtrunqꝫ in vtroqꝫ. Palã enim qm̃ non erit ex his illud: in quibus enim partes, & totum neceſſe eſt ineſſe: quare nõ in vno totum primo: ſed in pluribus. Si autẽ & partes, & totum in vno aliquo primo conſiderandũ ſi nõ in eodẽ: ſed in altero totũ, & in altero partes. Nam ĩ quo totũ in illo, & partes eſſe vident̃. Rurſum ſi cũ toto ſimul interimunt̃ partes. Econtrario enim oportet accidere partibus perẽptis totũ perimi: toto vero perempto non neceſſe eſt & partes perimi. Aut ſi totũ quidem bonũ, vel malũ: partes autẽ neutrũ, aut econtrario partes quidẽ bonæ, vel malę: totũ autẽ neutrũ. Nam neqꝫ ex neutris poſsibile bonũ quippiã, vel malum fieri: neqꝫ ex bonis, vel malis neutrũ. Aut ſi magis quidẽ alterũ bonum, q̃ alterum malũ. Qđ autẽ ex his nõ magis bonũ, q̃ malum: vt ſi imprudentia ex fortitudine, & falſa opinione. Magis enim bonũ fortitudo, q̃ malum falſa opinio. Oportet ergo & qđ ex his eſt ſequi illud qđ magis eſt: & eſſe vel ſimpliciter bonũ, vel magis bonũ, q̃ malũ. An hoc quidẽ non neceſſarium niſi vtrunqꝫ ſit per ſe bonũ, vel malũ? Multa enim effectiuorũ per ſe quidẽ non ſunt bona: mixta autem quibuſdam fiunt bona, aut econtrario: vtrũqꝫ quidem bonum, mixta autẽ mala, vel neutrum. Maxime autẽ manifeſtum, quod nunc dictum eſt in ſanatiuis, & ægrotatiuis. Nam quædam medicamentorum ſic ſe habent, vt vtrunqꝫ quidẽ ſit bonum: ſi autẽ ambo dicũtur mixta: malum. ¶ Rurſum ſi quod ex meliore, & priore eſt: non eſt totũ quidẽ peiore melius: meliore autem peius. An nihil neceſſarium niſi per ſe ſint, ex quibus componunt̃ bona? Nam in his, quę nõ per ſe ſunt bona: nihil prohibet totũ non fieri bonũ: vt in his, quæ modo ſunt bona dicta. Amplius ſi vniuocum eſt totum alteri. Non oportet enim velut nec in ſyllabis. Nulli enim literarum, ex quibus componitur ſyllaba vniuoca eſt. Amplius ſi non dixit modum compoſitionis. Non enim ſufficiens eſt ad cognoſcendum dicere ex his: non enim quod ex his: ſed quod ſic ex his eſt cuiuſqꝫ compoſitorum ſubſtantia, vt in domo. Non enim ſi quodlibet modo componatur hæc domus eſt. Si autẽ hoc cum illo aſsignauit: primũ quidẽ dicendum qm̃ hoc cum illo, aut hoc, & illud dicitur, aut hoc ex illis. Nam qui dicit mel cum aqua, vel mel, & aquã dicit, vel qđ ex melle, & aqua. Quare ſi cuilibet eorum, quę dicta ſunt idem confitebitur eſſe hoc cum illo: eadẽ conueniet dicere, quæ ad vtrunqꝫ horum prius dicta ſunt. ¶ Amplius diuidenti quoties dicitur alterum cum altero. Conſiderandum ſi nullo modo hoc illo: vt ſi dicitur alterum cum altero: aut in aliquo eodem ſuſceptibili velut iuſtitia, & fortitudo in anima, aut in loco eodẽ, aut in tẽpore eodem. Nullo autẽ modo fit verum, quod dictũ eſt in his manifeſtũ eſt qm̃ nullius erit aſsignata diffinitio: ſi nullo modo hoc cum illo eſt. ¶ Si autem diuiſo quoties dicitur alterũ cum altero verum erit in eodem tẽpore vtrunqꝫ eſſe conſiderandũ ſi cõtingit non ad idẽ vtrunqꝫ dici finẽ: vt ſi fortitudinẽ diffiniuit audaciã cum intellectu recto. Contingit em̃ audaciam quidẽ habere fraudãdi rectum autem intellectũ circa ſanatiua: ſed nondũ fortis, qui in eodem tẽpore cum illo hoc habet. Ampliꝰ ſi & ad idem ambo dicunt̃: vt ad medicinalia: nihil enim prohibet, & audaciã, & rectum intellectum habere ad medicinalia: ſed tamen nec ſic fortis, qui hoc cum illo habet. Neqꝫ em̃ ad alterũ eorum vtrunqꝫ oportet dici, nec ad idẽ quidlibet: ſed ad fortitudinis finem, vt ad præliorũ pericula, aut ſi quid magis huius finis. Quędã autem ſic aſsignatorũ nullo modo ſub dictam cadũt diuiſionẽ: vt ſi ira triſtitia eſt cũ opinione deficiendi. Nam qm̃ propter huiumodi opinionẽ triſtitia fit, hoc vult ſignificare: propter hoc autem fieri aliquid nõ eſt idem ei, quod eſt hoc quidẽ cum illo ſecundũ vllum dictorum modorũ. Rurſum ſi horum compoſitionẽ dixit totum: vt animę, & corporis compoſitionẽ animal: primum quidem conſiderandum ſi non dixit qualis compoſitio velut ſi carnem diffiniens, aut osignis, & aeris, & terrę dixit compoſitionẽ. Non enim ſufficit compoſitionẽ dicere: ſed quæ & qualis determinandũ. Non enim quolibet modo compoſitis his caro fit: ſed ſic quidẽ compoſitis caro: ſic vero os. Videtur autẽ neqꝫ eſſe omnino compoſitioni idem neutrũ eorum, quæ dicta ſunt. Compoſitioni enim diſſolutio cõtraria: dictorum autẽ neutri nihil. Amplius ſi ſimiliter eſt veriſimile omne compoſitum compoſitionem eſſe, vel nullum animalium, aut ſingulũ cum ſit compoſitum non eſſe compoſitio: neqꝫ profecto aliorum compoſitorum vllum compoſitio erit. Rurſum ſi ſimiliter in aliquo nata ſunt eſſe cõtraria. Diffiniuit autẽ per alterum: palã qm̃ non diffiniuit. Si autẽ non: plures accidet eiuſdem diffinitiones eſſe. Quid enim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

magis qui per hoc, quã qui per alterũ diffiniẽs dixit, eo ꝙ ſimiliter vtroq; nata ſunt fieri in eodem. Talis autẽ animæ eſt diffinitio: ſi eſt ſubſtantia diſciplinæ ſuſceptibilis. Nam ſimiliter & ignorantiæ eſt ſuſceptibilis. Oportet autẽ ſi non ad totam habeat aliquis argumentari diffinitionem: eo ꝙ non euidens ſit tota: ad aliquã partiũ argumentari ſi ſit nota, & non bene videatur aſsignata. Nam parte interempta: & tota diffinitio interimitur. Quæcunq; autẽ obſcurę ſunt diffinitionem corrigenti: & confirmanti ad indicandum aliquid, & habendum argumenta: ſic conſiderandũ. Neceſſe eſt reſpondenti aut ſuſcipere, quod ſumptum eſt ab interrogante: aut eundẽ declarare quid eſt, quod oſtenſum eſt a diffinitione. ¶ Amplius quemadmodum in cõtionibus ſolẽt legẽ inducere, & ſi ſit melior, quæ inducit: interimit anteriorẽ: ſic & in diffinitionibus faciendũ: & diffinitio alia ferenda. Nã ſi videtur melior, & magis manifeſtum, quod diffinitur: palam qm̄ interẽpta erit, quæ poſita eſt: eo ꝙ non ſunt eiuſdẽ plures diffinitiones. ¶ Ad omnes autẽ diffinitiones non minimũ elementũ ad ſe directe diffinire propoſitũ. Aut bene dictã diffinitionẽ reſumere: neceſſe eſt em̄ velut ad exẽplũ conſiderantẽ, & quod minus eſt: his, quæ oportet habere diffinitionẽ: & qđ appoſitum eſt ſuperflue inſpicere. Quare magis argumẽtis abundanti. Ergo quæ circa diffinitiões ſunt, in tantũ dicta ſint.

¶ Libri ſexti Topicorum Finis.

SEPTIMVS TOPICORVM LIBER, INTERPRETE BOETIO, VT PRIDEM.

¶ De eodem, & diuerſo loci. Cap. I.

Vtrum autem idem, aut diuerſum ſecundum principaliorem eorum, qui dicti ſunt de eodem modorum: dicebatur autẽ principaliter idem, qđ numero vnum. Conſiderandum ante ex caſibus, & coniugatis, & oppoſitis. Nam ſi iuſtitia idem eſt fortitudini: & iuſtus forti: & iuſte fortiter. Similiter autem & in oppoſitis. Nam ſi hæc eadem & oppoſita his eadem ſecundũ quamlibet dictarum oppoſitionum. Nihil enim differt hoc, vel hoc modo oppoſitũ ſumere eo, qđ idem eſt. ¶ Rurſum ex defectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionib⁹, & omnino ex his, quæ ſimiliter ſe habẽt ad alterutrũ. Nam quæcunque ſimpliciter eadem etiã generationes eorum, & corruptiones eædẽ: & effectiua, & corruptiua. ¶ Conſiderandum autẽ & quorum alterum maxime dicitur quidlibet: ſi & alterũ ipſorum ſecundum idem maxime dicitur: ſicut Xenocrates beatam vitã, & ſtudioſam aſsignauit eandẽ, eoq; omnium vitarũ maxime eligẽda ſtudioſa, & beata. Vnum enim maxime exigendũ, & maximum: ſimiliter & in aliis huiuſmodi: oportet autẽ vtrunq; vnum numero eſſe, qđ dicitur maximum: & maxime eligendũ. Si autẽ non: non erit oſtẽſum, quod idem. Non neceſſariũ enim ſi fortiſsimi Græcorũ ſunt peloponneſi, & lacedemonij eoſdẽ eſſe pelopõneſios, & lacedemonios, eo ꝙ non vnus numero pelopõneſius, & lacedemonius. Sed contineri quidẽ alterum ab altero neceſſariũ, vt lacedemonij a pelopõneſiis. Si autẽ non accidet ſeipſis inuicem eſſe meliores ſi non continent̃ alteri ab alteris. Neceſſe eſt enim pelopõneſios meliores eſſe, quã lacedemonios ſi non continent̃ alteri ab alteris. Nam omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter autẽ & lacedemonios neceſſe eſt meliores eſſe pelopõneſiis. Nam & iſti om̄ibus cæteris ſunt meliores. Quare ſe inuicẽ meliores fiunt. ¶ Manifeſtum ergo qm̄ vnum numero eſſe oportet, quod optimũ, & maximũ dicitur: ſi debet ꝙ idem oſtendi: propter qđ Xenocrates non idem aſsignauit. Non em̄ numero idẽ beata, & ſtudioſa vita. Quare non neceſſariũ eandem eſſe, eo quod ambę maxime eligẽdæ: ſed altera ſub altera. ¶ Rurſum conſiderandum ſi cui alterum idem: & alterum. Nam ſi non ſunt ambo eidem eadem: palam quoniam nec ſibi inuicem. ¶ Amplius autem ex his, quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt conſiderandum. Nam quæcunq; alteri accidũt: & alteri oportet accidere: & quibus alterũ eorum accidit: & alterum eorũ oportet accidere. Si autẽ aliquid horum diſſonet: palã qm̄ non eadem. ¶ Videndum autem & ſi non in vno genere prędicamẽti vtraq; ſed hoc quidem quale: illud autem quantũ: vel ad aliquid indicet. ¶ Rurſum ſi genus vtriuſq; non idem: ſed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidẽ virtus: illud autem ſcientia. ¶ Aut ſi genus quidem idem: differentiæ autem non eędem de vtroq; prædicantur: ſed de hoc quidẽ qm̄ contẽplatiua ſcientia: de illo autem qm̄ actiua. Similiter autem & in aliis. ¶ Amplius autem eo magis ſi hoc quidem ſuſcipit magis: illud autẽ non, aut ſi ambo ſuſcipiũt quidem: non ſimul autẽ velut qui magis amat, non magis cõcupiſcit coitum. Quare non idem amor, & concupiſcentia coitus. ¶ Amplius ex appoſitione, ſi idem ad vtrunq; appoſitũ non facit idem totũ. Aut ſi eodẽ ab vtroq; ablato: quod relinquitur eſt alterũ: vt ſi duplum dimidij, & multiplex dimidij idẽ dixerit eſſe. Ablato em̄ ab vtroq; dimidio: reliqua idem oporteret ſignificare: non ſignificant tamen. Nam duplũ, & multiplex autẽ eadem ſignificant. ¶ Conſiderandum autẽ non ſolũ ſi iam aliquid accidit impoſsibile ꝑ poſitionẽ: ſed & ſi poſsibile ſit ex hypotheſi fieri: velut his, qui vacuũ, & plenũ aere idẽ dicunt eſſe: palam enim quoniam ſi exeat aer: vacuũ quidem nõ minus: ſed magis erit: plenũ aũt aere non iam erit. Quare poſito aliquo ſiue vero, ſiue falſo: nihil enim differt: ſi alterum, quod interimitur alterum autẽ non: quare non idem. ¶ Vniuerſaliter autem dicendum ex his, quæ in quolibet modo

de vtroq; prædicãtur: & de quibus hæc prædicantur, conſiderandum ſi alicubi diſſonent. Nam quęcunq; de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus alterum prædicatur, & alterum prędicari oportet. ¶ Amplius qm̄ multipliciter eadem dicũtur. Conſiderandũ ſi ſecundum alium aliquẽ modum eadẽ ſunt. Nam ſpecie, vel genere eadẽ non neceſſe eſt numero eadem eſſe. Conſideram⁹ autẽ vtrum ſic eadẽ non ſic. ¶ Amplius ſi poteſt alterũ ſine altero eſſe: nõ erit enim idem ad idem: ergo loci tot dicuntur. Palam autẽ ex his, quæ dicta ſunt: quoniam omnes quidẽ ad idem ſunt deſtructiui loci: & ad diffinitionem vtiles ſunt: quemadmodũ prius dictum eſt. Nam ſi non idem indicet, & nomẽ, & diffinitio palam qm̄ non erit diffinitio aſsignata oratio. ¶ Conſtructiuorum autem locorũ nullus vtilis ad diffinitionẽ. Non enim ſufficit oſtendere idem, quod ſub oratione, & nomine eſt ad conſtruẽdum quoniam diffinitio: ſed & alia oportet omnia habere, quæ connumerata ſunt ſub diffinitione. Interimere ergo diffinitionem ſic & per hæc ſemper tentandum.

¶ De diffinitione loci alij. Cap. 2.

Si autem cõſtruere volumus: primum quidem ſcire oportet qm̄ nullus, vel pauci diſputantium diffinitionem ſyllogiſmo colligunt: ſed omnes principiũ, quod tale eſt, accipiunt, vt qui circa geometriam, & numeros, & alia huiuſmodi diſciplinas. Deinde qm̄ ex arte quidẽ alterius eſt negotij aſsignare, & quid eſt diffinitio, & quomodo diffinire oportet. Nunc aũt quantũ ſufficit ad pręſentem vtilitatẽ: tm̄ ſolum dicendũ: qm̄ poſsibile fieri eius, quod quid eſt eſſe ſyllogiſmũ. Nam ſi diffinitio eſt oratio, quæ quid eſt eſſe rei ſignificat: & opotet ea, quæ in diffinitione ponunt̃, in eo quod quid eſt de re ſola prædicari: prædicantur autẽ ſola, in eo quod quid eſt de re genera, & differẽtiæ. Manifeſtum qm̄ ſi quis ſumat ea, quæ tm̄ de re, in eo, quod quid eſt, prædicantur: qm̄ oratio hæc habens diffinitio ex neceſsitate erit. Non enim contingit aliud eſſe diffinitionem, quam rem, eo ꝙ nihil aliud in eo, quod quid eſt de re prædicat̃. Qm̄ ergo contingit ex diffinitione ſyllogiſmũ fieri manifeſtum. Ex quibus autẽ oportet conſtruere determinatũ autẽ eſt quidẽ in aliis ſubtilius ad propoſitam autẽ methodum iidem loci vtiles. ¶ Perſpiciendum ergo in cõtrariis, & in aliis oppoſitis: & totas rationes, & ſecundũ partem conſiderãti. Nam ſi oppoſita oppoſite: & eã, quæ dicta eſt propoſitæ rei neceſſe eſt eſſe. Qm̄ autẽ contrariorum plures complexiones: ſumenda eſt ex contrariis qualiſcunq; maxime apparebit contraria diffinitio. Ergo totas quidẽ diffinitiones quẽadmodum dictum eſt conſiderandum. Particulariter autem hoc modo: primũ quidẽ quoniam aſsignatum genus recte aſsignatum eſt. Nam ſi contrarium in contrario: propoſitum autem non in eodem: palam quoniam in cõtrario erit: eo quod neceſſe eſt contraria in eodẽ genere: vel in contrariis generibus eſſe. Et differentias autẽ cõtrarias de contrariis probamus prædicari: velut de albo, & nigro. Nam illud quidẽ congregatiuũ: hoc autẽ congregatiuum viſus. Quare ſi de cõtrario cõtrarię prædicantur: de propoſito, quæ aſsignatæ ſunt, prædicabuntur: quare qm̄ & genus, & differentiæ recte aſsignatæ ſunt: palam qm̄ diffinitio erit, quæ aſsignata eſt. An non neceſſariũ eſt de contrariis contrarias differentias prædicari: niſi in eodẽ genere ſint cõtraria. Quorum aũt genera ſunt contraria: nihil prohibet eãdem differentiã de vtriſq; dici: vt de iuſtitia, & iniuſtitia. Nam illa quidẽ virtus: hæc autem vitium animæ. Quare id, quod eſt animæ differentia de vtriſq; dicitur: eo ꝙ & corporis eſt virtus, & vitium. Ergo hoc verum quoniam contrariorũ, aut contrariæ, aut eædem differentiæ ſunt. Si ergo de contrario contraria prędicat̃: de hoc autẽ non: palam quoniã quæ dicta eſt de hoc prædicabitur. ¶ Vniuerſaliter autẽ dicendum ſi diffinitio eſt ex differentiis, & genere, ſi ſit cõtrarij diffinitio manifeſta: & quæ poſita diffinitio manifeſta erit: nam qm̄ contrarium in eodem genere, vel in cõtrario. Similiter autẽ & differentiæ, aut & contrarię de contrariis, aut eædem prædicãtur: palã quoniã de proprofito, aut idem genus prædicabitur, qđ de contrario: differentiæ autẽ contrariæ, vel omnes, vel aliquæ: reliquæ autem eædem, aut econtrario. Differentiæ quidem eædem, genera vero contraria: aut ambo contraria, & genera, & differentiæ. Nam eadẽ eſſe ambo non cõtingit. Si autẽ ſecus diffinitio eadẽ contrariorũ erit. ¶ Amplius ex caſibus, & coniugatis. Neceſſe eſt enim conſequentia eſſe genera generibus, & diffinitiones diffinitionibus: vt ſi obliuio eſt ſcientiæ amiſsio: & obliuiſci amittere ſciẽtiam erit: & ſi oblitum eſſe: amiſiſſe ſciẽtiam: vno ergo quolibet eorum, quæ dicta ſunt conceſſo: neceſſe eſt & reliqua accidere. Similiter autem & ſi corruptio diſſolutio ſubſtantiæ: & corrumpere diſſoluere ſubſtantiam: & corruptiue diſſolutiue: ſi corruptiuum diſſolutiuum ſubſtantiæ: & corruptio ſubſtantiæ diſſolutio. Similiter autẽ & in aliis. Quare vno quolibet ſumpto, & reliqua omnia concedantur, oportet. Et ex ſimiliter ſe habentibus ad inuicem. Nam ſi ſalubre eſt effectiuũ ſanitatis: & euectiuum effectiuũ bonæ habitudinis erit: & iuuatiuum effectiuũ boni. Nam ſimiliter vnũquodq; eorum, quæ dicta ſunt ad ſuum finẽ ſe habet: quare ſi vnius eorũ diffinitio effectiuũ eſſe finis: & reliquorum cuiuſq; ſic erit diffinitio. ¶ Amplius ex eo, qđ eſt magis, & ſimiliter quot eſt ſimiliter quoties contingit conſtruere duas ad duo comparantem: vt ſi magis hæc huius, quã iſtius iſta diffinitio: iſta aũt, q̄ minus diffinitio eſt: & hęc, q̄ magis: & ſi ſimiliter hęc hui⁹, & iſta iſti⁹: ſi altera alteri⁹: & reliqua reliq̄. ¶ Vna aũt diffinitiõe ad duas cõparata, aut duab⁹ diffinitiõib⁹ ad vnã: nihil valet, q̄ ex magis eſt conſideratio. Nã neq; duorũ, neq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

duas eiuſdem diffinitiones poſsibile eſt eſſe.
¶Sunt autem & oportuniſsimi locorum, & qui
nunc dicti ſunt,& qui ex caſibus, & qui ex coniu-
gatis. Quare & oportet maxime continere, &
promptos habere hos: vtiliſsimi autem ad plura,
& aliorum eos, qui maxime ſunt cõmunes. Nam
illi maxime reliquorũ efficaciſsimi: vt inſpicere in
ſingularibus, & in ſpeciebus cõſiderare: ſi conue-
niat diffinitio, eo ꝙ vniuoca eſt ſpecies. Eſt autẽ
vtilis hic locus ad eos, qui ponunt formas eſſe ſi-
cut prius dictum eſt. ¶Amplius ſi trãsferẽs dixit
nomen, vel ſi idẽ de eodẽ prædicauit vt diuerſum
& ſi quis alius cõis, & efficax locorũ illo vtendũ.

¶Loci ad conſtruenda: & deſtruenda prædicata.
Caput. 3.

QVoniam autem difficilius eſt conſtrue
re, quam deſtruere diffinitionẽ ex his
quæ poſt hæc dicentur manifeſtum.
Nam noſſe eam, & ſumere ab interro
gantibus huiuſmodi ꝓpoſitiones non
ſatis facile: vt quoniã eorum, quæ ſunt in aſsigna
ta diffinitione: hoc quidẽ genus, illud autẽ diffe-
rentia: & qm̃ in eo, quod quid eſt genus tantũ, &
differentiæ prædicantur. Sine his vero impoſsibi
le eſt diffinitionis ſyllogiſmum fieri. Nam ſi quæ-
dam & alia in eo, quod quid eſt de re prædicãtur
incertum vtrum, quæ dicta eſt, aut alia eius diffi-
nitio eſt: eo quod diffinitionẽ oratio, quod eſt ſig
nificans: palam autẽ & ex his: nam facilius vnum
concludere, quã plura. Ergo interimenti quidem
ſufficit ad vnum argumentari. Vnum enim quod
libet deſtruentes interimentes erimus diffinitio-
nem. ¶Conſtruenti autẽ omnia neceſſe eſt cõue
nire: qm̃ inſunt, quę in diffinitione ſunt. Amplius
conſtruenti quidẽ vniuerſaliter conſtruẽdum ſyl-
logiſmum. Oportet autẽ de omni, de quo nomen:
prædicari, & diffinitionem: & amplius adhuc con-
uerti de quo orationem, & nomen ſi debeat ꝓpria
eſſe aſsignata diffinitio. Deſtruẽti vero nõ neceſ-
ſe oſtẽdere vniuerſaliter. Sufficit eñ oſtendere ꝙ
de aliquo eorum, quæ ſub nomine ſunt diffinitio
non verificať. Et ſi vniuerſaliter oporteat deſtrue
re. Non autem qm̃ conuerti neceſsariũ, & deſtru
endo. Sufficit eñ deſtruenti vniuerſale oſtendere
qm̃ de aliquo eorũ, de quibus nomen prædicatur,
oratio non prædicať. Econtrario autẽ non neceſ
ſarium ad oſtendendũ, quoniã de quibus oratio
non prædicatur, neq; nomen prædiceť. Amplius
& ſi omni ineſt, quod ſub nomine eſt, non ſoli au
tem: interempta ſit diffinitio. Similiter autẽ & cir
ca ꝓprium, & genus ſe habet. In vtriſq; enim de-
ſtruere, quã cõſtruere facilius eſt. Ergo de ꝓprio
quidem manifeſtũ ex his, quę dicta ſunt. Nam vt
in pluribus in cõplexione propriũ aſsignať. Qua
re deſtruere quidẽ eſt vnũ interimenti: conſtruen
ti autẽ omnia ſyllogizare neceſſe eſt: pene autẽ &
reliqua omnia quæcũq; ad diffinitionẽ, & ad pro-
prium cõtinget dici. Nam & omni oportet quod
ſub nomine eſt conſtruentem mõſtrare quoniam
ineſt. Deſtruẽti autem ſufficit oſtendere vni non
ineſſe. Si vero & omni ineſt: non ſoli autem: & ſic
deſtructum eſt ſicut & in diffinitione dicebatur.
¶De genere autem quoniam conſtruere quidem
neceſſe eſt vno modo omni oſtendenti ineſſe. De-
ſtruenti autem dupliciter. Nam ſiue nulli, ſiue ali
cui oſtenſum ſit non ineſſe interẽptum eſt, quod
in principio. Amplius conſtruenti quidẽ non ſuf
ficit, quoniam ineſt oſtendere: ſed & quoniam vt
genus ineſt oſtendendum: deſtruenti autem ſuffi
cit oſtendere non ineſſe, vel alicui, vel non omni.
Videtur autem quemadmodum in aliis corrum-
pere, quam facere facilius, ſic & in his conſtrue-
re, quam deſtruere. ¶In accidente vero vniuer-
ſale quidem facilius deſtruere, quam conſtruere.
Nam conſtruenti quidem oſtendẽdum quoniam
omni: deſtruẽti autem ſufficit oſtendere vni non
ineſſe. Particulare vero econtrario facilius con-
ſtruere, quam deſtruere. Nam conſtruẽti quidem
ſufficit oſtendere alicui ineſſe: deſtruenti autem
oſtendendum quoniam nulli ineſt. Manifeſtum
autem quare omnium facillimum diffinitionem
deſtruere: plurima enim ſunt in ea aſsignata plu-
rimum, quæ dicta ſunt: ex pluribus autem citius
fit ſyllogiſmus. Veriſimile enim in multis magis,
quam in paucis peccatum fieri. ¶Amplius ad dif
finitionem quidem cõtingit, & per alia argumen-
tari. Siue enim non propria ſit diffinitio: ſiue non
genus, quod aſsignatur: ſiue non ineſt aliquod
eorum, quæ ſunt in diffinitione: interempta fit dif
finitio. Ad alia autẽ neq; quæ ex diffinitionibus,
neque contingit omnia argumentari. Sola enim,
quæ ad accidens communia ſunt omnium prædi-
ctorum. Ineſſe enim oportet ſingulum eorum,
quæ dicta ſunt. Si autem non vt proprium ineſt
genus: nondum interemptum eſt genus. Simili-
ter autem & proprium non neceſſarium, vt genus
ineſſe: neq; accidens, vt genus, aut proprium: ſed
ineſſe tantum. Quare non poſsibile ex aliis ad
alia argumentari: niſi in diffinitione tantum. Ma-
nifeſtum ergo quoniam facillimum omnium diffi
nitionem interimere: conſtruere autem difficilli-
mum. Nam & illa oportet omnia ſyllogizare, &
quoniam inſunt, quæ dicta ſunt, & quoniam ge-
nus, quod aſsignatum eſt, & quoniam propria dif-
finitio: & adhuc præter hæc quoniã indicat quid
eſt eſſe oratio: & hæc bene oportet feciſſe. ¶Alio
rum autem proprium maxime huiuſmodi. Nam
interimere quidem facilius, eo quod ex pluribus
plærunq; fit. Conſtruere autem difficillimũ quo-
niam multa oportet cõuenire: et adhuc quoniam
ſoli ineſt, & quoniam cõuerſim prędicatur de re:
facillimum autem omnium conſtruere accidens.
Nam in aliis quidem non ſolum ineſſe: ſed & quo-
niam ſic ineſt oſtendendum. ¶In accidente vero
quoniam ineſt tantum ſufficit oſtendere. Deſtrue
re autem difficillimum eſt accidens quoniam mi-
nima in eo data ſunt. Non enim conſignificat in
accidente quomodo ineſt. Quare in aliis quidem
dupliciter

dupliciter eſt interimere vel oſtendere quoniam
non ineſt vel oſtendere quoniam non ſic ineſt. In
accidente vero non eſt interimere niſi oſtendenti
quoniam non ineſt. ¶Loci ergo per quos idonei
erimus ad ſingula. Problematum argumentari: pe
ne ſufficienter annũciati ſunt.

¶Septimi libri Topicorum finis.

OCTAVVS
TOPICORVM ARISTO
telis vnicum tractatum
continens.

¶Loci ad inſtruendũ interrogãtem. Cap. I.

POST HAEC AVTEM
de ordine & quomodo opor
tet interrogare dicendum.
Oportet autem primum qui
dem eum qui interrogare de
bet locum inuenire: vnde ſit
argumentandum. Secundo
autẽ interrogationes forma
re & ordinare ſingula ad ſe. Reliquum vero & ter
tium dicere iam eadẽ alterũ. Ergo donec inueniat
locũ ſimiliter philoſophi & dialectici cõſideratio.
Iam vero hęc ordinare & interrogare propriũ dia
lectici. Ad alterũ enim omne quod huiuſmodi eſt.
Philoſopho autẽ & quęrẽti per ſe: nihil pertinet ſi
vera quidẽ ſint & nota per quæ ſyllogiſmus: & nõ
ponat ea qui reſpondet eo quod propinqua ſunt
eorum quæ ſunt ex principio: & præuideat quod
ſubſequuturũ eſt. Sed fortaſſe & ſtudioſe agetur
quoniam maxime notæ & proprinquæ ſunt maxi
me propoſitiones. Ex his. n. diſciplinabiles ſyllo-
giſmi. ¶Ergo loci quidem vnde oporteat ſumere
dicti ſunt prius. De ordine autẽ & interrogatione
diuidẽti propoſitiones dicendũ quæcũq; ſumẽdę
ſunt ad neceſſarias. Neceſſariæ autẽ dicuntur per
quas ſyllogiſmus fit. Quæ autẽ ad has ſumuntur
quatuor ſunt. Aut enim gratia inductionis vt de-
tur vniuerſale: aut in magnitudine orationis aut
ad celationem concluſionis: aut vt manifeſtior ſit
oratio. Præter has autẽ nulla eſt aſſumenda pro-
poſitio: ſed per has augere & interrogare tentan-
dum. Sunt autẽ quæ ad celationẽ certaminis gra-
tia. Sed quia omne huiuſmodi negotium ad alterũ
eſt neceſſe eſt & his vti. ¶Ergo neceſſarias quidẽ
per quas fit ſyllogiſmus nõ ſtatim præordinandũ:
ſed obeundũ ad ſuprema, vt nõ poſtulet quis con
trariorũ eandẽ diſciplinam ſi hoc voluerit ſumere:
ſed oppoſitorum poſitio enim hoc & quoniã con
trariũ eadem ſyllogizabitur, eo quod oppoſitorũ
ſunt contraria. Si vero illam nõ ponat: per indu-
ctionem ſumẽdum proponẽti in particularibus cõ
trariis. Nam aut per ſyllogiſmum aut per inductio
nẽ neceſſarias ſumendũ: aut has quidem inductio
ne illas autẽ ſyllogiſmo. ¶Quæcũq; autem valde
manifeſte ſunt: & eas oportet protẽdere. Nam ob
ſcurius eſt ſemper in diſceſsione & inductione qđ
accidere eſt ſimul, & ſimul ipſas vtiles prætẽdere
& ei qui nõ poteſt vllo modo ſumere paratũ. Quę
vero præter has ſumptæ ſunt: accipiẽdę quidem
propter has vnaquaq; autẽ illarũ taliter vtendũ.
Inducẽti quidẽ a ſingularibus ad vniuerſalia: & a
notis ad ignota. Nota autem magis quæ ſecundũ
ſenſum vel ſimpliciter vel pluribus. Celanti vero
pro ſyllogizare ea per quæ ſyllogiſmus eius quæ
ex principio eſt debet fieri: & hæc vt plurimum.
¶Erit autem hoc ſi quis non ſolum neceſſarias:
ſed & earum quæ ad has ſunt vtiles aliquam ſyllo
gizauerit. ¶Amplius cõcluſiones non dicere: ſed
poſtea ſubitas ſyllogizare, ſic enim longiſsime diſ
cedet ab ea quæ ex principio poſitione. Vniuerſa
liter autẽ dicẽdum ſic oportet interrogare eũ qui
celãter inquirit: vt interrogata omĩ oratione & di
cta concluſione: quæratur propter quid. Hoc aũt
erit maxime per antedictũ modum. Nam ſola vlti
ma cõcluſione dicta dubium quomodo accidit eo
quod nõ præuidit reſpondẽs ex quib⁹ accidit nõ
enodatis prioribus ſyllogiſmis: minime autẽ eno-
datur ſyllogiſmus concluſione, non eius ipſas pro
poſitiones nobis ponentibus: ſed illas a quibus
ſyllogiſmus fit. ¶Vtile autem & nõ cõtinuas pro-
poſitiones ſumere ex quib⁹ ſyllogiſmi: ſed permu
tatim ad aliã & ad aliam concluſionẽ. Poſitis enim
cõuenientibus iuxta ſe inuicẽ magis quod accidit
ex ipſis manifeſtũ. ¶Oportet autẽ & diffinitione
ſumere in quibus contingit vniuerſalẽ propoſitio
nẽ non in ipſis: ſed in cõiugatis. Paralogizant. n.
ſeipſos quando in coniugato ſumitur diffinitio: ſi
non vniuerſaliter cõcedentes, vt ſi oportet ſume-
re quoniã qui iraſcitur appetit pœnã propter ap-
parentẽ exanimationẽ: ſumatur autẽ. Ira eſt appe
titus pœnæ propter apparẽtem exanimationem.
Manifeſtũ autem quoniã hoc ſumpto habebimus
vniuerſaliter quod præelegimus. ¶Eis autẽ qui
in ipſis protẽdunt: ſæpe ex ipſis obſiſtere accidit
reſpõdentẽ: eo ꝙ magis ſe habeat in ipſo inſtãtia:
vt quoniã non omnis qui iraſcitur appetit pœnã,
nam parẽtibus iraſcimur quidem: non autem pœ-
nã appetimus. Fortaſſe ergo nõ vera inſtãtia eſt.
A quibuſdã enim ſufficiens pœna eſt triſtari tan-
tum: & facere penitere. Verũtamen habet aliquid
veriſimile: vt nõ videatur irrationabiliter negare
propoſitũ. In ręautẽ diffinitione nõ ſimiliter faci
le eſt inſtantiam inuenire. ¶Amplius proponere
non vt propter ipſum: ſed alterius gratia par eſt.
Verẽtur enim quæ ad poſitionem ſunt vtilia. Sim
pliciter autẽ dicendũ quam maxime facere dubiũ
vtrum quod proponitur: aut oppoſitũ ſumere ma
lint. Dubio enim exiſtẽte quod ad poſitionem eſt
vtile: magis quod eis videtur ponunt. ¶Amplius
per ſimilitudinem inquirere. Nam & veriſimile
& latet magis vniuerſale: vt quoniã queadmodũ
diſciplina & ignorãtia cõtrariorum eadẽ: ſic & ſen
ſus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſus cōtrariorū idē: aut ecōuerſo eo ꝙ ſenſus idem contrariorū: & diſciplinam. Hoc autē eſt ſimile inductioni: non tamē idem. Nam illic quidē a ſingularibus vniuerſale ſumitur; in ſimilibus autē non eſt quod ſumitur vniuerſale: ſub quo omnia ſimilia ſunt. Oportet autē & ipſum ſibimet quandoqꝫ inſtantiā ferre. In ſuſpecto enim ſe habent reſpondētes ad eos qui videntur iuſte argumētari. Vtile autem dicere quoniā conſuetum & quoniam dicitur huiuſmodi. Pigreſcunt enim quod ſolitum eſt dimouere inſtantiam non habētes, ſimiliter etiam quia vtuntur & ipſi talibus cauent ea mouere. ¶ Amplius nō properare: & ſi omnino vtile ſit. Nam cōtra properātes magis obſtāt. ¶ Amplius in parabola proponere. Nam quod propter aliud aliquid proponitur: & non propter ipſum vtile: ponēt magis. ¶ Amplius non ipſum proponere quod oportet ſumere: ſed cui cōſequēs eſt hoc ex neceſſitate. Nam & magis cōcedunt eo quod nō ſimiliter manifeſtū ſit quod accidere eſt: & ſumpto hoc ſumptū eſt & illud. ¶ Et vltimo eſt interrogare quod maxime vult ſumere. Maxime .n. prima renuūt: eo ꝙ plures interrogantiū prima interrogāt. circa quæ maxime properant. ¶ Ad quoſdam autem prima quæ vtilia ſunt protendere. Nā graues maxime prima admittūt niſi omnino manifeſtū ſit quod accidere eſt: in fine autem aduerſantur. ¶ Similiter autem & quicūqꝫ arbitrantur acres eſſe in reſpōdendo: ponentes enim prima in fine refragūtur velut nihil acciderit ex his quę poſita ſunt. Ponūt enim credentes habitui & ſuſpicātes nihil ſe eſſe paſſuros. ¶ Amplius prolōgare & intermittere quæ nihil ſunt vtili ad orationē quēadmodū deſcribentes falſo. Nam cum ſint plura dubiū in quo falſum ſit. Quare & occultant quandoqꝫ interrogantes in abſcōſo ponentes quæ per ſe poſita non ponerentur. Ergo ad celandum quidem quod dictum eſt vtendum.

¶ Pro inſtructione reſpondētis loci alij. Cap. 2.

ADornamentum vero inductione & diuiſione eorū quæ cognata ſunt. Ergo inductio quidem quale quid manifeſtum. Diuidere autem huiuſmodi vt quoniā diſciplina ad diſciplinam melior: aut in eo ꝙ certior eſt: aut ꝙ melior. Et quoniam diſciplinarū aliæ quidem ſunt ſpeculatiuæ alię autem actiuæ aliæ autē effectiuæ. Nam vnūquodqꝫ taliū coornat quidē orationē non neceſſaria autem dici ad cōcluſionem. ¶ Ad explanationem autem exēpla & parabolas afferendū. Exempla autē conuenientia & ex quibus ſcimas qualia homerus: nō qualia cherillus. Sic enim planū erit quod proponitur. ¶ Vtendum autem in diſputando ſyllogiſmo quidē ad dialecticos magis: quā ad plures. Inductione vero econtrario ad plures magis, dictum eſt autem & de his prius. ¶ Eſt autem in aliquibus quidē inducētī poſſibile interrogare vniuerſale. In aliquibus vero non facile: eo ꝙ nō poſitum ſit ſimilitudinibus nomē omnibus cōmune: ſed quando oportet vniuerſale ſumere ſic in omnibus talibus dictis. Hoc diffinire difficillimorum eſt: qualia ſunt ea quæ proferuntur huiuſmodi & qualia non: & propter hoc ſæpe numero diſſident in diſputationibus. Alij quidem dicentes ſimilia eſſe quæ nō ſunt ſimilia, alij vero dubitātes quæ ſunt ſimilia nō eſſe ſimilia. Quare tentandū in omnibus talibus nomē facere: vt neqꝫ reſpondenti liceat dubitare quoniam non ſimiliter quod infertur dicitur: neqꝫ interroganti calūniari velut ſimiliter dicto: eo ꝙ plura eorū quæ non ſimiliter dicuntur ſimilia videntur dici. ¶ Quando autem inducēti in pluribus non dederit vniuerſale: tunc iuſtum eſt exigere inſtantiā. Non dicente autē eo ꝙ in aliquibus ſic: non iuſtū eſt exigere in aliquibus non ſic. Oportet enim inducentē ſic inſtantiā exigere & probare dictum eſt. Inſtātias non in eo quod proponitur ferre: niſi vnū tantum ſit huiuſmodi, velut dualitas pariū numerus ſolus prim⁹. Oportet enim: & eū qui inſtat in altero inſtātiam ferre aut dicere quoniā hoc ſolum tale eſt. ¶ Amplius ad eos autem qui inſtant vniuerſali: nō in eo autē inſtātiam ferunt: ſed in equiuoco: vt quoniā habebit aliquis nō ſui colorem vel pedem vel manū: habebit enim pictor colorem & cocus pedem non ſuum. Diuidentē ergo in talibus interrogare. Nam latente equiuocatione bene videbitur inſtare propoſitioni. Si autem non in equiuoco: ſed in eodem inſtans præpediat interrogationem: auferentem oportet in quo inſtātia eſt: proponere reliquū vniuerſale faciendo: donec ſumat quod vniuerſale eſt, vt in obliuione & in oblitum eſſe. Non enim cōcedunt eum qui amiſit diſciplinā oblitum eſſe: eo ꝙ tranſcendente re amiſit quidem diſciplinam: oblitus autem nō eſt illius. Dicendū autē auferenti id in quo inſtātia eſt reliquū, vt ſi permanēte re amiſit diſciplinam quoniam oblitus eſt. Similiter autem & cōtra inſtantes quoniam maiori bono maius opponitur malum, proferunt enim quoniam ſanitati cum ſit minus bonum euexia maius malum opponitur. Nam ægritudinem maius eſſe malū cachexia. Auferendū ergo & in hoc in quo inſtantia eſt. Nam ablato magis ponet: vt quoniā maiori bono maius malum opponitur: niſi conferat alterum ad alterum velut euexia ſanitati. Non ſolum autem eo inſtante hoc faciendū: ſed & ſi ſine inſtantia negat: eo ꝙ pręuideat aliquid talium. Ablato enim in quo inſtantia eſt: cogetur ponere eo ꝙ non præuideat in reliquo non ſic in aliquo. Si autem nō ponat expetitus inſtantiam: non habebit reddere. Sunt autem huiuſmodi propoſitiones quæ in aliquo falſe in aliquo autem vere. In his enim eſt auferetē, reliquū verum relinquere. ¶ Si autem in multis proponēti non ferat inſtantiam: dignū eſt ponere: Nam dialectica eſt propoſitio contra quam ſic in pluribus ſe habentem nō eſt inſtantia. ¶ Quando autem contingit idem & ſine impoſſibili: & per impoſſibile ſyllogizare: demonſtranti quidem & non diſputanti nihil differt

vel

vel ſic vel illo modo ſyllogizare. Diſputanti autē non eſt vtendum per impoſſibile ſyllīſmo: nam ſi ſine impoſſibile quidem ſyllogiſmo colligat nō eſt dubitare. Quādo vero per impoſſibile ſyllogizāt: niſi valde manifeſtum ſit falſum eſſe: non impoſſibile dicūt eſſe. Quare non ſit interrogātibus: quæ volunt. Oportet autem proponere quæcunqꝫ in pluribus quidem ſi ſe habēt. Inſtantia autem aut omnino nō eſt aut nō in ſuperficie eſt conſpicere. Nam qui non poſſunt cōſpicere in quibus non ſic tanquā verū quidē ſi ponunt. ¶ Non omnem autē concluſionem interrogationem facere. Si autem nō eo renuēte nō videtur fieri ſyllogiſmus. Sæpe enim & nō interrogāte: ſed vt accidēs inferente: negāt, & hæc facientes nō videntur argui iis qui non cōſpicere poſſunt: quoniā accidit ex his quæ poſita ſunt. Quare ergo nec dicēs accidere interrogabit: illo vero negante: omnino nō videtur fieri ſyllogiſmus. ¶ Non videtur autem omē vniuerſale dialectica propoſitio eſſe vt quid eſt homo aut quot modis dicitur bonum. Eſt enim dialecticę propoſitio ad quam eſt reſpondere ſic vel non. Ad dictas autem nō eſt. Quare non ſunt dialecticæ huiuſmodi interrogationes: niſi ipſe determinans vel diuidens dicat: vt putas ne bonū ſic vel nō ſic dicitur. Nam ad talia facilis reſponſio vel affirmanti vel neganti. Quapropter tentandum ſic proponere huiuſmodi propoſitiones ſimul autē & iuſtū fortaſſe ab illo inquirere, quot modis dicitur bonum: quando eo diuidente & proponente nullo modo conceſſerit. Quiſquis autē vnam orationē multo tēpore interrogat: male inquirit. Nā ſi reſpondente quidem interrogato quod interrogatur: palam quoniam multas interrogationes interrogat aut frequenter eaſdem. Quare aut nugatur aut non habet ſyllogiſmū. Nam ex paucis omnis ſyllogiſmus, ſi vero non reſpondente: palam quoniam non increpat vel recedit. ¶ Eſt autem & conari difficile & ſuſtinere facile eaſdem hypoteſes, ſunt autem talia & quæ natura ſunt prima & quę poſtrema. Nam prima quidem diffinitione indigent. Poſtrema vero multa terminantur volēti continuū ſumere a primis: aut ſophiſticæ videntur argumētationes. Impoſſibile enim demōſtrare: aliquid eū qui non incipit a propriis principiis & copulat vſqꝫ ad vltima. Ergo diffinire non probant reſpondentes, neqꝫ ſi interrogās diffiniuerit attendūt: quodnam non facto manifeſto quidem quod propoſitum eſt non facile argumentari. Maxime autem huiuſmodi circa principia accidit. Nā alia quidem per hoc mōſtrantur: ipſa vero nō contingit per alia: ſed neceſſe eſt diffinitiōe vnūquodqꝫ cognoſcere. ¶ Sunt autē vix probanda & quæ valde proxima ſunt principio. Non enim contingit plures ad hęc rationes inuenire. Cum ſint pauca media & eius principij ex quibus neceſſe eſt monſtrare ea quæ poſt ipſa ſunt. ¶ Diffinitiones autem difficillime omnium argumentabiles ſunt quæcunqꝫ vtuntur talibus rationibus quæ primū quidem obſcura ſunt ſiue ſimplicices dicantur, ſiue multipliciter. Adhuc autē quæ neqꝫ nota vtrū principaliter vel ſecundum tranſlationem de diffinito dicantur. Nam quia obſcura ſunt non habent argumēta. Quia vero ignorantur ſuper hoc quod ſecundum tranſlationem dicuntur talia ſunt: non habent increpationem. ¶ Omnino autem omnis propoſitio ſi eſt diffile probabilis vel diffinitione indigere eſt arbitranda. Vel eſt eorum quæ multipliciter vel ec rum quæ ſecundum tranſlationem de diffinito eſſe dicantur. Vel non longe a principiis: aut quia non manifeſtum eſt primum nobis hoc idem ſecūdum quem dictorum modorum eſt quod dubitationem præſtat. Nam cum eſt manifeſtus modus palam quoniā aut diffinire oportebit aut diuidere: aut medias propoſitiones inuenire. Nam per hæc monſtrantur vltima. ¶ Et in pluribus propoſitionibus nō bene aſſignata diffinitione non facile diſputare & conari, vt vtrum vnum vni contrarium vel plura? Diffinitis autem contrariis ſecundum modum facile eſt oſtendere: vtrum contingit plura eidem eſſe contraria vel non? Eodem autem modo & in aliis diffinitione indigentibus. ¶ Videntur autem & in diſciplinis quædam ob diffinitionis defectionē nō facile monſtrari vel deſcribi, vt quoniam quæ iuxta latus ſecat planū linea ſimiliter diuidit & lineā & locū. Diffinitione autem dicta ſtatim manifeſtū eſt quod dicitur. Nā eandē ablationē habent loca & lineæ. Eſt aūt diffinitio eiuſdē orationis hæc. Simpliciter autē prima elemētorū poſitis quidē diffinitionibus vt quid linea vel quid circulus facillimū oſtendere: verum nō multa ad vnūquodqꝫ eorū eſt argumentari eo quod nō ſunt multa media. Si autē nō ponantur principiorū diffinitiones difficile fortaſſe aut omnino impoſſibile. Similiter autē his & in his quæ ſunt circa orationes ſe habet. Non ergo oportet latere quoniā difficile argumētabilis eſt propoſitio, quoniam paſſa eſt aliquid eorum quæ dicta ſunt. ¶ Quādo aūt erit ad dignitatē & propoſitionem maior quā labor diſputare ad poſitionem dubitabit aliquis vtrum ponenda ſint talia vel nō. Nam ſi nō ponat: ſed approbet, & ad hæc diſputare magis præcipiet quam quod in principio poſitum eſt ſi vero ponat credet ex minus credibilibus. Ergo ſi oportet non difficilius problema facere ponendum. Si autem per notiora ſyllogizare non ponēdum. Aut dicenti quidem non ponendum niſi notius ſit. Exercenti vero ponendum ſi verum ſolū videatur. Quare manifeſtum quoniam non ſimiliter & interroganti & docēti dignum eſt ponere. Quomodo ergo interrogare & ordinare oportet pene ſufficiunt quæ dicta ſunt.

¶ Loci pro reſpondente. Cap. 3.

DE reſpōſione autem primum quidem determinandum quod eſt opus bene reſpondentis ſicut bene interrogātis. Eſt autem interrogātis quidem ſic inducere orationē vt faciat reſponden

tem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tem dicere improbabiliſsima quam quæ propter poſitionem ſunt neceſſaria. ¶Non autem reſpondentis propter eum videri accidere impoſsibile: aut quod propter opinionem eſt: ſed propter poſitionem. Diuerſum enim fortaſſe peccatum ponere primum quod non oportet & poſitum non ſeruare ſecundum modum. Quoniam autem ſunt infinita his qui propter exercitationem & experimentum ratiocinationes faciunt. Non enim eędē conſiderationes etiā diſcentibus & docentibus & colluctātibus: neq; his & his qui exercent ſe inuicem perſpectionis cura. Nam diſcenti quidem ponenda ſunt ſemper ea quæ videntur. Neq; enim conatur falſum vllus docere. Colluctantium vero interrogantem quidem videre aliquid facere oportet omnino reſpondentem autem nihil videri pati. ¶In dialecticis autem cōuentionibus vel in his qui non colluctationis cauſa: ſed experimēti & perſpectionis faciunt: nondum enodatum eſt quid oportet coniectare reſpondentem & qualia dare & qualia non ad bene ſeruandum poſitionē. Quoniam ergo nihil habemus traditum ab aliis, ipſi aliquid dicere tētemus. ¶Neceſſe eſt autem reſpondentem ſuſtinere orationem ponētem aut probabilem aut improbabilem poſitionē aut neutrum. Et aut ſimpliciter probabilem vel improbabilem aut indeterminate vt huic alicui, vel alij nihil autem differt quodlibet modo ſi probabilis aut improbabilis ſit poſitio. Nam idem modus erit bene reſpondendi vel dandi vel non dandi quod interrogatum eſt. Nam cum improbabilis eſt poſitio: neceſſe eſt & concluſionem probabilem fieri. Cum vero probabilis: improbabilem. Nam oppoſititum ſemper poſitionis interrogans concludet. Si autem neq; probabile, neq; improbabile quod poſitum eſt: & concluſio erit talis. ¶Quoniam autem qui bene ſyllogizat ex probabilioribus & notioribus propoſitum demōſtrat: manifeſtum quoniam quando ſimpliciter eſt improbabile quod proponitur, nō dandum eſt reſpondeti nec quod non videntur ſimpliciter nec quod videntur quidem: minus autem cōcluſione videtur. Nam cum improbabilis eſt poſitio: probabilis eſt concluſio. Quare oportet omnia quæ ſumuntur probabilia eſſe & magis probabilia: quam quod ponitur, ſi debet per notiora quod minus notum eſt concludi. Quare ſi quid eorum quæ interrogantur non tale eſt: non ponendum eſt reſpondenti. Simpliciter autem ſi eſt probabilis poſitio palam quoniam concluſio improbabilis. Ponendum ergo & quæ videntur omnia & eorum quæ non videntur quæcunq; minus ſunt improbabilia cōcluſione. Nam ſufficienter ſic videbitur tractatum eſſe. Similiter autem erit & ſi neq; improbabilis neq; probabilis eſt poſitio. Nam ſic & quæ videntur omnia dandum & eorum quæ non videntur quæcūq; minus ſunt improbabilia concluſione. Similiter probabiliores accidit diſputationes fieri. Ergo ſi ſimpliciter quidem probabile vel improbabile quod ponitur ad ea, quæ videntur ſimpliciter comparatio facienda. Si autem non ſimpliciter probabile vel improbabile ſit quod ponitur: ſed reſpondenti ad ipſum quod videtur & quod non videbitur iudicandum ponendum vel non ponēdum. Si vero alterius opinionem obſeruat reſpondens: palam quoniam ad illius intellectum aſpicienti ponendū ſingula & negandum. Quare & qui ferunt extraneas opiniones (vt bonū & malum eſſe idē ſicut Eraclitus) non concedunt non adeſſe ſimul contraria eidem: nō quia non vidētur eis hæc: ſed quoniam ſecundum Eraclitum ſic dicendum faciunt, hoc autem & qui ſuſcipiūt ab aliis vel a ſe poſitiones. Coniectant enim vt dicit qui ponit. Manifeſtum ergo quæ coniectandum reſpondenti ſiue ſimpliciter probabile ſiue alicui poſitum eſt.

¶Quoniam autem eſt neceſſe omne quod interrogatur aut probabile aut improbabile eſſe aut neutrum & ad orationem vel non ad orationē eſſe. Si ſit quidem apparens: & non ad orationem dandum eſt dicenti videri, non enim interimitur (poſito eo) quod in principio. Si vero non apparens & non ad orationem dandum quidem conſignandum autem quod non videtur ad cautelam fatuitatis. ¶Si vero ſit ad orationem & videatur dicēdum quoniam videtur quidem: ſed valde propinquum ei quod in principio eſt: & interimitur hoc poſito quod propoſitum eſt. ¶Si aūt ad orationē quidem valde autem improbabile poſtulatum: accidit quidem faciendum hoc poſito: ſed valde fatuum eſſe propoſitū. ¶Si vero neq; probabile, neq; improbabile ſi nihil quidē ad orationem dandū nihil determinanti. ¶Si autem ad orationē aſsignādum quoniam interimitur poſito quod in principio eſt. Nam ſic & qui reſpondet nihil videbitur propter hoc pati: ſi præuidens ſingula poſuerit: & qui interrogat aſſequetur ſyllogiſmum poſitis ab eo omnibus probabilioribus concluſione. ¶Quicunq; vero non ex probabilioribus cōcluſione conantur ſyllogizare: palam quoniam non bene ſyllogizant. Quare ſic interrogantibus non ponendum. ¶Similiter autem & in his quæ obſcure & multipliciter dicuntur obuiandum eſt. Quoniam autem conceſſum eſt reſpondenti non intelligenti dicere: quoniam non intelligo: & multipliciter dicto non ex neceſsitate confiteri vel negare: palā quoniam primum quidem niſi planum ſit quod dicitur non pigritandum dicere non intelligo. Nam ſæpe ex eo ꝙ non plane interrogantibus dant: obuiat aliquid difficile. ¶Si autem notum quidem ſit multipliciter autem dictum: ſi in omnibus quidem verum, vel falſum ſit quod dicitur: dandum ſimpliciter vel negandum. Si vero in aliquo quidem ſi verum in aliquo autem falſum: ſignandum eſt quod multipliciter dicit: & propter hoc aliud quidem falſum aliud autem verū: poſterius enim diuiſo incertum ſi & in principio dubium conſpexerit. ¶Si autem non præuiderit dubium: ſed in alterū inſpiciens poſuerit dicēdum ad eum qui in

alterum

alterum ducit quoniam nō ad hoc inſpiciēs dedi: ſed ad alterum eorum. Nam pluribus exiſtentibus quæ ſub eodem nomine & eadem orationem ſunt facilis eſt dubitatio. ¶Si vero & planum ſit: & ſimplex interrogatum aut ſic aut non reſpondendum. Quoniam autem omnis propoſitio ſyllogiſtica aut earum aliqua eſt: ex quibus ſyllogiſmus aut propter aliquam harum palam autē quoniam alterius gratia ſumitur: ex eo quod plurima ſimilia interrogāt. Nam aut per inductionem aut per ſimilitudinem plerunq; vniuerſale ſumunt. Ergo ſingularia quidem omnia ponendum ſi ſint vera & probabilia. ¶Ad vniuerſale autem tētandum inſtantiam ferre. Nam ſine inſtantia vel quæ ſit, vel quæ videatur prohibere orationem proteruire eſt. ¶Si ergo in multis apparētem non dederit vniuerſale qui non habeat inſtantiam: manifeſtum eſt quoniam proteruit. ¶Amplius ſi neq; cōtra argumētari habeat quoniam non verū multo magis videbitur proteruire: quamuis nec hoc ſufficiat. Nam plures orationes opinionibus contrarias habemus quas difficile eſt ſoluere velut zezonis, quoniam non contingit moueri neq; ſtadium pertranſire, ſed non propter hæc quæ ſunt oppoſita his non ponendum. Si ergo qui neq; cōtra argumentari habet neq; inſtare non ponit palam quoniam potuerit. Eſt enim in diſputationibus proterua reſponſio præter dictos modos ſyllogiſmi corruptiua. Inferre autem & poſitionem & diffinitionem ipſum ſibi oportet argumētantē. Nam ex quibus interimunt inquirentes propoſitum palam quoniam his aduerſandum. Improbabilem vero propoſitionem cauendū inferre. Erat autem improbabilis multipliciter: nam & ex qua inconueniētia contingit dicere, vt ſi omnia dicat aliquis moueri aut nihil & quæcunq; peioris conſuetudinis eligere, & repugnantia conſiliis: vt quoniā voluptas bonum, & iniuriam facere quā pati melius. Non enim vt ſermocinationis cauſa inferētem: ſed vt ea quæ videantur dicentem oderunt. ¶Quecunq; vero orationum falſum ſyllogizant ſoluendum interimenti propter quod ſit falſum, non enim qui quodlibet interimit ſoluit: nec ſi falſum eſt quod interimitur, habebit enim plurima falſa oratio: vt ſi quis dicat eum qui ſedet ſcribere. Socratem vero ſedere, accidit enim ex his Socratem ſcribere. Interempto enim Socratē ſedere nihil magis ſoluta eſt oratio quāuis falſum ſit poſtulatū, ſed non propter hæc oratio falſa. Nā ſi quis ſit ſedēs non ſcribens autem: non ideo conueniet hæc eadem ſolutio. Quare non hoc interimendū: ſed ſedentem ſcribere, nō enim omnis qui ſedet ſcribit. Soluit ergo om̄ino qui interimit propter quod ſit falſum. Nouit autem ſolutionem qui ſciuit quoniam propter hæc falſa oratio, velut in his quæ falſo ſcribuntur. Non enim ſufficit inſtare nec ſi falſum ſit quod interimitur: ſed & propter quod falſum aſsignandum: ſic enim erit manifeſtum vtrū præuidens quid vel nō faciat inſtantiā.

¶Communes loci pro interrogante & reſpondente. Cap. 4.

Est autem orationem prohibere cōcludi quadruplicitet: aut enim interimere quo ſit falſum: aut ad interrogantē inſtantiam inferre: ſæpe enim non ſoluit quod interrogans non poteſt longius proferre. Tertium autem ad interrogata dicere. Accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod volumus, eo ꝙ non bene interrogata ſint: addito autem aliquo fieri concluſionem. Si ergo non amplius poteſt producere interrogans ad interrogantem erit inſtantia. Si autem poteſt ad interrogata. Quarta autem peſsima eſt inſtantiarum quæ eſt ad tempus. Quidam enim talibus inſtant ad quæ diſputare pluris eſt temporis quam præſentis exercitationis. Ergo inſtantiæ vt dictū eſt prius quatuor modis fiunt. ¶Solutio autem eſt earum quæ dictę ſunt, prima tantum. Reliquę autem prohibitiones quędam & impedimenta cōcluſionum. Increpatio vero orationis & ſecundū ipſam orationem: & quando interrogatur non eadem, plęrunq; enim ꝙ non bene diſputatur oratio is qui interrogatur eſt cauſa, eo ꝙ non concedat ex quibus plane erat diſputare ad poſitionem, nō enim eſt in altero tantū bene finire cōmune opus. Neceſſarium ergo quandoq; ad eum qui dicit & non ad poſitionem conari quando is qui reſpondet contraria interroganti obſeruat ſuadens, proteruientes: ergo certatiuas & non dialecticas faciunt exercitationes. Quoniam autem propter gymnaſium & experimentum: ſed non propter doctrinam huiuſmodi ſunt orationes: palam quoniam non ſolum vera ſyllogizādum: verum etiam falſum nec per vera ſemper: ſed quandoq; & per falſa, ſępe enim vero poſito interimere neceſſe eſt diſputantem. Quare proponenda falſa. Quandoq; autem & falſo poſito interimendum per falſa. Nihil enim prohibet alicui videri quæ nō ſunt magis quam vera. Quare ex his quæ illi videntur argumētatione facta magis erit ſuaſus quā adiutus. Oportet autem eum qui bene transfert dialecticæ & non litigioſe transferre: vt geometrā geometicę ſiue falſum ſiue verum ſit quod concludēdum eſt. Quales aūt dialectici ſyllogiſmi dictum eſt prius. ¶Quoniam autem prauus ſocius qui impedit cōmune opus: palam quoniam & in oratione, commune enim quid & in his quod proponitur eſt: præterquam in certantibus, his autem non eſt idē vtriſq; euenire. Plures enim vno impoſsibile eſt vincere. Differt autem nihil ſiue in reſpondendo ſiue interrogando fiat hoc. Nam & qui litigioſe interrogat: praue diſputat: & qui in reſpōdendo nō concedit quod videtur, neq; ſuſcipit quidquam quod vult interrogans inquirere. ¶Manifeſtum ergo ex his quæ dicta ſunt quoniam non ſimiliter increpandum & per ſe orationem & interrogantem. Nihil enim prohibet orationem quidem prauam eſſe, interrogantem vero non contingit

optime

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

optime contra reſpondentem diſputare. Nam cōtra diſcolos non poſsibile fortaſſe ſtatim ſumere quales quis vult, ſed quales contingit facere ſyllogiſmos. ¶ Quoniam autem eſt indefinitum quādo contraria & quando ea quæ ſunt in principio accipiunt homines: nam plerunq; per ſe dicentes contraria dicunt: & renuentes prius dant poſterius: eo ꝙ interrogātes contraria in principio plerunq; ſubaudiunt neceſſe eſt prauas fieri diſputationes. Cauſa autem eſt qui reſpondet hæc quidē non concedens. Illa autem talia concedens. Manifeſtum ergo quoniam non ſimiliter increpandū & interrogantes & orationes. ¶ Per ſe autem orationis quinq; ſunt increpationes. Prima quidem quādo ex interrogatis non cōcluditur: neq; quod propoſitū eſt: nec omnino nihil cū ſint vel falſa vel improbabilia aut oīa: aut plura in quibus eſt cōcluſio: & neq; ablatis quibuſdam, neq; additis, neq; his quidem ablatis illis vero additis ſit concluſio. Secunda autem ſi ad poſitionem non fiat ſyllogiſmus & ex talibus ſicut dictum eſt prius. Tertia vero ſi additis quibuſdam fiat ſyllogiſmus, hęc autem ſint peiora his quæ interrogātur & minus probabilia concluſione. Rurſum ſi ablatis quibuſdam: nam quodāq; ſumūt plura neceſſariis. Quare non in eo ꝙ hæc ſunt fit ſyllogiſmus. Amplius ſi ex improbabilioribus & minus credibilibus concluſione: aut ſi & ex veris: ſed pluri opera indigentibus demonſtrari quam problema. ¶ Non oportet autem ex omnibus propoſitionibus ſyllogiſmos dicere ſimiliter probabiles eſſe & veriſimiles, natura enim ſtatim ſunt aliqua quidem faciliora: alia vero difficiliora eorum quæ quæruntur. Quare ſi ex quibus cōtingit maxime probabilioribus affirmauerit: diſputatum eſt bene. ¶ Manifeſtum ergo quoniam nec orationis eadem increpatio & ad propoſitum & per ſe. Nihil enim per ſe quidē orationem prohibet eſſe vituperabilem: ad problema autem laudabilem, & rurſum ecōuerſo per ſe quidem laudabilem: ad problema autem vituperabilem: quādo ex pluribus probabilibus & veris eſt facile concludere. Erit autem quandoq; oratio & concluſa quam non concluſa peior, quando illa quidem ex fatuis concludit cum non ſit huiuſmodi propoſitio. Hæc autē indigeat talibus quæ ſunt probabilia vera: & nō ex aſſumptis ſit oratio. ¶ Eos autem qui per falſa verum concludunt nō iuſtum eſt increpare. Nam falſum quidem ſemper neceſſe eſt per falſum ſyllogizare, verū autem eſt quandoq; per falſa ſyllogizare. Manifeſtum autē id ex analecticis. ¶ Quoniam autem demonſtratio eſt alicuius dicta oratio ſi aliquid eſt aliud q̄ ad concluſionem nullo modo ſe habet: non erit de illo ſyllogiſmus. Si autem videatur ſophiſma erit: non demonſtratio. Eſt autem philoſophema quidem ſyllogiſmus demonſtratiuus. Argumentum ſyllogiſmus, dialecticus. Sophiſma vero ſyllogiſmus litigatorius. Apoema autem ſyllogiſmus dialecticus contradictionis. ¶ Si vero ex vtriſq; quæ videantur aliquid oſtendatur: non autem ſimiliter videantur: nihil prohibet quod oſtenditur magis altero videri. Sed ſi hoc quidem videatur: illud: autem neutro modo: aut ſi hoc quidē videatur: illud autem non videatur: ſi ſimiliter quidem ſimiliter erit & non. Si autem magis alterū: ſequetur quod eſt magis. ¶ Eſt autem quoddam & idē circa orationes peccatum quando oſtenditur per longiora quod ineſt per minora & quæ orationi inſunt, vt quoniam eſt opinio magis altera quam altera: ſi quis petat idem ſingulum magis eſſe opinabile idem vere, quare magis quam quędam eſſe ipſum: ad hoc autem quod magis dicitur quod magis eſſe: eſſe autem & eandem opinionem veram: an erit acuratius quam par ſit exigens quædam? petitum eſt autem & eādem opinionem veram eſſe & idem ſingulum maxime eſſe. Quare eadem opinio vera certior eſt. Quæ autem nequitia maior quā quæ facit circa quam oratio eſt latere cauſam. ¶ Oratio autem eſt palam vno quidem modo & publiciſsimo: ſi ſit concluſa ſic vt nihil oporteat interrogare. Vno autem & qui maxime dicitur: quando quidem ſumpta ſunt ex quibus neceſſarium eſt concluſionem eſſe quæ quidem ſint per concluſiones concluſa etiam ſi deeſt quod valde probabile eſt.

¶ Alij loci communes pro opponente & reſpondente. Cap. 5.

FAlſa autem oratio dicitur quadrupliciter. Vno quidem modo quando videtur concludi quod non cōcluditur, vocatur autem apparens litigioſorū ſyllogiſmus. ¶ Alio modo quando concludūtur quidem: non tamen ad propoſitū: quod accidit maxime in iis quæ ad impoſsibile ducūt. Aut ad propoſitum quidem concludit: non tamen ſecundum propriā diſciplinam. Hoc autem eſt quando quæ non eſt medicinalis videtur eſſe medicinalis, aut quæ nō eſt geometrica videtur geometrica: aut quæ non eſt dialectica videtur dialectica: ſiue verum, ſiue falſum ſit quod accidit. ¶ Alio autem modo ſi per falſa concludit. Hæc autem erit concluſio quandoq; quidem vera quādoq; autem falſa. Nam falſum quidem ſemper per falſa concluditur. Verum autem contingit & nō per vera: vt dictū eſt prius. Ergo falſam orationem eſſe dicētis peccatum magis eſt quam orationis: & neq; dicentis ſemper: ſed quandoq; latet eum quod falſam orationem dixit aliquam: eoq; ab ipſo pluribus veris recepimus magis: ſi ex his quæ maxime videntur interimit aliquid verum. Nam talis exiſtens verorum demonſtratio eſt. Oportet enim poſitorū aliquid non eſſe omnino. Quare erit huiuſmodi demonſtratio. ¶ Si autem verum concludatur: per falſa: & valde ſtulta: pluribus erit peius falſum ſyllogizantibus. ¶ Erit autem huiuſmodi & quæ falſum concludit. Quare palam quoniam quidem prima conſideratio

conſideratio orationis per ſe concludit. Secunda autem vtrum verū vel falſum. Tertia vero ex qualibus & quibuſdam. Nam ſi ex falſis quidem probabilibus autem: rationalis. Si autem exiſtētibus quidem improbabilibus autem: praua. Si autem & falſa & valde improbabilia: palam quoniam praua aut ſimpliciter aut ad rem. ¶ In principio autem & contraria quomodo petit interrogās: ſecundum veritatem quidem in analecticis dictum eſt. Secundum opinionem vero nunc dicendum eſt. Petere autem videntur hoc quod eſt in principio quinq; modis. Manifeſtiſsimum quidem & primū ſi quis idem quod monſtrari oporteat: petat, hoc autem in ipſo quidem non facile eſt latere. In vniuocis autem & in quibus nomen & oratio idem ſignificat magis. ¶ Secundo autem quando quid particulariter oporteat demonſtrare vniuerſaliter quis petat, vt qui argumentatur quoniam contrariorum vna diſciplina: omnium oppoſitorum probauit vnā eſſe: videtur enim quod oportebat per ſe oſtēdere cum aliis petere pluribus. ¶ Tertium ſi quis quod vniuerſaliter eſt oſtendere propoſitum particulariter petat, vt ſi de omnibus contrariis propoſitum eſt: de aliquibus probet, videtur enim hic quod cum pluribus oportebat oſtendere per ſe extra petere. ¶ Rurſus ſi quis diuidens petat: quod propoſitum eſt, vt ſi oportet oſtendere medicinam ſanatiui & ægrotatiui: extra vtrumq; probet. ¶ Aut ſi quis eorum quæ ſequūtur ſe inuicem ex neceſsitate: alterum probet: vt latus incommenſurabile eſſe diametro: cum oporteat oſtendere quoniam diameter lateri. ¶ Aequaliter autem & contraria petunt ei quod ex principio eſt. ¶ Nam primum quidem ſi quis oppoſita petiuit ſecundum affirmationem & negationem. ¶ Secundo autem contraria ſecundum oppoſitionem vt bonum & malum idem. ¶ Tertio vero ſi quis vniuerſaliter probans particulariter petierit contradictionem. Vt ſi quis ſumpſit contrariorum vnam diſciplinam: ſanatiui & ægrotatiui alteram probauerit. ¶ Aut ſi hoc petens in vniuerſali contradictionem tentauerit aſſumere. ¶ Rurſum ſi quis petat contrarium ei quod ex neceſsitate accidit per ea quæ poſita ſunt: & ſi quis ea quidem non ſumat quæ oppoſita, talia autem petat duo ex quibus erit oppoſita contradictio. Differt autem contraria recipere ab eo quod eſt in principio ſumere tātum: quoniam huius quidem eſt peccatum ad concluſionem. Nam ad illam aſpiciētes: quod in principio eſt dicimus petere. Contraria autem ſunt in propoſitionibus in eo quod habent ſe aliquo modo hæc ad inuicem. Ad exercitationem autem & meditationem talium orationum primum quidem conuerti aſſueſcere oportet orationes. Sic enim & ad hoc quod dicitur magis idoneos habebimus: & in paucis plures ſciemus orationes. Nam conuerti eſt contra ſumentem concluſionem cum reliquis interrogationibus interimere vnum eorum quæ dicta ſunt. ¶ Neceſſe. n. ſi concluſio nō eſt: vnam aliquam interimere propoſitionum: ſi ita quidem omnibus poſitis neceſſe eſt concluſionem eſſe. Ad omnem autem poſitionem & quoniam ſic, & quoniam non ſic argumentum conſiderandum: & inuenienti: ſolutionē ſtatim quærendum. ¶ Sic enim ſimilis accidet & ad interrogandum & ad reſpondendum exercerī: & ſi ad nullum alium habemus ad noſipſos ad alternatim comparanda ſunt quæ ſunt ad eandem poſitionem argumenta. ¶ Hoc enim ad cognoſcendum multam idoneitatem facit: & ad arguendum magnum habet adiutoriū, quoniam idoneus eſt aliquis argumentari, & quoniam ſic, & quoniā non ſic. Nam ad contraria accidit fieri obſeruantiam. Et ad cognitionem & ea quæ ſecundum philoſophiam eſt prudentiam poſſe conſpicere & conſpexiſſe quæ vtrinq; accidit ex hypotheſi nō paruum inſtrumentum. Nam reliquum horum recte eligere alterum. Oportet autem ad huiuſmodi eſſe boni ingenij: & hoc ſecundum veritatem bonū ingeniū poſſe bene eligere verū & fugere falſum quod qui nati ſunt bene: poteſt facere bene, nam qui amant & qui odiunt hoc quod profertur facile dicernunt optimum. ¶ Et ad ea quæ ſæpe incidunt problemata ſcire oportet orationes: & maxime de primis poſitionibus. In his enim contendūt ſæpe reſpondentes. ¶ Amplius terminorum idoneum eſſe oportet & probabilium & primorū habere ſe promptos: nam per hos fiunt ſoli ſyllogiſmi, tentandum autem & in quæ ſæpe incidunt ſermocinationes tenere. Nam quēadmodum in geometria ante opus eſt circa elementa exercitatum eſſe: & in numeris circa capitales prompte ſe habere: multum confert ad id quod eſt alium quoq; numerum cognoſcere multiplicatum. Similiter autem & in orationibus promptum eſſe ad principia & propoſitiones memoriter ſcire oportet. Nā velut in memoriali tantum loci poſiti ſtatim faciūt eadem memorare: & hoc faciunt magis ſyllogizare eo quod ad terminatas eas inſpiciant ſecundū numerum. ¶ Propoſitionemq; communem magis quam orationē in memoria ponēdum. Nam principij & hypoteſeos idoneum eſſe mediocriter difficile. ¶ Amplius orationem vnam plures facere aſſueſcendum: vt obſcuriſsime abſcondentibus. Huiuſmodi autem erit ſi quis quam plurimum abſcedat a cognatione eorum de quibus eſt oratio. Erūt autem potentes orationum vniuerſales maxime quæ hoc pati poſsit: vt quoniam nō eſt vna plurium diſciplina, ſic in his & in his quæ ſunt ad aliquid & in contrariis & coniugatis eſt. Oportet autem & rememorationes vniuerſaliter facere orationum & ſi quærit diſputans particulariter ſic enim & plures poſsibile erit vnam facere. Similiter autē & in rhetoricis enthymematibus. ¶ Eundem autem quam maxime fugere in vniuerſale ferre ſyllogiſmos. Et ſemper oportet cōſiderare orationes: ſi in pluribus communibus diſputantur. Nam omnes particulares in vniuerſali diſputatæ ſunt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſunt & ineſt in particularibus demonſtratio vni-
uerſalis: eo ꝙ non eſt ſyllogizare quidquam ſine
vniuerſali. ¶ Exercitationem autem aſsignan-
dam inductiuarum quidem ad rudem: ſyllogiſtica
rum autem ad eruditum. Et tentandum accipere
a ſyllogiſticis quidem propoſitiones: ab inducti-
uis autem parabolas. In his enim vtriq; exercita-
ti ſunt. ¶ Omnino autem exercitationis gratia
diſputantibus tentandum afferre: aut ſyllogiſmũ
de aliquo: aut propoſitionem: aut ſolutionem,
aut inſtantiam: ſiue recte, ſiue non recte, vel ipſe
vel alter & circa quid vterq;. Ex his enim pote-
ſtas. Exercitium autem cauſa poteſtatis fit. Et ma
xime circa propoſitiones & inſtantias. Eſt enim
vt ſimpliciter dicatur. Dialecticus propoſitiuus
& inſtantius. ¶ Eſt autem proponere quidem
vnum facere quę ſunt plura. Oportet enim vnum
omnino ſumere ad quod eſt diſputatio. Iſtare au-
tem quod vnum eſt facere plura. Nam aut diui-
dit aut interimit hoc quidem dans illud autem nõ
dans eorum quæ propoſita ſunt. ¶ Non eſt autẽ
cum omni diſputandum, neq; contra quemlibet
exercitandum, neceſſarium enim contra aliquos
prauas fieri diſputationes. Nam circa eum qui
omnino tentat videri profugere: iuſtum quidem
tentare ſyllogiſmum facere non pulchrum autem:
eo quod non oportet ſtatim conſiſtere cõtra quoſ
libet, neceſſe eſt enim laborioſum ſermonem acci
dere. Nam qui exercitati ſunt non poſunt abſti-
nere a diſputatione ſine altercatione. ¶ Oportet
autem & factas habere oratiões ad huiuſmo
di interrogationes, in quibus cum pauci-
ſimorũ copia ad eas plurima vtiles ha
beamus. Hę vero ſunt vniuerſales,
& ad quas in prõptu quippiam
adinuenire diffi-
cile eſt.

¶ Octaui libri Topicorum Finis.

ELENCHORVM SOPHISTICO-
rum libri duo interpre-
te Boetio.

¶ Intentio dicẽdorum ꝙ aliquis eſt ſyllogiſ-
mus ſophiſticus ꝙ quæ multa ſunt gene-
ra diſputationum multarum. Cap. I.

DE SOPHISTI-
cis autem elenchis
& de his qui viden-
tur elenchi ſunt au
tẽ paralogiſmi: ſed
nõ elenchi: dicem9
incipiẽtes ſecundũ
naturam a primis.
Quoniam ergo alij
quidẽ ſyllogiſmi, alij
autem cum non ſint
videntur manifeſtũ
eſt. Nam quẽadmo-
dũ & in aliis hoc fit
per quãdã ſimilitudinẽ: ſic & in orationibus ſe ha
bet. Etenim hi quidẽ habitũ habẽt bene: alij vidẽ-
tur tribualiter inflãtes & fingẽtes ſe. Et alij pulchri
quidẽ propter decorẽ: alij auten videntur compo
nentes ſe. Et in animatis quoq; ſimiliter, nam &
horum hæc quidem argẽtea: iſta vero aurea ſunt
& vere, alia non ſunt quidem: videntur autem ſe-
cũdum ſenſum, vt ſunt lithargyrica quidem & ſta
gnea: aurichalcea & felle tincta: aurea. Eodem au
tẽ modo & ſyllogiſmus & elẽchus hæc quidem eſt
illa vero nõ eſt. Videtur autẽ propter imperitiã:
nã imperiti velut diſtantes a longe veritatem ſpe
culantur. Nam ſyllogiſmus quidem ex quibuſdã
poſitis eſt vt dicatur aliquid aliud ex neceſsitate
accidere ab his quæ poſita ſunt per ea quæ poſita
ſunt. Elenchus autem ſyllogiſmus eſt cum contra
dictione concluſionis. Illi vero hoc quidem nõ fa
ciũt. Videntur autẽ ob multas cauſas quarũ vnus
locus aptiſsimus & publiciſsimus per nomina.
Nam quoniam fieri nõ poteſt vt ipſas res ferẽtes
diſputaremus: ſed nominibus notis pro rebus vti
mur. Et quod accidit in nominibus in rebus quo-
q; arbitramur accidere: velut incompotis ratioci-
nantibus. Hoc autem non eſt ſimile. Nam nomi-
na quidem finita ſunt & orationum multitudo,
res vero numero infinitæ ſunt. Neceſſe eſt igitur
plura eandem orationem & nomen vnum ſignifi-
care. Quemadmodum igitur illi qui non ſunt prõ
ti numeros ferre: a ſciẽtibus expelluntur. Eodem
modo & in orationibus qui nominũ virtutis ſunt
ignari de facili paralogizantur & ipſi diſputãtes
& alios audiẽtes. Ob hanc ergo cauſam & quæ di
cendæ ſunt: eſt ſyllogiſmus & elenchus apparens
atq;

atq; non exiſtens. Qm̃ autem quibuſdam magis,
operępręcium eſt videri eſſe ſapientes, quã eſſe
& non videri. Eſt aũt ſophiſtice apparẽs ſapientia
non exiſtens aũt. Et ſophiſta eſt copioſus ab ap-
parente ſapiẽtia, & nõ exiſtente. Palam autẽ qm̃
neceſſariũ eſt his ſapientis opus videri facere ma
gis, quã facere, & non videri. Eſt autem, vt ſit ad
vnũ dicere: in vno quoq; opus ſapientis non men
tiri quidẽ eum, de quibus nouit: mẽtientẽ autem
manifeſtare poſſe. Hęc autẽ ſunt hoc quidẽ in eo,
quod poteſt dare orationẽ: illud autẽ in eo, qđ ſu-
mere. ¶ Neceſſe eſt ergo illos, qui volunt ſophiſti
ce agere dictarum diſputationũ genus quærere.
Operę enim præciũ eſt eis. Nam huiuſmodi pote
ſtas faciet videri ſapientes cuius ſunt deſiderium
habentes. Qm̃ ergo huiuſmodi diſputationũ ge-
nus eſt: & qm̃ huiuſmodi appetunt poteſtatẽ illi
quos vocamus ſophiſtas manifeſtũ eſt. ¶ Quot
autem ſunt ſpecies ſophiſticarum diſputationum
ex quo & numero poteſtas ea cõſtat. Et quot par
tes contingit eſſe negotij. Et de aliis, quæ ſuffra-
gantur ad hanc artem, nunc dicemus. Sunt ergo
diſputationum genera quatuor. Doctrinales, dia-
lecticæ, tentatiuæ, & litigioſæ. ¶ Doctrinales qui
dem ſunt, quæ ex propriis principiis cuiuſlibet di
ſciplinæ, & non ex his, quæ videntur, reſponden-
ti ſyllogizant. Oportet enim credere eum, qui di-
ſcit. ¶ Dialecticæ autẽ, quæ ex probabilibus col-
lectiuę contradictionũ. ¶ Tentatiua aũt, quæ ex
his ſyllogizant, quæ videnẽ probabilia reſpõden-
ti: & neceſſarium eſt eum ſcire, qui ſimulat ſe habe
re ſcientiam, quomodo determinatum eſt in aliis.
¶ Litigioſæ vero, quæ ex hic videnẽ ꝓbabilia, nõ
autẽ ſyllogizant. ¶ Ergo de demõſtratiuis quidẽ
in analecticis dictũ eſt. De dialecticis vero, & ten
tatiuis in aliis. ¶ De agoniſticis autẽ, & litigioſis
nunc dicemus. Primũ ergo ſumendũ eſt, quot con
iectant, qui in diſputationibus decertant, & corri
xantur. Sunt aũt hæc quinq; numero: redargutio,
falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & quintũ, qđ eſt
facere nugari eum, qui cõtra agit. Hoc aũt eſt fre-
quenter cogere idẽ dicere. Aut qđ non eſt: ſed qđ
videaẽ ſingulũ horum. Nã maxime volunt videri
redarguentes. Scđm autẽ falſum aliquid mõſtra-
re. Tertiũ autẽ ad hoc, qđ eſt pręter opinionẽ du
cere. Quartũ ſolœciſmo vti facere: hoc autẽ eſt fa
cere ſcđm locutionem barbarizare ex oratione re
ſpondente: vltimum autẽ idem frequẽter dicere.

¶ Loci ſophiſtici in dictione. Cap. 2.

MOdi autẽ arguendi ſunt duo: nam alij,
quidem ſunt ſecũdum dictionem: alij
vero extra dictionem. Sunt autem
numero quoniã, quæ ſecundũ dictio
nem faciunt fantaſiam ſex numero.
Sunt autẽ hęc: equiuocatio, amphibologia cõpo-
ſitio diuiſio acentus figura dictionis. Huius autẽ
fides eſt, & quæ per inductionẽ eſt. Et ſyllogiſmus
ſi quis ſumatur alius: & qm̃ totidem modis ſi eiſ-
dem nominibus, & eiſdem orationibus non idem
ſignificamus. ¶ Sunt autem ſecundum equiuoca
tionẽ huiuſmodi orationes: vt qm̃ diſcunt ſapien
tes: nam quę memorię prodita ſunt: diſcunt gram
matici. Diſcere em̃ equiuocũ eſt ad intelligere eũ
qui vtitur diſciplina: & ad accipere diſciplinã. Et
rurſus qm̃ mala bona ſunt, nam quæ expediũt bo
na ſunt, mala autẽ expediunt: duplex enim expe
diens eſt: neceſſariũ: quod accidit plærũq; in ma-
lis. Eſt em̃ qđdam malum neceſſariũ, & bona quo
q; expediẽtia dicimus eſſe. ¶ Amplius autẽ eun-
dem ſedere, & ſtare, & laborare, & ſanũ eſſe: nam
qui ſurgebat, ſtat, & qui ſanabaẽ, ſanus eſt: ſurge
bat aũt ſedens, & ſanabatur laborans. Nam labo
rantẽ quidlibet facere, aut pati non vnum ſignifi-
cat: ſed qñq; quidem qui nunc laborat, aut ſedet:
qñq; autem qui laborabat, aut ſedebat prius. Ve-
rum ſanabatur quidem laborans cum laborans ſa
nus eſt autẽ non laborans: ſed laborans nõ nunc:
ſed prius. ¶ Secundũ aũt amphibologiã ſunt ora
tiones tales. Vellem me accipere pugnãtes. Et pu
taſne, quod quis ſcit, hoc ſcit: nam & ſcientem, &
ſcitum contingit, vt ſcientiam ſignificare hac ora-
tione. Et putas, quod quis videt, hoc videt: videt
autem columnam, quare columna videt. Et pu-
tas, quod tu dicis eſſe: hoc tu dicis eſſe: dicis autẽ
lapidem eſſe: quare tu lapis dicis eſſe. Et putas ta
centem dicere: duplex enim eſt tacentem dicere:
& hunc tacentẽ dicere: & ea, quæ dicunt. ¶ Sunt
autem tres modi ſcđm equiuocationẽ, & amphi-
bologiam. Vnus quidẽ qñ nomen, vel oratio plu-
ra ſignificat principaliter, vt piſcis, canis. Alius
autem qñ ſoliti ſumus ſic dicere. Tertius vero qñ
compoſitum plura ſignificat: ſeparatum vero ſim
pliciter: vt ſcire ſeculum: nam vtrunq; vnum qui-
dem ſignificat: & ſcire, & ſeculum ambo autẽ plu-
ra: aut ſeculũ ipſum ſcientiã habere: aut ſeculi ali
um. Ergo equiuocatio, & amphibologia circa hos
modos ſunt. ¶ Scđm compoſitionẽ vero huiuſmo
di ſunt: vt poſsibile eſt ſedentẽ ambulare. Et non
ſcribentem ſcribere. Non enim idem ſignificat, ſi
diuidens quis dicat & componens: quoniam poſ-
ſibile eſt ſedentem ambulare, & non ſcribentẽ ſcri
bere, & hoc ſimpliciter: ſi quis enim non cõponat
non ſcribentẽ ſcribere ſignificat qm̃ habet poteſta
tem, vt non ſcribens ſcribat: ſi quis autẽ non com
ponat, qm̃ non habet poteſtatẽ quando non ſcri-
bit, vt ſcribat. Et dicit nunc literas ſi quis didicit,
quas ſcit. Amplius quod vnum ſolum poteſt fer-
re, plura poteſt ferre. ¶ Secundum vero diuiſio-
nem quod quinq; ſunt duo, & tria: paria & impa-
ria. Et maius æquale. Tantundẽ em̃ eſt maius, &
adhuc amplius. Nam eadẽ oratio diuiſa, & cõpo-
ſita nõ idem ſemper videbitur ſignificare. Vt ego
poſui te ſeruũ exiſtentẽ liberum. Et quinquagin-
ta virorũ centum reliquit diuinus Achiles. ¶ Se-
cundum accentum autẽ in his, quæ ſunt ſine ſcri-
ptura, non eſt idoneũ dialecticis facere orationẽ:
in ſcripturis aũt, & poematibus magis. Vt metuo
longas pereunte noctes lidia dormis. Et heu quia

 nam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nam tanti cinxerunt æthera nimbi, Ergo circa accentus quidē huiuſmodi fiunt orationes. ¶ Quæ autem ſecūdum figuram dictionis ſunt, accidunt: quoniam nō idem ſimiliter interpretamur: vt maſculinum fœmininū, vel fœmininum maſculinum. Vel quod inter hæc eſt alterum. Vel rurſus quale quantum, vel quantū quale, vel faciens patiens, vel diſpoſitum facere, & alia, vt determinatum eſt prius. Eſt enim quod non eorum, quę ſunt facere quidem omnino ſignificare, vt vigere: ſimiliter figura dictionis dicitur ei, quod eſt ſecare, vel ædificare, quāuis hoc quidem quale quid, & affectum quodammodo indicat: illud vero facere quid eodem autem modo, & in aliis. Ergo ſecundum dictionem redargutiones ex his locis fiunt.

¶ De locis redargutionum ſophiſticarum extra dictionem. Cap. 3.

EOrum vero, quę extra dictionem ſunt paralogiſmorū ſpecies ſunt ſeptem. Vnam quidem ſecundum accidens. Secunda autem in eo, quod ſimpliciter, vel non ſimpliciter: ſed aliquo modo, aut vbi, aut quādo, aut ad aliquid dicitur. Tertia autē ſecundum elenchi ignorantiam. Quarta vero ſecundum conſequens. Quinta autē ſecundum deeſt in principio ſumere. Sexta autē ꝓpter id, qđ non eſt cauſa, vt cauſam ponere. Septima vero propter plures interrogationes, vt vnam facere. ¶ Ergo ſecundū accidens quidē paralogiſmi ſunt quādo ſimiliter quidlibet aſsignatū fuerit rei ſubiectæ, & accidenti ineſſe. Nam quia multa eidem accidunt: non eſt neceſſe om̄ibus prędicatis, & de quibus prædicātur hæc omnia ineſſe. Nam omnia ſic eſſent eadē, vt ſophiſtæ dicunt: vt ſi Coriſcus eſt alter ab homine: ipſe eſt alter a ſe: eſt enim homo: aut ſi a Socrate alter. Socrates autē homo: alterum ab homine dicunt eſſe conceſſum, eo qđ accidit, a quo dixit alterum eſſe hunc eſſe hominem. Secūdum autem, quod hoc ſimpliciter, aut aliquo modo dicitur, & non proprie: quando qđ particulariter dicitur: vt ſimpliciter dictum ſumitur: vt ſi non ens opinabile eſt, qm̄ quod non eſt. Non em̄ eſt idem eſſe quid, & eſſe ſimpliciter. Aut rurſum quoniam quod eſt, non eſt: ſi eorum, quæ ſunt, quid non eſt vt ſi nō homo. Non enim idem eſt non eſſe quid, & non eſſe ſimpliciter. Videntur autē, eo quod proxima dictione, & parum differant eſſe quid, & eſſe, & non eſſe quid, & non eſſe. Similiter & quod ſcđm quid & ſimpliciter. Vt ſi Indus cum ſit niger, albus eſt dentibus: albus ergo, & non albus eſt: ſi ambo aliquo modo: quoniam ſimul contraria inerunt. Huius autem in quibuſdam facile eſt conſiderare, vt ſi ſumens æthiopem nigrum eſſe: dentibus dicat quoniam albus. Si ergo ibi albus quoniā niger, & non niger: putabitur diſputaſſe ſyllogiſtice cū perfecerit interrogationem. In quibuſdā vero latet frequēter, in quibuſdam quō dicatur, ſimpliciter videtur ſequi, & in quibuſdam nō facile eſt cōſiderare vtrum eorum proprie ſit aſsignandum: fit autem huiuſmodi, in quibus ſimiliter ſunt oppoſita. Videtur autē: aut ambo, aut neutrum eſſe concedēdum ſimpliciter prædicari: vt ſi dimidiū quidem album dimidium vero nigrum: vtrum album, vel nigrū. ¶ Qui autem ſecūdum quod non determinatur, qui eſt ſyllogiſmus, aut quid elenchus: fiunt ſecūdum diminutionem orationis. Nam elenchus eſt contradictio vnius: & eiuſdem non nominis: ſed rei: & nominis non ſynonimi: ſed eiuſdem ex his, quæ data ſunt ex neceſsitate: non connumerato, quod erat in principio ſecundum idem, & ad idem, & ſimiliter, & in eodem tēpore. Eodem aūt modo & mētiri de aliquo. Quidam autem omittentes aliquid eorum, quæ dicta ſunt, videntur arguere: vt quoniam idem duplum, & non duplum: nam duo vnius quidem dupla, trium autem non dupla. Aut ſi eiuſdem idem duplum, & non duplum: ſed non ſecundum idem: nam ſecundum longitudinem duplum ſecundum latitudinem non duplum. Aut ſi eiuſdem & ſecundum idem, & ſimiliter: ſed non ſimul: quare eſt apparens elenchus. Trahet autem aliquis hunc: & in eos, qui ſunt ſecundum dictionem. ¶ Qui autem in eo, quod in principio erat, ſumuntur: fiunt quidem ſic, & totidem modis quoties contigit, quod in principio eſt petere, videntur autē arguere, eo quod non poſſunt inſpicere idem, & diuerſum. ¶ Qui vero ſcđm conſequens eſt elenchus: eo ꝙ putent cōuerti conſequētiam, quæ non conuertitur: nam ſi cum hoc eſt ex neceſſitate: illud ſit: & cum illud eſt: putant & alterum eſſe ex neceſsitate. Vnde & quæ circa opinionem ſunt ex ſenſu fallaciæ fiunt. Sæpe quidem mel fel ſuſpicati ſunt: eo quod ſequitur rubeus color mel & fel. Et quoniam accidit terram pluuia madidā fieri: & ſi ſit madida opinantur pluiſſe: hoc autem non eſt neceſſarium. ¶ In rhetoricis quidem, quę ſecundum ſigna fiunt demonſtrationes ex adiunctis fiunt: volentes enim oſtēdere quoniā adulter: qđ adiunctū eſt accipiunt: qm̄ cōceptus. Aut qm̄ videt̄ de nocte errabūdus: pluribus autē hæc quidem inſunt: prędicatū vero nō ineſt. Similiter aūt & in ſyllogiſticis, vt eſt meliſsi ratio, qm̄ infinitū eſt vniuerſum. Sumēs quidē vniuerſum ingenitū. Nam ex nihilo nihil fieri: quod autem factū eſt ex principio fieri. Si ergo nō factum eſt principium, non habet vniuerſum, quare infinitū. Non neceſſe eſt autē hoc accidere: non em̄ ſi omne, quod factum eſt, principium habet: & quidquid principiū habet, factū eſt: velut ſi febris eſt calor: etiam calidum neceſſe eſt febrire. ¶ Qui vero ſcđm nō cauſam, vt cauſam: cum aſſumit̄, quod non cauſa eſt, velut propter id fiat redargutio. Accidit autem huiuſmodi ad impoſsibile ſyllogiſmis: neceſſariū enim eſt in his aliquid interimere ex his, quæ poſita ſunt. Si ergo enumeret̄ in neceſſariis interrogationibus, ad qđ accidit impoſsibile videbitur propter hoc ſępe fieri redargutio. Vt quoniā non eſt anima, & vita idē: nam ſi generatio corruptio

ni eſt

ni eſt contrarium: & alicui corruptioni erit generatio contrariū: mors autē corruptio quædā & contrarium vitæ: quare vita generatio: & viuere generari: hoc autē impoſsibile: non ergo idē anima, & vita. Non autē ſyllogizatum eſt: accidit em̄ & ſi aliquis non idem dicat vitā, & animam impoſsibile: ſed ſolum contrariū vitam quidē motiuum ſit corruptio: corruptioni aūt generatio eſt. Ergo in ſyllogizante quidē ſimpliciter non ſunt huiuſmodi orationes ad ꝓpoſitum in ſyllogizāte. Et latet plærunq; non minus ipſos interrogātes huiuſmodi. Ergo ꝓpter conſequēs: & propter non cauſam huiuſmodi redargutiones fiunt. ¶ Qui autē in eo quod plures interrogatiōes vna faciūt, qn̄q; latet plures eſſe: & quaſi vnius aſsignat̄ reſponſio vna. In aliquibus autem facile eſt videre qn̄ plures: & qm̄ non reddēda vna reſponſio, vt vtrū terra mare, an cœlum? In aliquibus vero minus, & quaſi vna ſit: aut concedūt in eo, qđ non reſpōdent ad interrogatū: aut redargui vident̄. Vt putas hic, & hic eſt homo? quare cū aliquis percuſſerit hunc, & hunc percutiet hominē: & non homines. Aut rurſum quorū hæc ſunt quidē bona: illa autē non bona oīa bona: aut nō bona? Vtrum em̄ dixerit aut elenchū, aut falſum apparēs videbit̄ facere: nā differentiæ eorū, quæ non bona ſunt aliquid eſſe bonum: aut eorū, quę bona ſunt bonū falſum. ¶ Qn̄q; aūt aſſumptis quibuſdā elēchus etiā fiet verus: vt ſi quis concedat ſimiliter & vnum, & plura dici alba, & nuda, & cæca: nam ſi cæcum eſt, quod non habet viſum natum tamen habere: & cæca erunt, quæ non habent viſum nata autē habere: qn̄ ergo hoc quidē habet viſum, illud autē non habet: ambo erunt vel vidētia, vel cæca, qđ eſt impoſsibile.

¶ Omnes Sophiſticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reduci. Cap. 4.

AVt ergo ſic diuidendum apparentes ſyllogiſmos, & elenchos, aut omnes reducendum in elenchi ignorantiam his, qui hanc principium faciunt. Eſt enim omnes reſoluere dictos modos in elenchi diffinitionem. Primum quidē ſi immodificati fuerint: oportet em̄ ex his, quæ poſita ſunt accidere concluſionem, vt dicatur ex neceſsitate: ſed non videatur. Deinde & ſecundū partes diffinitionis: nam eorum, quæ ſunt in dictione, ij quidem ſunt ſecundū duplex: vt equiuocatio, & oratio, & ſimilis figuratio. Conſuetū eſt ei omnia, vt hoc aliquid ſignificare. Cōpoſitio autē, & diuiſio, & accētus in eo qđ nō eadē eſt oratio, & nomen differēs. Oportebat aūt & hoc eſſe quēadmodum & rem eandē ſi debeat elēchus, vel ſyllogiſmus fieri. Vt ſi tunica non veſtis ſyllogizetur: ſed tunica: nam ſi verū eſt & illud: ſed non ſyllogizatū eſt: ſed adhuc interrogatione indiget: qm̄ idem ſignificat ad eum: qui interrogat quare. ¶ Qui vero ſecundum accidēs diffinito ſyllogiſmo manifeſte fiunt. Nam eandē diffinitionē oportet ſyllogiſmi, & elēchi fieri: attamē & adiungere contradictionē: nam elenchus ſyllogiſmus eſt contradictionis. Si ergo non eſt ſyllogiſmus accidētis: nō fit elenchus. Nō enim ſi cū hoc ſint: neceſſe eſt illud eſſe: hoc autē eſt album: neceſſe eſt album eſſe propter ſyllogiſmum. Neq; ſi triangulus duobus rectis tres angulos habet ęquales: accidit autē ei figuram eſſe, vel primum, vel principium: quoniam figura, vel primum, vel principium eſt tale: non enim in eo, qđ figura, vel primum, vel principiū: ſed in eo, quod triangulus demonſtratio: ſimiliter & in aliis. Quare ſi elenchus ſyllogiſmus non erit, qui ſecundum accidens fit elenchus. Sed ſecundū hoc artifices, & omnino ſcientes ab inſciis arguuntur: ſecundū enim accidens ſyllogiſmos faciunt contra ſapientes: qui vero non poſſunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cum non dant, putant dediſſe. ¶ Quæ vero ſecundū quid & ſimpliciter: qm̄ non de eodem affirmatio, & negatio eſt: nam ſecundū quid albi ſecundū quid non album: & ſimpliciter albi ſimpliciter non albū eſt negatio: ſi ergo ſcđm quid dato eſſe albū: vt ſimpliciter datū accipit: nō facit elenchū. Videtur aūt eo ꝙ ignoretur quid eſt elenchus, & quid eſt ſyllogiſmus. Manifeſtiſsimi autem omnium, qui prius traditi ſunt ſecundum elenchi diffinitionem: quare & ſic nūcupati ſunt: nam ſecundum rationis omiſsionem fantaſia fit. Et diuidentibus ſic communis in omnibus his ponenda eſt rationis diminutio. ¶ Qui vero in eo, quod ſumitur, quod erat principio, & non cauſa: vt cauſa ponitur, manifeſti ſunt per diffinitionē. Oportet em̄ concluſionē accidere, eo ꝙ hæc ſunt: ꝙ non erat in nō cauſis. Et rurſus non cōnumerato eo, qđ erat in principio, ꝙ non habēt, qui ſunt ſcđm petitionē eius, quod in principio. ¶ Qui vero ſcđm conſequens ſunt: partes ſunt accidentis: nam conſequens accidit. Differt autē ab accidente: nam accidens eſt in vno ſolo ſumere: vt idem eſſe flauum, & mel: & album, & cignū. Qui autem ſecundū conſequens ſemper in pluribus. Nam quę vni, & eidem ſunt eadem: & ſibiinuicem probātur eſſe eadem: propter quod fit ſecundū cōſequens elenchus. Eſt autē non omnino verum, vt ſi ſit ſecundum accidens. Nam nix, & cignus albo idem. Aut rurſum in meliſsi ratione idem eſſe accipit factum eſſe: & principium habere. Aut ęqualia fieri & eandem magnitudinē accipere. Qm̄ enim principiū habet, qđ factum eſt: & qđ habet principiū factū eſſe ꝓbat, tanq̄ ambo eadē ſint in eo qđ principiū habent factū eſſe, & terminatū. Similiter aūt & in his, quæ ęqualia facta ſunt ſi eandē magnitudinem, & vnā ſumētia æqualia fiunt: & q̄ æqualia facta ſunt eandē magnitudinē accipiūt: quare cōſequēs ſumit. Qm̄ ergo ſcđm accidens elēchus in ignorantiam elenchi eſt. Manifeſtū eſt quoniam & qui ſecundum conſequens: perſpiciendum autem eſt id & alias. ¶ Qui vero in eo qđ plures interrogationes, vt vnā faciunt in eo, qđ non enodamus propoſitionis diffinitionem. Nam propoſitio vnum de vno eſt. Nam eadem diffinitio vnius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſolius rei,& ſimpliciter rei, vt hominis,& vniꝰ tantum hominis: ſimiliter autẽ & in aliis: ſi ergo vna tantum propoſitio eſt, quæ vnũ de vno affirmat, & ſimpliciter erit propoſitio huius interrogatio. Quoniã autẽ ſyllogiſmus ex propoſitionibus eſt: elenchus aũt ſyllogiſmus,& elenchus erit ex propoſitionibus. Si ergo propoſitio vnũ de vno: manifeſtũ quoniã & hæc in elenchi ignorantia videtur enim eſſe propoſitio, quæ non eſt. Si ergo dedit reſponſionẽ, vt ad vnam interrogationem erit elenchus: ſi autẽ non dederit: ſed videbitur: apparens elenchus. Quare oẽs loci cadunt in elenchi ignorantiam. Ergo qui dicti ſunt ſcdm dictionem: qm̃ eſt apparens contradictio, quod erat propriũ elẽchi: alij autẽ ſecundũ ſyllogiſmi diffinitionem.

¶Fallacia autẽ fit in his quidẽ, qui ſcdm æquiuocationẽ,& orationẽ: eo ꝙ non poteſt diuidi, quod multipliciter dicitur. Quædã enim non eſt idoneum diuidere, vt vnum & ens,& aliquid,& idem. ¶In his aũt, quæ ſunt ſecundũ compoſitionẽ, & diuiſionẽ, eo ꝙ nihil putatur differre cõpoſita, & diuiſa oratio: velut in plurimis. ¶Similiter autem & in his, qui ſunt ſcdm acentũ: non enim aliud videt ſignificare intenſa,& remiſſa oratio in aliquo: aut non in pluribus. ¶Eorum vero, qui ſunt ſecundum figuram propter ſimilitudinem dictionis difficile eſt enim diuidere, quæ ſimiliter, & quæ diuerſe dicunt. Pene eñ qui hoc poteſt facere prope eſt videre verum: maxime autẽ ſciet annuere qm̃ eſſe, qđ de aliquo prædicatur, opinamur hoc aliquid,& vnum intelligimus. Nam vnum & ſubſtantiam maxime videtur ſequi id, qđ aliquid & ens. Quare in his, quæ ſunt ſcdm dictionẽ hic locus ponendus. Primum quidẽ magis fallacia fit in his, qui cum aliis conſiderant, quam qui per ſe: nam & quæ cum alio eſt conſideratio, eſt per orationes. Quę autẽ per ſe non minus: ſed magis per ipſam rem. Deinde & per ſe falli accidit, cũ in oratione facit conſiderationẽ. Amplius fallacia quidem ex ſimilitudine: ſimilitudo autem ex dictione. In his autem, quæ ſunt ſecundũ accidens, eo quod non poteſt diiudicare idem, & diuerſum, & vnum,& multa: neq; in quibuſlibet prædicationibus omnia hæc & rei ſubiectę accidunt. Similiter autem & in his, quæ ſecundum conſequens ſunt: pars enim quædã accidentis eſt conſequens. Amplius & in pluribus videtur, & probatur ſic: ſi hoc ab illo non ſeparatur, nec ab altero ſeparatur alterum. In his vero, quæ ſunt ſecundum diminutionem orationis: & in his, quę ſunt ſecundũ quid, & ſimpliciter in eo ꝙ pene eſt: fallacia eſt. Nã quaſi nihil conſignificet quid, aut quomodo, aut nunc vniuerſaliter concedimus. Similiter autem & in his, qui, quod in principio eſt ſummum: & in non cauſis. Et quicunq; plures interrogationes, vt vnam faciunt: in omnibus enim hic eſt fallacia: in eo, quod propter parum. Non enim ſubtiliter diſcerimus, neq; propoſitionis, neq; ſyllogiſmi diffinitionem propter prædictam cauſam.

¶Ex quibus locis captiones falſæ ſumãtur, deq; redargutionibus veris,& falſis. Cap. 5.

Quoniam autem habemus ſecundum quid fiunt apparentes ſyllogiſmi: habemus & ſcdm quot fiunt ſophiſtici, ſyllogiſmi & elenchi. Dico aũt ſophiſticum elenchum, & ſyllogiſmum non ſolum eum, qui videt ſyllogiſmus, vel elẽchus non eſt autem: ſed qui eſt quidem: videtur autem conueniens rei. Sunt autem, qui non ſecundum rem arguunt. Et monſtrant ignorantes: ꝙ erat proprium tentatiuæ. Eſt autem tẽtatiua pars dialecticæ. Hæc autem poteſt ſyllogizare falſum propter ignorantiam eius, quod dat orationem. Sophiſtici autem elenchi, & ſi ſyllogizent contradictionem non faciunt manifeſtum ſi ignorat. Nam & ſcientem impediunt his orationibus. Quoniam autem habemus eas eadem via manifeſtum eſt. Nam ſecundum quæ videtur audientibus velut interrogata ſyllogizare ſecundum hoc, & reſpondenti videbitur. Quare erunt ſyllogiſmi falſi per hoc, aut omnia, aut quædam. Quod enim non interrogatus arbitrat dediſſe, & interrogatus quoq; ponet. Verum in quibuſdam ſimul accidit & interrogare quod deeſt, & apparere, qđ falſum eſt: vt in his, quę ſunt ſecundum dictionem, & ſolœciſmum. Si ergo ſyllogiſmi cõtradictionis ſecundũ apparentem elenchum ſunt, Manifeſtum eſt quoniã propter tot erunt, & falſorũ ſyllogiſmi, ſecundũ quo & apparens elenchus. Apparens autẽ ſecundum particulas veri. Nam eum ſingulum deerit, videbitur elenchus: vt ſcdm hoc accidere propter orationem, qui ad impoſſibile, & qui duas interrogationes, vt vnam facit propter propoſitionem. Et propter hoc ſecundũ idem, qui ſunt ſecundum accidens, & huius pars, qui ſecundum conſequens: amplius non in re: ſed in oratione accidere. Deinde pro vniuerſali cõtradictione, & ſcdm idem & ad idem: & ſimiliter ſcdm quod in aliquo, vel ſecũdum qđ ſingulũ horum peccat. Amplius ſed non cõnumerato, qđ erat in principio accipere. Quare habemus, ſcdm quot fiunt paralogiſmi: nam ſecundum plura non erunt: ſcdm autem quæ dicta ſunt, erunt omnes. Eſt autẽ ſophiſticus elenchus non ſimpliciter elenchus: ſed ad aliquẽ, & ſyllogiſmus ſimiliter. Nam ſi non ſumat, & qui eſt ſcdm æquiuocum vnum ſignificare, & qui ſcdm ſimilem formam ſolũ hoc, & in aliis ſimiliter: neq; ſyllogiſmi, neq; elenchi erunt, neque ſimpliciter, neq; ad eum, qui interrogatur. Si autẽ ſumat ad eum, qui interrogatus, erit ſimpliciter, aut non erit: non eñ vnum ſignificatum ſumpſerunt: ſed apparens, & ſcdm reliqua. ¶Scdm autẽ quæ arguũt, qui elenchis vtunt non oportet tẽtare ſumere ſine oĩm, q̃ ſunt ſcientia. Hoc aũt non eſt vnius artis. Infinitę enim fortaſſe ſunt ſciẽtię. Quare manifeſtum qm̃ & demõſtrationes elẽchi quidẽ ſunt & veri. Nam quæcũq; eſt demõſtrare erit, & redarguere eũ, qui ponet contradictionẽ veri, vt ſi conmẽſurabilem diametrum

diametrum poſuerit: arguet quis demonſtratiue qm̃ incommenſurabilis. Quare omnium oportebit ſcientes eſſe. Nam alij quidem ſunt ſecundum ea, quæ in geometria ſunt principia, & horum concluſiones: alij autem ſecundum ea, quę ſunt in medicina: alij vero ſecundum ea, quę ſunt aliarum diſciplinarum. Sed & falſi elenchi ſimiliter infiniti erunt. Nam ſecundum vnamquanq; artem eſt falſus ſyllogiſmus: vt ſecundum geometriam geometricus: & ſecundum medicinam medicinalis. Dico autem ſecundum artem ſecundũ illius principia. Manifeſtum eſt ergo qm̃ non omniũ elẽchorum: ſed eorum, qui ſunt ſecundũ dialecticam ſumendi ſunt loci. Nam hi communes ſunt ad oẽs artes, & poteſtates. Et eum quidẽ, qui eſt ſcdm vnãquãq; diſciplinam elenchum ſcientis eſt conſiderare, ſiue cum non ſit, videt: ſiue cum eſt, quare eſt. Eum autẽ, qui ex communibus eſt, & ſub nulla arte cadens dialecticorum. Nam ſi habemus, ex quibus ꝓbabiles ſyllogiſmi in quolibet: habebimus, ex quibus elenchi: nam elenchus eſt ſyllogiſmus contradictionis quare aut vnus, aut duo ſyllogiſmi contradictionis: elenchus eſt. Habemus ergo ſecundum quæ omnes huiuſmodi ſunt: ſi autẽ hæc habemus, & ſolutiones habemus: nam horum inſtantiæ ſolutiones ſunt. Habemus autẽ ſecundũ quæ & parentes fiunt apparentes autem non cuilibet: ſed talibus. Infinita enim ſunt, ſi quis conſideret illa, ſecundum quæ apparent quibuſlibet. Quare manifeſtũ eſt quoniam dialecticæ eſt poſſe ſumere, vel qui fit per cõmunia, vel qui eſt elenchus, vel apparens elenchus, vel dialecticus, vel apparens dialecticus, vel tentatiuus.

¶Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene deduci. Cap. 6.

Non eſt autem differentia orationum, quam quidã dicunt eſſe has quidem ad nomen: illas vero ad intellectum. Inconueniens enim eſt opinari alias quidẽ eſſe ad nomen: illas vero ad intellectum: ſed non eaſdem. Quid enim eſt non ad intellectum: niſi quod non vtitur nomine, qui putatur interrogare, ad quod is, qui interrogatus eſt, dedit: idem autem hoc eſt & ad nomen. Et ad intellectum autẽ: quando ad quod dedit intelligẽs. Si autem aliquis plura ſignificãte nomine vnum putet ſignificare, & interrogans, & interrogatus: vt forte ens, & vnum, & plura ſignificant: ſed & reſpondens, & interrogans Zeno vnum putans eſſe interrogat: & eſt oratio quoniam vnum eſt omnia: hæc ad nomen eſt, aut ad intellectum interrogantis diſputata. Si vero aliquis multa putet ſignificare: palam quoniam oratio illa non eſt ad intellectum. Primum ergo circa huius orationes eſt ad nomen, & ad intellectum quæcunq; plura ſignificant. Deinde circa quẽlibet eſt: non enim in oratiõe eſt ad intellectum eſſe: ſed in eo, quod reſpondens ſe habet aliquo modo ad ea, quę dant. Deinde ad nomen contingit omnes eas eſſe: nã eſſe ad nomen nõ ad intellectum eſſe eſt hoc loco: nam ſi non oẽs erunt quædã aliæ, quę neq; ad nomen, neq; ad intellectum. Hi vero dicunt omnes, & diuidunt, vel ad nomen, vel ad intellectum eſſe oẽs: alias autem non. Attamen quicũq; ſunt ſyllogiſmi propter id, qđ multipliciter ſunt horum aliqui ſecundũ nomen. Nam inconueniener eſt dictum ſecundũ nomen eſſe omnes, qui ſunt ſecundũ dictionem. Sed ſunt quidam paralogiſmi non in eo, quod reſpondens ad eos ſe habeat aliquo modo: ſed quia talem interrogationem oratio ipſa habeat, quamplura ſignificet. ¶Et omnino inconueniens eſt de elencho diſputare, & non prius de ſyllogiſmo: nam elenchus ſyllogiſmus contradictionis eſt: quare oportet & de ſyllogiſmo prius, quam de ſyllogiſmo elencho. Eſt enim huiuſmodi elenchus apparens ſyllogiſmus contradictionis. Quare aut in ſyllogiſmo erit cauſa, aut in contradictione adiacere enim oportet contradictionem: quandoque autem in vtroque erit apparens elenchus. Eſt autem de eo, quod eſt tacentem dicere in contradictione non in ſyllogiſmo. De eo autem, quod eſt, quod non habet aliquis dare in vtriſq;. De eo vero, quod eſt quoniam Homeri poema eſt figura per circulum in ſyllogiſmo: qui autem in neutro eſt: verus eſt ſyllogiſmus. Sed vnde ſermo venit: vtrum in diſciplinis orationes ad intellectum ſunt, vel non: & ſi cui videtur plura ſignificare triangulus, & dedit non, vt hanc figurã, de qua concludebat quoniã duo recti: vtrum ad intellectum illius diſputauit hic, vel non. Amplius ſi plura ſignificat quidem nomen. Ille autem non intelligit, neq; putat quomodo hic non ad intellectum diſputauit. ¶Aut quomodo oportet interrogare eum, qui non dat diuiſionem, ſiue interroget aliquis, ſi eſt tacentẽ dicere, vel non: aut eſt quidem vt non: aut eſt, vt ſic eſt autem, vt ſic, aut non ſic. Si autem dat aliquis nullo modo: ille autem diſputat vtrum non ad intellectum diſputat quamuis oratio videatur earum eſſe, quæ ſecundũ nomen ſunt. Non ergo eſt genus aliquod orationum ad intellectum: ſed hæ quidem ad nomen ſunt. Et huiuſmodi non omnes, non quoniam elenchi: ſed neq; apparentes elenchi. Sunt enim & non ſecundũ dictionem apparentes elenchi, vt ſecundum accidens & reliqui. Si autem aliquis probet diuidere quoniam dico: eſt autem tacentem dicere: hic quidem ſic, illa autem non ſic: tamen hoc primum inconueniens probare. Quandoq; enim non videtur interrogatum multiplex habere impoſſibile autem eum diuidere, quod non putat. Deinde docere quid aliud erit. Manifeſtũ enim faciet, vt habet ei, qui neq; cõſiderat, neq; ſcit, neq; opinatur qm̃ aliter dicit. Deinde in non duplicibus quidem, ꝓhibet hoc facere, vel pati. Vt putas ęquales ſunt vnitates binariis in quaternariis. Sũt autem binarij hi quidem vniti: illi autem non ſic. Et putas contrariorum vna eſt diſciplina, vel non. Sunt autem cõtraria hęc quidẽ nota: illa autem ignota.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Q uare videtur ignorare, qui hoc probat: quoniā
aliud eſt docere, quā diſputare: & quoniam opor
tet quidem docentem non interrogare. Sed eum
manifeſtum facere, illum autem interrogare.

¶De interrogatiōe tentatiue: atq; quid inter con
tentioſum, ſophiſticumq; ſyllogiſmum interſit.

Caput. 7.

AMplius affirmare, vel negare qui po-
ſtulat non monſtrantis eſt: ſed experi
mentum ſumentis. Nam tētatiua eſt
dialectica quædam. Quapropter de
omnibus inſpicit, & cōſiderat non ſci
entię: ſed ignorantē, & ſimulantē. Qui ergo ſcd'm
rem conſiderat cōia: dialectitus: qui autē hoc ap-
parēter facit, ſophiſta eſt. ¶Et ſyllogiſmus litigio
ſus, & ſophiſticus eſt vnus quidē apparēs: de qui
bus dialectica, & tētatiua eſt, & ſi vera ſit cōcluſio.
Nam eius qui ꝑpter quid deceptorius eſt. Et qui
cunq; (cū nō ſint) ſcd'm ſingulorum viā paralogiſ-
mi videnť eſſe ſcd'm artem. Nā falſæ deſcriptiōes
non litigioſæ (nam ſcd'm ea, quæ ſub arte ſunt pa-
ralologiſmi) neq; ſi aliqua eſt falſa deſciptio circa
verum. Vt Hypocratis quadratura per lunulas.
Sed vt Briſſo quadrauit circulum. Nam & ſi qua-
dratur circulus, tamē quia non ſcd'm rem: ideo ſo-
phiſticus: quare & qui de his eſt apparēs ſyllogiſ
mus: & ſi ſit ſyllogiſm9 litigioſa eſt oratio: nam ap
parēs eſt ſcd'm rem: quare falax, & iniuſtus. Quē-
admodū enim quæ in certamine eſt iniuria quan-
dam ſpeciem habet recti, & eſt quædā iniuſta cer-
tatio: ſic in contradictione iniuſta contentio eſt li-
tigioſa. Nā & illi, qui omnino vincere volunt om-
nia apprehendūt: & hi litigioſi ſunt. Qui ergo ob
victoriam ipſam tales ſunt litigioſi omnes: & rixæ
amici videntur eſſe: qui autem propter gloriam,
quæ in diuitiis eſt, ſophiſtici ſunt. Nam ſophiſti-
ca eſt, vt diximus ditatiua quædam ab apparen-
te ſapientia, propter quod demonſtrationem,
& ſapiētiam apparentem appetunt. Et in eiſdem
orationibus quidē ſunt litium amatores: & ſophi-
ſtæ: ſed non propter idē. Et oratio quidem eadem
erit ſophiſtica, & litigioſa: ſed non ſecundū idem:
ſed in eo quidem, ꝙ propter victoriam apparen-
tem litigioſa: in eo vero ꝙ propter ſapientiam ſo-
phiſtica. Nam ſophiſtica eſt quædam apparens ſa
pientia: non autē exiſtēs. Litigioſus vero eſt, qui
quodāmodo ſic ſe habet ad dialecticū: vt falſigra
phus ad geometricum: nam ex eiſdem dialecticæ
paralogizat: velut & falſigraphus geometricæ.
Sed hic quidē non eſt litigioſus. Quoniā ex prin-
cipiis, & concluſionibus, quæ ſunt ſub arte falſo
deſcribit. Qui autem ex his eſt, quæ ſunt ſub dia-
lectica circa alia quidem quoniā litigioſus erit ma
nifeſtum: vt quadratura quidem, quę per lunulas
non litigioſa: Briſſonis autē litigioſa. Et hunc qui
dem non eſt transferre: niſi ad geometriā tantum
eo quod ex propriis fit principiis: illum autem ad
plures quicūq; neſciunt quid eſt poſſibile in vno
genere, & quid impoſſibile. Aptabitur em̄ velut
Antipho quadrauit. Vel ſi quis non dicat melius
eſſe poſt cœnā deambulare per Zenonis rationē
non medicinalis: cōmunis enim eſt. Si ergo omni
no ſimiliter ſe haberet litigioſus ad dialecticū: vt
falſigraphus ad geometricum: non ex illis eſſet li-
tigioſus. Nunc autem non eſt dialecticus circa ge
nus aliquod determinatū: Neq; oſtenſiuus illius.
Neq; talis, qualis vniuerſalis. Neq; enim omnia
ſunt in vno aliquo genere: neq; ſi eſſent, poſſibilę
eſt, ſub eiſdem principiis eſſe ea, quę ſunt. Quare
& nulla ars demonſtratiua alicuius naturæ inter-
rogatiua eſt: non enim poſſibile eſt vtrālibet par-
tium daret: nā ſyllogiſmus non fit ex vtriſq;: diale-
ctica autem interrogatiua. Si autem oſtēderit &
ſi non omnia, ſed prima, & propria principia non
interrogat: nam ſi non daret, non iam haberet, ex
quibus amplius diſputaret ad inſtantiā. Talis au
tem eſt tentatiua. Nec em̄ tentatiua talis eſt, qua
lis eſt geometria: ſcd'm quam habet, & non ſciens
aliquid. Eſt enim experimentū ſumere, & nō ſcien
tis, & eum, qui neſcit rem: ſiquidē dat, non ex qui
bus nouit. Neq; ex propriis: ſed ex conſequenti-
bus: quæcūq; enim talia ſunt quæ ſcientē quidem
nihil prohibet neſcire artem: neſcientē autem ne-
ceſſe eſt ignorare. Quare manifeſtum quoniā nul
lius determinati tentatiua diſciplina eſt: eo ꝙ de
omnibus eſt. Nam omnes artes vtuntur quibuſ-
dam communibus: quare etiā omnes idiotæ quo-
dammodo vtuntur dialectica, & tentatiua. Nam
omnes vſq; ad aliquid conantur diiudicare pro-
nunciantes: hæc autem ſunt communia: nā ea ni-
hil minus ſciunt, q̃uis videantur valde extra dice
re. Arguunt ergo omnes: nam ſine arte partici-
pant, de quibus artificialiter eſt dialectica: & arte
ſyllogiſtica fit tētatiuus dialecticus. ¶Qm̄ autem
ſunt multa quidē hæc cōmunia, non talia autē, vt
natura quædā ſint, & genus eorū: ſed velut nega-
tiones: alia aūt nō talia: ſed quaſi ꝑpria eſt ex his,
de omnibus experimentum ſumere: & artem eſſe
quandam: & non talem eſſe, quales, quæ demon-
ſtrant. Eo quod litigioſus non eſt omnino ſic ſe ha
bens, vt falſigraphus. Non enim erit paralogiſti-
cus ex determinati cuiuſdam generis principiis:
ſed circa omne genus erit litigioſus. ¶Loci ergo
de ſophiſticis elenchis hi ſunt. Quoniam autē eſt
dialectici cōſiderare de his, & poſſe facere ea, non
difficile videre. Nā quæ circa propoſitiōes eſt me
thodus omnem habet hanc ſpeculationem. Et de
elenchis quidem apparentibus dictum eſt.

¶Loci ſophiſtici interrogantium ad falſum, aut
inopinabile. Cap. 8.

FAlſum autē in aliquo eſt oſtende-
re, & orationem ad inopinabile du
cere. Hoc autē fuit ſecundum pro
poſitum ſophiſticæ voluntatis.
¶Primum quidē ex eo, quod in-
terrogat quodammodo, & per in-
terrogationē accidit maxime. Nam ad nullum de
terminatum interrogare propoſitum venatiuum
eſt horum: nam vane dicentes peccant magis: va
ne autē dicunt, quando nihil habent propoſitum.
Interrogare multa quāuis determinatum ſit, ad
quod diſputat. Et ea, quæ videntur dicere proba
re facit quandā idoneitatē: vt ad inopinabile du-
cat, vel falſum. Et ſi interrogatus dicat, aut neget
horum aliquid ducere ad ea, ad quę idoneus eſt ar
gumentari. Poſt tamen non minus lædere per hoc
quā prius. Exigunt enim quidē ad hoc, quod eſt
in principio. Elementum enim deueniendi ad fal
ſum aliquod, aut inopinabile nullam ſtatim inter
rogare poſitionem: ſed confiteri ob hoc ſe interro
gare, quod diſcere velit: locum enim argumenta-
tionis conſideratio facit. ¶Ad mentiētem autem
oſtendendum proprius modus ſophiſticus eſt du
cere ad talia, ad quæ abundat orationibus. Eſt au
tem bene, & non bene facere quemadmodum di-
ctum eſt prius. ¶Rurſum vt quod extra opinio-
nem eſt, ducat conſiderare: ex quo genere eſt, qui
diſputat: deinde interrogare, quod pluribus hi di-
cunt inopinabile. Eſt enim ſingulis aliquid tale.
Elementum autē horum ſingulorum ſumere poſi
tiones in propoſitionib9. Solutio vero horū com-
petens fertur oſtendere qm̄ non propter oratio-
nem accidit improbabile: ſemper autē vult, qui cō
tendit. Amplius autē ex voluntatibus, & manife
ſtis opinionibus. Non em̄ eadē volunt, & dicunt:
ſed dicunt quidē decoratiſſimas orationes: volūt
autē ea, quę videntur ꝓdeſſe: vt bene mori magis
quā voluptuoſe viuere dicunt oportere: & egere
iuſte magis, quā diuitiis affluere praue: volūt au-
tem cōtraria. Ergo eum, qui dicit ſecundū volun-
tates ad has manifeſtas opiniones ducendū. Eum
vero, qui dicit ſecundū has abſcōſas: vtrunq; em̄
neceſſariū eſt extra opinionē ducere. Aut em̄ ad
manifeſtas, aut ad abſconſas dicunt cōtraria. Plu
rimus autem eſt locus faciendi, quæ extra opinio
nem ſunt ducere: ſicut Callides in Gorgia ſcript9
eſt dicens: & veteres omnes arbitrati ſunt accide
re in eo, qđ ſecundū naturam, & ſcd'm legē cōtra-
ria. Contraria em̄ eſſe naturā, & legem dicunt: &
iuſtitiā ſecundū legem quidē eſſe bonū: ſecundū
autē naturam non bonū. Oportet ergo ad eū qui-
dem, qui dicit ſcd'm naturam ſecd'm legem obuia-
re: ad eū vero, qui ſecundū legē in naturā ducere:
vtrunq; em̄ dicere cōtingit, quod extra opinionē
eſt. Erit autem eis ſecundū naturam quidem ve-
rum, ſecundū autē legē, quod pluribus videtur.
Quara manifeſtum quoniā & illi, quemadmodū
& qui ſunt nunc, aut arguere, aut quod extra opi
nionem eſſet dicere reſpondentem conabantur
facere. ¶Quædam autē interrogationes habent
vtrinq; improbabilem reſponſionē: vt vtrum ſapi
entibus, aut pati oporteat obedire, & expediētia
facere: aut iuſta, & iniuriam pati melius, quam no
cere. Oportet autem ducere ad ea, quæ pluribus,
& ſapientibus ſunt contraria: nam ſi dicat aliquis,
vt qui circa rationes ad ea, quæ pluribus. Si autē
vt plures in ea, quæ in his, quæ in ratione: dicunt
enim ij quidem ex neceſſitate beatum iuſtum eſ-
ſe: pluribus autem improbabile eſt Regem infœli
cem eſſe. Erit autem ad ea, quę ſic ſunt improbabi
lia dicere idem modus, quo & in eam, quæ eſt ſe-
cundū naturā, & ſecundū legem cōtrarietatē du
cere. Nam lex opinio pluriū: ſapientes autē ſcd'm
naturā, & veritatē dicunt. Et ea quidē, quæ ſunt
extra opinionem, & his oportet quærere locis.

¶De captionibus nugationis, & ſolecíſmi.

Caput. 9.

DE facere autem nugari quid dicimus,
nugari iam mōſtrauimus. Omnes au
tem huius orationes hoc volunt face
re ſi nihil differat nomen: & orationē
dicere, aut nomen per ſe ſumptū, & al
teri coniunctum. ¶Duplum autē: & duplum dimi
dij idem eſt: ſi ergo duplum eſt dimidij: duplū erit
dimidij, dimidij duplum. Et rurſum ſi pro duplo
duplum dimidij ponatur: ter erit dictum dimidij,
dimidij, dimidij duplum. ¶Et putas eſt concupiſ
centia delectationis, hæc autem eſt appetitus de-
lectationis: eſt ergo concupiſcentia appetitus de
lectationis. Sunt autem omnes huiuſmodi ora-
tiones, & in aliquid quæcunq; ſunt non ſolum ge
nera: ſed & ipſa ad aliquid dicuntur: & ad idem,
& ad vnum aſſignantur, vt appetitus alicuius ap
petitus: & concupiſcentia alicuius concupiſcen-
tia: & duplum alicuius duplū: & duplum dimidij.
Et quoruncunq;, quæ (cum ſubſtantiam non ſint)
ad aliquid omnino ſunt quorū ſunt habitus, aut
paſſiōes, aut aliquid huiuſmodi ſunt in oratione
ipſorum de illis prædictorum declarať. Vt abun-
dans eſt numerus medium habens: eſt autem nu-
merus abundans: eſt ergo numerus numerus me
dium habens. Et ſi ſimum cauitas naris eſt: eſt au-
tem naris ſima: erit ergo naris naris caua. Viden-
tur autem facere non facientes quandoq;: eo qđ
non interrogāt ſi ſignificet aliquid per ſe dictum:
aut nihil: & ſi aliquid ſignificat vtrum idem, aut di
uerſum: ſed concluſionem dicunt ſtatim: & vide-
tur, eo quod nomen idem ſit idem ſignificare.

¶Docet ducere ad Solœciſmum. Cap. 10.

SOlœciſmus autem quale quid eſt: di-
ctum eſt prius. Eſt autē & hoc facere
& non faciētem videri, & facientem
non videri. Quemadmodum Cecilia
nus dicit: vt ſi ficus eſt ſecundæ decli
nationis. Nam qui dicit ficus maturas ſolœciſmū
facit ſecundū illum: non videtur autem pluribus:
qui vero ficos videtur quidē: ſed non facit. ¶Eo-
dem modo ſi finis ſolum eſt maſculini generis ſe-
cundum quoſdam eſt: nam qui dicit certam finem
ſolœciſmum facit ſecundum illos. Manifeſtum er-
go quoniā & ars quædam hoc poteſt facere: eo ꝙ
multæ orationes non colligentes ſolœciſmum vi-
dentur ſyllogizare: velut in elenchis. Sunt autem
omnes pene apparentes ſolœciſmi ſecundū hoc
& quādo caſus, neq; maſculinū, neq; fœmininum
indicat: ſed neutrū: nam hic quidem maſculinum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſignificat:hæc autem fœmininum: hoc vero neutrum vult ſignificare:ſæpe autem ſignificat: & illa vtraq;, vt quid eſt hoc? homo:calliopeia: vel lignum: vel coriſcus. Ergo maſculini, & fœminini differunt caſus omnes:neutri alij quidem:alij autem non. Dato ergo hoc ſæpe ſyllogizant quaſi datum ſi hunc:ſimiliter autem & alium caſum pro alio ponunt. Paralogiſmus autem fit, eo quod hoc commune ſit plurium caſuum: nam hoc ſignificat quandoq; hic, quandoq; autem hunc. Oportet autẽ permutatim ſignificare, cum eſt quidem hic:cum eſſe autem hunc, vt eſt coriſcus eſſe coriſcum:& in fœmininis nominibus ſimiliter:nam in nominibus ſimiliter eſt: & eſſe faciunt differentiã. Et quodãmodo in his ſimilis eſt ſolœciſmus elenchis, qui dicuntur, ſecundum quod non ſimilia dicuntur ſimiliter: nam quemadmodũ illic in rebus, ſic hic in nominibus accidit ſolœciſmum fafacere. Nam homo, & albus, & res, & nomen eſt. Manifeſtum ergo quoniam ſolœciſmum tentandum eſt ex dictis caſibus ſyllogizare. Species igitur ſunt hæ agoniſticarum diſputationum, & partes ſpecierum, & modi, qui dicti ſunt.

¶De occultatione ſophiſtica cõtra reſpõdentes. Cap. II.

Differt autem non parum, ſi ordinentur quodammodo ea, quæ circa interrogationes ſunt, vt lateant reſpõdentes velut in dialecticis: deinceps ergo ex his, quæ dicta ſunt hic primum dicendum. Eſt ergo ad arguendum vnum quidem longitudo. Difficile enim ſimul multa conſpicere. Ad longitudinem vero prædictis elenchis vtendum elementis. Vnum vero feſtinatio. Nam tardiores minus præuident. Eſt autem ira, & contentio. Conturbati enim minus poſſunt conſiderare omnes. Elementa autem iræ, & manifeſtum eum facere, qui velit iniuſte agere, & circa omnia imprudentem eſſe. ¶Amplius permutatim interrogationes ponere, ſiue ad idem plures habeat aliquis orationes: ſiue non: & quoniam ſic, & quoniam non ſic. Simul enim accidit aut ad plura, aut contraria facere obſeruationem. Omnino autem omnia, quæ ad occultare dicta ſunt prius vtilia, & ad agoniſticas diſputationes: nam occultatio eſt latendi cauſa latere autem fallaciæ eſt. Ad abnuentes autem quæcunq; opinantur eſſe ad orationem ex negatione interrogandum: velut contrarium:velit autẽ etiam ex æquo interrogationem facere:nam cum dubium eſt, quid velit ſumere minus graues fiunt partibus. ¶Et quando in paribus dederit quis ſingulare inducenti vniuerſale: ſæpe non interrogãdum eſt, ſed vt conceſſo vtendum:nam quandoq; putant & ipſi dediſſe, & audiẽtibus videtur propter inductionis memoriam: velut non interroganti ſtulte. Et in quibus non nomine ſignificatur vniuerſale: ſed ſimilitudine vtendum eſt ad hoc, quod expedit: latet enim ſimilitudo plærunq;. Et ad ſumendum propoſitionem contrarium oportet admittentem inquirere: vt ſi debeat ſumere quoniam oportet patri obedire vtrum per omnia oportet obedire parentibus: aut per omnia non obedire: & ſæpe multa videntur concedenda patri vt multa: concedenda autẽ pauca:magis enim ſi neceſſarie eſt, videbuntur eſſe multa. Appoſitis enim iuxta ſe contrariis maiora, & minora videnẽ, & peiora meliora hominibus. Valde autem & ſæpe facit videri redargui maxime ſophiſtica calumnia interrogãtium: cum nihil ſyllogizantes non interrogationem faciunt ad hoc, quod vltimum eſt: ſed concluſiue dicunt velut ſyllogizãtes non ergo hoc, & hoc. ¶Sophiſticum autẽ eſt poſito inopinato approbare hoc, quod videtur reſpondere propoſito: eo quod videtur ex principio, & interrogationem talium ſic facere: vtrum tibi videtur:neceſſe eſt enim ſi ſit interrogatio, ex quibus ſyllogiſmus:aut elenchum, aut inopinabile fieri:cum dat quidem elenchum: cum autem non dat:neq; dare videtur, fatetur inopinabile: cum vero non dat, videri autem fatetur elenchum, aut ſimile. Amplius quẽadmodum in rhetoricis, & in elenchis ſimiliter contrarietates conſiderandũ:aut ad eos, quæ ab eodem ſunt dicta:aut ad quos confitentur bene dicere, vel facere. Amplius ad eos, qui videtur huiuſmodi:aut ad ſimiles, aut plures, vel ad omnes. Et ſicut reſpondẽtes ſæpe cum redarguuntur, faciunt duplex ſi debeat accidere redargutio, & interrogationibus vtendum quandoq; illa contra inſtãtes, ſi ſic quidem accidat: ſic autem non: quoniam ſic ſumpſerit, vt facit Cleophon in Mandrabulo. Oportet etiam abſiſtentes ab oratione reliqua argumenta diuidere, & reſpondenti (ſi præſenſerit) prius inſtare, & prædicere. Conandum autẽ quãdoq; & ad aliud ab eo, quod dictum eſt illud extra ſumentibus, vel requirentibus ſi non ad hoc, qđ propoſitum eſt, habeat aliquis argumẽtari:quod Licrophon fecit ꝑpoſito liram extollere. Ad eos autem, qui exigunt ad quid conatur argumentari:quia videtur oportere aſsignare cauſam: dictis autem quibuſdam obſeruabilibus, quod vniuerſaliter accidit in elenchis dicere contradictionem: quoniam quod dixerit negare, aut quod negauerit dicere: ſed non quoniam contrariorum eſt eadem diſciplina, vel non eadem. Non oportet autem concluſionem, vt propoſitionem interrogare quaſdam autem non interrogare:ſed vt conceſsis vti. Ex quibus ergo interrogationes, & quomodo interrogandum in agoniſticis diſputationibus ſiue exercitationibus dictum eſt.

¶Libri primi Elenchorum Finis.

SECVNDVS ELENCHORVM SOPHISTICOrum Ariſtotelis de vtilitate cognoſcendi ſophiſticas orationes, & apparatũ ad eas diluendas.

¶De intentione dicendorũ, deq; vtilitate in cognoſcendis illis. Cap. I.

DE RESPONSIONE autem & quomodo oportet ſoluere:& ad quid & ad quã vtilitatem huius orationes proſunt poſt hęc dicendum. Vtiles ergo ſunt ad philoſophiam propter duo. Primũ quidem quoniam ſæpe quæ ſecundum dictionem fiunt melius habere faciunt quoties ſingulum dicitur: & quæ ſimiliter & quæ in aliter in rebus accidunt, & in nominibus. Secũdum autem ad eas quæ per eundẽ ſunt quæſtiones. Nam qui ab alio facile paralogizatur & hoc non ſentit & ipſe a ſe hoc patitur ſæpe. Tertium vero & reliquum adhuc ad gloriam. Et circa omnia exercitatum eſſe videri & in nullo inſcie ſe habere. Nam ſi is qui cõmmunicat orationibus ſpernit oratiões cum nihil habeat determinare de vitio earum: dat ſuſpicionem ꝗ videatur grauis eſſe nõ quia verum ſit: ſed propter imperitiam. Reſpondẽtibus autem quomodo obuiandũ ad huiuſmodi orationes manifeſtũ, ſi quidẽ recte diximus prius ex quibus ſunt paralogiſmi & ſi quæ inquirendę ſunt ſuperabundãtias ſufficienter diuiſimus. Non eſt autem idem ſumere orationem videre & ſoluere vitium & interroganti poſſe obuiare velociter. Nam quod ſcimus ſæpe tranſpoſitum ignoramus. ¶Amplius autem quemadmodum in diſputationibus citius & tardius ex exercitatione fit magis ſic & in aliis ſe habet. Quare ſi manifeſtum quidem ſit nobis immeditati autem ſimus:fallimur temporibus frequenter. Accidit autem quandoq; ſicut in deſcriptionibus, nam & illic ſoluentes quandoq; cõponere verum non poſſumus:ſic & in elenchis ſcientes ſecundum quid orationem accidit connectere, ſoluere tamen orationem dubitamus. Primum ergo ſicuti ſyllogizare dicimus probabiliter quandoq; magis quam vere eligere oportere: ſic & ſoluendum, quandoq; magis probabiliter quam ſecundum verum. Omnino enim cõtra litigioſos eſt obſtandum non vt arguentes:ſed vt apparẽtes. Nõ enim dicimus eos ſyllogizare, quare vt non videãtur corrigendi ſunt. Nam ſi elenchus eſt contradictio nõ equiuoca ex quibuſdam nihil opus eſt diuidere ad amphibologiã & equiuocationẽ, non.n. facit ſyllogiſmum: ſed ob nihil aliud diuidendum eſt: niſi quia cõcluſio videtur elencho ſimilis. Non ergo redargui: ſed videri redargui cauẽdum eſt eo ꝗ interrogare ſecundũ amphibologiã:& quę ſecũdũ equiuocationẽ ſunt & quęcũq; alię huiuſmodi obtuſiones quæ verũ elenchũ obnubilãt & arguẽtem & nõ arguentẽ dubium faciũt. Nam quia licet in fine cõcluſionis nõ quod affirmauit negare dicere:ſed equiuoce & ſi quod maxime cõtingit idẽ ferat dubiũ ſi redargutus eſt: dubium enim ſi vera dicit nũc. Si vero diuidẽs interrogaſſet equiuocũ aut amphibologicum non dubius eſſet elenchus, & qui requirunt nũc quidem minus prius autem magis litigioſi, & ideo, vel ſic, vel non reſpondere ad interrogatum eſt neceſſe. ¶Nunc autem quia nõ bene interrogãt inquirẽtes neceſſe eſt vt reſpõdeat aliquid is qui interrogatus eſt corrigens vitium propoſitionis:quoniã diuiſo ſufficienter vel ſic vel non neceſſe eſt dicere reſpondentẽ. Si autẽ aliquis putet eum qui eſt ſecundum equiuocationem elenchum eſſe:quodãmodo non erit reſpondentem effugere redargutionem. Nam in viſibilibus neceſſariũ quod dicit negare nomen & quod negauit affirmare. Nam vt corrigunt quidam nihil prodeſt:non enim coriſcum aiunt eſſe muſicũ & non muſicũ:ſed hunc coriſcũ muſicũ & hunc coriſcũ non muſicũ. Nam eadem erit oratio coriſcũ vel hũc coriſcũ muſicum eſſe vel nõ muſicũ:quod ſimul affirmãt & negant:ſed fortaſſe nõ idem ſignificant. Nam nec illic nomẽ quare in aliquo differt. Si autẽ huic quidẽ ſimpliciter dicere coriſcũ aſsignet illi autẽ addat aliquem aut hunc incõueniens eſt, nihil .n. magis alteri vtrolibet.n. nihil differt. Non autẽ ſic differt:ſed quia dubius quidẽ eſt qui nõ determinauit amphibologiã, vtrũ redargutus eſt vel nõ conceſſum eſt aũt in diſputationibus diuidere, manifeſtũ autem qm̃ non determinãtem dare interrogationẽ:ſed ſimpliciter peccatum eſt: quoniã & ſi non ipſe tamen diſputatio redarguet ſimilis eſt. Accidit autẽ ſæpe videntes amphibologiã pigreſcere diuidere:eo ꝗ frequenter talia proponãtur ne ad omnia videantur graues eſſe:deinde nõ putantibus propter hoc fieri orationẽ ſæpe obuiauit improbabile, quare quoniã datũ eſt diuidere nõ pigritandũ quemadmodũ dictũ eſt prius. Si autem duas interrogationes non vnam faciat quis non propter equiuocationẽ, vel amphibologiam fieret paralogiſmus:ſed vel elẽchus vel non quid enim differt interrogare ſi callias & themiſtocles muſici ſint: quaſi ambobus vnũ nomen eſſet exiſtẽtibus diuerſis:nã ſi plura ſignificat vno nomine plura interrogauit. Si ergo non rectũ eſt ad duas interrogationes vnã reſpoſionẽ probare ſumere ſimpliciter manifeſtũ quoniã nulli eorũ quæ equiuoca ſunt cõuenit reſpõdere ſimpliciter. Nec ſi de omnibus verũ ſit vt volunt quidã nihil enim differt hoc quã ſi interrogaſſet coriſcus & callias, vtrum domi ſint vel nõ ſint domi: ſiue pręſentibus vtriſq;, ſiue non præſentibus vtrinq; enim plures propoſitiones. Non enim ſi verum eſt dicere interrogatio propter hæc vna poſsibile eſt enim ad mille alia interrogata omnia ſic vel nõ verum eſſe dicere,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicere, attamen non eſt reſpondendũ vna reſponſione interimitur enim diſputate hoc autẽ ſimile. tanquã ſi idẽ nomen imponatur diuerſis. Si ergo non oportet ad duas interrogationes vnã reſponſionẽ dare. Manifeſtũ quoniã nec in equiuocis ſic vel nõ dandũ: neq; enim qui dixit reſpondet, ſed dixit: ſed concedunt quodãmodo in diſputationibus eo ꝙ lateat quod accidit. Sicut ergo diximus quoniã elenchi quidã vidẽtur eſſe cum non ſunt. Eodem modo & ſolutiones quædã videntur eſſe quæ nõ ſunt: quas dicimus quandoq; magis oportere ferre quã veras in agoniſticis diſputationibꝰ &(ad duplex) in obuiatione. Reſpondendũ autẽ in his quæ videntur eſto dicendo: etenim ſic minime fiet ad ſe elenchus. Si vero aliquid quod extra opinionẽ ſic cõatur dicere hic maxime addẽdũ videri: ſic enim, neq; elẽchus, neq; inopinatũ videbitur fieri. Quoniã autẽ quomodo petitur quod eſt in principio manifeſtũ quoniã putant omnino ſi ſit propinquũ interimendũ: & non concedendum eſſe quædã: velut ſi quod in principio eſt petat & quando aliquid tale probauerit quis quod neceſſarium eſt quidem accidere ex poſitione. Eſt autẽ falſum, vel inopinatum idem dicẽdum, nam quæ ex neceſsitate accidunt eiuſdem vidẽtur eſſe poſitionis. ¶Amplius quando vniuerſale non nomine ſumitur, ſed parabola: dicendum quoniam nõ ſic datum eſt, neq; vt propoſitum ſumit: nam propter hoc fit ſæpe elenchus, ſi autem prohibeatur is ab hoc quoniam non bene oſtenſum eſt eundẽ obuiando ſecũdum dictam determinationem. In his ergo quæ propriæ dicuntur nominibus neceſſe eſt reſpõdere: vel ſimpliciter, vel diuiſim. Quæ autem ſubintelligentes proponimus: vt quæcũq; nõ plane: ſed truncatim interrogãtur: propter hoc accidit elẽchus. Vt putas ne quidquid eſt danaũ: poſſeſsio eſt danaum? vtiq; ſimiliter autem & in aliis: ſed homo eſt animalium ſic vtiq; poſſeſsio: ergo animaliũ homo: nam hominẽ animaliũ dicimus quia de numero animaliũ eſt: & alexandrũ lacedemoniorũ: quoniã lacedemonius eſt. Manifeſtum ergo quoniã in quibus obſcurũ eſt quod proponitur nõ ſimpliciplíciter concedẽdum. Quãdo autẽ duobus exiſtẽtibus cũ alterũ quidẽ eſt ex neceſsitate alterũ quidẽ eſſe videtur, cũ aũt alterũ hoc nõ ex neceſsitate interrogatũ prius oportet quod minus eſt dare: difficilius enim eſt ſyllogizare de pluribus. Si autem conetur quoniã huic quidẽ eſt cõtrariũ illi autẽ non eſt, ſi oratio vera ſit cõtrarium oporteret dicere nomen autẽ alterius nõ eſt. Quoniam autẽ quædam quidẽ eorum quæ dicũtur plures eum qui nõ cõcedit mẽtiri inquiunt: quædam autem nõ, vt quicũq; vtrinq; opinãtur vtrũ enim corruptibilis, vel immortalis ſit animaliũ: non determinatum eſt multis: in quibus ergo dubium eſt vtro modo ſoleat dici quod proponitur vtrum vt conceptiones? vocant enim conceptiones & veras opiniones & totas negationes, vt diameter incommenſurabilis eſt coſtæ. Amplius de quo verũ vtrinq; opinantur maxime transferentes aliquis nomina in his latebit: nam quia dubium eſt vtro modo ſe habet verum non opinabitur ſophiſtice agere, quia vera vtrinq; opinantur nõ putabitur mẽtiri: nam modo tranſlatio faciet orationes ſine elencho videri. ¶Amplius quancunq; interrogationem præſenſerit aliquis prius inſurgẽdum eſt & prædicendum: ſic enim maxime interrogantem prohibebit. Quoniã autẽ recta ſolutio eſt manifeſtatio falſi ſyllogiſmi ſecundum quã interrogationem accidat falſum. Falſus autẽ ſyllogiſmus fit dupliciter aut enim ſyllogizatum eſt falſum aut ſi cũ non eſt ſyllogiſmus videtur eſſe ſyllogiſmus erit & quæ nunc dicta eſt ſolutio & apparentis ſyllogiſmi, ſecundum quã interrogationẽ videtur eſſe interrogationũ correctio quare cõtingit orationes ſyllogizatas quidẽ interimere, apparẽtes diuidentẽ ſoluere. ¶Rurſum aũt quoniã ſyllogizatarum orationum heæ quidem veram illæ aũt falſam habẽt concluſionẽ, eas quidem ſecundũ cõcluſionẽ ſunt falſæ duobus modis cõtingit ſoluere, nam in eo ꝙ interimitur aliquid eorum quæ interrogata ſunt & in eo ꝙ oſtenditur cõcluſionẽ non ſic ſe habere. Eas vero quæ ſecundũ propoſitiones in eo ꝙ interimitur quidẽ tantũ: nam cõcluſio vera eſt. Quare volẽtibus ſoluere orationẽ primũ quidem perſpiciendum eſt ſyllogizata eſt: aut non ſyllogizata deinde vtrum vera ſit concluſio vel nõ vera: quatinus, vel diuidentes, vel interimentes ſoluamus & iterum interimentes hoc modo, vel illo ſicut dictum eſt prius. Differt autem plurimum interrogatam ſoluere, vel non ſoluere orationem: nam præuidere quidem difficile eſt per vacationem autem temporis videre facile.

¶De ſolutione Elenchorum Sophiſticorum in dictione. Cap. 2.

HOrum igitur qui ſecundum equiuocationem & amphibologiã Elẽchorum, alij quidẽ habent aliquã interrogationem plura ſignificantẽ, alij aũt concluſionem multipliciter dictam. Vt in eo quidẽ qui eſt tacentem loqui concluſio eſt duplex in eo vero qui eſt, nõ conſcire ſcientẽ vna interrogationũ amphibologia eſt. ¶Et duplex quidem, quãdoq; eſt, quãdoq; nõ eſt: ſed ſignificat duplex hoc quidẽ ens: illud vero nõ ens. In quibus ergo in fine eſt multiplex niſi prius ſumpſerit contradictionẽ non fit Elenchus vt in eo quod eſt cæcũ videre: nã ſine contradictione nõ fit elenchus. Quibus vero interrogationibus nõ neceſſe eſt prius negare quod duplex eſt: nã non ad hoc: ſed propter hoc fit oratio. Ergo in principio quidem ad duplex & ad nomen & ad orationẽ ſic reſpondendũ: quoniam eſt vt ſic eſt autẽ vt nõ ſic, vt de eo quod eſt tacentẽ loqui quoniã eſt vt ſic eſt autẽ vt non & quę expediũt faciẽda: ſunt autẽ quę ſic ſunt aut quæ non: nam expediẽtia dicuntur multipliciter. ¶Si autem lateat in fine addentẽ interrogationẽ corrigere: ergo eſt tacẽtem loqui nõ ſecũdum hũc tacentẽ.

Et in his autẽ quæ ſe habẽt quidem multipliciter in propoſitionibus ſimiliter: nõ ergo cõſciunt quæ ſciunt vtiq;: ſed nõ ſic ſcientes, nõ enim eſt idẽ quoniã non eſt conſcire ſcientes & quoniã ſic ſcientes non eſt. Et omnino obſtandum eſt, & ſi ſimpliciter ſyllogizetur quoniam non rem quam dixit negauit: ſed nomen, quare non eſt elenchus. ¶Manifeſtũ autem & ad eos qui ſunt ſecundũ cõpoſitionem & diuiſionẽ quomodo ſoluendũ, nam ſi diuiſa & cõpoſita oratio aliud ſignificat cõcluſa contrariũ dicendũ. Sunt autem huiuſmodi omnes orationes ſecũdum compoſitionẽ & diuiſionem. Putaſne quo vidiſti hũc percuſſum? hoc percuſus eſt hic, & quo percuſſus eſt hic hoc tu vidiſti. Habet ergo aliquid etiam dubiarũ interrogationum ſi eſt ſecundũ compoſitionem: nõ enim eſt duplex quod ſecundũ diuiſionem, nõ enim eadem oratio fit diuiſa & compoſita. Siquidẽ malum & malũ ſecundũ accentũ prolata ſignificãt aliud: ſed in ſcriptis quidẽ idem nomẽ cum ex eiſdẽ elementis ſcriptum eſt & ſimiliter. Et illic autẽ ſigna faciũt prolata nõ eadem, quare nõ duplex quod ſecundũ diuiſionẽ eſt: manifeſtum autem quoniam non omnes Elenchi ſecundũ duplex ſicut quidã dicunt. Diuidendum ergo ei qui reſpõdet nõ idem eſt enim dicere videre oculis percuſſum & dicere oculis percuſſum videre. Et enthydemi oratio. Putas ne vidiſti tu nũc exiſtẽtes in pireo naues in ſicilia exiſtens? Et rurſum putas ne malũ ſutorem bonũ eſſe? erit aũt quis bonus ſutor malus. Putas ne quorum ſciẽtiæ bone: bonas eſſe diſciplinas? mali autem bona ſcientia: ergo bona diſciplina malũ. At vero & malum & diſciplina malũ: quare mala diſciplina malũ: ſed eſt malorũ diſciplina bona. Putas ne verũ dicere nunc quoniam tu factus es? factus es ergo nunc, aut aliquid ſignificat diuiſum, verũ enim dicere nunc qm̃ tu factus es: ſed nõ nunc tu factus es. Putas ne vt potes & quæ potes ſic & ipſa facies? non citharizans habes poteſtatẽ citharizãdi citharizabis ergo nõ citharizans. Aut nõ huius habet poteſtatẽ vt non citharizãs citharizet: ſed cum nõ facit vt faciunt. Solum autem quidam hũc & aliter, nam ſi dedit vt poteſt facere non dicũt accidere nõ citharizantẽ citharizare: nõ enim omnino vt poteſt facere datum eſt quoniã faciet: non. n. idem vt poteſt & omnino vt poteſt facere. Sed manifeſtum quoniam nõ bene ſoluunt: nam orationũ omnium quæ propter idẽ eadẽ ſolutio: hoc autẽ non cõueniet in omnes nec omnino ad interrogatas: ſed eſt ad interrogantẽ & nõ ad orationem. Secundũ accentum autẽ orationes nõ ſunt, neq; in his quæ ſcribũtur, neq; in his quæ dicũtur excepto ſi quæ paucæ fiunt, vt hic iuſtos viros iuſtum eſt pendere iuſtos viros nõ oportet pẽdere: ergo oportet iuſtos viros pati & nõ pati. Quomodo autem ſoluendũ eſt palã: non enim idẽ ſignificat grauiter & acute prolatũ. Palam autẽ & in his quæ fiũt in eo quod ſimiliter dicũtur quę nõ ſunt eadem, quomodo obuiandũ eo ꝙ habemus genera prædicamẽtorum diſtincta. Nã hic quidẽ dedit interrogatus nõ eſſe quid eorũ quę quid eſt ſignificant: ille vero oſtendit quidẽ eſſe quid eorũ quæ ſunt ad aliquid, vel ad quãtitates, vidẽtur autem quid eſt ſignificare ſecundũ dictionẽ vt in hac oratione. Putas ne cõtingit idem ſimul facere & fieri? non: at vero videre ſimul & videri idẽ & ſecũdum idem cõtingit. Putaſne eſt aliquid eorũ quæ ſunt pati facere? non, ergo ſecatur, vritur operatur ſimiliter dicũtur & omnia quidẽ pati ſignificãt. Rurſum autẽ dicere currere ſcribere ſic ſibi inuicem dicuntur: ſed ſcribere operari quidem eſt: quare & pati quidẽ ſimul autẽ & facere. Si autem aliquis illic dans nõ contingere ſimul idẽm facere & pati videre, & videri dicat contingere, nondum Elenchus factus eſt ſi non dicat videre facere quidem: ſed videri pati. Indiget enim hac interrogatione: ſed ab audiẽte opinatur datũ eſſe: cum & ſecare facere quidẽ & ſecari & fieri dedit, & quæcunq; alia ſimiliter dicũtur: nam reliqua ipſe addiſcit qui audit velut ſimiliter dictũ, hoc autẽ dicitur quidem nõ ſimiliter: videtur autẽ ſecundũ dictionem. Idẽ enim accidit id quod in equiuocationibus: putat enim in equiuocis inſcius orationũ quã dixit: negare rẽ: non nomẽ, hoc autẽ ad hæc eget interrogatione ſi ad vnũ aſpiciens dicat equiuocũ: ſic enim dãte: erit Elenchus. Similes autẽ & hæ orationes his ſi quod quis habens poſtea non habet amiſit: nam vnũ ſolum amitẽs digitum non habebit decẽ digitos. Aut quod nõ habet quidem prius amiſit habẽs, quantum autẽ habet vel quãta non, neceſſe eſt tanta amittere: ergo interrogãs habet, colligit in eo quot quanta, nam decẽ quanta ſi ergo dixit ex principio: ſi quanta quis habet nõ prius habens: putaſne amiſit tanta nullus dixiſſet? ſed aut tãta aut horũ aliquid. Et quoniã dabit quis quod non habet non enim habet vnũ ſolum denarium. Aut nõ dedit quod non habuit: ſed vt non habuit nã ſolum nõ hoc ſignificat, neq; tale, neq; tantum ſed vt habet ad aliquid vt quoniam non cum alio. Quæmadmodũ ſi dicat. Putaſne quod nõ aliquis habet dabit? non dicente autẽ: interroget ſi dabit quis cito quod non habet cito? dicente autem: ſyllogizet quoniã dabit quis quod non habet. Et manifeſtũ quoniã non ſyllogizauit: nam cito nõ eſt hoc dare: ſed hoc modo dare eſt, vt autem non habet dabit aliquis vt quod delectabiliter habet cũ triſtitia dabit. Similes autem & huiuſmodo orationes putaſne quã non habet manu percutiet quis? Aut quẽ non habet oculo videbit? nõ enim habet vnũ ſolum oculũ. ¶Soluũt autem quidem dicentes & vt habet vnum ſolum oculum & aliud quidlibet qui plura habet. Quidam enim & vt quod habet accipit: dedit enim vnũ ſolũ hic denariũ & hic habet dicũt vnũ ſolum ab hoc denariũ, accepit. n. ab hoc denarium ergo vnũ ſolum habet hic denariũ. Alij autẽ ſtatim interrogationẽ interimentes qm̃ cõtingit quod nõ accepit habere vt vinũ accipientẽ ſuaue corrupto in acceptione habere acre.

¶Sed

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Sed quod dictũ eſt prius homines non ad orationem: ſed ad hominem ſoluunt. Nam ſi eſſe hæc ſolutio dantem oppoſitum nõ poſsibile eſſet ſoluere: ſicut & in aliis vt ſi eſt quidẽ quod eſt: eſt autem quod non ſit ſolutio ſi ſimpliciter dicidet concludit, ſi autem non concludit non erit ſolutio: in prędictis autem nominibus datis non dicimus fieri ſyllogiſmum. ¶ Amplius cum & hæ ſunt ex huiuſmodi orationibus. Putas ne quod ſcriptum eſt ſcripſit quis? ſcriptũ eſt autem nũc quoniam tu ſedes falſa oratio: erat autẽ vera cũ ſcribebatur, ergo ſimul ſcribebatur falſa & vera, nam falſam, vel verã orationẽ, vel opinionẽ eſſe non hoc: ſed tale ſignificat nã eadẽ oratio & in opinione. Et putas quod diſcit diſcens hoc eſt quod diſcit? diſcit autẽ aliquis hoc quod eſt tarde cito non ergo quod diſcit: ſed vt diſcit dixit. Et putas quod ambulat aliquis calcat? ambulat autem totã diem. Aut quod nõ ambulat: ſed cum ambulat dixit. Nec quoniam cyphũ bibere quod bibit: ſed ex quo. Et putas qđ quis nouit inueniens, vel diſcẽs nouit ex quibus autem hoc quidem inuenit: illud autẽ dicit ambo, vel neutrum, aut hoc quidem omne: illa autẽ non omnia. Et quoniã eſt quis tertius homo a ſe & ab vnoquoq; nã homo & omne cõmune non hoc aliquid: ſed quale quid, vel ad aliquid aliquo modo, vel huiuſmodi quid ſignificat. Similiter autẽ & in his coriſcus & coriſcus muſicus vtrũ ipſum: an alterum: nam hoc quidẽ hoc aliquid: illud autẽ quale quid ſignificat, quare non eſt ipſum exponere, verum exponere non facit tertium hominem: ſed idẽ quod hoc aliquid eſſe cõcedere, non enim erit hoc aliquid eſſe idem quod callias, & idẽ quod homo eſt. Neq; ſi quis expoſitũ non idẽ quod hoc aliquid eſſe dicat: ſed idẽ quod quale nihil diſtabit, erit enim quod præter plures vnũ quidem vt homo. Manifeſtum ergo quoniã non dandũ hoc aliquid eſſe quod cõmuniter prędicatur de omĩbus: ſed aut quale aut aliquid aut quantũ aut aliquid taliũ ſignificare. Omnino autẽ in his quę ſecundũ dictionẽ ſunt orationibus ſemper per oppoſitum erit ſolutio quã ſecundũ quod eſt oratio. Vt ſi ſecundũ compoſitionẽ oratio ſolutio diuidenti: ſi autem ſecundũ diuiſionem cõponẽti. Rurſum ſi ſecũdum accentũ acutũ grauis erit ſolutio, ſi vero ſecũdũ grauem: acutus. Si autẽ ſecundũ equiuocationẽ eſt oppoſitũ nomẽ dicentẽ ſoluere, vt ſi animatũ accidit dicere: negantẽ non eſſe mõſtrare: quod eſt inanimatũ: ſi vero inanimatũ dixit hic autẽ animatũ colligit: oportet dicere quoniam eſt inanimatum, ſimiliter autẽ & in amphibologia. Si autẽ ſecundum ſimilitudinem dictionis, oppoſitũ erit ſolutio, ergo quod non habet: dabit aliquis aut non quod nõ habet: ſed vt non habet vt vnũ ſolum denariũ: ergo quod ſcit diſcens, vel inueniẽs ſcit: ſed non quæ ſcit, & ſi quod ambulat calcat: ſed nõ eſt: ſimiliter autem & in aliis.

¶ De diluẽdis argutiis accidentis: deq; ſolutione: ſcilicet vltimo locorũ extradictionẽ. Cap. 3.

AD illas vero quę ſecundũ accidens vna quidẽ ſolutio eſt ad omnes. Nã quia indefinitum eſt quando dicendum de re cum quippiam accidenti ineſt & in quibuſdam quidem videtur & dicunt, in aliquibus autem nõ dicunt neceſſariũ eſſe dicere cõcorditer ſimiliter ad omẽs quoniam nõ eſt neceſſariũ: habere autẽ oportet quod proferat dicendo id perinde eſt vt. Sunt autẽ huiuſmodi omnes orationes ſecundũ accidens: ergo noſti ꝙ debeo te interrogare. Ergo cognoſcis venientem, vel coopertũ? Ergo ſtatua tuũ opus eſt? Aut tuus canis patet? Ergo raro pauca ſunt pauca? Manifeſtum enim in omnibus his qm̃ non neceſſe eſt qđ de accidente dicitur & de re verũ eſſe, ſolũ enim his quæ ſecundũ ſubſtantiã ſunt indifferẽtia & quæ vnũ ſunt omnia vidẽtur eandem ineſſe bono aũt non idem eſt bonũ eſſe & futurũ interrogari: neq; veniẽti, vel cooperto & venientẽ eſſe & coriſcũ. Quare nõ ſi cognoſco coriſcum ignoro autẽ venientẽ eundem cognoſco & ignoro. Neq; ſi hoc eſt meũ eſt autem opus meum eſt opus: ſed poſſeſsio, vel res, vel aliud quid eodẽ autẽ modo in allis. Soluũt autẽ quidã interimentes interrogationẽ dicũt enim contingere eandẽ rem noſſe & ignorare: ſed nõ ſecundũ idem nã venientẽ quidam nõ noſcentes coriſcũ autem noſcentes: eundẽ quidẽ noſſe & ignorare dicũt: ſed nõ ſecundum idem.

¶ Quãuis primũ quidẽ ſicut iam diximꝰ oportet earũ quæ ſecundũ idem ſunt orationũ eandẽ eſſe ſolutionẽ: id autẽ non erit ſi quis non in noſſe: ſed in eſſe, vel in aliquo modo ſe habere idem probationẽ accipiat, vt ſi hic eſt pater eſt aũt tuus, nam tametſi in quibuſdã hoc eſt verũ & contingit idẽ noſſe & ignorare: tamẽ hic nihil cõmunicat quod dictũ eſt. Nihil enim prohibet eandem orationem plures occaſiones fallendi habere: ſed non omnis fallaciæ manifeſtatio ſolutio eſt. Contingit enim quoniã falſum quidem ſyllogizauit oſtendere quidem aliquem ſecundũ quid autem non oſtendere, vt zenonis orationem quoniam non eſt mouere.

¶ Quare & ſi quis conetur colligere velut impoſſibile peccat, & ſi milleſies ſyllogizet. Nõ enim eſt hæc ſolutio, erat autem ſolutio manifeſtatio ſyllogiſmi falſi ſecundum ꝙ falſus. Si ergo non ſyllogizauit: ſed vel verum, vel falſum conetur colligere: illius manifeſtatio ſolutio eſt. Fortaſſe autem & id in quibuſdam nihil prohibet accidere: verum in his nec hoc videbitur, nam & coriſcum quoniã coriſcus noſcit: & venientẽ quoniã veniens. Contingere autẽ videtur idem noſſe & non vt quoniã album quidem noſſe. quoniam autem muſicũ non noſſe, ſic enim idem noſcit & non noſcit: ſed non ſecundũ idem veniẽtem autem & coriſcum & quoniam veniens & quoniam coriſcum noſcit. Similiter autem peccant & qui ſoluunt quoniam omnis numerus paucus ſicut quos diximus. Nam ſi non cõcluſum eſt omittẽtes id: id verum cõcluſum eſſe dicũt. Omnia enim eſſe & multum & paucũ dicentes pecant. Quidam autem & duplices ſoluunt ſyllogiſmos: vt quoniam tuus eſt pater, vel filius, vel ſeruus. Quamuis manifeſtum, quoniam ſi eo quod multipliciter dicitur videtur elenchus: oportet nomẽ, vel orationẽ principaliter eſſe plurium: hunc autẽ eſſe huius natum nemo dicit proprie: ſi dominus eſt nati. Sed ſecundũ accidens compoſitio eſt: putas ne eſt hoc tuum? eſt autem hoc natũ tuũ: ergo natũ, quoniã accidit eſſe, & tuũ, & natũ: ſed nõ tuum natum. Et eſſe malorum quoddã bonum. Nam prudẽtia eſt diſciplina malorum. Hæc autem horũ eſſe non dicitur multipliciter: ſed poſſeſsio. Quod ſi forte multipliciter nã & hominem animaliũ dicimus eſſe: ſed non poſſeſsionem, & ſi quid ad mala dicitur vt alicuius propter hoc malorum eſt: ſed non hoc malorũ attamen hoc malorũ. Secundũ quid ergo & ſimpliciter videtur: quãuis cõtingit fortaſſe bonũ eſſe aliquod malorũ dupliciter, non tamẽ in oratione hac. Sed ſi quod ſeruũ ſit bonũ mali magis. Fortaſſe autem nõ ſic non. n. ſi bonũ eſt & huius bonũ huius ſimul verum, neq; hominem dicere animaliũ eſſe dicitur multipliciter, non enim ſi quandoq; ſignificamus auferentes hoc dicitur multipliciter, nam & dimidium dicẽtes verſus vt da mihi iliada ſignificamus vt irã pãde dea. ¶ Eos vero qui ſunt in eo quod principaliter hic, vel qua, vel vbi, vel aliquomodo, vel ad aliquid dicitur & non ſimpliciter: ſoluendum eſt cõſideranti cõcluſionẽ ad contradictionẽ ſi cõtingit horum aliquid paſſum eſſe. Nam cõtraria & oppoſita, & affirmationẽ & negationẽ ſimpliciter quidem impoſsibile ineſſe eidẽ, qua autem vtrũq; vel ad aliquid, vel aliquomodo, vel hoc quidẽ qua: illud autem multipliciter nihil prohibet. Quare ſi hoc quidem ſimpliciter illud autem qua nondum, eſt Elenchus, hoc autem in cõcluſione cõſiderandum ad cõtradictionem. Sunt aũt huiuſmodi omnes orationes hoc habẽtes, ergo cõtingit quod eſt eſſe eſt autem quid quod non eſt. Similiter autem & quod eſt nõ erit: nõ enim erit quid eorum quæ ſunt. Ergo cõtingit eundẽ ſimul bene iurari & peierare. Ergo poſsibile eſt ſimul eidem ſuadere & diſſuadere. An nõ eſſe quod & eſſe? Quod autem non eſt, non ſi eſt quid & eſt ſimpliciter. Neq; ſi bene iurat hoc autem ſecũdum hoc neceſſe eſt & bene iurare, nam qui iurat ſe peiuraturũ bene iurat: peierans hoc ſolũ, bene iurat aut nõ, neq; qui diſſuadet ſuadet: ſed ſecundũ quid ſuadet. ¶ Similis autẽ ratio eſt & de eo quod eſt mentiri eundem ſimul & verũ dicere: ſed quia nõ eſt facile inſpicere vtro modo quis aſsignet ſimpliciter verũ eſſe, vel mẽtiri difficile videtur. Prohibet autem eundẽ nihil ſimpliciter quidẽ eſſe mendacẽ: qua autẽ veracem, vel alicuius eſſe veracẽ aliquem veracẽ autẽ non. Similiter autem & in ad aliquid & vbi & quãdo: omnes. n. huiuſmodi orationes ſecundum hoc accidunt. Ergo ſanitas vel diuitiæ bonũ: ſed inſpicienti & nõ recte vtenti non bonum, ergo bonum & nõ bonum. Ergo ſanum eſſe, vel poſſe in ciuitate eſt bonũ: ſed eſt quandoq; non bonũ: idem ergo eidẽ bonum & nõ bonũ. Aut nihil prohibet quod multipliciter eſt bonũ huic nõ eſſe bonũ, aut huic quidem bonũ: ſed non nunc vel non in hoc bonũ. Ergo quod non vult ſapiens malum? amittere autẽ non vult bonũ malum: ergo bonum: non enim idem eſt dicere malum eſt bonũ & amittere bonũ.

¶ Similiter autem & quæ de fure eſt oratio: nam ſi malus homo eſt fur: & ſumere eſt malum, non enim malum vult: ſed bonũ, nam ſumere bonum eſt bonum. Et ægritudo malum eſt: ſed nõ amittere ægritudinẽ malum. Ergo iuſtũ iniuſto & quod iuſte eo quod iniuſte magis eligendũ eſt? ſed mori iniuſte magis eſt eligendũ. ¶ Ergo iuſtũ eſt ſua habere quenq; quæ autem aliquis iudicat ſecundum opinionem ſuam & ſi ſit falſa ſua ſunt ſingula ex lege, idem ergo iuſtum & iniuſtum. Et vtrum oportet iudicare eũ qui iuſta dicit vel iniuſta? At vero eum qui iniuriam paſſus eſt iuſtum ſufficienter dicere quæ paſſus eſt, ea aũt erant iniuſta: non enim & ſi pati aliquid iniuſte eligẽdum, hoc quod eſt iniuſte magis eſt eligendũ quã quod iuſte: ſed ſimpliciter quidẽ quod iuſte, hoc autẽ nihil prohibet iniuſte: quã iuſte? Et habere ſua quenq; iuſtũ aliena autem non iuſtum. Iudicium vero hoc iuſtum eſſe nihil prohibet, vt ſi ſit ſecundum opinionem iudicantis, non enim ſi iuſtum eſt hoc modo vel ſic: & ſimpliciter iuſtum eſt. Similiter autem & quæ iniuſta ſunt nihil prohibet dicere ea iuſta eſſe, nõ enim ſi dicere iuſtũ eſt neceſſe eſt iuſta eſſe. Sicut nec ſi eſt vtile dicere vtilia: ſimiliter aũt & in iniuſtis. Quare non ſi quæ dicũtur iniuſta qui dicit iniuſta vincitur dicit enim quæ dicere eſt iuſta ſimiliter autẽ & pati iniuſta. ¶ His autẽ quæ ſecũdum diffinitionẽ fiunt elenchi (quemadmodum dictũ eſt prius) obuiãdum conſiderãtibus concluſionem ad contradictionẽ, vt ſit idẽ & ſecundũ idem & ad idem & ſimiliter & in eodẽ tempore. Si vero in principio interroget nõ fatendũ quoniã impoſſibile eſt idẽ eſſe & duplũ & nõ duplũ: ſed dicendũ nõ ſic vt erat redarguere cõceſſum. Sunt autẽ omnes hæ orationes ſecũdum hoc. Putas qui ſcit ſingulũ quoniam ſingulũ nouit eſſe & qui ignorabit ſimiliter? Sciens autẽ quis coriſcum quoniã coriſcus: ignorabit quoniã muſicus quare idem ſcit & ignorat. Putas ne tetracubitum tricubito maius? fiet enim ex tricubito tetracubitũ ſecundũ longitudinẽ, maius autem minore maius, idẽ ergo eodẽ ſecũdum idẽ maius & minus. Illi vero qui fiunt in eo quod petũt & accipiũt quod primo quæſitum eſt ſi ſit quidẽ interrogãtibꝰ manifeſtũ nõ dandũ nec ſi probabile ſit dicenti verũ. Si autẽ lateat ignorãtiam propter moleſtiã talium orationũ ad interrogantem tranſuertendum velut non arguentem, nã Elenchus ſine eo eſt quod eſt in principio. Deinde datũ eſt non vt eo vteretur: ſed vt ad illud diſputaret contrarium, velut in non ſemotis Elenchis. Ad eos qui per conſequens ſunt concordes in ipſa oratione monſtrare. Eſt autem duplex ſequentium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quentium conſequentia, aut enim vt particulare ſequitur vniuerſale, vt hominem animal, probant enim ſi hoc cum illo, vel illud eſſe cum hoc aut ſecundũ oppoſitiones, nã ſi huic eſt illud cõſequẽs, & oppoſito oppoſitũ ſecundũ quod et meliſsi ratio. Nam ſi quod factũ eſt habuit pricipiũ ingenitũ poſtulat nõ habere principiũ, quare ſi ingenitũ eſt cœlum et infinitũ id autem non eſt econtrario enim cõſequentia. Qui autem in eo quod additur aliquid ſyllogizãt conſiderandũ ſi eo ablato accidit nihil minus impoſsibile. Deinde hoc oſtendendũ et dicendũ quoniã dedit nõ vt videtur: ſed vt ad orationem, quo vero vſus eſt nihil ad orationem. Ad eos autem qui plures interrogatiões vt vnam faciunt ſtatim in principio determinandum eſt. Nam interrogatio vna eſt ad quam vna reſpõſio eſt quare, neq; plura de vno, neq; vnum de pluribus vnum de vno dicendũ, vel negandũ. Sicut autẽ in equiuocis quãdoq; quidem ambobus quãdoq; autem neutri ineſt: quare cũ non ſimplex eſt interrogatio: tamen ſimpliciter reſpõdentibus nihil accidit pati, ſimiliter & in his: quãdo ergo plura vni, vel vnũ pluribus ineſt, vel nõ ineſt ſimpliciter dãti & deliquenti hoc peccato nihil cõtrarium accidit. Quando autẽ huic quidẽ ineſt illi autem nõ: aut plura de pluribus & eſt quando inſunt ambo ambobus: eſt autẽ quando non inſunt rurſum: quare hoc formidandum. Vt in his orationibus, ſi hoc quidẽ eſt bonum illud autẽ malum: quoniam vtrum eſt dicere quoniã hoc bonum & malum, & rurſum, neq; bonũ, neq; malum nõ enim eſt vtrunq; quare idẽ bonum & malũ, & neq; bonũ, neq; malum. Et ſi ſingulum ipſum ſibi idem eſt & aliis diuerſum, quoniam non aliis eadẽ: ſed ſibi & diuerſa, aliis ipſa ſibimet diuerſa & eadem. Aplius ſi bonũ quidem malum ſit: malum autem bonũ eſt duo fiunt vnũ. Et duorũ & inæqualiũ vtrunq; ipſum ſibi eſſe ęquale quare ęqualia & inęqualia ipſa ſibi. Cadũt ergo hę orationes & in alias ſolutiones: nã ambo & omnia plura ſignificãt: nõ ergo idem præter nomẽ accidit dicere & negare hoc autem non erat Elenchus: ſed manifeſtũ quoniam ſi non vna interrogatio plures fiat: ſed vnũ de vno dicat, vel neget non erit impoſsibile.

¶ Dilutiones nugationis & ſolœciſmi. Cap. 4.

IN illis autem quæ deducunt ad idem frequenter dicere, mamifeſtũ quoniã non dandum eorum quæ ad aliquid dicũtur ſignificare quidem ſeparatas per ſe prædicationes. Vt duplum ſine eo quod eſt duplũ dimidij quoniam in eo videtur dici. Nam & decẽ in vno minus decem & facere in nõ facere, & omnino in negatione dictio. Non tamen ſi quis dicit hoc nõ eſſe album: dicit idem album eſſe. Duplum autem, neq; ſignificat nihil fortaſſe quẽadmodũ, neq; quod in dimidio eſt, quod ſi forte ſignificat: attamẽ non idem & copulatum. Neq; ſcientia in ſpecie, vt ſi eſt medicina ſciẽtia ipſum quod cõmune: illud autẽ erat ſcientia ſcibilis.

¶ In iis autem quæ per ſe oſtẽduntur prædicatis hoc determinãdum quoniam non idem eſt extra & in oratione quod oſtẽditur, nam cauũ communiter quidẽ idem ſignificat in ſimo & in curuo, additũ autem nihil prohibet hoc quidem naſo: illud autem cruri ſignificare: nam hic quidem ſimũ illic autem curuũ ſignificat, & nihil differt dicere naſus ſimus & naſus habens cauitatem: & naſus cauus. Amplius non danda eſt dictio ſecundum nominatiuum, falſum enim eſt: nõ enim ſimus vt naſus cauus: ſed naſi hoc vt paſsio, quare nihil eſt inconueniens, ſi naſus ſimus nõ eſt naſus cauus: ſed eſt naſus habẽs cauitatem naſi. De ſoleciſmis autem ſecundũ quod videntur accidere diximus prius, quomodo autẽ ſoluẽdum in ipſis orationibus erit manifeſtum. Omnes enim huiuſmodi volunt conſtruere. Putas quod tu dicis vere eſſe: & eſt hoc vere? dicis autem eſſe quid lapidẽ eſt, ergo quid lapidem. An dicere lapidẽ nõ eſt dicere quid: ſed quoniam non hoc: ſed hunc? ſi ergo dicat aliquis: putas quam vere dicis eſt hunc? non videtur romane loqui. Quẽadmodum nec ſi dicat, putas quã dicis eſſe hũc? lignum autem dicere ſit, vel quicũq; neq; maſculinum, neq; fœmininũ ſignificant nihil diffet, quare & nõ ſit ſolœciſmus ſi quod dicis eſſe eſt: hoc lignũ autem dicis eſſe: eſt ergo lignũ hoc, lapis autem & his maſculini habent declinationem. Quod ſi quis dicat putas ne eſt hoc illa? deinde rurſum quid autem nõ vt coriſcus? hic ita eſt: ita dicat, ẽ ergo illa: nõ ſyllogizauit ſolœciſmũ nec ſi coriſcus ſignificet idẽ quod illa nõ dat autẽ qui reſpodet: ſed oportet hoc ad interrogare, ſi autem, neq; eſt, neq; dat non ſyllogizauit, neq; in eo quod eſt quid, neq; ad eum qui interrogatus eſt. Similiter ergo oportet & illic lapidem ſignificare hic, ſi autem, neq; eſt, neq; datur nõ danda eſt cõcluſio. Apparet autẽ eo quod diſsimilis caſus nominis ſimilis videtur. Putaſne verũ indicere quoniam eſt illud quod eſſe ais eam? eſſe autẽ ais aſpidem: eſt ergo iſta aſpidẽ. Aut nõ neceſſe eſt ſi non iſta aſpidem ſignificat: ſed vt aſpis, aſpidem autẽ iſtam. Neq; ſi quẽ dicis eſſe hunc eſt hic: dicis autẽ hũc eſſe cleonem: eſt ergo hic cleonẽ: non enim eſt hic cleonem: dictũ eſt enim quoniam quẽ dico eſſe hũc eſt hic: non hũc, neq; enim romane dicetur ſic interrogatio dicta. Putas ſcis hoc? hoc autẽ eſt lapis: ſcis ergo lapis. An nõ idem ſignificat hoc in eo quod eſt putas ſcis hoc & in hoc: hoc autem lapis: ſed in primo quidẽ hũc in poſteriore autẽ hic. Putas ne cuius ſciẽtiam habes ſcis hoc? ſcientiam aũt habes lapidis: ſcis ergo lapidis: an huius quidem lapidis dicis hũc autẽ lapidem? datũ eſt autẽ cuius ſcientiam habes hoc ſcis nõ huius: ſed hoc quare nõ lapis: ſed lapidem. Quoniam ergo huiuſmodi orationes nõ ſyllogizãdi ſolœciſmũ: ſed videtur, & ꝓpter quid videtur, & quomodo eſt obuiandũ eis manifeſtũ ex his quæ dicta ſunt. ¶ Oportet autem intelligere qm̃ omnium orationum alię quidem ſunt faciles conſpici: aliæ autem difficiliores

ſecundum ꝙ & in quo paralogizant audientẽ frequenter eædem illis. Nam eadẽ orationem oportet vocare quę ſecundũ idem ſit. ¶ Eadem autem oratio aliis quidem ſecundũ dictionem: aliis vero ſecundũ accidens: alis autem ſecundum aliud videbitur eſſe: eo ꝙ vnum quodq; tranſlatũ non ſimiliter eſt manifeſtum. Quemadmodũ ergo in his quæ ſunt ſecundum equiuocationem qui modus videtur eſſe leuiſsimus: paralogiſmorum hæc quidem & quibuſlibet ſunt manifeſta, nã & orationes pene ridiculoſæ ſunt omnes ſecũdum dictionem. Vt vir ferebatur, gradatim ſedens, vbi venit ſeruus aput ceream. Et boreas purus ne? non perdidit enim pauperẽ, & vtra boum ante pariet? neutra: ſed poſterius ambę. Eodem autẽ modo & aliorum pene plures. Illa autem & peritiſsimos videtur latere, ſignũ autem horum quoniã litigant ſæpe de nominibus, vt vtrum idem ſignificent de omnibus ens et vnũ vel aliud, aliis enim videtur idẽ ſignificare ens & vnum: alii autem zenonis orationem & parmenidis ſoluunt: eo ꝙ multipliciter dicant vnum dici & ens. Similiter autem & in accidente & in aliis ſingulis aliæ quidẽ orationes erũt faciles videri, aliæ vero difficiliores & ſumere in quo genere & vtrũ elenchus, vel nõ elenchus non facile ſimiliter in omibus eſt. ¶ Eſt aũt acris oratio quę dubitare facit maxime, mordet.n. hæc maxime. Dubitatio autẽ eſt duplex, hæc quidẽ in ſyllogizatis quã eligat quis interrogationũ, illa autẽ in litigioſis quomodo dicat quis propoſitũ. Quapropter in ſyllogizatis acriores orationes quęrere magis faciunt. Eſt autẽ ſyllogizata quidem oratio accerrima ſi ex quã maxime apparẽtibus quã maxime probabile interimit. Nam cũ vna oratio eſt trãſpoſita cõtradictione in omnes ſimiliter habebit ſyllogiſmos. Semper enim probabilibus ſimiliter probabile interimet vel conſtruet: quapropter dubitare neceſſarium eſt. Maxime ergo huiuſmodi acris quæ ex æquo concluſionem facit interrogationibus. Secũda autem quæ ex omnibus ſimilibus, hæc enim ſimiliter faciet dubitare quæ interrogationũ interimẽda eſt, id autem difficile eſt: nam interimẽdum quidem: quid autem interimẽdum dubium. Litigioſarum autem acerrima quæ primũ ſtatim dubia eſt, vtrũ ſyllogizata eſt vel nõ vel vtrum ſecundum falſum, vel diuiſionem ſolutio. Secunda autẽ aliarum quæ manifeſta quidẽ quoniã ſecũdum diuiſionẽ, vel interruptionẽ eſt. Non autẽ eſt euidens per quam interrogationum interemptio, vel diuiſio ſoluenda eſt: ſed vtrum ſecundũ concluſionẽ ante ſecundum aliquam interrogationũ eſt. Quandoq; ergo nõ ſyllogizata oratio facilis eſt ſi ſunt valde improbabilia, vel falſa quæ ſumuntur. Quãdoq; autẽ non digna deſpici. Nam quando deeſt aliqua taliũ interrogationum de qua oratio & propter quã eſt & non ꝙ eſt, aſſumit hanc & non ſyllogizat: fatuus eſt ſyllogiſmus. Quando autẽ eorum quæ extrinſecus non deſpiciẽdus vllo modo: ſed oratio quidẽ habilis interrogans autem interrogauit non bene. ¶ Et eſt quẽadmodum ſoluere quandoq; quidẽ ad orationẽ: quãdoq; autem ad interrogantẽ & interrogationẽ quandoq; vero ad neutrũ horum ſimiliter & interrogare & ſyllogizare eſt ad poſitionẽ & ad reſpondentem & ad tempus, quandoq; eſt pluris temporis egens ſolutio qua præſentis temporis quo diſputãt ad ſolutionẽ. ¶ Ex quantis igitur & æqualibus fiunt diſputantibus paralogiſmi: & quomodo oſtẽdemus falſum: & quæ extra opinionẽ ſunt dicere faciemus. Amplius autẽ ex quibus accidit ſyllogiſmus & quomodo interrogãdum & quis ordo interrogationũ. Amplius aũt ad quod ſunt vtiles huiuſmodi omnes orationes & de reſponſione ſimiliter, & quomodo ſoluẽdum diſputationes & ſyllogiſmos dicta ſunt de omnibus hæc a nobis. Reliquũ autem eſt de eo quod ex principio erat propoſitũ reminiſcentibus dicere aliquid breuiter & finem imponere dictis. Ergo ſumpſimus quidẽ inuenire poteſtatẽ quandam de propoſito ſyllogiſticã ex his quæ inſunt quam probabiliſsima, hoc enim opus eſt dialecticæ per ſe & tentatiuæ. Quoniã autem cõformatur ad eam propter ſophiſticę vicinitatem vt nõ ſolũ experimentũ poſsit ſumere dialecticæ: ſed etiã quaſi ſciẽs, propter hoc non tantum dictũ opus negotio propoſuimus orationem poſſe ſumere: ſed etiam vt orationem ſuſtinẽtes obſeruemus poſitionem, velut per probabiliſſima ſimili modo cauſam aũt diximus huius, quia & propter hoc Socrates interrogabat: ſed non reſpondebat, fatebatur enim ſe non ſcire, manifeſtũ aũt eſt in prioribus ex quot & ad quot hoc erit, & vnde idonei erimus horum. Amplius autem quomodo interroganda, vel ordinãda quæſtio omnis & de reſponſionibus: & ſolutionibus quæ ſunt ad ſyllogiſmos, patefactum eſt autẽ & de aliis quecũq; eiuſdem viæ ſunt orationes. Præter hæc autem & de paralogiſmis pertractauimus ſicut diximus iam prius. Quoniam ergo habet finem ſufficienter quæ propoſuimus manifeſtum. Oportet autẽ nos non latere quod accidit circa hoc negotium: nam horum quæ inueniuntur omnium quæ quidem ab aliis ſumta ſunt prius elaborata particulariter augentur ab eis qui acipiunt poſtea, quæ autem ex principio inueniũtur paruum in primis augmentum ſumere ſolent. Vtilius autem plurimum illo quod poſtea ex his fit augmentum, maximum enim fortaſſe principium eſt omnium vt dicitur, quare & difficilimum quantum enim optimum poteſtate: tanto paruiſsimum magnitudine difficilimum eſt videri: hoc autem inuento facile eſt addere reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes accidit, pene autem & circa omnes alias artes, nam qui principia inuenerunt omnino ad paruum quid perduxerunt, qui autem nũc famoſiores ſunt aſſumentes a multis velut ex ſucceſsione particulariter colligentibus ſic auxerũt. Thiſias quidem poſt priores, Traſymachus vero poſt Tiſiam, Theodorus autem poſt hũc: & multi

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

multas coadunauerunt partes, quapropter nihil mirum ſi habet multum quidem ars. ¶ Huius autem negotij nõ hoc quidem erat perſcrutatum: illud autem non erat: ſed nihil omnino inerat.

Nam eorum qui circa litigioſas erant orationes mercenarij ſimiles quidem doctrina Georgiæ negotio. Orationes enim hi quidem rhetoricas: illi autem interrogatiuas docebant ediſcere in quas ſæpius cadere ſolebant vtrinq; alternorum orationes. Quapropter velox quidem vt pote quæ ſine arte erat doctrina diſcentibus ab eis, non .n. artem: ſed quæ ab arte ſunt dantes arbitrati ſunt loqui eruditæ, velut ſi quis diſciplinam dicat ſe tradere vt non doleant pedes: deinde ſutoriam quidem non doceat: neq; vnde poſsint inueniri talia, det autem plurima genera omnimodorum calceorum, hic enim profuit quidem ad vtilitatem artem aut non tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta de ſyllogiſmis autem omnino nihil habuimus prius aliud quidquam quod diceremus quam mora per quirentes multum tempus laboraremus. Si autem videtur conſiderantibus nobis velut ex his quæ a principio erant, habere ars ſufficienter ſupra alia negotia quæ ex traditiõe adducta ſunt. Reliquũ erit omnium veſtrũ, vel eorum qui audierint hoc opus omiſsis quidem artis indultionem inuentis autem multas habere grates.

¶ Libri ſecundi Elenchorum finis.

SALMANTICAE EXCVdebat Ioannes Giunta Anno Domini. 1548.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES